BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Pertz, Georg Heinrich

Monumenta Germaniae Historica inde ab anno Christi quingentesimo usque ad annum millesimum et quingentesimum

Bd.: 22

Stuttgart u.a. 1872

München, Monumenta Germaniae Historica -- 2 C 20 (22
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00000867-4

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

BSB

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA.

SCRIPTORVM

TOMVS XXII.

BSB

BSB

MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS

SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT

GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

SCRIPTORVM

TOMVS XXII.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCLXXII.

BSB

BSB

TOMO SCRIPTORUM VICESIMO SECUNDO CONTINENTUR.

	Pagg.
Praefatio	VII. VIII.
I. Gotifredi Viterbiensis opera edente Georgio Waitz P. P. Gottingensi	1—338
Speculum regum	21—93
Memoria seculorum	94—106
Pantheon	107—307
Gesta Friderici	307—334
Gesta Heinrici VI.	334—338
Continuationes et Additamenta	339—376
Iohannes de Piscina De transfretatione Friderici I.	339—341
Continuatio brevis	341
Continuatio Argentinensis	341. 342
Continuatio Francogallica	342
Continuatio Funiacensis et Eberbacensis	342—349
Catalogus pontificum Romanorum Viterbiensis	349—352
Catalogus pontificum et imperatorum Romanorum Tiburtinus	353—358
Catalogus pontificum et imperatorum Romanorum ex Casinensi ut videtur sumptus	359—367
Continuatio Chronici ex Pantheo excerpti	368—370
Catalogi pontificum Romanorum Continuatio Laudunensis	370. 371
De laude civitatis Laudae	372. 373
Lamentatio Viterbiensis	374. 375
Vaticinium Sibyllae	375. 376
II. Martini Oppaviensis Chronicon pontificum et imperatorum edente Ludewico Weiland Ph. D.	377—475
Continuatio pontificum Romana	475—482
III. Thomae Tusci Gesta imperatorum et pontificum edente Ernesto Ehrenfeuchter Ph. D.	483—528
IV. Annales Sancti Pantaleonis Coloniensis edente Hermanno Cardauns Ph. D.	529—547
V. Index rerum auctore Ernesto Ehrenfeuchter Ph. D.	548—563
VI. Glossarium auctore Ernesto Ehrenfeuchter Ph. D.	564

Tabulae I. ad pag. 13. 14. II. ad pag. 15. 17. 19. 390. 489.

BSB

CORRIGENDA.

Pag. 11. *not.* 38 *l.*: SS. VII. — *p.* 61. *l.* 33: labores. — *p.* 72. *v.* 909: *cum codice* 1. *l.*: findi. — *p.* 77 *in annotationibus linea penultima pro* p *l.*: d. — *p.* 78. *v.* 1036 *l.*: Vivit in Egipto nunc, summus. — *p.* 81. *v.* 1116 *dele* , — *p.* 84. *v.* 1169 *in fine pone* . — *v.* 1181 *cum cod.* 1. *l.*: anachorita. — *p.* 88. *v.* 1300 *post* fugit pone . — *p.* 327. *l.* 50: Grotefend. — *p.* 377. *l.* 36. *not.* 5 *pro* Nr. 5 *leg.* Nr. 6. — *p.* 380. *l.* 13: duo alia. — *p.* 381. *l.* 24 *verba* modo praelo datum *dele.* — *p.* 388. *l.* 39: duos sequentes. — *p.* 399. *l.* 53. *not.* z *pro* Estodius 5. 8—11 *leg.* Estodius 6. 8—11. — *p.* 397. *l.* 40 *pro* add. 5 *leg.* add. 6. — *p.* 409. *l.* 41 *in margine ponendus est numerus anni* 71. — *p.* 409. *l.* 51. *not.* d *pro* ita 1. 6. 7. 8 *leg.* ita 1. 6. 7. 9. — *p.* 410. *l.* 3 *in margine ponendus est numerus anni* 82. — *p.* 410. *l.* 5 *unci incipiant oportet verbis:* [Hic pontifex. — *p.* 410. *l.* 11 *in marg. ponendus est numerus anni* 93. — *p.* 410. *l.* 30 *in marg. ponendus est numerus anni* 102. — *p.* 410. *l.* 40 *in marg. ponendus est numerus anni* 111. — *p.* 410. *l.* 47 *in marg. ponendus est numerus anni* 121. — *p.* 410. *l.* 52 *verba:* post in ecclesiam sancte Sabine est translatus *typis mediis, non vero minimis, excudenda erant.* — *p.* 412. *lineae* 42 *et* 43 *spatio vacuo non est cur separentur.* — *p.* 413. *l.* 13 *unci claudendi sunt post verba:* pro egenis.] — *p.* 413. *l.* 27 *Quae in marg. leguntur* V. 11, 36 *ad lineam* 32 *sq. spectant.* — *p.* 415. *l.* 7. 8 *verba* Et flens — remanere *litteris mediis excudenda erant.* — *p.* 415. *l.* 9 *pro* Quinino *leg.* Quirino. — *p.* 415. *l.* 19 *adde in margine:* G. p. — *p.* 416. *l.* 5 *unci incipiant oportet verbis:* [Hic in Niceno. — *p.* 421. *l.* 3 *in mary. delendum* Diac. — *p.* 425. *l.* 37 *in marg. pro* 741 *leg.* 731. — *p.* 427. *l.* 14 *post* Romanum *delenda littera* k. — *p.* 427. *l.* 61 *pro* u) *leg.* v). — *p.* 439. *not.* 74. *l.* 56 *pro* vocavit *leg.* vacavit. — *p.* 446. *l.* 28 *pro* 35 *leg.* 37.

ADDENDA.

p. 11. *not.* 38 *cf. de hoc libro quae ex codice Mutinensi enotavi Nachrichten von der K. Gesellschaft der Wissenschaften in Göttingen* 1871. *Nr.* 21. — *p.* 15 *sqq.* Alii Panthei codices, qui mihi postea innotuerunt, sunt Vaticanus, Palat. Nr. 1813 chart.; Romanus Ottobon. Nr. 484 membr. V. Archiv XII, p. 356. 361. — *p.* 71. *not.* 21 *cf. Lütolf, Sagen aus den Fünforten p.* 4 *sqq.* — *p.* 72. *v.* 919 *emendandum esse videtur:* intuitum; *cf. Panth. p.* 156. — *p.* 77. *v.* 1018: *emenda: imus*; *cf. Panth. p.* 167, *ubi duo codices* unus *praebent.* — *p.* 145. *not.* 28 Vide infra p. 375, ubi fragmentum vaticinii Sibyllini editum est, quod Gotifredus in usus suos vertit. — *p.* 353. Huius catalogi exemplari usus est Martinus Polonus; notitiarum ad historiam Romanam spectantium, quas Weiland collegit (Archiv XII, p. 26), pars ex hoc sumpta est. — Nonnulla catalogus Tiburtinus cum Cencii catalogo, ibidem p. 60 sqq. edito, communia habet, neque tamen hoc usus esse videtur. — *p.* 375. Aliud huius vaticinii exemplar exstat in cod. Vatic. Christ. Nr. 571, Archiv XII, p. 294. — Cf. quae de ipsius aetate disputata sunt Forschungen zur Deutschen Geschichte X, p. 626. XI, p. 147. Gött. Gel. Anz. 1870. p. 1685.

HANNOVERAE. DIE. XXVII. MARTII. ANNI. MDCCCLXXII.
TYPIS. CVLEMANNORVM.

BSB



Scriptoribus tomo vicesimo primo publici iuris factis iam succedunt historici nec minoris nominis nec meriti, quorum opera inde a saeculo duodecimo per multas Europae bibliothecas et tabularia laudata et exscripta non apud principes tantum sed magnum quoque apud doctos viros favorem meruerunt. Et Godefridi Viterbiensis nomen diversis operibus prosa et metro mixtis compositis summis imperatoribus, Lothario, Conrado III, Friderico I, Heinrico VI. historiam imperii Romani ea arte explicuit, qua codicibus egregiis indefesso studio per quinquaginta annos ubicunque liceret perscrutatis diversa Godefridi opera integritati restituta lectoribus proponere exhibenda statuimus. Cuius quidem operis principalem adiutorem et egregium executorem Georgium Waitzium nostrum iure praedicamus.

Godofredum excipit liber Martini Oppaviensis quem vulgo Polonum vocant, chronico imperatorum et pontificum Romanorum toto orbe famosus et praecipue fama de papissa Iohanna notabilis. Hic compendium chronicae

duce Gilberti libello **1227** edito composuit; cuius subsidio plurimi Ordinis Praedicatorum doctores usi, exempla amplius ducenta nobis reliquerunt, quos inter codices Martini ipsius manu exarati hodie quoque servantur, et editioni nostrae fundamento subpositos cl. Weilandi cura conspicis. Quibus coronidis loco continuationes chronicae pontificum sub Honorio IV. papa, atque Thomae Tusci Ordinis Minorum gesta imperatorum et pontificum ex codice Parisiensi Lat. **618** saec. XIII. Berolinum misso et ab E. Winkelmanno transscripto per D. Ehrenfeuchter necnon Annales Sancti Pantaleonis Coloniensis ope codicum Coloniensis et Herbipolensis ab Hermanno Cardauns suppleti habentur; dum alios eiusdem saeculi scriptores tomo XXIII servatos huius anni decursu subsecuturos speramus.

Scribebam Berolini in Bibliotheca Regia d. **20**. Martii **1872**.

G. H. PERTZ.

GOTIFREDI VITERBIENSIS OPERA

ED. GEORGIUS WAITZ P. P. GOTTINGENSIS.

Gotifredus[1] *vel Gotifridus, a se ipso et aliis ubique fere Viterbiensis cognominatus*[2]*, ex familia, ut videtur, nobili Viterbiensi originem traxit*[3] *et procul dubio in hac urbe primos vitae annos degit. Sed puer a Lothario imperatore in Germaniam ductus anno, ut videtur,* 1133*, et scholae Bambergensi traditus*[4]*, ibi „prima documenta grammaticae artis didicit*[5]*“, sed etiam philosophicis et theologicis studiis operam navavit, quorum documenta non aspernanda in libris suis exstant*[6]*. Modo „magistri“, modo „clerici“*[7] *vel „sacerdotis“*[8] *titulo gaudet; a Conrado III. vero in capellam regiam susceptus*[9]*, ideoque „capellanus imperialis aulae*[10] *et notarius“*[11] *dictus, tam illi quam Friderico I. eiusque filio Heinrico VI. diu et sollerter servivit. „In strepitu curiae, ait, ipsum*[12] *oportebat esse assiduum, utpote capellanum, die ac nocte, in missa, in omnibus horis diei, in mensa, in causis agitandis, in epistolis conficiendis, in cotidiana cura novorum hospitiorum“. Anno* 1152*. pacti cum papa Eugenio initi confirmationi regiae testis Constantiae subscripsit*[13]*. Fridericum in itineribus et expeditionibus bellicis secutus,*

1) Ita vel *Gottifredus* in codice autographo et inscriptione Viterbiensi infra n. 28 nomen scribitur; sed *Gotifridus* (in versu coniuncto cum vocabulis *idus* et *fidus*) Panth. XXIV, 11; cf. Panth. praef. codd. C. 2) Vide inscriptiones et praefationes librorum; Panth. part. XXVIIII. XXXII, 10 codd. E; diplomata Friderici I. et Heinrici VI. n. 3. 24. 25 allata. — Errore manifesto Baronius a. 1186, ed. Mansi XIX, p. 570, scripsit: *vel Vitembergensis.* — Minus recte Ficker, Wattenbach (Geschichtsquellen p. 426) aliique Gotifredum origine Teutonicum habuere; uno quidem loco (Spec. regum II. prol.) se ipsum ita indicare videtur; sed codicum lectio aperte falsa est, indeque glossa codicis recentioris nata. 3) Hoc diploma docet Friderici I. Gotifredo eiusque fratri et nepoti datum, ex quo haec mecum communicavit V. Ill. Pertzius: *Fridericus .... ut eos qui ad honorem et exaltationem imperii sui feliciter et fructuose laboraverint, condignis beneficiis ac dignitatibus honoremus. Eapropter .... nos dilectis fidelibus nostris magistris Godifredo Viterbiensi capellano sacri palatii et Wernerio fratri suo et Reimberto filio Wernerii, propter longeva servitia et magnam ipsorum devotionem, palatium, quod ipsi in medio allodii sui propriis eorum expensis in Viterbio ad honorem nostrum aedificaverunt, eisdem fidelibus nostris imperiali beneficio concedimus, damus et omnino largimur habendum tenendum, cunctis futuris temporibus eorum usibus profuturum, ita videlicet ut neque consules neque populus Viterbiensis neque alia ecclesiastica secularisve persona in eodem palatio aliquod ius habeat, actionem vel consuetudinem, sed ipsi soli et eorum legitimi heredes habeant et possideant nostra auctoritate. Pecuniam autem, quam in eodem palatio expenderunt, nos vel nostri successores eis cum honore imperii restituemus loco et tempore oportuno* etc. *Datum Werde in terra Suevorum a. d. i.* 1169. *indict.* 1. 4) Panth. XXIII, 46 codd. D. E; XXVIIII codd. E. 5) Panth. XXIII, 32; cf. c. 33: *Prisca fuit puero michi Banberga magistra,* et quae ibidem de usu linguae Latinae dicit. 6) Ulmann, Gotfried von Viterbo p. 8, Gotifredum haec alibi frequentasse studia opinatus est; sed vix ipse hac de re tacuisset. 7) Ita Pantheon praef. codd. B. 8) Panth. praef. codd. C. D. E. 9) Panth. XXIII, 41 codd. C; XXVIIII codd. E; cf. XXIII, 51: *Cui* (Conrado) *famulus fueram tunc Gotifredus ego.* 10) Spec. reg. inscriptio; Panth. praef. codd. E; *magestatis sue capellanus* Heinrico VI. scribit Mem. sec. praef. 11) *Ego Gotfridus huius libri auctor capellanus et notarius fui regis Chunradi tercii et Friderici imperatoris et Heinrici filii eius,* Panth. XXIII, 41 cod. C 4; *a domino Frederico imperatore primo per annos* 40 *sub nomine capellani et notarii honoratus,* Panth. XXVIIII codd. E. 12) Mem. sec. praef. 13) Mon. Legg. II, p. 94.

conventui affuit Laonensi a. 1162[14], *a.* 1167. *vero cladem illam exercitui imperatoris in Italia morbo terribili illatam propriis oculis vidit et Segusium usque Fridericum, postea Beatricem imperatricem comitatus est*[15]. *Etiam expeditioni a.* 1174. *affuit; in urbe Segusio, ut comitis domum tutaret, caesaris mandatum explevit*[16]*; fortasse etiam cum pax inter imperium et ecclesiam a.* 1177. *apud Venetos iniretur praesens fuit*[17]*; a.* 1178. *imperatorem Pisis vidit*[18]*, et cum ipso in Burgundiam rediisse videtur. Praeterea multas suscepit legationes, „bis, ut ipsius verbis utar*[19]*, in Siciliam, ter in Provintiam, semel in Hispaniam, saepe in Franciam,* 40 *vicibus Romam de Alemannia“; dum tali fungeretur, a Conrado marchione Montisferrati captus est*[20]*, cuius familiam ob hanc causam odio habebat*[21]*. Praecipuas Germaniae provincias et urbes visitasse videtur; earumque laudes libris inseruit*[22]*. Neque tamen patriae oblitus est. Viterbii una cum fratre Guarnerio et nepote Reimberto in allodio suo imperatori palatium exstruxit, quod in beneficium libere tenendum a.* 1169. *receperunt*[23]*; palatio ecclesia adiuncta fuit*[24]*. Ecclesiae Pisanae canonicus factus, ipsiusque interventu ecclesiae S. Mariae ab imperatore privilegium a.* 1178. *datum est*[25]*. Anno* 1186. *d. Iunii* 24. *diplomati a rege Heinrico VI. in obsidione Urbeveteris dato testis subscripsit*[26]*. Viterbii vero, „ubi olim ponebantur emeriti milites“*[27]*, ultimos vitae annos transegisse videtur*[28]*; et versus portae urbis inscriptos Heinrici VI. tempore confecit*[29]*. Hunc, cui patre vivo regnum tenenti libros plures dedicavit et a quo se valde dilectum et veneratum esse praedicat*[30]*, etiam imperatorem vidit, eique, si eius gesta metrice scripta recte ipsi Gotifredo tribuamus, superstes fuit*[31]*. Ita qui circa a.* 1120. *natus erat, octogenarius fere ultimis saeculi XII. annis mortem obiisse videtur*[32].

Gotifredus libris a se editis non vulgarem famam apud posteros acquisivit.

14) Gesta Frid. c. 24, praesertim versus post deleti, ubi legitur: *perreximus, nobis dedit;* cf. Ulmann p. 13, qui de curia Bisuntina cogitat, cuius Gotifredus nullam facit mentionem. Ipsum a. 1162. in obsidione Mediolanensi praesentem fuisse, idem sine causa statuit; cf. quae monui Nachrichten 1866. p. 260. 15) Gesta c. 30; cf. Ulmann l. l. 16) Gesta c. 32. 17) Gesta c. 40; Ulmann p. 14. Neque tamen ubique, ubi prima persona pluralis loquitur (h. l. *Venetis prestamus honorem*), ipse res propriis oculis vidisse censendus est; v. quae de anno 1162. monui. Ulmann litteris mihi datis et Arndt, SS. XIX, p. 448, opinati sunt, Godefridum minorem cancellarium, quem ab imperatore Venetias esse missum Romoaldus Salern. tradit, Gotifredum esse Viterbiensem; quod vix putarim; cf. Varrentrapp, Christian von Mainz p. 81 n. Gotifridus cancellarius et protonotarius, Romoald. p. 446, alius est, postea episcopus Wirciburgensis; cf. Ficker praef. ad Gesta Frid. p. 4. 18) V. infra n. 25. Gesta c. 40. 41. 19) Mem. secul. praef. 20) Panth. XXIV, 12 codd. B. E 1. 21) Gesta c. 34. 22) Memoria seculorum passim; Gesta Frider. c. 44. 46. Haec quomodo scriptorem Saxonem indicare possint (Wattenbach p. 426), non intelligo. 23) Vide Friderici diploma n. 3. 24) *Panteon ... in ecclesia Palaciana in Viterbio perfectum atque completum,* codd. E 1. 2. 25) Ughelli, Italia sacra ed. Coletti III, p. 411: *praecipue interventu ..... dilecti capellani nostri Gotefredi Viterbiensis, eiusdem Pisanae ecclesiae canonici.* Cf. de receptione imperatoris a Pisanis facta Gesta c. 40; neque tamen se cum urbe hac familiaritate quadam iunctum fuisse indicat. 26) Mittarelli, Ann. Camald. IX, p. 35: *magister Godefridus Viterviensis noster capellanus.* 26) Gesta Frid. c. 4 cod. B 1. 28) Cf. infra de Pantheo hic finito. 29) Bussi, Istoria di Viterbo p. 101. 102 (cf. quae ex chron. Viterbiensi inedito V. Cl. Ficker notavit, ap. Wattenbach, Geschichtsquellen p. 427):

Nomine Sonza vocor fulgentis porta Viterbi.
Est michi grande decus et fungor honore perhenni.
Omnis enim qui servili sub lege gravatur,
Si civis meus extiterit, liber deputatur.
Maximus Enricus cesar michi contulit istud.

Anno ab inc. D. 1089. *haec porta fundata est praesidente domino Pascali papa, imperante Enrico, perfecta vero est tempore domini Eugenii papae. Edificatores fuere Rainerius, Mincio et Petrus ex praescripto consulum et totius populi. Gotifredus dictavit, Rolandus sculpsit.* Gotefridum episcopum Viterbiensem codices recentiores e. gr. E9 (Panth. XXVIII. rubra) falso dicunt; v. infra. 30) Panth. XXVIIII codd. E. Gotifredum Heinrici fuisse magistrum, e locis ab Ulmann allatis p. 18. non efficitur: haec sane apertis verbis indicasset. 31) De gestis Heinrici VI. 32) Gestis Heinrici VI. hucusque incognitis, Gotifredum iam c. a. 1190. obiisse, omnes fere statuerunt, Ficker p. 6, Ulmann p. 19, Wattenbach p. 426. Rectius iam Oudin, SS. eccl. II, p. 1629, in a. 1196. vel 1198. mortem posuit, sed eo tantum perductus, quod Gotifredus etiam Heinrici VI. capellanus fuerat.

Gotefridus presbyter, *Trithemius inquit*[33], vir in divinis scripturis studiosus et eruditus et secularis literature non ignarus, ingenio praestans et clarus, metro exercitatus et prosa. *Sed etiam maiorem gloriam ipse sibi affectavit.* „*In omnibus, ait, regnis et ecclesiis, ad quas unquam pervenerit, se librorum fuisse aeraria perscrutatum et de illis omnibus per spatium* 40 *annorum dulciora et magis necessaria deflorasse*“; *etiam a Graecis, Sarracenis, Persis et Armeniis, qui ad curiam imperialem et papalem venerant, scripta se accepisse, addit*[34]; *armariis* 34
barbaris, Graecis et Iudaicis et Chaldaicis se usum esse, alio loco[35] *contendit. Neque tamen has linguas calluisse censendus est*[36], *neque alios sui aevi scriptores eruditione superasse vel etiam aequasse videtur.*

Linguam Latinam a pueritia doctus, poetas, Vergilium, Ovidium, Horatium, Iuvenalem, lectitaverat[37]; *ipse in versibus conficiendis magnam operam posuit et metrum, quod sibi excogitasse videtur*[38], *in quo duos hexametros pentameter excipit, ita ut omnes tres vel bini vel eorum partes modo exitu eiusdem soni, modo verbis eadem littera incipientibus coniuncti sint, ad res varias quas tractandas suscepit adaptavit; sermone vero pedestri usus est plano et minus eleganti. Ubique Italum verborum formae arguunt*[39]. *Sed etiam linguam Teutonicam callebat eiusque rei non sine affectatione argumenta praebet*[40].

Ita tum litterarum studiis imbutus, tum terrarum, hominum et negotiorum publicorum cognitione instructus, Gotifredus ad historiam scribendam se accinxit, et non vulgarem diligentiam in rebus colligendis et libris iterum iterumque edendis posuit. Qui ad nostram aetatem venerunt hi sunt[41]:

Speculum regum[42], *libris duobus digestum, quorum primus, praemisso* 42
catalogo pontificum Romanorum ex libro pontificali excerpto, historiam a diluvio orditur et ad regum Romanorum finem deducit, alter res Francicas et Romanas usque ad Pippini tempora narrat. Opus Heinrico regi iuveni inscriptum est, in hunc finem conceptum, ut illi ostenderet, Romanos et Teutonicos eiusdem esse generis et summo iure in imperio Romano, quod apto tempore a Graecis ad Karolum Magnum delatum sit, coniunctos. Ideo in Karoli coronatione textus subsistit, quamvis titulo et praefatione etiam alia promittantur, de donatione a Constantino ecclesiae Romanae facta, de gestis Friderici I, de insignibus regalibus, quae aliis Gotifredi libris continentur, in Speculi vero codicibus, quotquot exstant, desiderantur, ab ipso, ut videtur, auctore tunc omissa. Ipse liber versibus constat, sed commentario satis amplo involutus est, qui partim easdem res pedestri oratione tradit, partim vero alia ad illos illustrandos et latius exponendos

33) De SS. eccl. c. 402. Cf. Ann. Hirs. I, p. 488. 34) Mem. sec. praef. 35) Pantheon XXIII, 41 codd. C 2. 4. 36) Cf. Muratori VII, p. 349; Ulmann p. 17. 37) Cf. Tourtual, Böhmens Antheil Exc. p. 118 sqq. Ex Iuvenale plures affert versus Part. XIV fine (codd. C. part. IX incip.). 38) De quo confer quae Ulmann p. 35 sqq. exposuit. 39) Cf. Ulmann p. 5, qui haec recte observavit. Qui aliter censuerunt, Lit. Centralblatt 1865. p. 501, et Wattenbach p. 426, rem non satis perpendisse videntur. *Guala, Guebelingua, Guarmatia, Guerzeburg, Guiseburga; Aldibrandus, Aldepertus, Alpericus; Quitelineburr, Mosebur; Iermania, proienies* sane Germanus non scripsisset. Notandum est praeterea *actor* pro *auctor* et similia; *inserto praelio (bello)* Panth. XXIII, 36. 37. 38. Neque tamen librarii, quibus Gotifredus usus est, neque ipse, ut videtur, sibi constabant, ideoque aliae quoque vocabulorum formae leguntur.

40) Panth. praef.; XXIII, 4; cf. XXII, 42: *Quod vocabulum omnes Teutonici usque hodie servaverunt;* XXII, 18: *De quo Teotonici saepissime miram narrant audatiam.* Cf. Gesta c. 40. Etiam haec alienum arguunt. De commentario Speculo regum addito v. infra. *Gens mea,* Gesta c. 38, exercitus est imperatoris. 41) Gesta Friderici c. 41. legitur:

Que vexilla reget, recipit Provincia regem,
Sub cuius lege longevo tempore deget:
Hoc quicumque negat, cronica nostra legat.

De his chronicis nihil constat. In Gotifredi operibus quae exstant eiusmodi nihil legitur. Sed fortasse non aliud, sed hoc ipsum opus indicavit: nostra chronica, id est haec narratio, rem docere et negantem refutare debuit. 42) In subscriptione codicis Londin. legitur: *Explicit liber qui dicitur flos regum.*

addit. Quem quin ipsi Gotifredo tribuamus, vetant errores ab ipso textu alieni[43] *et quod multa continet in aliis operibus minime obvia. Neque in codice optimae notae exstat. Auctorem prodit Italum, urbis Romae bene gnarum, qui iisdem fere fontibus usus est quibus ipse Gotifredus. Hi vero sunt: libri veteris et novi*
44 *testamenti, Egesippus, Vergilius cum Servii commentario*[44]*, Ovidius, Aurelius Victor, Historia miscella, Hieronymus, Isidorus*[45]*, Gesta Francorum, Vitae quaedam sanctorum*[46]*; commentario conficiendo praeterea Valerius Maximus, Solinus, Orosius, Isidori Etymologiae, historia Troiana, liber* de ortu Pilati, *fortasse Pseudo-Methodii revelationes et Historia scholastica Petri Comestoris materiam praebuerunt. Multa vero eaque fabulosa de antiqua deorum et regum historia traduntur, quae alibi frustra quaesivi. Alia vero ex populi ore sumpta esse videntur, praesertim quae de ecclesiis aliisque aedificiis Romae urbis vel de rebus miraculosis alibi factis referuntur. Nonnumquam haec cum libro* Mirabilia urbis Romae *inscripto vel cum chronico Germanico* Kaiserchronik *conveniunt; neque tamen sive Gotifredus sive commentarii auctor his ipsis usi esse videntur. Posteriori tempore etiam plura ex aliis addita sunt libris. Tam ipse liber quam commentarii, quamvis historiae Germanicae illustrandae pauca tantum conferant, digni erant qui integri ederentur, quum ab aliis medii aevi chronicis et historiae antiquae narrationibus non raro recedant.*

Speculum ceteris Gotifredi operibus praecessisse, tum comparatio singulorum locorum, tum, ut videtur, ipsa praefatio docet. Haec modestissime de libri consilio et sermone loquitur. Materia stilo rusticano prolata, metra tamquam a puero balbutiente processa *excusantur; pueris magis quam adultis liber exhibendus commendatur; ut in puerorum scholis lectitetur, Heinricum regem Gotifredus rogat. Ille quamvis scientia litterarum eruditus dicatur, cum librum reciperet, puer censendus est nondum adultus; anno vero* 1165. *natus erat. Ideo, non diu post annum* 1180. *Gotifredum hunc librum confecisse, recte statuere mihi videor*[47]*. Id etiam catalogo imperatorum confirmari videtur in antiquissimo Speculi codice in fine addito, ubi legitur:* Fredericus imperavit annis 32. Enricus VI. regnat nunc cum patre Frederico, feliciter amen;
48 *quae si ab ipso Gotifredo ita scripta sunt*[48]*, et ratio recte se habet*[49]*, annum indicant* 1183.

In Speculo regum etiam de omnibus gestis Friderici tractare sibi proposuerat[50]*. Quod quamvis non illo libro, eodem tamen tempore fecisse videtur. Nam quae exstant* Gesta Friderici *metrica, postea cum Memoria seculorum coniuncta, non ultra a.* 1181. *procedunt, et certe ante conventum illum celeberrimum Moguntinum a.* 1184, *in quo Heinricus rex arma suscepit, scripta esse videntur*[51]*, quae laudibus efferre Gotifredus vix omisisset, nisi liber iam antea finitus fuisset. Maiori libri parte res tantum Italicae, praesertim bella cum civitatibus et papa gesta ad pacem usque Veneticam exponuntur; quibus quaedam de depositione Heinrici Leonis ducis Saxoniae addita sunt, quae antequam his gestis insererentur, carmen singulare effecisse videntur. Gotifredus primis capitulis Ottonis Frisingensis sequitur librum de historia Friderici scriptum,*

43) Cf. praesertim quae I, 34. 39 de Ulimpiade regina leguntur. Fusius has res tractavi, Nachrichten 1867. p. 8 sqq. 44) Etiam Homeri cognitionem habuit, Spec. I, 10. 12, quem tamen vix ipse inspexisse putandus est; Lucanum affert II, 5. 45) Chronicae Bedae, quam ipse affert, vestigia non reperi; chronicam Ambrosii nullam novi. 46) S. Basilii II, 37. 47) Cf. Ulmann p. 23, qui de anno 1181. cogitavit. 48) Quae sequuntur: *et vixit imperio ann.* 7 *et mensibus* 6, certe post addita sunt. 49) V. n. 57 de alio loco, ubi Friderico unus annus plus tribuitur. 50) Titulus libro praemissus. 51) Docen, Archiv IV, p. 352 sqq., et Ficker p. 6 minus recte, Gesta ipso anno 1181. scripta esse, statuisse, Ulmann p. 21 docuit.

paucis aliunde additis[52], *de obsidione Mediolanensi a.* 1158. *narrationem coaevam habuisse videtur, quam male ad alium annum* (1162) *retulit; postea vero praesertim ea quibus praesens interfuit narravit*[53], *iisque de Friderici historia plenius cognoscenda bene meritus est. Imperatoriae parti in certamine cum Alexandro papa addictus, de hoc tamen satis aeque iudicavit, dissidii causam praesertim in praedecessore Adriano quaerens. Nonnulla vero de schismate dicta postea eliminanda duxit*[54]*; et ne alios offenderet, ne invidiam sibi contraheret, sedulo ubique cavisse videtur*[55]. 53

Paucis annis post Gotifredus novum opus idque maius aggressus est, cui titulum Memoria seculorum[56] *vel* Liber memorialis *inscripsit. Conditus est liber a.* 1185[57]*; et hic in Heinrici regis usum factus*[58] *ipsique dedicatus, ita tamen ut praeter eum omnes principes regni Teutonicorum ad hoc opus legendum invitarentur*[59]. *Duabus constat partibus, una pedestri, altera soluta oratione scripta. Illa* 13 *continet libros, vel, ut ipse Gotifredus dicit, isagoges (introductiones), quibus, praemisso tractatu de Deo angelis et mundo, rerum inde ab Adam gestarum conspectus, praecipuorum regnorum tempora, regum, imperatorum et pontificum Romanorum series traduntur.* Per istas introductiones *ipsi, ut ait, consilium fuit*, totius libri memorialis obscuritatem auferre cunctisque lectoribus tantum intelligendi ordinem prebere, ut quasi ostium eis omnibus ad intelligenda omnia aperiret. *Altera enim libri parte historiam universalem exhibet versibus compositam, quos quamvis glossis additis lectoribus explanare studeat, non ubique faciles intellectu fore opinatus est. In* 15 *particulas materiam disposuit, quarum* 1—8. *usque ad Iulium Caesarem*, 9., *interposito*[60] *tractatu pedestri oratione scripto, qui testimonia prophetarum de Christo et breves de ipsis prophetis notitias praebet, ad Christi nativitatem*, 10. *ad Christi mortem*, 11. *ad Karolum Magnum*, 12. *ad Heinricum VI. historiam deducunt*, 13. *de historia Saxonum et Anglorum*, 14. *de insignibus imperialibus*, 15. *de gestis Friderici I. agere debuerunt: sed ipse Gotifredus ab hoc ordine recessisse videtur*[61]. *Non parvam variarum narrationum tam historicarum quam fabulosarum molem liber comprehendit, in quibus colligendis per* 40, *exponendis per* 9 *annos se occupatum fuisse Gotifredus contendit*[62]. *Partim ea repetivit quae in Speculo regum congesserat, catalogum pontificum Romanorum in versus redegit et singulis capitibus inseruit, non pauca tamen nunc primum addidit, de veteris testamenti, populorum antiquorum, Francorum et Teutonicorum historia, pleraque ita confecta, ut magis delectationi quam institutioni lectorum studuisse videatur*[63].

52) Haec accuratius exposui Nachrichten 1866. p. 285 sqq. 53) Cf. supra n. 14 sqq. 54) c. 1. 55) Cf. c. 42:

Hinc precor, o lector, cui cesaris acta repono,
Si magnum cecidisse ducem sub cesare promo,
Ne reputes vicio; quippe cavere volo.

c. 11:

Pactio qualis erat, satis hic describere possem;
Parco tamen dictis, ne forte pericla reportent;
Sit satis asserere, pacta nociva fore.

56) Ita in praefatione: *Nomen autem huius libri est „Memoria seculorum“; Liber memorie seculorum* in ipsius libri inscriptione, *Liber memorialis* in rubra introductionibus praemissa dicitur et post pluribus locis. Pignorius, qui G. I. Vossio de huius libri codice retulit, male *Memoria sanctorum* legit, De hist. Lat. p. 442. 57) Ita bis apertis verbis scripsit; quod alio loco dicit, Fridericum imperatorem annos 35 imperasse, vel anno suae exaltationis 35. sedere, a. 1186. 1187. indicat; sed auctorem falsum computum fecisse patet, quum eadem linea scripserit: *Lucius sedet nunc*, qui 23. Novemb. a. 1185. mortuus est. 58) *Heinricum sextum, cui librum istum fecimus,* Praef. isag. Heinricum ubique fere imperatorem salutat, quamvis coronam imperialem hic nondum accepisset. 59) Rubra isag. 60) Ita cod. A 2; cf. Archiv VII, p. 568; de A 1 mihi non satis constat. 61) Ita index capitum et ipse textus non plane conveniunt; cf. Archiv VII, p. 566. Ex A 1 haec notavi: *Particula ista nona procedit usque ad Christi ystoriam; particula* 11. *libri memorie seculorum de Tiberio imperatore, sub quo Christus passus est anno* 15. *Tiberii cesaris procurante Pontio Pilato Iudeam, Erode autem tetrarcha. Particula ista procedit usque ad Karolum Magnum.* 62) Praef. 63) Cf. praef.: *libellum istum ... eroico metro ad*

Ipse tamen librum et eo commendandum putavit, quod inter chronicorum antiquorum brevitatem et historiarum nimiam prolixitatem medium tenuit, quae vero minus placerent, ut lectores auctori inter curas publicas, in itineribus et strepitu bellorum librum scribenti indulgerent, rogavit. In fine Gesta Friderici, historiam Anglorum et insignium regalium descriptionem addidit. Neque ab opere finito manum retraxit, sed hunc librum pluries recensuit, et mox ipsi alium superstruxit, qui praecipue Gotifredi nomen per medium aevum et ad nostra usque tempora celebre fecit.

Pantheon *tertiam hanc historiae compilationem Gotifredus appellavit. Eiusque plures exstant editiones.*

Una (B) *ab ipso auctore ita confecta, ut librum Memoriae seculorum* 64 *multis locis mutaret*[64], *quaedam deleret, plura vero adderet, praesertim inter versus secundae partis novam rerum gestarum insereret narrationem pedestri oratione scriptam, maximam partem ex Ottonis Frisingensis chronico repetitam. Hoc demum priori libro finito Gotifredo ad manus venisse videtur*[65] *et ansam fortasse praebuit, quod novum susceperit opus. In codice, quem ipse partim scribae in calamum dedisse partim sua manu exarasse videtur, uno loco liber a.* 1184. *compositus, altero a.* 1191. *dicitur finitus. Illud vero cum eo pugnat, quod Memoriam seculorum non ante a.* 1185. *scriptam scimus. Et si cum alio codice* 1186. *legere velimus*[66], *eo offendimur, quod eadem linea Gregorius VIII. papa indicatur, qui a.* 1187. *exeunte in cathedram elevatus est. Attamen Pantheon iam ante finitum erat, cuius altera editio praedecessori Gregorii Urbano est dedicata. Ideo quae hic mutata additaque erant Gotifredus postea in Memoriae seculorum codicem transtulisse putari posset. Sed ne ita statuamus, tum uni-*
67 *versa lectionum indoles*[67] *tum singula loca vetant, quae etiam in hac editione* (B) *ex codice autographo nata esse patet*[68]. *Itaque Gotifredum saepius in hoc eodem codice occupatum fuisse, et praefationem posteriori tempore quam maiorem textus partem recensuisse, necesse est. Hoc anno* 1186. *factum esse videtur; praefatio Heinrico VI. et Gregorio VIII. papae inscripta annum* 1187. *indicat; anno* 1191. *librum in Gotifredi manibus fuisse et tunc*

delectationem tue iuventutis composui .... Inter cetera et ad tuam delectationem de Alexandro Magno et de Appollonio Tyrio et de Gog et Magog atque de quibusdam aliis rarioribus et auditu dulcioribus aliquantulum diffusius adnotavimus, ad glorie tue maius gaudium et oblectamentum ..... in hoc libro delectabiliter et lucide poteris invenire. 64) Exemplar quod fundamento posuit etiam ab illo, cuius codices habemus, nonnumquam recedit. Particularum ordo is est, ut decem priores, quas in codice indicare nonnumquam neglexit, res ante Iulium Caesarem contineant, id est octo antiquioris formae respondeant, 11. *de Iulio Caesare et omnibus imperatoribus usque ad dominum Fridericum* agat. Tractatus de prophetis deest, praeterea quae in Pantheo de anima longius disputata sunt. 65) Quae (VII, 20) iam in Memoria seculorum de Trebeta narrantur, quamvis cum Ottone conveniant, aliunde sumpta sint oportet. Epitaphium vero ex hoc postea addidit. Ad Gesta Trevirorum quin illa referamus, eo impedimur, quod alibi eorum nullum deprehenditur vestigium. 66) Etiam in codicis fine (B 2 fol. 124) legitur, sed manu s. XV: *Completus est liber universalis compositus a magistro Gotifredo Viterbiensi ad dominum Gregorium papam VIII. anno Domini* 1186. 67) Saepius solus B veram exhibet lectionem vel propius ad fontem accedit quam C (editio Urbano papae inscripta); cf. XXII, 21. 24 (ubi ex vocabulo *eunucho* a B addito, sed post deleto, error aliarum editionum natus est) etc. 68) Panth. XXII, 1 iam legitur: *Cetera de Maxentio versibus proponuntur. Alia plura de Constantino scribimus, que presenti pagina supponuntur;* quae ita vix cohaerent. In codice autographo primum *Alia — supponuntur* scripta ad Memoriae seculorum textum lectorem referunt; post additum est: *Alia plura de Constantino scribimus, que in fine libri requires et hic pones*, cum spatium hoc loco non vacaret. In Pantheo illa, quamquam plane superflua, paucis verbis mutatis, repetebantur. Cf. c. 40 B: *Haec omnia de origine Francorum ponenda sunt sub titulo Leonis,* post ita mutata: *Hec omnia de o. Fr. ponimus hoc loco sub titulo Leonis,* quae in B tantum erant necessaria, ne de recto additionum loco dubitari posset. Alia eiusmodi in C omissa sunt. — Quod C ex B prodiit, etiam eo monstratur, quod sub Nerone versus de Clodoveo leguntur, quod cum iis convenit quae Memoria seculorum de regibus Francorum refert, quum Pantheon alium eumque meliorem ordinem restituerit.

demum finem accepisse, verbis disertis ipse monet[69]. *Opus modo Liber universalis*[70], *modo Pantheon*[71] *dicitur.*

Interea vero aliae editiones plures in lucem prodierunt.

Quae Urbano papae inscripta[72] (C), *ideo inter a.* 1185. *et* 1187. *Oct.* 20, [72] *quo ille obiit, confecta est, isagoges illas prorsus abiecit, quae iis continebantur partim primis particulis inseruit, partim fini libri addidit. Opus ita* 20 *particulis constat, quarum prima de divina essentia, secunda de homine eiusque anima disserit et historiam biblicam ad Noae usque tempora persequitur, tertia usque ad duodecimam res ante Christi tempora gestas exponunt, decima tertia testimonia prophetarum de Iesu Christo profert, decima quarta usque ad decimam septimam res a Christo nato usque ad Fridericum I. tradunt, decima octava historiam Anglorum continet, decima nona de regalibus insignibus agit, vicesima series paparum, imperatorum et regum diversorum regnorum, denique alterum pontificum Romanorum et imperatorum inter se coniunctorum catalogum exhibet. Gesta Friderici omissa sunt eorumque loco brevior eorum descriptio inserta, quae postea etiam in nova operis prioris recensione* (B) *addita est. Ceterum textus, saltem in posterioribus partibus, quas accuratius perlegi, idem fere est, qualis correctionibus et additionibus ex Memoria seculorum illic evaserat, ita tamen ut hinc inde quaedam iterum mutarentur, etiam errores nonnumquam committerentur, quos in omnibus huius editionis codicibus obvios non possumus quin ipsi Gotifredo tribuamus*[73].

Libri, quibus ad opus conficiendum se usum esse gloriatur, praefatione tam Memoriae seculorum quam Panthei et pluribus huius capitulis recensentur: Iulius Africanus, papa Clemens, Dionisius Ariopagita[74], *Dionius, Strabus, Solinus, Iosephus, Suetonius, Orosius, Eusebius, Athanasius, Hieronimus, Augustinus, Egesippus, Beda; sed pauci tantum ipsi ad manus fuerunt, pleraque nomina ex aliis exscripsit*[75], *ut alio loco Iosepho duce etiam Mamenot, Berosus, Mochius, Estius aliique afferuntur. In codice autographo hinc inde auctores quos sequitur in margine adscripti sunt; sed etiam hi non raro ficti. Neque Suetonium*[76], *neque Bedam*[77], *neque Gesta Karoli regis*[78], *quae affert, ipse ad manus habuisse videtur*[79]. *Illos vero quos revera exscripsit raro aut numquam indicavit, non Isidori chronicon, quo in versibus conficiendis maxime iam antea usus erat, non Ottonem Frisingensem, ex cuius chronico*[80] *maximam narrationis partem confecit, et quem tam presso pede secutus est, ut etiam iis locis, ubi Otto res se legisse vel vidisse testatur, verba retineret et vocabulo* Gotifredus *addito sibi temerarie usurparet*[81]. [74]

69) *Finitus est autem anno Domini* 1191, inscriptio libri; cf. quae B 2 f. 124. manu s. XV, sed fortasse ex folio nunc deperdito codicis B 1 descripta, leguntur: *Finitus liber panteon Gotifredi Viterbiensis capellani Friderici primi imperatoris et filii eius regis Henrici VI. anno Domini* 1191. *In isto volumine continentur vetus testamentum cum novo, istorie Latine cum barbaris et prosa cum versibus omniumque regum et regnorum cronica imperatorum et summorum pontificum Romanorum omnium gesta et annos et menses et dies. Descripsimus et regnum Assiriorum, Indorum* (l. *Medorum*) *et Egiptiorum et Macedonum et Ebreorum et Grecorum, Persarum et Troianorum et consulum Romanorum, Ytalicorum, Francorum et Theutonicorum et cetera.* Quae aperte Gotifredi sunt. 70) Praefationis rubra. 71) Ipsa praefatio et inscriptio: *Incipit liber Pantheon Gotifredi Viterbiensis.* 72) In praefatione hac liber *Gotefridus* dicitur, *sicut a Lucano Lucanus et ab Oratio Oratius.* Auctoris nomen librum significare debuit; quod postea mutatum est. In inscriptionibus vero etiam hic liber *Pantheon* nominatur. 73) Cf. n. 68. 74) XXIV, 1 etiam Origines affertur. 75) XXI, 1 (*Hanc Cesaris historiam nos quidem breviter tetigimus, ut Lucanus eam versifice et plenius est persecutus,* ex Ottone II, 50); XXI, 4 (Iosephus); 8 (Iosephus et Suetonius); 11 (Cornelius et Suetonius); XXII, 2 (Hist. tripartita; cf. 16); 12, 17 et 22 (Iordanis); XXIII, 41 (Orosius); XXIII, 29. 76) XXI, 5. 77) XXI, 7; XXII, 16. 17. 78) XXIII, 10. 79) Etiam quae ex Egesippo (XXI, 2), libris Sybillae (XXI, 2. 3), Solino affert, apud illos non inveni. 80) Usus est genuino eius textu; v. SS. XX, p. 102. 81) e. gr. XXI, 4; XXIII, 25 (*Legi ego Gotifredus in quibusdam gestis Romanorum*); 27 (Otto: *Michi autem videtur regnum Teutonicorum .... partem esse regni Francorum.* Gotifredus: *Michi autem ex multis scripturarum autoritatibus*

Ideo nec ipsi, quamvis in studiis philosophicis bene versato[82], *antiquorum philosophorum, quorum affert sententias, Heracliti, Aristotelis, Platonis, Plotini aliorumque, cognitionem tribuamus; sed haec ex aliis sui aevi libris sumpsisse censendus est.*

Quae revera ipsi versibus concinnandis materiam praebuerunt praeter opera
83 *iam in Speculo regum adhibita haec tantum indicari possunt*[83]*: Vita Eucharii*[84]*, Vita Fabiani vel Flaviani nunc deperdita vel saltem inedita*[85]*, Historia Amelii et Amici*[86]*, Pauli Diaconi historia Langobardorum*[87]*, historia quaedam imperatorum in Saxonia ut videtur scripta*[88]*. Quae de Francorum historia in Speculo retulerat novis auxit narrationibus fabulosis, quibus praesertim Memoria seculorum abundat, sive ex libro quodam nobis incognito ea hauserit sive — quod vix crediderim — ipse sibi excogitaverit. De Saxonum origine habet quae ad Widukindum accedunt*[89]*, neque tamen huius libros vidisse videtur. Anglorum historiam ex Galfredo Monmutensi mutuatus est*[90]*. Multa etiam ex populi ore in itineribus suis collegit vel ab iis accepit, quibuscum per longam vitam versatus est. Graecos et Sarracenos, Persas et Armenios, qui ad curiam impe-*
91 *rialem et papalem venerant, ipsum instruxisse, gloriatur*[91]*; quod dicat, etiam scripta eorum se accepisse, non magni faciendum est; sed narrationes, quales apud orientales populos viguisse compertum habemus, tunc temporis in occidentem esse perlatas et a Gotifredo receptas, verisimile est*[92]*. Ubique iis immoratur quibus lectores delectari possunt: historiunculae mirabiles et merae fabulae ipsi maxime placent, et quamvis eas plerumque non ipse finxerit, magnam tamen earum partem primus in historiarum librum recepit. Sane veri indagationi non magnam curam adhibuit et errores saepenumero commisit. Populorum antiquorum nomina ad suorum temporum rationem adaptare studens, non raro a vero aberravit*[93]*. Imperatorum ordinem turbavit, quin etiam temporum rationem ita neglexit, ut sub Augusto eiusque successoribus res narret a Francis gestas (ita Karolum Martellum coaevum faciat Caracallae).*

Haec, cum Ottonis ope Frisingensis alteram eamque prosaicam et magis historicam adderet partem, correxit, ita tamen ut hinc inde veteris erroris
94 *vestigia remanerent*[94]*. Multa etiam fabulosa antea versibus relata Ottonis narrationi brevioribus verbis inseruit, praeterea ex Pauli Diaconi historia Langobardorum*[95]*, ex historia illa imperatorum*[96] *nonnulla recepit; sunt etiam, quae ad certum auctorem referre non potuerim*[97]*. Capitulum de Sibyllae vaticinationibus*[98] *de regibus et imperatoribus s. X. XI. XII. iisdem plane verbis*

patuit, r. T....p. e. r. Fr.). Etiam verba XXIII, 41: *Cetera autem quae secuntur quia recentis memorie ... nos ea a viris probabilibus tradita et partim a nobis .... conspecta et ... audita ... proponemus* ex Ottone sunt descripta. 82) Cf. locum ex Panthei edit. posteriori (D) exscriptum: *Diximus de divina essentia secundum prophetas. Diximus etiam versifice de mundo archetipo secundum philosophos. Nunc iterum de Trinitate secundum fidem christianam more scolastico dicemus.* 83) Liber de infantia Salvatoris in capitum indice Panth. XX codd. C. D. affertur. 84) XXI, 9 n. 85) XXII, 7. 86) XXIII, 3. 87) XXIII, 6. 88) XXIII, 28. 29. Cf. Ulmann p. 68 sqq. et quae dixi, Ueber eine Sächsische Kaiserchronik p. 38. Gotifredum non ipsos Annales Palidenses, in quos Chronicae illius fragmenta transiere, secutum esse, eo statuendum videtur, quia de rebus s. IX. et X. admodum pauca comperta habuit, quae illic fusius Ekkehardo duce narrantur. 89) XVIII, 6. 90) Ulmann p. 73 sq. 91) Mem. sec. praef. 92) Cf. Ulmann p. 39 sqq., qui hac de re bene disputavit. 93) Ita Senones Gallos et Suevos eosdem habuit (XV, 25), Wisigothos dicit Vascones (XXII, 44 etc.), Langobardos et Avares Ungarios (Praef. XXII, 24) vel Hunos (XXII, 42); Catalani iam s. VI. nominantur (Spec. II, 45; XXII, 17). Ubi de Istro flumine sermo erat, *Istria rura* ponit (Spec. II, 39). In praefatione populos et regna pleno ore recenset, sed ita ut mera nomina repetere videatur, quid singula velint parum curans. 94) Vide quae de Clodoveo supra n. 68. monui. 95) XXIII, 4. 96) XXIII, 29. 42. 97) e. gr. quae in catal. imperatorum de Adventia urbe Vespasiani tempore condita, de Iobel patre Helenae et Tacherio avunculo Constantini, XXI, 9 de Nerone narrantur. 98) XVI, 24.

inter Bedae opera editum est[1]*; sed certe auctori s.* ***XII****, fortasse ipsi Gotifredo tribuendum est.* ***Hac parte plerumque auctorum verba retinuit****, sed ita ut breviora redderet quae illi praebebant, alia vero tam explicandi quam exornandi causa adderet*[4]*. Nonnunquam autem ex libris quos semel legerat ea quae memoria tenebat retulisse videtur*[5] *et ita longius ab illorum narratione recedit. Neque tamen in his substitit, sed foedis vel ridiculosis erroribus negligentia natis librum maculavit*[6]*. Etiam quae antea recte scripserat in nova editione nonnunquam deformavit*[7]*, quasi aliunde sumpta non vere sua ideoque nec maiori cura digna reputaret. In chronologia etiam nunc saepe peccavit*[8]*: ne annum quidem, quo* ***Fridericus I.*** *elevatus est, recte indicavit*[9]*.*

Sedulius versus tractavit, in quibus emendandis et elimandis eum per totam vitam occupatum videmus.

Pantheon ubi finitum erat, ***Urbano*** *papae, quamvis imperatori tunc infesto, transmisit Gotifredus, necessarium reputans*[10]*, ut, „si quod historiarum opus nova per aliquem institutione conficiatur, antequam in publicum deveniat, apostolico examini praesentetur; quatinus, si acceptione dignum esse perpendatur, eius mandato et iudicio approbetur et ab eo vires auctoritatesque recipiat, cui terrena et coelestia divinitus sunt commissa“. Neque tamen ideo animum imperatoriae parti addictum celavit*[11]*, tantummodo cavens, ne ecclesiam et papam offenderet*[12]*; non uno loco diversas partium sententias referens, de vi et auctoritate donationis Constantinianae*[13]*, de investiturae iure*[14] *etc. Animum recti studiosum ubique probat*[15]*; praefatione modestius quam in* ***Memoria seculorum*** *loquitur; et quamvis in historia illustranda non multum profecit, librum tamen aequalibus acceptum et utilem confecisse censendus est.*

Neque ab ipso emendando et augendo manum retraxit. ***Urbano*** *papa mortuo (*1185*),* ***Gregorio VIII****, eius successori, praefationem paulo mutatam et auctam inscripsit, quum vero totum opus iterum recenseret, non ante* ***Clementis III.*** *tempora*[16] *(*1187. ***Dec.*** *—* 1191. ***Mart.****), fortasse a.* 1189.[17]*, hanc editionem* (D) *finivit. In qua primas praesertim particulas valde auxit et res saepe aliter*

1) Bedae Opera 1563. Vol. II in fine; praeterea in lare eius rei exemplum habet XXII, 4, ubi *Toclacus historiographus* ex verbis Pauli *hoc loco* natus est. 2) Ideo a Baronio laudibus valde extollitur, Annales 1186, ed. Mansi XIX, p. 571. 3) Cf. Ulmann p. 33. 4) Ita saepissime vocabula *scilicet, id est, tota, omnis,* et alia eiusmodi addita sunt; quae uno vocabulo expressit Otto, pluribus narravit Gotifredus *(dolo et fraude* pro *fraude; imperii nomen dignitatemque* pro *i. n.);* verba planiora et lectoribus magis usitata praetulit, ut *papatus, cathedra, genealogia;* semper fere *imperator, imperare* de regibus dixit. Neque a talibus abstinuit, ubi ipse aliena verba se proferre testatur; XXI, 4. 8. 5) Cf. quae in codice Monacensi (B 2) leguntur: *Hanc istoriam ante annos* 30 *in Alemanniam* (sic) *a me perlectam et memorie fideliter commendantam* (sic) *ego Gotifredus Viterbiensis eo tempore quo librum Pateon* (sic) *composui, cum istius exemplarium non haberem, meo stillo meoque dictamine rem gestam de corde meo ita rescripsi, quod a materia libri Clementis extimo in aliquo me non deviasse. Ab hoc autem loco in antea dictamen ipsius Clementis, quod postea inveni, apposui* etc. Ita fortasse res Saxonicas ex Widukindo recepit; n. 89. 6) Cf. Ulmann p. 28 et quae in notis monui. Singu- 7) V. supra n. 67. 8) e. gr. XXI, 22 Claudium inter Aelium et Severum ponit. 9) XXIV, 1. 10) Ideo a Baronio laudibus valde extollitur, Annales 1186, ed. Mansi XIX, p. 571. 11) Cf. Ulmann p. 33. 12) Quod nonnunquam cum antea scripsisset: *sub imperatore ... papa resedit ...,* postea emendavit: *cum imperatore* (XXII, 3. 9. 23) ne ex tali consilio ortum putemus, eo vetamur, quod aliis locis *sub* retinuit (XXII, 3) vel etiam postea (codd. D. E) scripsit (XXI, 32. XXII, 9. 19. 4). 13) XXII, 3, ubi longiori disceptationi haec addit: *Ego autem, ut de sensu meo loquar, utrum Deo magis placeat gloria et exaltatio ecclesie, que hoc tempore est, aut humiliatio, que primitus fuerat, confiteor me ignorare .... Assentio autem matri nostre sancte Romane ecclesie ...., credo quod credit, sentio quod sentit, estimo possidenda que possidet* etc. 14) XXII, 45. 15) Cf. quae XXII, 27 de Hattone monuit; XXIV, 11 de forma regnandi Heinrico regi scripsit. 16) XXIV, 1. Cat. pont. et imp. in fine. 17) Ita cod. D 4 rubra. Ex XXIII, 38 colligi posset, famam de Hierusalem a Sarracenis capta (1187. 2. Oct.) nondum ipsi allatam fuisse; sed in hac editione non tantam adhibuit curam, ut statim verba *usque nunc* mutasse censendus sit.

disposuit[18], *postea capitibus quae de imperatoribus Romanis agunt non pauca ex Historiae augustae scriptoribus, catalogo vero imperatorum ex Nicephori chronico ab Anastasio translato inseruit, nonnulla ut invidiam vitaret mutavit*[19]; *etiam alia addidit*[20], *praesertim historiam regum Gothorum et Hispanorum ex chronico quod dicitur Albeldense vel Emilianense*[21], *historiam Machometi, epistolam quae medio aevo ferebatur Alexandri Magni et alia. Quae particulis* 1—17. *primae editionis continebantur, in* 26 *distribuit*[22]; 27. *est historia Anglorum,* 28. *de insignibus regalibus,* 29. *catalogus pontificum et imperatorum Romanorum, quem excipit chronographia Nicephori et catalogi regum variorum;* 30. *de quaestionibus diversis argumenti theologici. Sequitur, aliis numeris non indicatis, Historia de lege et natura Saracenorum et de vita et origine et lege Machomet prophetae eorum; Epistola Alexandri Magni; Cronica regum Gothorum et Hispanorum; De officio et ordine missarum; De consecratione altarium; Quot sunt genera iudicii; Nomina historiographorum, ex Historiae augustae scriptoribus collecta, et alia quaedam ex his excerpta; Decem miracula mundi; Catalogi sacerdotum Israeliticorum, patriarcharum Hierosolimitanorum, Constantinopolitanorum etc.; Dialogus de quaestionibus veteris testamenti et alia ad theologiam et ius ecclesiasticum spectantia. Huic amplae et indigestae variarum rerum farragini Gotifredus carmen addit, quod etiam Memoriae seculorum adiectum, in prima vero Panthei editione omissum erat. Ex hac capitum index servatus est, quamquam operi mutato et valde aucto minime respondet. Ipsum textum tam in versibus quam in aliis partibus non raro mutavit, emendavit, sed hinc inde etiam novis erroribus maculavit*[23]. *Quae cum ita sint, haec libri forma ceteris inferior et quasi imperfecta censenda est.*

Eo, ut videtur, Gotifredus adductus est, ut denuo operi manum immitteret, et novam editionem in lucem daret (E). *Quae paulo post, dum imperator Fridericus in expeditione sancta versabatur — saltem de morte ipsius* (1190. *Febr.* 10.) *nondum nuntius allatus erat — Viterbii suscepta et finita est*[24]. *Nunc totum opus in* 33 *particulas distribuitur, quarum* 24 *priores historiam ab Urbe condita usque ad Fridericum primum continent,* 25—33. *varias illas appendices tam historicas quam theologicas, meliori ordine dispositas*[25], *hinc inde etiam mutatas*[26]. *Praefationem Gregorio VIII. inscriptam Gotifredus retinuit, sed novum librorum et capitum indicem confecit; historiam Heinrici VI. una tantum linea addita auxit*[27]; *alia omisit*[28]; *textum novis curis recensendum sumpsit, ita ut prae-*

18) Haec longius exponere supersedeo; vix singulae paginae primae editionis typis expressae (C) cum hac conveniunt. Unum tantum locum ex cod. E 5 descriptum hic apponam, qui Gotifredi studiis variis lucem afferre videtur: *Est liber aput Arabes qui dicitur liber completus, scilicet cui nichil deesse in arte medicine videtur. Intitulatur autem sic: „Incipit liber completus, regalis dispositio Adhali filii Abri, discipuli Abunicher Moysi filii Segiar. Translatio Stephani philosofi discipuli de Arabico in Latinum". Quem librum Constantinus Africanus monachus Cassinensis intitulavit falso nomine suo dicens: „Incipit liber Constantini". De ipso eodem libro secundum Constantini et ipsius Stephani translationem ego aliquid in elementorum tractatu ante omnia lectoribus pro auctoritate proponam et postmodum alia consequenter exsolvam.* 19) e. gr. XXIII, 42 verba: *ab imperatore minis et terroribus extortum tamquam pravilegium* ita correxit: *inter papam et imperatorem factum.* 20) XXIII, 49: *De exaltatione Andronici.* 21) codice usus Emilianensi simili; v. España sagrada XIII, p. 445 sq. 22) Cf. quae de codicibus huius recensionis Lugdunensi et Vaticano notata sunt Archiv VII, p. 581. V, p. 167 sq., et quae infra de aliis dixi. 23) XXII, 4: *Arelati* pro *Aureliani;* 38: *duxerat* pro *direxerat,* etc. 24) XXVIIII, 2: *Hec omnia supra dicta ego Gotifredus Viterbiensis, domini Frederici imperatoris capellanus, ab Adam usque ad tempora mea splendide lucideque digessi atque distinxi, regnante domino Henrico VI. Romanorum rege adolescente et domino Friderico imperatore mirifico contra Salahdinum regem Damascenorum et Babiloniorum in transmarinis partibus bella movente.* Quocum convenire videtur, quod in codd. E 1. 2 legitur: *Incipit liber hic Panteon Gotefridi Viterbiensis, capellani imperatoris Friderici primi, anno Domini* 1110. *in ecclesia Palaciana in Viterbio perfectum atque completum.* Numerus corruptus est, sed facile restituendus: *MCXC* pro *MCX.* 25) Particula 33. testimonia prophetarum de Christi operibus exhibens antea historiae inserta erat. 26) Caput: *quotquot sunt genera iudicii* omissum est. 27) XXIV, 10. 28) praesertim ea

cedentem editionem ubique fundamento poneret, neque tamen nunc satis ab erroribus caveret[29]. *Huius etiam editionis duae sunt formae, quarum altera* (E 3 *sqq.*)[29] *singulis locis longius a prioribus* (B. C. D) *recedit*[30] *et non semel lectiones praebet aperte corruptas, quae an ipsi Gotifredo tribuendae sint dubitari potest. Nihilominus tamen ipsius manum in hac quoque deprehendere mihi videor*[31].

In codice autographo, de quo antea dixi, si inscriptioni fidem habemus, etiam a. 1191. *occupatus erat*[32]*; neque tamen in hunc textum ea recepit quae posterioribus editionibus* (D *et* E) *propria erant. Quod promisit, se expeditionis a Friderico I. in terram sanctam susceptae finem et eventum, si supervixerit, descripturum esse*[33]*, non explevit.*

Pluribus vero annis post, Heinrico VI, cui prae ceteris coniunctus fuerat Gotifredus, iuvene mortuo, ipsius gesta carmine celebrare et memoriae tradere constituit. Nam qui in codicibus nonnullis (editionis D*) leguntur versus quin revera Gotifredo tribuendi sint vix dubito. Metrum, quamvis ab eo diversum quo Gesta Friderici et alia pleraque scripta sunt, idem est quo in minoribus carminibus, Pantheo praemissis vel adiectis, ille utitur; verba et locutiones similes apud eum leguntur*[34]*; narratio auctorem prodit in media Italia degentem, ipsis*[34] *rebus praesentem et involutum, imperatori addictum, contra mala post eius obitum emergentia luctantem. Quod sermo negligentior quam in ceteris scriptis, etiam carminibus, deprehenditur, auctori iam seniori tribui posse videtur. Versus quamvis res magis breviter tangant quam historico ritu enarrent, plura tamen continent, quae res his annis gestas illustrent. Panthei codicibus loco sane minus apto inserti sunt, ita ut vix libri partem effecisse, sed sive ab ipso Gotifredo sive a scriba quodam post inserti esse videantur. Ideo neque in alias libri editiones transierunt neque iis praesto fuerunt qui in rebus ab Heinrico VI. gestis enarrandis ad nostram usque aetatem versati sunt*[35].

Alia vero Gotifredi opera saepissime descripta tam in Italia quam in Germania tantae per medium aevum fuerunt auctoritatis, ut praesertim narratiunculae et fabulae versibus descriptae a multis repeterentur, id quod non parum ad veram antiquorum temporum historiam obfuscandam fecit. Inter hos Gotifredi asseclas Martinum Polonum, Martinum Minoritam, Siffridum Misnensem, Königshoven, Gobelinum Personam, Trithemium Germanos, Ricobaldum Ferrariensem, Ptolemaeum Lucensem, Galvaneum Flammam[36] *Italos nominasse sufficiat*[37]*. Speculum regum integrum fere translatum est in Librum de temporibus et aetatibus Regiae in Italia, ut videtur, scriptum*[38]*. Iam saec. XIII. medio (a.* 1243*) in Italia, ut videtur, ex libro Pantheon (edit.* D*) excerptum factum est, continuatione brevi auctum*[39]*. Breve chronicon imperatorum et paparum ex Gotifredo*

quae XXII, 3 de donatione Constantiniana scripserat. 29) Cf. XXIII, 20. 30) XXI, 9 E 1 omittit quae hoc loco male de Glodoveo rege Francorum ex Memoria seculorum recepta erant; sed in E 3 sqq. leguntur (de E 2 non constat). Num ipse auctor an codicis scriptor ita historiam emendare studuerit, contendere non ausim. 31) Ita XXIII, 20, ubi error errorem genuit; XXIII, 20, ubi pro *Iuraque Teutonicus cesar in Urbe dedit* scriptum est: *Omnibus Ytalicis tunc sua iura dedit;* XXIII, 42, ubi verba: *et in capella sancte Afre sine sepultura per spatium quinque annorum in feretro conservatum* non sine consilio omissa sunt. De aliis locis mihi non constat; cf. quae infra de editionis ratione dixi. 32) V. supra n. 69. 33) XXVIIII; 2. 34) *Melana ... furit ut leena* (G. Fr. 19. 716); *similis in prelio Iude Machabeo* (XXIII, 49); *natus respondere* (Praef.: *nata sunt ignorare); dolo fraude arte (fraude dolo* Spec. II, 35) *agmina Quiritum* etc. 35) V. Cl. Toeche in libro doctissimo, quem nuper de historia Heinrici VI. evulgavit, primus etiam hoc carmine usus est. 36) Qui pariter ac Perigrinus Priscianius Ferrariensis, Muratorio teste, SS. VII, p. 350, Memoriam seculorum adhibuit. 37) Cf. Stenzel, Fr. Kaiser II, p. 31. De Ptolemaeo Luc. Muratori SS. XI, p. 745. 38) Muratori SS. VIII, p. 350. Quotquot ex hoc chronico afferuntur versus tamquam Gotefridianis similes, sunt ex Speculo regum. 39) Huius partem ed. Mencken, SS. R. Germ. I, p. 1 sqq. Scriptor: *Volens*, inquit, *acta antiquorum patrum Ebreorum, gentilium et Grecorum, prout liber*

haustum, V. Cl. Pertzio monente, in Cod. musei Britannici, Arundell Msc. Nr. 326. *fol.* 123—127 *legitur.*

Ad nostram vero aetatem plus quam quadraginta codices servati sunt, qui tum integra Gotifredi opera, tum fragmenta maiora continent. Quorum plurimi et maxime notatu digni ad hanc editionem adornandam praesto fuerunt.

In qua hoc consilium egi, ut Speculum regum, omnium operum antiquissimum et ceterorum quasi fundamentum, hucusque ineditum, integrum proponatur, ex postrema Panthei editione vero ea repetantur quae res inde a Christo nato tradunt, ex prioribus particulis quibusdam excerptis quae ad populorum Germanicorum historiam quamvis fabulosam faciant; praeterea tam ex Memoria seculorum quam ex prioribus Panthei editionibus recepta sunt quaecumque Gotifredus postea omisit vel mutavit, eaque sic disposita, ut operis quasi historiam prae oculis habeant lectores. Neque quae codicum scribae hinc inde inseruerunt omittenda duxi, maiores tamen additiones et continuationes in finem reieci, de quibus postea dicendum erit.

Codices vero quotquot cognovi hi sunt[40]*:*

Speculum regum.

1[a]) *Cod. librariae advocatorum Edinburgensium Nr.* 18. 4. 10, *membr. s. XIII. ex. vel XIV, fol. min., post mappam mundi Isidori exhibet Speculi praefationem, capitum indicem, catalogum pontificum Romanorum; quibus addit carmen de Lauda civitate, quod Gotifredo tribui nequit. Liber omnium huius operis praestantissimus, partim a V. Cl. Pertzio, partim ipso flagitante a V. doctissimo Cosmo Innes exscriptus est. In quo maiorem libri partem desiderari dolemus.*

1[b]) *Cod. Musei Britannici Addit. Nr.* 11670. *(olim bibliothecae Piccolominianae Nr.* 185*), chart. s. XV. in., ex antiquiori desumptus, ut nota in fine voluminis ostendit:* Scriptus fuit iste liber Reate. Anno Domini 1250. temporibus domni Innocentii quarti pape. *Constat foliis* 29, *omissis* 6*; quae restant a bibliopego falso ordine coniuncta sunt; similis vero error iam in librum illum antiquiorem irrepserit oportet, cum fol.* 21[a] *et* 21[b] *leguntur quae ad diversas operis partes pertineant. Ita enim folia disponenda sunt: fol.* 1—9, *quatuor iam deperdita,* 18, *unum deperditum,* 12—17, 20, 21[a], 19, *unum deperditum,* 11, 21[b], 22—29. *Codex ubi cum* 1[a] *conferri potuit, ad huius lectiones prope accedit. Commentario caret, et quamvis singula verba saepe valde sint depravata, ad genuinum tamen textum restituendum multum facit.*

Reliqui omnes commentarium pedestri oratione scriptum adiungunt, sed capitum indices, catalogum pontificum aliaque omittunt.

2[a]) *Cod. Vindobonensis Nr.* 3730 *(Lunaelacensis Nr.* 181*), chart. s. XV. fol., f.* 425—451. *Additur brevis imperatorum catalogus a Karolo M. usque Fridericum II. ex Martino Polono sumptus.*

2[b]) *Cod. Monacensis Lat. Nr.* 5895 *(Residentiae Soc. Iesu Ebersperg. Nr.* 1596*)*[41]*, chart. s. XV. fol., f.* 1—64, *cum* 2[a] *in multis concordat, eadem continuatione auctus, neque tamen alter ex altero descriptus esse potest*[42].

Pentheon aperte declarat ... sub brevitate narrare etc.; et (l. l. p. 31): *Hucusque libri Pentheon scripta posuimus, addentes interdum alicubi deffectum historiarum ex historiis ecclesiasticis, et nichil fabulosum inserentes, sub compendio nomina et tempus (corpus* ed.*) et annos imperatorum et regum ab inicio mundi curavimus enarrare.* 40) Petropolitanum Panthei a. 1409. descriptum, Archiv XI, p. 793, V. D. Arndt videre non potuit. 41) Cf. quae V. Cl. Föringer notavit, Archiv VII, p. 590 sqq. 42) 2[b] interdum veras lectiones servavit, multa vero temerarie mutavit. In fine utriusque libri quatuor versus leguntur: *Terdecimo Februi si vis vitare per annum* etc.

1. Gotifredi Viterbiensis cod. autograph. Paris. lat. 4894.

fol. 153.

Anno abicarñ. dñi. 𝔐. c. xxxc. vm. Cõradus sup nrmoraℓ. ap̃ cõfluentiã. int magũtiã ⁊ coloniã. inregn eligit̃ ꝑsente teodewino portuense epo. aplice sed legato. Stanq; aquisgran ised̃e leawh ap̃ncipb; ẽfitur: abeod̃ legato ẽ corõnat. Sarones tñ ⁊ dux bawarie henric. tr̃ ieũ nõ cõsenser. ãsserebãt ⁊ eũ non regẽ legtimũ. sꝫ ꝑ subrectionẽ erexit̃. Rexp̃ figit eis oĩb; curiã genialẽ ap̃ habĩbere. Adquã uenientes simul eũ ip̃ius duali otharii: ignom ⁊ pacẽ regis sr̃ oĩs receptu. excepto solo duce bawarie heĩrico. q̃ cognoiabãt sup̃b; ap̃ quẽ ⁊ ĩsignia regalia. ẽ nimacẽ adhuc detinebant. Erat. ñ. gener defũcti ip̃ius lotharii. ⁊ ꝙ teneꝫ regalia adregnũ quantũ potat aspirabat. Coactꝰ ũ tandem regalia. i. crucẽ ⁊ lanceã. ⁊ coronã reddidit. gram nũ regis ñ ipetiit. Postea ũ iudicio p̃ncipũ. arege plẽpt.

Lothario morient. venit conradus honestus
Hostibus infestus. sapiens. adcuncta modestus
Quem fatꝫ impium laudat. ⁊ ome sol—vm.
Dum timet hũc siculus. dum ꝑdere regna uereℓ
f. rogerii rex
s. i alemania

fol. 91.' Cronica cõtẽpanea. de. ccc. lxxxx. u. maꝰ rome.

Tunc simul inuentas mãnas: dico trecentas.
Octoginta duas. romano carcere tentas.
Conuictas. propriis. ferre uenena. uiris.
Iratus populus. iubet has potare uenenum
Et reliquę sceleriũ socię simul ĩdr biberunt.
Conscia siqua fuit. ꝑfra uenena. luit.

2. Gotifredi cod. Monac. latin. 21, 259.

fol. 196. ⁊ murꝰ formdabant. habebãt cũ apd̃ se
uirũ fortissimũ. de cuiꝰ uiribꝰ omnimodis
cõfidebant. Qnẽ solũ ꝑ omnibꝰ obtinere
puguaturũ. Mandauerℓ lõgobardis ur
umũ eorꝫ illi opponer̃ qui cũ eo ꝑ omnibꝰ
singulare uincer̃ etiam. ea. s. cõditione ut

W. Arndt delin. 1872 Berolini.

3. Gotifredi cod. Paris. lat. 4896.

fol. 106.

Vxor denicta ꝑte mulier fortissima regi
Cesserit. ⁊ alloquiis ãium retinẽt adegit.
A modo milium mia loquent ibi.
Quo rex decepat ducissam
Et placator aũt ꝑte mea bella parauit.
Te nimis optauit nimiũq; coact amauit.

Crux caput impij dat hec medicinaq; morbis:
Clmata quadrati ꝑ brachia tinet orbis.
Crux ẽ scala dei. spes. uia. uita reis.
Hac dat ascens iustor moe repensus
Hac latro suspensus recepit ꝑmie cens.
Hanc solet impium ferre ꝑ ome solum.

Mon. Germ. SS. T XXII. ad pag. 13. 14.

2[c]) *Cod. Vindobonensis Nr.* 4226 *(Theol. Nr.* 130*; Ambras. Nr.* 31*), chart. a.* 1467. *exaratus, fol., f.* 279—306*; ex* 2[a] *fluxisse videtur* [43].

2*) *Codex bibliothecae aulicae Carlsruhanae, olim Augiae divitis (v. Archiv I,* 43*), chart. Nr.* 133, *saec. XV. in forma minori scriptus, ubi fol.* 1—40 *Gotifredi liber, f.* 41. 42 *imperatorum catalogus legitur, prope ad praecedentes codices accedit* [44]*, multos etiam novos addit errores, hinc inde tamen cum* 1 *convenit. Commentarium mox integrum mox mutatis verbis in margine vel inter versus scriptum praebet; quam libri formam ne genuinam putes, multa sunt quae vetant. Hoc unum inde effici videtur, ut eo modo iam in antiquiori exemplari ea exarata esse iudicemus, quae alii codices post versus posuerunt.* 44

3[a]) *Cod. Vindobonensis Nr.* 3496 *(Hist. eccl. Nr.* 217*), chart. s. XV.* 8, *f.* 217—267*; aliam habet continuationem usque ad Albertum II. deductam* [45]*, praeterea commentarium valde amplificatum ex libris diversis, etiam Gotifredi aetate posterioribus; in ipso textu vero non multum a* 2 *distat, ita ut certe ex eodem exemplari manasse videatur.*

3[b]) *Cod. Seitenstettensis Nr.* 298, *chart. s. XV. ex.* [46] 8, *f.* 2—58, *cum* 3[a] *ubique fere conveniens, sed lacunis nonnullis deformatus.*

Libros Vindobonenses ipse a. 1865, *dum festum universitatis ante quinque saecula fundatae celebratur, praesens inspexi, postea codicum* 2[a] *et* 3[b] *Vir doctissimus W. Schmidt, V. Cl. Sickel curante, magna cum diligentia exemplar fecit, quocum Monacensem, a V. Cl. Halm bibliothecae aulicae praefecto et Carlsruhanum iubente serenissimo principe Magno Duce Badensi benivole Gottingam transmissos contuli. Codicis vero Musei Britannici variam lectionem V. Cl. Pertz enotavit; quo factum est, ut menda fere innumera, quibus reliqui codices scatent, tolli potuerint; alia tum ope Panthei et fragmentorum ex Libro temporum a Muratorio editorum, tum coniectura emendare studui; sed etiam nunc sane restant quae medela egent. Varias lectiones codicis* 1 *integras, praeterea eas praecipue enotavi, quae pluribus libris sunt communes. Glossas ex omnibus collegi, codicum signis appositis (ita tamen, ut ubi* 2[a] *et* 2* *conveniant, brevitatis causa* 2, *pro* 3[b] *vero* 3 *posuerim, cum* 2[b] *omnes fere omittat, de* 3[a] *vero pauca tantum adnotata sint). Quae ipsi Gotifredo, quae librariis sint tribuendae, nunc vix diiudicari potest.*

Felicius nobis in aliis Gotifredi operibus edendis esse licuit.

Memoria seculorum.

A 1) *Cod. Parisiensis Nr.* 4896, *membr. saec. XIV. in fol. max. (Archiv XI, p.* 322*), eleganter scriptus, quem ipse a.* 1839. *exscripsi.*

A 2) *Cod. Montispessulanus Nr.* 222 *(Bouhier* C 46*), membr. s. XIV,* 230 *foliis minoris formae constans (Archiv VII, p.* 559 *sqq.), ante hos triginta annos in huius editionis usum a me adhibitus. Glossae, quas* A 1 *tantum non omnes praetermisit, uberrimae hic exstant.*

Memoria seculorum in Pantheon mutata.

B 1) *Cod. Parisiensis Nr.* 4894, *membr. s. XII. ex., foliis* 163 *in maiori forma constans (Archiv XI, p.* 323*), ab ipso Gotifredo partim (ab Augusto —*

43) Ex versibus mox allatis duos tantum habet priores. Ex hoc Lambecius (Comm. de bibl. Vind. II, p. 774) praefationis partem edidit. 44) Versus in praecedentibus notis indicati hic non exstant. 45) De quo ita: *Hic Albertus si diutius in vita perstetisset, Austrie ducatum usque ad sidera usque* (sic) *in utrisque bonis extulisset. Clament igitur Australes usque in celos et dicant cum propheta: „Cecidit corona capitis nostri, defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum cor nostrum“, dicantque omnes alii: „Extinctus est pietatis amor periitque rex inclitus et pater orbis“* etc. 46) Scriba a. 1439. monuit: *Tunc ego sum natus in die S. Martini.*

Constantinum, f. 109—129′, *a Conrado III. usque in finem, f.* 153. 154) *propria*
47 *manu exaratus, partim scribis in manus datus*[47], *innumeris emendationibus postea textui illatis, praeterea glossis, in ceteris codicibus magnam partem omissis, conspicuus et certe maximi faciendus. Servavit etiam maiorem Gestorum Friderici partem, in fine foliis quibusdam evulsis, quibus reliqua eorum pars et alia quaedam additamenta continebantur. Fol.* 26 *et* 29 *post inserta catalogum praebent pontificum Romanorum auctum et continuatum, Viterbii procul dubio scriptum, ubi hunc librum, in quo emendando non uno tempore Gotifredum occupatum vidimus, aliquamdiu mansisse, verisimile est. Quem omnium praestantissimum quum summa qua potui diligentia partim cum editis contulissem partim exscripsissem, non potui quin huius operum Gotifredi editionis curam susciperem, quamvis a studiis quae nunc me tenent fere alienam.*

B 2) *Cod. Monacensis Lat. Nr.* 43, *olim H. Schedeli, cuius signum* H̊A. *S. D. supposito anno* 1512 *f.* 125′ *legitur, membr. s. XIII, foliis* 128 *in maiori forma constans, quorum aliqua initio et fine post inserta et manu Schedeli*[48] *scripta sunt. Liber ex* B 1 *derivatus, neque tamen ex ipso descriptus*[49], *ad explendas lacunas, quas foliis deperditis hic passus est perutilis, sed negligentissime a scriba imperito et ne linguae Latinae quidem satis gnaro est exaratus*[50]. *Glossae omissae sunt. In fine addita f.* 110′ *Historia Clementis ab ipso Gotifredo de-*
51 *scripta*[51], *f.* 111′ *Catalogus pontificum et imperatorum Romanorum a Gotifrediano diversus, inter Continuationes edendus, f.* 122 *Historia Pilati et Iudeorum*[52]. *Ex hoc codice V. Cl. Ficker Gesta Friderici primus edidit.*

Pantheon, editio prima (C).

C 1) *Cod. Moenofrancofurtanus Nr.* 89, *membr. s. XIII. ex., cum altero recentioris aetatis compaginatus,* 11 *quaternionibus constans, quorum primus uno destitutus est folio, duabus columnis satis diligenter scriptus, cui primum huius classis locum tribuendum duxi, quia singulis quibusdam locis propius ad* B *accedere videatur. Desinit vero iam in particula duodecima verbis:* Errat et in vanum nocte laborat ibi *(Pistorius p.* 255*), quare huc benivole transmissus magno usui esse non poterat.*

C 2) *Cod. olim Fuldensis, a Wolffgango Yssygkheym possessore cum Iohanne Heroldo ut in lucem prodiret communicatus, qui textum praebuit optimae notae, levioribus tantum maculis aspersum, qualis vix ex ullo alio codice praeter* B 1 *exhiberi posset. Quem quo fata tulerint, nos fugit. Editionem Heroldianam (Basileae ex officina Iacobi Parci* 1559 *fol.) repetiverunt Pistorius (Germ. SS. Tomus II, p.* 1 *sqq.), adiecta codicis Norimbergensis varietate Struve (Pistorius ed. III.), et inde a Maxentii imperatoris temporibus Muratorius (SS. R. Italicarum T. VI, p.* 353 *sqq.)*

C 3) *Cod. Monacensis Lat. Nr.* 21259, *olim civitatis Ulmensis*[53], *f.* 57—232 *maioris formae, diversis manibus s. XIII. duabus columnis distincte et satis accurate exaratus; septimus quaternio (fol.* 105—112*) deperditus est (Pistorius p.* 137: hic legitur — *p.* 160: renovatur ita*); f.* 86′ *partim vacuum relictum, quum duo in exemplari quod scriba prae manibus habebat deessent folia (Pistorius p.* 78 Versus igitur audiamus — *p.* 82 per spatium concessisset*). Goti-*

47) Cf. quae Archiv XI, p. 323 sqq. accuratius exposui. 48) Cf. quae monuit V. Cl. Föringér, Archiv VII, p. 571. 49) Hinc inde verba omissa sunt, quae in exemplari quod scriba sequitur aut deperdita aut certe illegibilia fuisse patet; in B 1 vero nihil eiusmodi invenitur. 50) Ut unum afferam exemplum: pro: *rex durius invenit omen,* scripsit: *rex Darius invenit eum;* pro: *Montibus angustis et fluminis ordine cincti: Montibus augustus et fl. o. cuncti;* pro: *Narsem eunucum: nascere unucum.* 51) V. locum supra p. 9 n. 5 allatum. 52) Cf. quae monui ad Spec. regum II, c. 7. 53) Archiv IX, p. 559.

4. Gotifredi Viterbiensis cod. Paris. lat. 4895.

fol. 141.

hohca tenet etiã inseruimus. Jnomnu
bz autẽ istis mch fabulosum saent ad
ducimus sz actores ai catholicos q autẽ
ticos secuta sum ut eusebui. clemẽtem.
pp. pamũ. dio mxtũ. areopagitã. ouge-
nem. yeronimũ. Augustinum. Josephũ

De astense cautate.

Q gna timens regẽ mox deser asta colloñ.
l dastrũ nouũ sua q cta q ca reponunt.
y nde suũ uacuũ deserit ista solũ.
n ec pentus uacua desta relinqr asta.
T urribs eusis tuenta cbaria uastant.

5. Gotifredi cod. Monac. latin. 22,237.

manus prima f. 16'.

dueb distinẽ elemta. vib eaq̃ st sup
elemta. Primo traq; duc fec dẽ etnita
tul. i. spuale lucẽ. yomnẽ spuale caam.
S cda duc fec cẽlũ illud. qd creatam spũ

manus secunda f. 56'.

Qd ut faciliꝰ credat inducit uarro
in exemplũ. illa famosissimã citcen.
que socios ulixis mutauit in bestias.

manus tertia f. 131.

ducem. Basiliari patri imitalia mans

W. Arndt fecit.

6. Gotifredi cod. Lugdun. lat. fol. 15. f. 135.

ytaliam ingrediunt. ad quẽ ernest
primínus eius dixe cõsilio matris
sue Gisile regine. uenit q gñam re
gis optinuit. pmittẽs se cum eo ĩ

W. Arndt fecit.

8. Thomae Tusci cod. Paris. lat. 6818.

bellaẽ pstitit. Anno dñi. ac. cc. lxxviij. i
ipo âno ab eodem rodulfo post fidẽ bis fra-
ctam musentodi receptus.

7. Martini Oppaviensis cod. Berolin. lat. fol. 119.

ut sacerdotibz qui se non
opponebant imitu pro do
mo rituel et multa alia
et pt subdidit ei mortuus

L. Weiland fec.

Mon. Germ. SS. T. XXII. ad pag. 15. 17. 19. 390. 489.

fredi verba hinc inde mutata. Catalogo imperatorum et paparum brevis addita est continuatio, quae auctorem episcopatus Argentinensis incolam arguere videtur. Post Gotifredi Pantheon eadem manu scriptum est: De ortu Pilati. Regibus olim — et medius crepuit. Explicit ille liber *(fol.* 232). *Idem volumen, sed alio tempore scriptum amplectitur Chronicon Henrici de Diessenhofen, ex hoc ipso nuper a Hoeflero satis negligenter editum.*

C 3*) *Cod. Vindobonensis Nr.* 372 *(Hist. prof.* 96[54]*), membr. fol. s. XIV,* 3 *columnis artius et minus eleganter scriptus; ex maiori libro unus tantum quinquernio et sex folia, quatuor in medio deperditis, supersunt, quae Panthei fragmentum inde a Iohanne Crisostomo usque ad Fridericum I. et ultimam catalogi imperatorum et paparum partem, praeterea Historiam Pilati continent. —* C 3 *et* 3* *artissime inter se cohaerent; illum ex hoc descriptum locis quibusdam inter se comparatis*[55] *dicerem, nisi huius scriptura ut videtur paulo recentior dubitationem moveret.*

C 3′) *Cod. Bernensis Nr.* 260, *membr. s. XIV, pag.* 61—86 *excerpta ex hac Panthei editione continet, praemissa praefatione ad Urbanum papam, quam cum editis contulit, alias quas flagitaveram notitias addens V. Cl. Hidber. Lectio eadem fere est quae* C 3.

C 4) *Cod. Monacensis Lat. Nr.* 22237 *(Windberg. Nr.* 37.[56]*), membr. s. XII. ex. vel XIII. inc., duabus columnis eleganter scriptus,* 174 *foliis maioris formae constans, quae praeter Gotifredum bonorum Windbergensium descriptionem*[56*] *(f.* 3—5*), notitiam de redditibus (f.* 171′—173*) et diplomata quaedam post inserta (f.* 1 *et* 2*) continent. Pantheon usque ad a.* 1198. *continuatum, fortasse hoc ipso anno, id est ipsa Gotifredi aetate, scriptum est. Sed a plerisque aliis codicibus hic valde recedit. Verba et nomina ubique Germanicam, ut ita dicam, formam induerunt*[57]*; sed et alia mutata sunt, ut sermo planior et emendatior fieret*[58] *vel res accuratius exprimerentur*[59]*; neque tamen ab erroribus satis cautum est*[60]*. Et quin haec ipsi Gotifredo tribuam, et eo impedior, quod rarius in versibus*[61]*, quibus elimandis alibi semper operam dedit, quam in pedestri oratione manum correctoris deprehendimus. Nonnulla quoque iam in* C 3 *similiter leguntur, id quod docere videtur, huius editionis exemplar, mox ut in lucem data erat, in Germaniam esse relatum ibique lectoribus adaptatum et per monasteria praesertim Baioarica propagatum. Ex his enim plures eiusdem fere recensionis codices ad nos pervenerunt.*

C 5) *Cod. Vindobonensis Nr.* 380 *(Hist. prof. Nr.* 95*), membr. s. XIII. ex.,*

54) non 94, ut Archiv II, p. 470 legitur. 55) XXIII, 48 in C 3* pro *Winisberc* columna finiente *Wines* legitur et ita C 3. 56) Cf. Aretin Beiträge IV, p. 632. 56*) *Sicut Salomo ait: „Generatio preterit et generatio advenit“ et numerus dierum currentium etiam ea que bene gesta sunt oblivione operit, et quanto veterior tanto deterior mundus erit, cuius malicia nostra etate ita crevit et adeo invaluit, ut quod pietas antiquorum Deo servientibus devote optulit, hoc impietas modernorum auferre conetur, si possit. Hinc est, quod predia nostra singillatim assignamus et unde et qualiter ea acceperimus scripto mandare posteris curamus, ut his a quibus impetimur nos et posteri nostri respondere magis parati inveniantur* etc. 57) Ubique *w* pro *gu* scribitur; *Baioaria; Otingin* pro *Odinc; Aichstet* pro *Aistet; Wirzburg* pro *Guerzeburg.* Habet plerumque *ę* pro *ae,* ubi etiam codex autographus *e.* 58) *eius* pro *suus* saepius; *acciperet* pro *accepisset.* Nonnunquam sine aperta causa eiusmodi factae sunt correctiones; *periit* pro *interiit; interiit* pro *obiit; adiecit* pro *adiunxit; autem* pro *vero; coegit* pro *redegit; latuit* pro *latitavit; extremum* pro *ultimum; f. dimicavit* pro *bellum f. gessit.* Saepissime verborum ordo mutatus est, quod annotare nolui. 59) *regnum* pro *imperium; regibus* pro *imperatoribus;* XXIII, 29 recte cum Ottone *Benedicti* scribit, ubi ceteri *Stephani;* ibidem verba: *terra autem eius redacta est in regium fiscum* mutata sunt: *t. a. e. regium fiscum usque in hodiernum diem persolvit.* 60) XXIII, 34 ex: *ne sit ille quem precepit occidi,* aperte falsa lectione factum est: *nescit ille quod precepit eum occidi.* 61) Semel tantum, nisi fallor, novum prorsus versum cudit, XXI, 6, ubi Gotifredus: *Idola Tiberius iubet in Tiberim iaculari,* codex C 4: *Tiberius Tiberi iubet Ysidis ydola mergi.*

Iste liber est sancte Margarete in Osterhoven scriptus sub domino Ulrico abbate huius loci *(f. 1′ et 2). Gotifredi Pantheo quaedam de monasterio Osterhoven notitiae et postea chronica moderna, sub nomine Annalium Osterhovensium edita (SS. XVII. p.* 537 *sqq.*[62]*), sunt inserta. Ex* C 4 *descriptus videtur.*

C 6) *Cod. Monacensis Lat. Nr.* 9503 *(Altah. super. Nr.* 3*), chart. fol. max. s XV, continet f.* 31—229 *Pantheon eiusdem editionis.*

C 7) *Cod. Monacensis Lat. Nr.* 9711 *(Altah. super. Nr.* 211*), chart. fol. max. s. XV, fol.* 232 *ita:* Incipit cronica Gotfridi: De omnibus Sibillis *etc. (XVI,* 24 *nostrae editionis). Quae antecedunt hic omissa sunt; sed posterior Panthei pars plena est. —* C 6. 7 *cum* C 4. 5 *in continuatione usque ad a.* 1198. *et saepe etiam in lectione conveniunt, neque tamen ex* C 4 *manarunt, quippe qui nonnunquam genuina scriptoris verba servarint.*

C 7*) *Cod. Monacensis Lat. Nr.* 9681 *(Altah. super. Nr.* 181*), membr. s. XIV. formae minoris, Honorii imaginis mundi parti*[63] *excerpta addit ex Gotifredi Pantheo, incipiens, sicut* C 7, *a capite:* De omnibus Sibillis, *quibus*[64] *(p.* 155 *sqq.) alia ex priori parte addita sunt.*

Breviora Panthei fragmenta in aliis codicibus Monacensibus exstant: Lat. Nr. 4423 *(August. S. Udalr. Nr.* 123*), chart. s. XV, f.* 2 rictmi, quibus autor benignos postulat auditores, *f.* 249 *De Karolo Magno; Lat. Nr.* 14259 *(Ratisb. S. Emmer.* F. *XXXVI), chart. s. XV, f.* 1 *de Octaviano; Lat. Nr.* 14826 *(Ratisb. S. Emmer.* i. 5 *vel* 826*), chart. s. XV, f* 134′ *de Heinrico Secundo, de apostolis; Lat.* 14111 *(Ratisb. S. Emmer.* B. *XIX vel* 111*), chart. s. XV. (a.* 1462*), f.* 162′ *de Cunrado II, de captivitate Paschalis; Lat.* 7666 *(Indersdorf. Nr.* 266*), chart. s. XV, f.* 207—210 Interpretationes nominum omnium prophetarum — secundum Ysidorum ethim. auctore magistro Gotfrido Viterbiense. — *Aliud fragmentum* qualiter Romanum imperium devenerit ad Teutonicos sub Adriano papa *exstat in Cod. Vindobonensi* 413 *(Hist. eccl.* 29*) s. XIII—XIV. fol.* 103[65].

Codices tam Vindobonenses quam Monacenses autumno a. 1865. *praesens evolvi;* C 3 *et* 4 *vero, qui accuratius excutiendi erant, V. Cl. Halm benivole huc transmisit.*

Huius recensionis sunt praeterea:

C 8) *Cod. Parisiensis Nr.* 4825 A., *membr. s. XIV. fol.,* 2 *columnis exaratus:* Liber iste cronicorum est domini Iohannis cancell. domini regis Romanorum. *Historiuncula de ortu Pilati Pantheo f.* 118′ *subiecta hunc librum cum* C 3 *familiaritate quadam coniunctum esse probat; id quod singulis lectionibus, dum a.* 1867. *iterum Parisiis versabar, enotatis confirmatur*[66]. *Initio vero imagines pictae sunt Friderici et Urbani, quibus Gotifredus hos porrigit versus:*

Et tu, qui palme bravii frueris, Friderice,
Carmina multiplice Muse sumas, pater alme.

62) Cf. etiam Archiv X, p. 465. 63) Brevis imperatorum series finitur, ut cod. 9ª (Altah. 211 = nostr. C 7), v. SS. X, p. 133 n. *u.* 64) Paginae 149′ alia manus haec intulit: *Anno Domini* 1347. *obiit dominus Ludwicus IIIus imperator plenus virtutibus anno regni sui* 34*o, imperii* 20*o. Qui multum eciam benefecit huic loco, s. Altahensi monasterio. Insuper* 200*as libras denariorum, quas antecessores sui annuatim a supradicto loco receperunt, perpetuo relaxavit. Item supradictus dominus Ludwicus imperator relictis pluribus heredibus tamen filius eius senior Ludwicus nomine marchio Branwurgensis· ei in ducatu Baioarie successit, tali paccione, ut fratres sui sub ipso essent, et ipso deficiente iterum senior fratrum succederet.* 65) Codex qui affertur Archiv X, p. 626 ex bibliotheca monasterii Rein in Stiria, V. Cl. Dr. Schmidt monente, non Gotifredi librum, sed opus plane diversum Pantheon nominatum, 4 libris digestum, de timore Domini, de verbo Dei, de penitentia, de temptatione carnis, continet. 66) Cf. infra et quae Archiv XI, p. 331 annotavi.

Ex quo statuendum videtur, hunc librum ex exemplari a Gotifredo ipsi Friderico dedicato esse derivatum; et si coniecturae indulgemus, fortasse addere licet, Iohannem regis cancellarium ipsum habuisse et describendum curasse. Iohannem vero eum puto, qui sub Alberto I. cancellarii officium gessit, postea episcopus Strasburgensis ecclesiae[67], *infra cuius terminos brevis codicis* C 3 *continuatio scripta videtur. Haec quidem in nostro desideratur*[68]*; alteri vero imperatorum et paparum catalogo quaedam de Heinrico VI, Ottone IV. et Friderico II. notitiae additae sunt. Primis foliis postea brevis* de tempore Romae *tractatus insertus est. Codex praeterea alia opera historica, f.* 150. *catalogum paparum et imperatorum usque ad Nicolaum V.* (1287) *et Rudolfi mortem* (1291) *continet.*

67 68

C 8*) *Cod. Mettensis* G. 73, *chart. s. XIV. XV. in* 4to, „*S. Clementis Metensis* 1761“. *Panthei primam partem usque ad Christi tempora, postea vero eundem catalogum paparum et imperatorum quem* C 8 *exhibet*[69]*, necnon librum de sanctitate Karoli Magni, qui folia eiusdem* 125 *sqq. explet.*

69

C 9) *Codex Oxoniensis Bodlei. Nr.* 1296 *(Laud. Nr.* 721) *membr.*, procurante reverendo in Christo patre et domino, domno Thilmanno abbate monasterii Eberbacensis 19°. scriptus per fratrem Iohannem de Oistrich anno Domini 1454°. *Addita est historia annorum* 1224—1235[70].

70

Pantheon, editio altera (D).

D 1) *Cod. Lugdunensis Lat. Nr.* 15 (Petrus Scriverius L. M. D. Bibliothecae Lugdunensi MDCVI ipsis eidibus Octobris), *membr. s. XIII. fol. duabus columnis exaratus, foliis* 182 *(folia* 174 *numerantur) constans; decem e medio evulsa sunt (antiquae signaturae f. CIX. CXVII. CLXV—CLXXII). Membrana crassior, scriptura initio minor, postea maior, sed eadem ut videtur manus. Catalogo paparum post plura superscripta sunt. Scribendi ratio a vulgari recedens*[71]*, qualis partim etiam in Gotifredi autographo obvia, ex Italico, nisi fallor, exemplari recepta est. Librum a V. Cl. Pluygers, bibliothecae Lugdunensis praefecto, mecum benivole communicatum, tamquam huius editionis praestantissimum quam accuratissime cum aliis quos praesto habebam contuli.*

71

D 2) *Cod. Vaticanus Nr.* 2037, *membr. s. XIV. in* 4to, *duabus columnis exaratus, cum* D 1 *ubique fere convenit, sed pluribus mendis laborat. V. Cl. Pertz hunc inde a Part. XXII, c.* 40 *cum editione Muratoriana comparavit, quaedam inedita exscripsit.*

D 3) *Cod. Vindobonensis Nr.* 3406 *(Lunael.* 71[72]*), chart. s. XV, foliis* 264 *constans. Foliis* 169′ *et* 170 *vacuis relictis postea descriptio Bavariae et historia ducum Bavariae —* 1353, *f.* 169 *etiam breves quaedam notitiae*[73] *sunt illatae*[74].

67) Böhmer, Reg. Heinrici Raspe etc. pag. 198. 68) Aliis manibus post nomina paparum et imperatorum usque ad Nicolaum IIII. et Adolfum de Nazzowe addita sunt. 69) Cf. Archiv XI, p. 329. 70) Cf. Archiv VII, p. 569. 71) Cum hoc scribitur: *actor; proienies;* sed etiam *agustus, astrum (= austrum), Cladius (= Claudius); heis (=eis), hore, hora; oc (= hoc), abere, abitare; cunti, unti, santi, extinta; pungnare, rengno, assingnare; adsuptio, colupna; tirande, Alemandi, Britandie, Ravenda, Germandi, Pandonius; sedictio, expedictio; ascentio; iusta (= iuxta), Alesander, escelsus, flusu, trassisse, vississe (= vixisse); iuxit (= iussit), audixet, vixa (= visa), vexania, dextruxit; Creci, batista.* 72) De libri historia haec in codice alia manu scripta sunt: *Iste liber comparatus est Wienne per Ulr. Hubñ (?) anno Domini* 1443. *circa festum ascensionis Domini;* et alio loco: *Iste liber continet sexternos* 23, *quem ego Ulricus Sattñ. presbiter Rat. dioc. emi a domino Henrico Huebñ. socio divinorum in Seekirchen presentibus Iohanne Stockhaim̄ clerico et Iohanne Rampeck scolari meo etc. anno* 1469. *in procrastino sancti Egidii* 9 *fl. — Sed anno Domini* 1472. *dominus abbas in Mansee comparavit eum a predicto domino Udalrico Sattñ pro* 12 *s. dn̄.* 73) *A. D.* 744. *Waldense monasterium cepit Bonifacius episcopus construere.* 74) Interiori tegumenti parte haec scripta sunt: *Item anno Domini* 1471.

In Pantheo particularum numeri ad codicis rationem mutati sunt. Textus his finitur verbis: Quia ecclesie possunt possidere etc. Explicit liber Pantheon, *carminibus omissis, quae* D 1 *et* 2 *addunt.*

D 4) *Cod. Pragensis (universitatis)* III C. 14, *chart. s. XV.*[75], 21 *quaternionibus constans, diversis manibus scriptus. Pluribus in fine omissis desinit in dialogo de quaestionibus veteris testamenti his verbis:* que oculorum occurrit obtutibus. *Inter patriarcharum catalogum et dialogum illum inserta sunt Gesta Heinrici VI, quae ex hoc codice primum exscripsi.*

In altero codice Pragensi I C. 24, *chart. s. XV. fol., excerpta particulae* 16. *(postea* 23. 24), 17. *de regibus Anglorum et de insignibus regalibus exstant.*

D 4*) *Cod. Petropolitanus* A. F. I. *Nr.* 74, *membr. s. XIII, fol.* 84 *sqq. Panthei huius editionis fragmentum continet, incipiens ab historia Wisigothorum* (Placidiam Teodosii imperatoris filiam *etc., XXVII,* 2); *f.* 88′ *et* 89 *Gesta Heinrici VI. leguntur, a V. D. Arndt descripta.*

D 5) *Cod. Dresdensis* F. 93, *chart. s. XV,* 382 *foliis maioris formae constans, cum* D 4 *plerumque convenit, sed hinc inde Gotifredi textui alia inseruit, f.* 307′ ex Scolastica historia de annis Christi, *f.* 308′ *librum provincialem, f.* 317: Isti eligerunt Romanum imperatorem *etc. Heinrici VI. gesta f.* 366 *scripta sunt, quorum lectionem enotavi.*

D 6) *Cod. comitis Mohr in Dornsberg (Tarantsberg) Tiroliae castello asservatus, chart. s. XV,* 262 *foliis constans (minus recte* 244 *numerantur), ex exemplari optimae notae, sed negligenter descriptus, ita ut modo singula verba modo longiores sententiae omitterentur. Uno loco (XXIII,* 48) *notitiae quaedam de scriptoribus ecclesiasticis insertae sunt. Post capitulum de miraculis mundi pauca tantum ex chronica regum Israel, quae in hac editione sequitur, servata sunt:* Ab Adam usque — 381. Explicit liber Pantheon. *Codicem a V. Cl. I. Ficker professore Oenopontano mecum communicatum, quantum opus esse videbatur, excussi.*

D 7) *Cod. Londiniensis, King* 14. C. XI. (Liber panteon ecclesie conventualis sancti Petri in Markeby), *a V. Cl. Pertz evolutus*[76], *ad hanc classem accedit, sed particularum posteriorum ordinem mutasse videtur*[77], *quibus etiam Honorii librum de imagine mundi inseruit.*

Pantheon, editio tertia (E).

E 1) *Cod. Wirzburgensis Nr.* 23 (ex libris S. Iacobi Scotorum Herbipol.), *chart. s. XV, foliis* 239 *(*248 *antiquitus numerata sunt) maximae formae constans, satis accurate scriptus, nonnumquam*[78] *solus inter libros huius editionis veram lectionem servavit. Ideo non potui, quin bibliothecae Wirzburgensis praefectum V. Rev. Ruland, qui mihi iam praesenti librum commodaverat et postea plures locos diligentissime enotaverat, efflagitarem, ut codicem huc transmitteret; quod benivole concessit. Hoc Trithemius usus est.*

E 2) *Cod. Norimbergensis II,* 100, *membr. s. XV. maximae formae, eleganter scriptus; plura folia recentiori adhuc tempore evulsa; cum* E 1 *plerumque*

Fridericus imperator fecit decollari duos notabiles barones Stirie, videlicet Andream Pawmkircher et Andream Greifenegker propter certam conspirationem, quam propter eum et suum dominum fecerunt. In vigilia sancti Georgii factum est. 75) In voluminis tegumento exstat diploma Nicolai Bubek, ecclesiarum Colocensis et Bachiensis canonice unitatarum archiepiscopi, a. 1. d. Bonifacii pape. 76) Cf. Archiv VII, p. 582. 77) Chronographia Nicephori post historiam de lege et natura Saracenorum et epistolam Alexandri legitur, ut in codicibus E. Sed alia quae afferuntur cum his non conveniunt. 78) XXIII, 13.

convenit, sed singulis quibusdam locis iam ad sequentes huius classis libros transit. Lectiones saeculo XVIII. I. D. Koehler, professor Altdorfensis, in usum novae a B. G. Struvio adornandae editionis enotavit. Quae memoratu digna videbantur ipse exscripsi.

E 3) *Cod. Parisiensis Nr.* 5003, *membr. s. XIV. in* 4to, *foliis* 207 *constans. Gotifredi historiae Iohannes de Piscina quaedam de Friderico I, praesertim de expeditione Hierosolymitana inseruit. Librum ipse evolvi, singulos quosdam locos enotavit V. D. Ed. Reuss.*

E 4) *Cod. Venetus X. XLVIII, olim SS. Iohannis et Pauli Venetiarum, apud patres Praedicatores asservatus*[79], *membr. s. XIII. ex. vel XIV*, 142 *foliis maioris formae, tribus columnis manu Itala eleganter scriptus. Eandem Iohannis de Piscina narrationem quam* E 3 *exhibet, hinc inde tamen ab huius lectione recedit. V. D. Arndt quae necessaria visa sunt ex codice Berolinum transmisso in huius editionis usum vertit.* [79]

E 5) *Cod. S. Petri Salzburgensis* L. 18, *membr. s. XIII*, 136 *foliis maioris formae constans, nitide et satis accurate manu ut videtur Itala scriptus. Libro omnium huius classis antiquissimo, a summe reverendo monasterii S. Petri abbate primum Monachium, dum ibi versabar, postea intercedente Viro summe reverendo abbate S. Bonifatii Haneberg, Gottingam transmisso, ea qua par erat diligentia usus sum. Prima folia humore affecta pene illegibilia sunt. Particula* 33. *omissa est.*

E 6) *Cod. Laudunensis Nr.* 402 *(olim Nr.* 315), *membr. s. XIV*, 217 *foliis maioris formae constans; sed duo quaterniones et primum tertii folium, praeterea post* 215 *plura folia desunt; duabus columnis scriptura maiori, non magna cura exaratus. Prodiit ex exemplari, ut videtur, Italo, cuius orthographiam scriba retinuit*[80], *sed multa male legit*[81] *vel audivit*[82], *pessime reddidit, ita ut textus plane corruptus exhibeatur. In margine nonnumquam addita sunt, quae res a Gotifredo narratas explanarent vel fusius exponerent, praeterea catalogi pontificum Romanorum continuatio usque ad Clementem IV. et ultimis foliis alia de genealogia et historia regum Francorum, nunc partim avulsa et vix legibilia. Particula* 33. *omissa est. Liber ut mihi transmitteretur, intervenientibus viris excellentissimis Curatore universitatis nostrae et Ministro regio rerum externarum regni Hannoverani, benivole a ministerio imperatorio Francogallico cui curae sunt res litterariae a.* 1865. *concessum est.* [82]

E 7) *Cod. Parisiensis Notre Dame Nr.* 124, *membr. s. XIV*, 175 *foliis maioris formae constans, negligenter scriptus. Pantheon integrum est. De singulis locis V. D. Reuss retulit.*

E 8) *Cod. Parisiensis Nr.* 4895, *membr. a.* 1331. *a Iohanne de Nuxigia notario Mediolanensi scriptus*[83], *foliis* 168 *maioris formae constans, picturis*

79) V. D. Arndt monente codex descriptus est Nuova raccolta d'opuscoli scientifici e filologici P. XXXIX. Cf. etiam Archiv V, p. 337. 80). E. gr. *Astria (= Austria); hac (= ac), homen; pugniat (= pugniat); cum- (= con-); cinserunt; Normandi; estat, rissantes (= rixantes), perplessa; silicet; coeca (= coaequa); quarta (= carta), nequaret (= necaret); plagua, longuus, liguatur, Guothi; Garmatia, Gisogothi; Quasino (= Cassino).* 81) *parum* pro *Parisius, Suline* pro *Suevie, Rutabandus* pro *Rutahardus, fretu* pro *stetit; metus* pro *victus, quod remansit.* 82) Ita *insumpti* pro *insonti; Cendeburgo* pro *Cendebuldo* et alia explicaveris. 83) In fine legitur: *Et ego Iohannes de Nuxigia publicus Mediolanensis notarius contrate sancti Stefani ad Nuxigiam porte nove hunc librum fideliter scripsi sub anno nativitatis Domini* 1331. *ad honorem domini nostri Ihesu Christi et beate Marie virginis et totius curie celestis exaltationemque et bonum statum magnifici militis domini Azonis vicecomitis domini gen. nre^{li}.* Cf. Archiv XI, p. 335.

hinc inde ornatus. Particularum numeri mutati auctique sunt, ita ut vicesima nona sit tricesima tertia, reliquae vero, quarum numeri nec in codicibus E 5 *sqq. indicantur, iis plane careant. P.* 33, *ut in* E 5. 6, *omissa, eiusque loco de papis et imperatoribus notitiae a Christo usque ad Alexandrum IV. additae sunt. Liber iam ante plus quam* 40 *annos curante V. D. Faerber impensis societatis nostrae cum editione Basiliensi collatus est.*

E 9) *Codex capituli metropolitani Gnesnensis, chart. s. XV.* (Finis huius operis Pantheon 1416. in Constant. scripti et finit per N. H.), 342 *foliis maioris formae constans, nitide, sed negligenter scriptus; auctoris verba non raro mire foedata. Desinit ut* 5. 6, *ultima particula omissa. Librum a Viro magnificentissimo et summe reverendo archiepiscopo Posnaniensi cum Pertzio communicatum ipse, quantum opus erat, in usum nostrum vertere potui.*

Codices 3—9 *inter se cohaerent, neque tamen alius ex alio descriptus vel derivatus esse potest*[84]. *Nonnumquam* E 5—9 *tantum eodem vitio laborant*[85], *aliis locis* E 4. 6. 8; *sed quisque etiam peculiaria habet, veram lectionem servat.* Ab E 1 *et* 2 *omnes non raro recedunt, et nonnumquam ita ut ipsius Gotifredi manum librum denuo recensentis agnoscas*[86]; *alibi vero manifestos errores*[87] *textui intulerunt, quos an illi tribuam anceps haereo, quamvis ne talia quidem satis eum vitasse constet. Quae quum ita sint, paucis illis locis exceptis, quos ipse Gotifredus denuo correxisse putandus est, in textu codicum* E 1 *et* 2 *substiti. Neque magna variarum lectionum saepe falsissimarum mole hanc editionem onerare volui, id consilii habens, ut praecipue diversas operis formas proponerem et praeterea codicum antiquiorum, quos accuratius perlustravi, id est* C 3. 4. D 1. E 1. 5. 6, *indolem ostenderem. In praefatione tantum, particulae* 23. *fine, particula* 24. *et ubi codex* B 1 *Gotifredi autographus nos destituit, uberius varietatem enotavi. Singula verba vero, ubi* B 1 *praesto erat, plerumque ita exprimenda duxi qualia hic praebet, quamvis diversis manibus scriptus et non satis sibi constans; nonnullas tamen verborum formas, quas a Gotifredo peculiariter scriptas esse ex illis codicis partibus, quae propriae manui debentur, constat (e. gr.* Iermania, proienies, Karulus, actor *pro* auctor*) etiam tum posui, ubi aliarum editionum codices antiqui eas praebent.*

In adnotationibus parcus fui; fontes ubi fieri potuit attulisse, manifestos errores indicasse et in libri parte authentica et vere historica alias de eadem re narrationes breviter comparasse sufficiat. Quodsi lectores alia desideraverint, mihi rogatos velim indulgeant, quod in labore saepe taedioso, qui per longum tempus me occupavit, plus studii et otii consumere noluerim. Certe nunc Gotifredi opera satis plene et fideliter lucem aspicere, fore ut agnoscant, spero, quicumque digna ea habeant, quae tamquam doctrinae et ingenii peculiaris non contemnenda monumenta legantur.

Gottingae, mense Martio 1868.

G. WAITZ.

84) Hoc luculenter ostendit locus XXIV, 5: *Rex bonus exurgens aquilas direxit ad urbem; aquilas* deest E 4, in archetypo omnium procul dubio omissum; reliqui lacunam explere student; E 3: *statim;* E 5: *acies;* E 6 et 7: *gressus;* E 8: *comites;* E 9: *missos.* Ne E 7 ex E 6 descriptum putes, alii loci vetant. 85) XXIII, 31 duo dimidii versus omittuntur. 86) V. supra p. 11 n. 31. 87) XXIII, 4 *spolia et arma infinita diripiunt* omittuntur; 34: *illos in sua fidelitate suscepit* similiter; 39: nomen regis Rodulfi similiter; 40: pro *Wiscardus adest memorandus* scribitur: *iure memorandus Wiscardus,* quod similem versuum finem tollit; 48: *uxores* omittitur, quod sententiam deformat.

SPECULUM REGUM.

INCIPIT[a] SPECULUM REGUM COMPOSITUM A MAGISTRO GOTIFREDO[b] VITERBIENSI, IMPERIALIS AULE CAPELLANO, AD DOMINUM HENRICUM[d] VI^tum[e] REGEM ROMANORUM ET THEUTONICORUM[f], FILIUM DOMINI[g] FREDERICI IMPERATORIS, DE GENEALOGIA[h] OMNIUM REGUM ET IMPERATORUM TROIANORUM ET[i] ROMANORUM ET[k] THEUTONICORUM[f] A TEMPORE DILUVII USQUE IN HODIERNUM DIEM[l] SECUNDUM CRONICAM[m] VENERABILIS BEDE PRESBYTERI ET EUSEBII ET AMBROSII[n], ET DE OMNIBUS GESTIS FREDERICI[o] SECUNDUM CAPITULA QUE SCRIPTA SUNT. HEC AUTEM EPISTOLA AD EUM MISSA ANTE[p] OMNIA EST PRELIBANDA.

Scientia[q] literarum, o Henrice omnium regum felicissime, qua tuam eminentiam video eruditam, scribenti michi de imperiali prosapia multam prebet audaciam[r], et cum ad res arduas pauca michi sit[s] disserendi[t] facultas, ad edenda que proposui regia[u] me litteratura confortat; quia, cum illitteratis et rudibus philosophica argumenta proponimus, dum oblata non intelligunt, incassum laborasse[v] videmur[w]. Gaudeo me regem habere[x] philosophantem, cuius maiestatem non oporteat[y] in causis rei publice scientiam ab[z] aliis mendicare, neque[a] tamquam[b] nescium[c] aut imperitum consistere[d], ubi[e] altissima seculi negotia competit actitare[f]. Imperator enim expers[g] philosophie, cum omnibus hominibus solus preesse credatur[h], ipse, si fuerit[i] philosophie nescius, errare potius quam regnare videtur[k]; quia, dum in causis necessariis[l] sapientia indiget, tunc cogitur docentibus[m] quodammodo subiacere. Quapropter illud[n] ante omnia eminentia tua[o] consideret, quia[p], licet sollicitudinibus[q] rei publice vel[r] necessitatibus bellicis sepius occuperis, tamen[s] regendis[t] imperii causis[u] evidenter prospicias[v], cum librorum salutifera documenta requiris. Nam presentis vite homines presentia tantum cognoscunt, librorum vero continentia ab ineuntibus[w] seculis omnia legentibus representat[x] et te[y] de futuris[z] ac preteritis faciet[a] illa cognoscere, que omnes viventes homines nequeunt edocere. Eapropter in hoc opere, quod Speculum regum appellatur, decet[b] tuam eminentiam assidue speculari[c], in quo[d] finem et[e] principium imperii et gesta regum omnium potes[f] imaginari. Sane cum[g] Romanorum et Theutonicorum regum et imperatorum[h] ingenuitas ab una Troianorum regum[i] stirpe procedat eademque Troiana progenies a primo rege Atheniensium[k] trahat[l] originem, ad maiorem rei[m] evidentiam a diebus filiorum Noe post diluvium libellus iste orditur[n], et inde[o] expressis omnium gestis atque nominibus[p] per seriem generationis de patribus in filios ad reges Athenienses descendit[q], et[r] ab Atheniensibus usque ad reges Troianos, scilicet Anchisem[s] et Priamum, cognationis linea derivatur[t]. In Priamo autem et Anchise[u] prosapia regum in duo dividitur. Ex Anchise enim[v] Eneas et Ascanius omnesque[w] reges et imperatores Ytalici oriuntur usque ad Karolum regem Magnum; a Priamo autem iuniore, nepote magni Priami ex sorore, universa Theutonicorum nobilitas usque ad eundem Karolum[x] patenter[y] emanat. In ipso Karolo utriusque propaginis genus concurrit. Mater enim eius Berta[z], cum esset filia filie[a] imperatoris Eraclii[b], de genere imperatorum[c] Romanorum et Grecorum fuit, Pipinus autem pater eius, rex Theutonicorum, a genere Troiano descendit. Fuit itaque

a) *deest* 2. 3; Incipit — prelibanda *desunt* 3b. b) Gotofredo 1a; Gottifredo 1; per magistrum Gotfridum (Gottfridum 2*; Godefridum 2b) Viterbiensem 2. 3; sacre pagine professorem et dominum iurisconsultum *add* 3a. d) Hainricum 2* *et ita postea.* e) *deest* 1a. 1. f) et Teot. *(ita saepius) in marg. addit* 1a; *desunt* 3a; Theot. 1. g) *deest* 2. 3. h) geologia 1; geneologia 2a. 3a; geneolya 2*. i) *deest* 1. 3a; et R. *desunt* 1a. k) ac 1. l) usque ad eundem 2. 3. m) *deest* 1. 3a. n) Ambroxii 1a; et Orosii *add.* 3b. o) patris sui F. 1. p) a. o. *desunt* 2. 3; est et a. o. 1a; est *deest* 2*. q) S. l. *desunt* 1. r) audientiam 1b. s) s. m. 2. 3. t) discernendi 1b. u) regiam me literaturam 1b; me *deest* 2b; c. l. 2*. v) laborare 2. 3. w) videremur 2. x) h. r. 2. 3. y) oportet 3b. z) ab a. *desunt* 1b. a) neque — actitare *desunt* 3b. b) tam 2b. c) vesanum 1a. d) existere 2*. 2a. c. 3; *deest* 2b. e) nichil quem altissimi 2. f) actitati 2. g) ex philosophia o. 2. 3. h) videtur 3b. i) fuit 2*. 2a. k) videretur 2a. b. c. l) necessario 2. 3. m) iacentibus 3b. n) id 3b; *deest* 2*. o) t. e. 3b. p) quod 2. 3. q) sollicitationibus 2*; solicitudine 3b. r) et 2b. s) tunc 1. 2. t) regendi 2a. u) c. i. 2b; causas 3b. v) prospicis 2. 3. w) eunt. 1b. x) representant 2*. 2b; presentat 1b; reputant 2a. y) *deest* 2. 3; de *deest* 1b. z) rebus f. 2. 3. a) *deest* 2; i. c. facit 3b. b) docet 1a. c) speculare 2. d) quem 2; unde et in quo 3b. e) *deest* 2*. f) poteris 2a. 3b. g) tamen 2. h) i. et r. 2. 3. i) regia 2b. k) Atheniense 2. 3. l) trahit 3b. m) rerum 2. 3. n) oritur 2. 3. o) exinde 2*. p) p. s. nom. 2*. q) descendat 2*; descendet 3b. r) *deest* 2. 3. s) Enchisem 2a. b *saepius.* t) deriuare 3b. u) Anchissem et Priamum cognationis p. 1a. v) *deest* 3b. w) o. enim r. 1a. x) Karulum 3b *et postea.* y) patet emanata 2. 3. z) Bertha 2. 3. a) e 3b. b) Eradii 2*. 2a. b. c) imperatoris 2*.

Karolus Magnus patre Theutonicus et matre Romanus. Et[a] notandum, quod[b] secundum cronicam[c] beati[d] Bede presbyteri et[e] Eusebii et Ambrosii[f] aput Ebreos et aput Grecos et aput[g] Ytalicos et aput[g] alias nationes interdum[h] annos et tempora[i] usque ulimpiades uniuscuiusque regum et imperatorum liber[k] distinguit, apostolicorum etiam[l] Romanorum nomina et tempora et annos sub unoquoque imperatore declarat. Item turbationes[m] ecclesie Romane a Longobardis illatas satis commemorat[n]; et quomodo dux Francorum Karlo[o] Martellus et rex Pipinus atque[p] Karolus Magnus Romam et[q] ecclesiam liberaverunt[r], sufficienter explanat; qualiter[s] Karolus imperium suis viribus[t] acquisierit, plene[u] describit[88]. Alia[v] quoque plurima de gloria et actis imperii liber exponit. Item quomodo papa[w] Silvester terram possedit a Constantino[x], item[y] quomodo papa[z] possedit[a] terram que nunc dicitur patrimonium a Constantino, et omnia sceptra regalia seu imperialia; que omnia de pluribus istoriis aggregata[b] et diuturnis laboribus de[c] multis voluminibus exflorata[d] sapientia tui numinis[e], si placet, in puerorum scolis facias[f] lectitari; cum sit honestius istorias et[g] naturas regum et imperatorum, quibus mundus instruitur et ornatur, animo pueri[h] legentis imprimere, quam fabulas Choridonis[i] vel pecudes Melibei memorie commendare. In hoc autem volumine aureum illud[k] eloquentie flumen aut[l] verborum leporem vel dictaminis elegantiam[m] lectoris providentia non requirat, cum[n] a me viro imperito sermones falerati[o] seu Tuliana eloquentia[p] non procedant[q]; set simpliciter materiam rusticano stilo[r] prolatam sine arrogantia reprehensionis attendat[s]. Quod[t] si hoc etiam ad manus[u] sapientum pervenire contigerit, peto, metra mee imperitie non irrideri, set, tamquam a puero balbutiente[v] processerint, benigne tolerari. Nam et ego[w] hec pueris magis quam adultis exhibenda[x] putavi[y].*.

88) Haec in catalogo pontificum Romanorum ipsi libro praemisso leguntur; ubi tamen Karoli Martelli nulla fit mentio. Quae in sequentibus affert plane in hoc Gotifredi opere desiderantur.

INCIPIUNT[z] CAPITULA SUPER SPECULUM REGUM. LIBRO PRIMO.

Capitulum[a] 1.
2[b]. Qua[c] necessitate in seculo rex factus est.
3. De Nembroth[d], filio Sem, nepote scilicet Noe.
4. De octo filiis Nembroth, et principaliter de Crete primogenito suo, qui primus habitavit in insula Creta.
5. De Celio, filio Crete.
6. De Saturno, filio Celi, qui fondavit Athenas.
7. De Iove, filio Saturni, primo[e] rege Atheniensium.
8. De natura et prudentia Iovis.
9. De Cecrope, Iovis successore, qui primus fecit ydolum Iovi, primus aram erexit, templum construxit, et Iovi primum bovem immolavit[f].
10. De duobus filiis Iovis Dardano et Troio, qui magnam Troiam et Ylium edificaverunt.
11. De filio Dardani, rege scilicet Laumedonta, qui in Troia regnavit.
12. De filiis Laumedonte, scilicet Priamo et Anchisse regibus Troianis[g], et de bello Troiano.
13. De Enea, filio Anchisis, et de Ascaneo, filio Enee, qualiter Ytaliam intraverunt.
14. De rege Latino[h], qualiter Eneam et Ascanium in urbe Prenestina[i] suscepit.
15. De Lavinia, filia Latini, et de Amata, matre eius.

* 3 *pergit:* et priusquam fiat digressio in opus illud, placet aliquid de prima etate audire. Omne tempus ab exordio mundi in sex etates distinguitur, quarum prima usque ad diluvium 2242 annis iuxta Isidorum mensuratur. In huius principio ..... Goliath gigas, quem David rex occidit, *quae Gotifredi operi post inserta sunt.*

a) *deest* 3[b]; Et est n. 2[b]. b) *deest* 2*. c) coronicam 2*. d) venerabilis 2. 3. e) *deest* 2. f) Ambroxii 1[a]; et A. *desunt* 2. 3. g) *deest* 2. 3. h) interdum a. a. n. annos 1[a]. i) tempore 2[b]. k) liber scilicet noster 3[b]. l) et 2. 3. m) tribulaciones 2*. n) declarat et c. 2[b]. o) *ita* 1[a]. p) et 3[b]. q) *deest* 2*. r) liberavit 2. 3. s) et q. 3[b]. t) a. v. 2[b]. u) plenius 3[b]. v) Alia — exponit *desunt* 3[b]. w) S. p. 2*. x) et omnia sceptra regalia *add.* 2[b]. y) et 2. 3. z) *deest* 2. 3. a) terram q. n. d. p. possederit Constantino annuente et 3[b]. b) congr. 2. 3. c) *deest* 2. 3. d) explorata 2*. 3[b]. e) s. tua 3[b]; tua mueneris 2[b]; muneris 2[c]; numinis, *in margine add.* muneris, 2*. f) faciat 3[b]. g) et n. *desunt* 2. 3. h) puerili 1[a]. i) Corid. 2*. 2[b]; Carid. 2[a]. k) id 3[b]. l) flumen flumen autem 2[b]. m) elegantia 1[a]. n) cum — procedant *desunt* 3[b]; tum 2*. 2[a]. o) fallali 2[a]. [b]. [c]; fallanci 2*. p) *deest* 2[a]. q) procedat 1[a]. r) st. r. 2. 3. s) attendant 2*. 2[a]. [b]. t) Quod — contigerit *desunt* 3[b]. u) ordinamus sapientiam 2. v) balbutientis lingue 2[a]; balbutientis p. lingue 2*. 2[b]. w) et e. *desunt* 2. 3. x) p. e. 3[b]. y) iam iamque aggredior materiam *add.* 2[b]. z) *sequentia usque ad finem catalogi paparum desunt* 2. 3; *exscripta ex* 1[a], *partim collata cum* 1. a) Capitula prima 1. b) *numeros adieci.* c) Quia 1[a]. d) Nebrot 1. e) primi regis 1[a]. f) imolavit 1[a]. g) et T. 1[a]. h) L. et Ytalia 1. i) Pen. 1[a].

16. De Turno rege Tuscorum, sponso scilicet Lavinie.
De duello inter Eneam et Turnum propter Laviniam.
De[a] tempore quo littera et lingua Latina inventa est, et quomodo tempore Enee Ytalia dicebatur Maior Grecia.
17. Quod nomina omnium regum et imperatorum in hoc libro per cathalogum disponuntur.
18. Quod Eneas in Ytalia 3 annis et 7 mensibus regnavit cum Latino socia[a*] potestate.
De Ascanio[b], filio Enee, qui regnavit in Ytalia 36 annis.
19. De Postumo filio Silvio[c], filio Enee ex Lavinia, qui regnavit in Ytalia post Ascanium fratrem eius 38 annis.
Eneas[89] Silvius, filius Postumi, regnavit 21 annis. 89
Latinus Silvius regnavit annis 50.
Alba Silvius regnavit annis 39.
Egyptus Silvius regnavit annis 24.
Capi Silvius regnavit annis 27.
Carpenates regnavit annis 13.
Tiberius Silvius regnavit annis 8.
Agrippa regnavit annis 40.
Aremus regnavit annis 14.
Aventinus regnavit annis 35.
Procas regnavit annis 23.
Numitor regnavit annis 11.
Romulus et Remus nati sunt de Ocilia[90], filia Amuli fratris Numitoris, quem Numitor de regno ieecerat.
Romulus regnavit 30 annis.
Numa[d] Pompilius, filius Romuli, regnavit annis 40.
Tulius Hostilius, filius eius, regnavit annis 22.
Ancus Martius regnavit annis 23.
Tarquinius[e] Priscus regnavit annis 27.
Servius regnavit annis 34.
Tarquinius Superbus regnavit annis 35.
Consules sive reges regnaverunt Rome annis 500.
De Iulio Cesare, qui regnavit annis 4, mensibus 6, ulimpiade 155.
Octavianus imperavit annis 56, ulimpiade 210.
Tyberius imperavit annis 23, ulimpiade 223[f].
Gaius Gallicula imperavit annis 4, mensibus 6, ulimpiade 237.
Glaudius imperavit annis 14, ulimpiade 251.
Nero imperavit annis 13, ulimpiade 264.
Vespasianus imperavit annis 20, ulimpiade 284.
Titus imperavit annis 2, ulimpiade 286.
Domitianus imperavit annis 16, ulimpiade 292[g].
Nerva imperavit anno 1, ulimpiade 294.
Traianus imperavit annis 13 et mensibus 6, ulimpiade 305.
Adrianus imperavit annis 21, ulimpiade 326.
Antonius imperavit annis 19, ulimpiade 339.
Commodus imperavit annis 13, ulimpiade 352.
Elius imperavit anno 1, ulimpiade 353.
Severus imperavit annis 17, ulimpiade 370.
Antonius secundus imperavit annis 6, ulimpiade 376.
Macrinus imperavit anno 1, ulimpiade 377.
Aurelius imperavit annis 3, ulimpiade 379.
Alexander imperavit annis 14, ulimpiade 395.
Maximus imperavit annis 30, ulimpiade 408.
Gordianus imperavit annis 6, ulimpiade 414.
Philippus imperavit annis 7, ulimpiade 411[g].
Decius imperavit anno 1, ulimpiade 411.
Gallus imperavit annis 2, ulimpiade 413.
Volosianus imperavit cum Gallo socia potestate.
Valerianus imperavit annis 15, ulimpiade 428.
Claudius imperavit annis 2, ulimpiade 420[h].
Aurelianus imperavit annis 5, ulimpiade 435.
Tacitus[i] imperavit anno 1, ulimpiade 436.

a) *index cum textu non concordat, in quo haec iam c.* 14 *narrantur.* a*) socio 1a. b) Ascaneo 1a. c) Silino (?) 1a *semper.* d) Raima 1a. e) Taraumius 1a. f) *lege:* 233. g) *numeros corrigere nolui, cum hos et alios errores ipse auctor commisisse videatur.* h) *lege:* 430. i) Caricus 1a.

89) Non tam capitum indicem sed regum catalogum praebet auctor, qui paullo post prorsus a textu recedit. Ideo numeros addere nolui. 90) Nomen in textu non indicatur.

Probus imperavit annis 7, ulimpiade 443.
Carus imperavit annis 5, ulimpiade 448.
Galerius imperavit cum Caro.
Dioclicianus et Maximianus imperaverunt annis 22, ulimpiade 470.
Constantinus imperavit annis 21, ulimpiade 491.
Constantinus minor[a] cum fratribus suis, Constantino scilicet et Constante, imperavit annis 24, ulimpiade 515[b].
Iulianus apostata imperavit annis 2, ulimpiade 517.
Iobianus apostata imperavit annis 3, ulimpiade 518.
Valentinianus imperavit annis 11, ulimpiade 529.
Valens imperavit annis 4, ulimpiade 533.
Gratianus imperavit annis 6, ulimpiade 539.
Archadius imperavit annis 32, ulimpiade 571.
Honorius imperavit annis 15, ulimpiade 586.
Teodosius imperavit annis 27, ulimpiade 613.
Marcianus[c] imperavit annis 6, ulimpiade 619.
Ceno imperavit annis 20, ulimpiade 639.
Leo imperavit annis 16, ulimpiade 655.
Anastaxius imperavit annis 17, ulimpiade 662.
Iustinus imperavit annis 7, ulimpiade 669.
Iustinianus imperavit annis 34, ulimpiade[d] 700. una minus.
Iustinus secundus imperavit annis 11, ulimpiade 710.
Tiberius imperavit annis 6, ulimpiade 712.
Mauritius imperavit annis 21, ulimpiade 731.
Focas imperavit annis 8, ulimpiade 738.
Eraclius[e] imperavit annis 27, ulimpiade 766.
Karolus Magnus primus imperatorum Francorum imperavit annis 46.
Lodovicus imperavit annis 25.
Lotharius imperavit annis 15.
Lodoicus secundus imperavit annis 21.
Karolus II. imperavit annis 2.
Karolus tercius imperavit annis 4.
Karolomanus imperavit annis 2.
Lodoicus puer imperavit annis 2.
Arnulfus imperavit annis 8.
Cendusbuldus imperavit anno 1.
Arnoldus imperavit annis 2.
Conradus primus imperavit annis 16.
Enricus primus imperavit annis 15.
Otto primus imperavit annis 46.
Otto secundus imperavit annis 28.
Otto tercius imperavit annis 19.
Enricus secundus imperavit annis 19.
Conradus secundus imperavit annis 8.
Enricus tertius imperavit annis 17.
Enricus quartus imperavit annis[f] 50.
Enricus quintus imperavit annis 19.
Lotharius Saxo secundus imperavit annis 12.
Conradus tercius imperavit annis 15.
Fredericus primus imperavit annis 32.
[Enricus[g] sextus regnat nunc cum[h] patre Frederico feliciter amen, et[i] vixit imperio annis 7 et mensibus 6.
Otto[k] quartus regnavit annis 8 et[l] mensibus 9.
Fredericus secundus qui et ultimus imperator imperavit annis 33.]

Anni[m] ab inicio mundi.

Nota annos ab Adam usque ad diluvium 2242; a diluvio ad Abraam 942; ab Abraam usque ad Moysen annos 505; a Moyse usque ad Salamonem et primam templi hedificationem 479; a Salamone usque ad restaurationem templi tempore regis Persarum annos 512; a Dario usque ad predicationem Christi, id est ad 15. Tyberii cesaris, anni sunt 549. Itaque ab Abraam ad Tyberii 15. anni 2044.

a) itraior (?) 1ª. b) 415 1*. c) Gracianus 1ª. d) *deest* 1ª. e) Eradius 1*. f) anno 1. 1*. g) Heinricus 1. h) *deest* 1ª. i) *deest* 1ª. k) Otto — 9 *in* 1ª *supra post Conradum III. scripta sunt;* 1 *recte hoc loco, et addit:* Expliciunt capitula primi libri; Fredericus — 33 *desunt.* l) et *deest* 1. m) *sequentia desunt* 1, *ubi paparum catalogus in fine legitur.*

Anni ab inicio mundi.

Nota annos ab Adam usque ad 33. annum domini Frederici Romanorum imperatoris 6369 anni sunt. Ab Adam enim usque ad diluvium sunt anni 2242; a diluvio usque ad Abraam 942; ab Abraam usque ad Moysen 505; a Moyse usque ad Salomonem et primam templi edificationem 479; a Salomone usque ad restaurationem templi tempore Darii regis Persarum 512; a Dario usque ad predicationem Christi, id est usque ad 15. annum Tyberii cesaris, sunt anni 549; a Tyberio usque ad 33. annum domini Frederici Romanorum imperatoris sunt anni 1183, minus 40 annis, in quibus Christus in terra cum hominibus est conversatus. Igitur summa omnium annorum ab initio mundi, id est ab Adam usque ad Frederici annum 33, sunt 6369 anni.

De[a] omnibus Romanis pontificibus cathalogus[b]. Et primum de beato Petro primo[c] pontifice Romano.

Beatus Petrus primus papa.

Petrus apostolus papa Romanus prius[d] sedit Anthiocie 8 annis. Rome sedit annis 25 et[e] mensibus 6, diebus 8. *Lib. pont.* Fuit autem temporibus Tyberii cesaris et Gaii et Tyberii Claudii et Neronis. Ipse scribit euangelium Marci, qui fuit filius eius[f] ex baptismo. Petrus sepultus est via Aurelia iuxta locum, ubi crucifixus fuerat.

Primus[g] papa.

Linus papa secundus fuit, natione Ytalicus, de regione Thusca; sedit annis 15, mensibus tribus, diebus 12; fuit autem temporibus Neronis.

Cletus primus papa.

Cletus papa sedit annis 18; fuit autem temporibus Titi et Vespasiani imperatorum.

Clemens primus papa, Anacletus I. papa.

Clemens papa sedit annis 9, mensibus 2, diebus decem; fuit autem temporibus Titi imperatoris.

Anacletus[h] papa.

Anacletus[h] papa, natione Grecus de Athenis, sedit annis 12, mensibus 10, diebus 7[91]; fuit autem temporibus Domiciani et Nerve imperatorum.

Alexander I. papa.

Alexander papa primus, natione Romanus, sedit annis 18[92], mensibus 7, diebus 2; fuit autem temporibus Traiani imperatoris. 92

Sixtus primus papa.

Sixtus papa, natione Romanus, sedit annis 10, mensibus 3, diebus 11; fuit autem temporibus Adriani imperatoris.

Telesforus primus papa.

Telesforus papa fuit natione Grecus, sedit annis 11, mensibus 3, diebus 22; fuit autem temporibus Antonini et Marci imperatorum.

Igninus I. papa.

Igninus papa, natione Grecus, sedit annis 14[93], mensibus 3, diebus 9; fuit autem temporibus Severi et Marci imperatorum.

Anacletus[i] II. papa.

Anacletus[h. 94] papa, natione Sirus[k], sedit annis 18[95], mensibus 4, diebus 24; fuit autem temporibus Severi et Marci imperatorum.

Pius papa I.

Pius papa, natione Ytalicus, sedit annis 11, mensibus 12[l], diebus 21; fuit autem temporibus Antonini imperatoris.

Papa Sother primus.

Sother papa, natione Campanus, sedit annis 9, mensibus 3; fuit autem temporibus Severi[m] imperatoris.

Papa Eleutherius I.

Eleutherius papa, natione Grecus, sedit annis 15, mensibus 6, diebus 15; fuit autem temporibus Commodi imperatoris.

Papa Victor I.

Victor papa, natione Affricus, sedit annis 10, mensibus 2, diebus 10; fuit autem temporibus Commodi[n] imperatoris.

Papa Zefferinus.

Zepherinus papa, natione Romanus, sedit annis 17, mensibus 2, diebus 10; fuit autem temporibus Antonini imperatoris[96].

Papa Urbanus I.

Urbanus papa, natione Romanus, sedit annis 5, mensibus 2, diebus 12; fuit autem temporibus Maximiani imperatoris.

Papa Anterius I.

Anterius papa, natione Grecus, sedit annis 12, mense 1, diebus 12; fuit autem temporibus Maximiani imperatoris.

Papa Calixtus I.

Calixtus papa, natione Romanus, sedit annis 5, mensibus 2; fuit autem tempore Alexandri imperatoris.

Papa Fabianus I.

Fabianus papa, natione Romanus, sedit annis 13, mense 1, diebus 10; fuit autem sub Maximo imperatore.

Papa Cornelius I.

Cornelius papa, natione Romanus, sedit annis 3, diebus 10.

a) *in* 1 *sequentia in fine operis leguntur.* b) cathalegus 1[a]. c) pont. R. pr. 1. d) primus 1. e) *deest* 1. f) et 1[a]. g) pr. p. *desunt* 1. h) Anadetus 1[a]. i) Anadotus 1[a]. k) risus 1[a]. l) *ita* 1[a]. m) Severii 1[a]. n) Commodii 1[a].

91) Numeri neque Anacleto neque Evaristo, qui omissus est, conveniunt. Ut hic etiam Pantheon XXIII, c. 13. 92) 8 *vel* 10. Lib. pont. 93) 4 *vel* 10. Liber pont. 94) *Anicetus* Lib. pont. 95) Numeri a Lib. pont. recedunt, et ita saepius. 96) Calixtus post ponitur.

Papa Lucius I.

Lib. pont Lucius papa, natione Tuscus de civitate Luca, sedit annis 3, mensibus 8, diebus 10; fuit autem sub imperatoribus Gallo et Volusiano [a].

Papa Stephanus I.

Stephanus papa, natione Romanus, sedit annis 4, mensibus 2, diebus 15; fuit autem sub Valeriano imperatore.

Papa Sixtus II.

Sixtus papa, natione Grecus, sedit annis 2, mensibus 11, diebus 6; fuit autem sub Valeriano imperatore.

Papa Dionisius.

Dionixius, cuius ignoratur natio, sedit annis 2, mensibus 3, diebus 7; fuit autem sub Gallerio [b] imperatore.

Papa Felix.

Felix papa, natione Romanus, sedit annis 2, mensibus 10; fuit autem sub Cladio [c] imperatore.

Papa Eutitianus I.

Euticianus, natione Tuscus, sedit annis 8, mensibus 10, diebus 4; fuit autem sub Aureliano [d] imperatore.

Papa Gaius I.

Gaius papa, natione Dalmaticus, sedit annis 11, mensibus 4, diebus 8; fuit autem temporibus imperatorum Cari et Carini.

Papa Marcelinus I.

Marcellinus papa, Romanus nacione, sedit annis 2, mense 1, diebus 25; fuit autem sub Diocliciano et Maximiano imperatoribus [1].

Papa Eusebius.

Eusebius papa, natione Grecus, sedit annis 2, mense 1, diebus 25; fuit autem temporibus Constantini imperatoris.

Papa Melciades.

Melciades papa, nacione Affer, sedit annis 3, mensibus 4, diebus 8; fuit autem sub Maxentio, filio Maximiani imperatoris.

Silvester primus papa.

Silvester papa, natione Romanus, sedit annis 23, mensibus 10, diebus 12; fuit autem sub Constantino imperatore. Et nota, quod a sancto Petro usque ad sanctum Silvestrum sunt anni 290, menses 10, dies 12.

Papa Marcus I.

Marcus papa, natione Romanus, sedit annis 2, mensibus 8, diebus 20; fuit autem sub Constantino imperatore.

Papa Iulius I.

Iulius papa, natione Romanus, sedit annis 11, mensibus 2, diebus 7; fuit autem temporibus Constantii [e] heretici; a quo missus est in exilium, post mortem vero eius rediit in papatum.

Papa Liberius I.

Liberius papa, natione Romanus, sedit annis 10, mensibus 7, diebus 3; fuit autem temporibus Constantii, filii Constantini imperatoris. Ille eum misit [f] in exilium, quia noluit consentire heresi Arriane. Tempore Constantii tercii imperatoris rediit in papatum suum.

Papa Felix II.

Felix papa, natione Romanus, sedit anno 1, mensibus 3, diebus 2. Iste declaravit Constantium, filium Constantini, esse hereticum et secundo baptizatum ab Eusebio Nicomediense iuxta Nicomediam in villa que dicitur Aquilone, et propter hoc ab ipso Constantio est decollatus.

Papa Damasus I.

Damasus papa, natione Yspanus, sedit annis 18, mensibus 2, diebus 10; fuit autem sub Iuliano imperatore apostata.

Papa Siritius primus.

Siritius papa, natione Romanus, sedit annis 15, mensibus 6, diebus 25. Iste detexit Manicheos, quos etiam exilio deportavit.

Papa Anastasius primus.

Anastaxius papa, natione Romanus, sedit annis 2, diebus 25; fuit autem sub Foca cesare [2].

Papa Innocencius I.

Innocentius papa, natione Albanensis, sedit annis 15, mensibus duobus, diebus 25; fuit sub Foca imperatore augusto.

Papa Zozimus [g] primus.

Zozimus [g] papa, natione Grecus, sedit anno 1, mensibus 8, diebus 25; fuit autem sub Foca cesare imperatore.

Papa Bonifacius primus.

Bonifacius papa, natione Romanus, sedit annis 3, mensibus 8, diebus 13; fuit autem sub Valentiniano imperatore.

Papa Celestinus primus.

Celestinus papa, nacione Campanus, sedit annis 8, mense 1, diebus 9; fuit autem sub Valentiniano imperatore.

Papa Sixtus III.

Sixtus papa, natione Romanus, sedit annis 8, diebus 18; fuit sub Valentiniano imperatore.

Papa Leo primus.

Leo papa, natione Tuscus, sedit annis 21, mense 1, diebus 28; fuit autem sub Marciano imperatore [3].

Papa Simplicius primus.

Simplicius papa, natione Tiburtinus, sedit annis 15, diebus 7; fuit autem sub Graciano imperatore [4].

a) Vellesiano 1[a]. b) *lege:* Gallieno. c) *ita* 1[a]. d) Aurdiano 1[a]. e) Conastantai 1[a]. f) missit 1[a]. g) Cozimus 1[a].

1) Marcellus omittitur. 2) Haec falsa esse patet; cf. Panth. XXII, c. 9. 3) Hilarius omittitur. 4) Manifestus error.

BSB

Papa Felix III.

Felix papa, natione Romanus, sedit annis 7, mensibus 11, diebus 18; fuit autem sub Teodorico rege. *Lib. pont.*

Papa Gellaxius.

Gellaxius papa, natione Afer, sedit annis 4, mensibus 9, diebus 8; fuit autem temporibus Teodorici regis et Zenonis 5 imperatoris.

Papa Anastaxius I.

Anastaxius papa sedit anno 1, mensibus 11, diebus 24; fuit autem sub Zenone imperatore.

Papa Simachus I.

Simachus papa, natione Sardus, sedit annis 15, mensibus 7, diebus 28; fuit autem temporibus Teodorici regis et Anastaxii imperatoris.

Papa Ormisda primus.

Ormisda papa, natione Campanus, sedit annis 19, diebus 17; fuit autem temporibus Teodorici regis et Anastasii imperatoris.

Papa Iohannes primus.

Iohannes papa, natione Tuscus, sedit annis 2, mensibus 9, diebus 18; fuit autem temporibus Teodorici regis et Iustini imperatoris.

Papa Felix IIII.

Felix papa, natione Sampnius, sedit annis 4, mensibus 2, diebus 11; fuit autem temporibus Teodorici regis et Iustini imperatoris.

Papa Bonifacius II.

Bonifacius papa, natione Romanus, sedit annis 2, diebus 26; fuit autem temporibus Atalarici regis et Iustini imperatoris.

Papa Iohannes II.

Iohannes papa, qui et Mercurius, natione Romanus, sedit annis 5, diebus 6; fuit autem tempore Atalarici regis et Iustini imperatoris.

Papa Agapitus I.

Agapitus papa, natione Romanus, sedit annis 9, diebus 29; fuit autem sub Iustiniano imperatore et tempore regis Teodorici regis Gothorum[5].

Papa Silverius I.

Silverius papa, natione Campanus, sedit mensibus 8, diebus 11; fuit autem institutus papa per violenciam Teodorici regis Gothorum, sine decreto Iustiniani imperatoris. Post parvum tempus mortuo Teodato, Gothi elexerunt sibi regem Vitegrum[a]. Unde Iustinianus[b] indignatus, iussit[c] omnes Gothos ab Ytalia deleri.

Papa Vigilius I.

Vigilius papa, natione Romanus, sedit annis 6, diebus 25. Eodem tempore Vitigo[d] rex Gothorum in prelio captus, missus est ad Iustinianum.

Papa Pelagius I.

Pelagius papa, natione Romanus, sedit annis 4, mensibus 10, diebus 29; fuit autem sub Iustiniano imperatore, et cum non esset qui eum consecraret[e], inventi sunt duo episcopi Iohannes de Perusio et Bonus de Ferentino et Andreas presbyter de Hosti; illi tres ordinaverunt pontificem.

Papa Iohannes III.

Iohannes papa, natione Romanus, sedit annis 12, mensibus 11, diebus 26; fuit autem sub Iustiniano imperatore. Eodem tempore in aere vise sunt acies et aste ignite, de quibus loquitur Gregorius in cathalogo[f]. Tunc Longobardi occupaverunt Ytaliam.

Papa Benedictus I.

Benedictus papa, natione Romanus, sedit annis 4, mense 1, diebus 19. Eodem tempore gens Longobardorum invasit omnem Ytaliam, et fames valida fuit, ita ut multi se Longobardis reddidissent, ut sic suam inopiam temperarent.

Papa Pelagius II.

Pelagius papa, natione Romanus, sedit annis 11, mensibus[g] 11, diebus 10; iste ordinatus fuit absque precepto Iustini imperatoris, pro eo quod tunc Roma a Longobardis erat obsessa et tota Ytalia undique devastata. Tunc enim tanta fuit inundacio pluviarum, ut crederent homines diluvium in terra super se venisse.

Papa Gregorius primus.

Gregorius papa, natione Romanus, sedit annis 13, mensibus 6, diebus 10, natus ex patre[h] Gordiano; fuit autem sub Mauritio et Foca imperatoribus. Iste exposuit Iob et Ezechielem et scripsit librum pastoralem et dialogum et totum ordinem[i] ecclesiasticum. Ipse etiam Angliam ad Christum convertit. Eodem tempore imperator Mauricius eiecit Longobardos a partibus Romanorum et abstulit eis Spoletum et alia opida.

Papa Sabianus[6] primus.

Sabianus papa, natione Tuscus, sedit anno 1, mensibus 5, diebus 19; fuit autem sub Foca cesare. Eodem tempore facta est fames valida in urbe Roma; sed facta pace cum Longobardis papa fecit omnia Romanorum orrea aperiri; unde tanta facta est habundantia, ut pro uno soldo 30 modii tritici prestarentur.

Papa Bonifacius III.

Bonifacius papa, natione Romanus, sedit mensibus 8, diebus 22; fuit autem sub Foca imperatore. Iste impetravit a Foca cesare, ut ecclesia sancti Petri Rome prima sedes apostolica et caput omnium ecclesiarum in seculo diceretur, quia tunc ecclesia Constantinopolitana prima omnium ecclesiarum se exibebat.

Papa Bonifacius IIII.

Bonifacius papa, natione Marisicus, sedit annis 6, mensibus 8, diebus 13. Iste petiit a Foca cesare, quod hodie habetur[k] ecclesia sancte Marie rotonde, ut templum Pantheum ei consecrare liceat.

a) integrum 1a? b) ustin. 1a. c) iusit 1a. d) intigo 1a? e) cuns. 1a. f) *lege:* dialogo. g) m. 11 *in marg. suppl.* 1a. h) parte 1a. i) ardinem exclesiasticum 1a. k) ñ 1a.

5) De Theodato Lib. pont. loquitur. 6) i. e. Sabinianus.

Papa Deusdedit primus.

Lib. pont. Deusdedit papa, natione Romanus, sedit annis 3, diebus 24; fuit autem sub Foca cesare. Iste in ecclesia Dei multas bonas consuetudines instituit[7].

Papa Honorius I.

Honorius papa, natione Campanus, sedit annis 12, mensibus 11, diebus 16; fuit autem sub Eraclio imperatore. Iste ecclesiam sancti Petri et alias multas ecclesias auro et argento ornavit.

Papa Severinus primus.

Severinus papa, natione Romanus, sedit annis 2, diebus 4; fuit autem sub Eraclio imperatore. Iste ornavit ecclesiam sancti Petri opere mosaico et aliis multis modis.

Papa Iohannes IIII.

Iohannes papa, nacione Dalmaticus, sedit anno 1; fuit autem sub Eraclio imperatore. Iste multam pecuniam per ecclesias erogavit.

Papa Teodorus I.

Teodorus papa, natione Grecus, sedit annis 6, mensibus 5, diebus 18; fuit autem sub Eraclio imperatore. Eodem tempore venit Romam Pirrus patriarca Constantinopolitanus et abrenunciavit atque anathematizavit omnia que ipse vel sui predecessores contra Romanam ecclesiam visi sunt fecisse, et promisit pape Teodoro perpetuam obedienciam servare.

8 Papa Mauricius[8] primus.

Mauricius[8] papa, de civitate Tudertina[a] oriundus, sedit annis 6, mense 1, diebus 27; fuit autem sub Eraclio imperatore. Eodem tempore Paulus Constantinopolitane urbis episcopus obedientiam Romane ecclesie contradixit et doctrinam eius multimodo depravavit.

Eugenius papa primus.

Eugenius papa, natione Romanus, sedit annis 2, mensibus 9, diebus 24; fuit autem sub Eraclio imperatore et multos habuit conflictus pro fide catholica adversus patriarcham Constantinopolitanum.

Papa Vitalianus primus.

Vitalianus papa, natione Signinus[b], sedit annis 24, mensibus 3, diebus 13. Eodem tempore tertius Constantinus venit Romam, et multum ornatum obtulit benedicto Petro.

Papa Deodatus I.

Deodatus papa, natione Romanus, sedit annis 4, mensibus 2, diebus 5; fuit autem sub tercio Constantino. Eodem tempore omnes segetes per inundationem[b*] pluvie perierunt.

Papa Domnus[c] primus.

Domnus[c] papa, natione Romanus, sedit annis 5, mensibus 5, diebus 10; fuit autem sub Constantino imperatore tercio. Eodem tempore Sicilia[d] a Saracenis est occupata et detenta.

Papa Agatus[9] I.

Agatus papa, natione Siculus, sedit annis 2, mensibus 7, diebus 14; fuit autem sub Eraclio et Constantino et Tyberio.

Papa Leo secundus.

Leo papa, natione Siculus, sedit annis 10, diebus 17; fuit autem sub Eraclio imperatore. Hic fuit eloquentissimus sermocinator.

Papa Benedictus II.

Beńedictus papa, natione Romanus, sedit mensibus 10, diebus 12; fuit autem sub Eraclio imperatore.

Papa Iohannes V.

Iohannes papa, natione Sirus, sedit anno 1, diebus 9; fuit autem sub Eraclio imperatore[10].

Papa Sergius primus.

Sergius papa, natione Antiochenus, sedit annis 12, mensibus 8, diebus 14; fuit autem sub Iustiniano imperatore.

Papa Iohannes VI.

Iohannes papa, natione Grecus, sedit annis 2, mensibus 6, diebus 12; fuit autem sub Iustiniano imperatore.

Papa Iohannes septimus.

Iohannes papa, natione Grecus, sedit annis 4, mensibus 7, diebus 12; fuit autem sub Iustiniano imperatore.

Papa Sisinius[e] primus.

Sisinius[e] papa, natione Syrus, sedit diebus 12; fuit autem sub Iustiniano imperatore.

Papa Constantinus I.

Constantinus papa, natione Romanus, sedit annis 7, diebus 15; fuit autem sub Iustiniano imperatore.

Papa Gregorius II.

Gregorius papa, natione Romanus, sedit annis 15, mensibus 8, diebus 24; fuit autem sub Teodosio II. Iste convertit Germanos ad fidem Christi per Bonifacium episcopum.

Papa Gregorius III.

Gregorius papa, natione Syrus, sedit annis 10, mensibus 8, diebus 24. Iste impetravit a Leone imperatore, ut ymagines in ecclesia erigerentur.

Papa Zacharias primus.

Zacharias papa, natione Grecus, sedit annis 10, mensibus 2, diebus 14; fuit autem sub Constantino imperatore. Eodem tempore Liprandus rex Longobardorum obsedit Romam, et cepit circumpositas civitates, et revérsus est.

a) Tudortina 1a. b) Signimus 1a. b*) innund. 1a. c) domini dei 1a. d) Scicilia 1a. e) Sisimus 1a.

7) Similia de Honorio Lib. pont. Bonifacius V. omissus est. 8) *Martinus* Lib. pont. 9) i. e. Agatho. 10) Conon omittitur.

Papa Stephanus II.

Stephanus papa, natione Romanus, sedit annis 5, diebus 30; fuit autem sub Constantino imperatore. *Lib. pont.* Eodem tempore Astulfus Romanam ecclesiam adeo afflixerat[a], ut de singulis Romanorum capitibus singulos aureos postularet. Unde Stephanus papa ad Pipinum regem Francorum perrexit, querelam positurus. Pipinus mittens[b] ei obviam Karolum filium suum, optime recepit eum; et tunc cum exercitu ingressus Ytaliam, Astulfum regem in Papia obsedit et pacem dare Romanis sub iuramento coegit. Astulfus vero, reverso Pipino in patriam, deterius fecit. Iterum venit Pipinus Papiam et Astulfum obsessum desistere iterato iuramento coegit. Mortuo postmodum Astulfo rege, succedit ei Desiderius per auxilium Stephani pape contra Rachixium, fratrem Astulfi, monachum, qui tunc regnare nitebatur. Iuravit etiam Desiderius, se Romanam sedem et urbem in sua iusticia non turbaturum; post modicum autem tempus papa decessit.

Papa Paulus primus.

Paulus papa, natione Romanus, sedit annis 10, mense 1; fuit autem temporibus Constantini et Leonis imperatorum; a quibus impetravit, ut ymagines sacras in ecclesia erigere liceret.

Papa Stephanus tertius.

Stephanus papa, natione Siculus[c], sedit annis 3, mensibus 5, diebus 18. Iste a Desiderio acriter inquietatus; unde ipse Karolo preces porrigit, ut succurrat. Interim papa obiit.

Papa Adrianus primus.

Adrianus papa, natione Romanus, sedit annis 22, mensibus 10, diebus 17. Iste propter intolerabiles Desiderii infestationes precibus suis obtinuit, quod Karolus Magnus, filius Pipini, cum exercitu suo Papiam cum Desiderio rege obsedit, et cum eo uxorem eius[11] Ildegardam et filios eius; tamen obsessam civitatem dimittens, cum potestate exer- 11
citus sui Romam celeriter adiit. Ibique cum papa pasca resurrectionis dominice celebrato et in palatio Laterano sic cum ipso papa solempniter convivatus, ad Ticinum[d] rediit, Desiderium et uxorem eius cepit atque secum in Franciam Aquasgrani[12] deduxit. Ibique Desiderius et uxor eius captivitate vitam finivit.

Papa Leo III.

Leo papa, natione Romanus, sedit annis 20, mensibus 5, diebus 17. Iste dum processiones et letanias ageret, primicerius eius nomine Campolus[13] et camerarius eius nomine Pascalus manu[e] eum apprehensum in platea cecaverunt et linguam truncaverunt. Iterum etiam eum inter ecclesiam trahentes, ante altare cecaverunt et iterum[14] linguam absciderunt, et sub arta custodia carceris in ecclesia quadam eum servabant. Eadem nocte divino miraculo visum et loquelam recepit; et auxilio fidelium in basilica sancti Petri receptus est et salvatus. Tunc auxilio ducis Spoletani in Franciam ad Karolum Magnum veniens, optime receptus est et salutatus et per magnos legatos Romam cum honore reductus est. Postea venit dominus Karolus Romam, et audiens accusationes Campoli traditoris et Pascalis non valere, tunc misit[15] eos in exilium in Franciam. Papa vero sua sponte innocentiam suam iuramento purgavit. Tunc papa, congregato omni cetu clericorum et laicorum Romanorum in basilica beati Petri, imperiales laudes domino Karolo Magno cantaverunt, tribus vicibus dicentes: *Domino nostro Karolo imperatori, a Deo coronato summo et pacifico salus et victoria.* Hoc facto imperator Karolus, datis ecclesie multis donis et ornamentis, in patriam remeavit.

Papa Stephanus IIII.

Stephanus papa, natione Romanus, sedit annis 7. Iste perrexit in Franciam ad Lodoycum imperatorem, filium Karoli; a quo benignissime receptus et multis muneribus honoratus, rediens Romam, omnes captivos et exules, qui pro maleficiis in Leonem papam perpetratis in Gallia tenebantur, secum deduxit et amore Dei sue libertati restituit.

Pascalis papa I.

Pascalis papa, natione Romanus, sedit annis 7, mensibus 2, diebus 12. Iste sub tempore Lodoyci imperatoris invenit corpora sanctorum Cecilie et Valeriani iuxta portam civitatis. Et recondidit[f] ea in ecclesia sancte Cecilie trans Tiberim. Hoc autem factum est per ipsius sancte Cecilie revelationem.

Papa Eugenius I.

Eugenius papa, natione Romanus, sedit annis 4, mensibus 7, diebus 11; fuit autem temporibus Lodoici imperatoris. Iste omnes iudices Romanos, qui in Francia captivi ab imperatore tenebantur, Romam revocavit.

Papa Valentinus I.

Valentinus papa, natione Romanus, sedit annis[16] 10, diebus 10; fuit autem temporibus Lodoici imperatoris.

Papa Gregorius IIII.

Gregorius papa, natione Romanus, sedit annis 15; fuit autem tempore Lotarii imperatoris, filii Lodoici.

Papa Sergius II.

Sergius papa, natione Romanus, sedit[g] annis 3; fuit autem tempore Lotharii imperatoris. Qui imperator misit tunc Lodoicum filium suum Romam cum exercitu, ut in regem inungeretur; quod et factum est per Sergium papam. Tunc princeps Beneventanus Romam veniens, ab ipso Lodoico, filio Lotharii, honoris sui recepit investituram. Ab ipso etiam Lodoico tota Bononia funditus deleta est.

Papa Leo IIII.

Leo papa, natione Romanus, sedit annis 9, mensibus 3, diebus 6; fuit autem tempore Lotharii imperatoris. Qui[h] cum esset electus, non ausi sunt eum consecrare[i] sine imperiali mandato. Eodem tempore multus exercitus Sarracenorum, qui Romam navigio invadere cogitaverunt[17], iuxta Neapolim[18] prope Romam ventus valide eos

a) afflix. 1a. b) mitens 1a. c) Sciculus 1a. d) Tisinum 1a. e) manum 1a. f) recund. 1a. g) s. a. *desunt* 1a, *ubi ante* III *scriptum erat* XV, *sed deletum.* h) Quod 1a. i) consecinere 1a.

11) Lib. pont. de Karoli uxore Hildegarde et filiis regi adductis loquitur. 12) Haec Gotifredus adiecit; alii Leodium vel Corbeiam veterem indicant; v. Abel, Iahrb. I, p. 149. 13) Campulus sacellarius et Paschalis primicerius in Libr. pont. nominantur. 14) *amplius* addit Lib. pontif. 15) A legatis Karoli eos in Franciam missos esse, tradit Lib. pontif. 16) *mense* 1, *diebus* 20 Lib. pontif. 17) Quaedam deesse videntur. 18) *Iuxta Ostiam* Lib. pontif., qui narrat Neapolitanos Romae auxilio venisse.

quasavit et partim submersit, partim in proximas insulas proiecit. Ubi quidam fame perditi[a], quidam capti et Rome deportati omnibus vite sue temporibus Romanis civibus in compedibus servierunt. Tunc papa nunciavit hec Lothario imperatori, addens[b] preces, ut civitatem Leonianam[c], quam Leo tercius inchoaverat, set non perfecerat, immo et ipsum principium iam deperierat, contra paganos et Sarracenos ad tutelam beati Petri preciperet[d] hedificari. Hoc verbum imperatori valde complacuit, et ad illud perficiendum pecuniam multam transmisit. Ita Deo gratias anno[e] 6. pontificatus Leonis quarti est consumata[f].

Papa Benedictus III.

Benedictus papa, natione Romanus, sedit annis 3, mensibus 6, diebus 8; fuit autem sub Lodoico, filio Lotharii imperatoris.

Papa Nicolaus I.

Nicolaus papa, natione Romanus, sedit annis 8, mensibus 9, diebus 9[g]; consecratus est presente Lodoico imperatore III; cum quo etiam epulatus, et variis muneribus honoratus, exivit in campum ad imperiale[h] temptorium; ubi per[i] manum imperatoris receptus et diu secretius collocutus, in Urbem rediit, et imperator in patriam remeavit.

LIBER I.

1. Incipit[k] de generatione processa a filiis Noe, scilicet Sem, Iaphet et Cham, ut infra.

Editus ex[l] arca canitur Noe patriarca;
Vita prius[m] parca, male que[n] precesserat[o] arca,
Nil habet hystorie, nec memoranda patet.
Egrediente patre veniunt tres ordine fratres:
Iosephus[p] et Moyses referunt hec omnia late,
A quibus optate[q] dogmata prima patent.
Cham Sem et Iaphet primos[r] genuere[s] parentes,
A quibus et vario[t] posuit Deus ordine gentes:
Ut vultus hominum, sic variavit opus.
Quos peperit natura pares, quos patris honestas
Esse pios docuit, depravat[u] iniqua potestas,
Ut cadat in vicium queque propago suum.
Parvula paucorum fuit illis* turba virorum.
Non erat imperium, neque rex, neque nomen eorum*;
Immo[v] ferunt aratrum, vomere rura colunt.
Culpa gravis populi meruit sub lege teneri,
Unde Deus voluit homines sub rege tueri,
Ultor ut ipse* Dei puniat[x] acta rei**.
Sic regi dat regna Deus[z], sic iurgia rerum,
Quod valet[a] humano[b] lucrari sanguine celum,
Munera grata Deo dat[c] pereunte reo*.
Prima tui generis[d] fuit hec, Henrice, corona,
Cui celebris post Roma dedit sua climata prona.
Si cupis, exponam; suscipe mente bona[e.]*.

* sc. Sem Cham et Iaphet (2).
* sc. regum (2).
* rex (2). ** malefactoris (2[a]. 3).
* Rex munus gratum (g. m. 3) offert (dat 3[b]) Deo, dum iusticia (per iustitiam 3[b]) plectit malefactores (2[a]. 3).

Nota, quod progenies imperialis a primo rege, qui primus tempore fuit, descendit (1).

* 2. 3. *addunt (2* in margine):* Nota[f], quod de Sem nati fuerunt 27 viri[g], de Iapheth vero 23 viri[h], de Cham 22[i], qui insimul fuerunt 72[i]. Et de hiis 72[k] 72 generationes[l] processerunt et 72 lingue exorte sunt[19], prout postea[m] patebit [in[n] hoc opusculo].

19 Nota[o], quod in presenti opusculo[p] de hominibus ante diluvium nihil scribitur. Est tamen sciendum, quod Seth, filius Adam[q], fuit gigas fortissimus[20] et homo bonus et[r] a

a) per cliti 1[a]. b) ocades 1[a]. c) leonionam 1[a]. d) precipere 1[a]. e) q; 1[a]. f) conservata 1[a]. g) 20 1. h) imperialem 1. i) in aū 1. k) *ita* 2[b]; A principio Noe post diluvium. De Sem Cham et Iaphet 2[a]; *rubra deest* 1. 2*. 3[b]. l) *deest* 2. 3. m) primus 1. n) quem 2. 3. o) precesserint 1; presserat 2. 3. p) Ioseph 2; *corr.* Iosephus 2*. q) optata 2[a]. [b]. [c]. r) primo 1. s) gemine 2. t) a v. 1. u) dampnat 1. v) *hic deest versus* 2. 3. x) puniant 1. z) dic 2. 3. a) valeat 2*. b) humanum 2. 3. c) det 1; dat rex 2. 3. d) gregis 2. 3; tue g. 2[a]. e) *in* 3 *sequentes versus pergunt.* f) *deest* 2*; hic 2[a]; Item nota hic 2[b]; N. q. de Sem — opusculo 3 *in fine huius et sequentis expositionis habet.* g) *deest* 2*. 3. h) *deest* 2*. i) viri *add.* 2[b]. k) viris *add.* 2[b]. l) generationesque de his 72 septuaginta due 3[b]. m) exnunc 3[a]. n) i. h. o. *desunt* 2*. 3. o) Et n. 2[b]; quod *deest* 2*. p) metrico *add.* 3[b]. q) Ade 3[b] r) *deest* 3[b].

19) Cf. Isidor. Etym. IX, 2, 2, ubi alii numeri leguntur, 73 gentes, 15 de Iaphet, 31 de Cham, 27 de Sem; Petrus Comestor I, 38 72 generationes, sed 15 de Iaphet, 30 de Cham, 28 (vel 27) de Sem dicit; cf. alia testimonia, quibus 72 linguae vel terrae indicantur, a Zingerle collecta, Sitzungsber. der Wiener Akad. L, p. 421. 20) Cf. Methodii Revelationes c. 4, ubi gigantes super terram perfusi de Seth dicuntur.

2. De[a] principio regum, unde ortus fuit Henricus.

Principium regum, quo descendisse videris,
Et genus imperii Troianaque[b] tempora queris[c]:
Hec si metra geris, certiorandus[d] eris.
Imperiale genus quod et unde sit, ecce feremus;
Que species regnum fuerit primeva, canemus[e].
Urget, ut instemus, Romulus atque Remus.
Gentis Hebreorum loca, tempora[f], regna tacemus,
Vertimur ad Grecos[g], gentilia gesta canemus,
Unde sit imperii linea, norma, genus.

Nota, quod Hebreorum genealogiam non posui in hoc libro (1).

3. De[h] Nembrot.

Musa virum prome[i] Nembrot de germine Noe,
Cuius[k] erat quondam regnum prius in Babilone,
Et genus appone, tempus[l] et acta mone[m].
Iosephus hunc iuvenem pingit[n] feritate minacem[o]
Et nimis audacem, validum, sevum, sine pace.
Nunc sua pompa iacet, quam[p] recitare placet.

Deo benedictus[q], ut de eius semine humanam naturam assumeret[r], cum iam Abel a Chayn fratre suo interfectus[s] et propterea ipse Chayn maledictus et desperatus esset; quare[t] Deus de eius maledicto semine nasci noluit. Sed nasciturum Seth[u] elegit et benedixit. Dicebantur et dicuntur in libro Genesis filii Seth filii Dei, filii autem Chayn filii hominum. Et fuerunt filii Chayn avari et pulchri et[v] astuti et propter acquirendas pecunias sua industria multa artificia adinvenerunt, ut[w] videlicet Iubal[x] tentoria pastorum[y], Iabel[z] pastaturam et citharas*, Tubalcaim[a] fabrificium**, Noemasyn[b] vero soror eorum texturam. Hii autem omnes de Lamech, qui Chayn sagitta interfecit et primus bigamus fuit[c], nati[d] fuerunt. Fuit[e] autem ipse Lamech de semine Chayn. Hec in libro Genesis ante diluvium clarius reperies.

Nota[f], quod ante diluvium non crescebat vinum in terra, set post diluvium creverunt vites, et hircus comedit[g] uvas et gaudendo saltabat inebriatus. Quod Noe videns, eum[h] ammirando sequebatur, et venit ad vitem, et uvas[i] comedens inebriabatur et discoopertis virilibus nudus dormiebat. Quem reperiens Cham filius suus, illusit eum, adducens fratres suos, qui pudibunda videntes, commoti contra fratrem et contristati propter patrem, Sem et Iaphet oculos palliantes, ne patris virilia viderent, ipsum tegebant Chamque fratrem eorum corripiendo arguebant. Quod pater cognoscens[k], Cham et semen suum maledixit, subiciens servituti fratrum et semini eorum, Sem vero et Iaphet benedixit, constituens eos dominos. Hinc a tribus istis filiis triplex genus hominum exortum est, scilicet presbyteri, nobiliste[l] et rustici. Presbyteris enim pro re publica orare, nobilibus pugnare, rusticis laborare interest. Fuit igitur Noe primus qui coluit[m] vinum. Natus est ex eo Ianitus filius, qui primo adinvenit astronomiam. Vixit autem Noe post diluvium annis 350, et antequam[n] moreretur, vidit de femore suo*** genitos viginti quatuor milia[21] virorum sine parvulis et mulieribus. In diluvio vero omnes de Chaym nati perierunt et deleti sunt de terra. De filiis vero Noe, ut premissum est, tot egressi fuerunt homines. Et propter multitudinem ipsorum[o] insimul esse non poterant; unde decreverunt se dividere in terras[p.†].

Cf. Petrus Com. I, 38.

ib.

* 3 *addit:* et fuit inventor consonanciarum, ut labor pastoralis in delicias verteretur.
** 3 *addit:* et sculpturas operum in metallis in libidinem oculorum primo fabricavit.
*** 3 *addit:* hoc est ex tribus filiis, ut dicunt Methodius[22] et Philo.
† 3 *addit:* Et Noe post diluvium distinxit terras filiis suis, vel ipsi diviserunt inter se, et promulgata fuit lex ista, scilicet quod terra tunc non occupata illius esset qui prius eam occuparet. Et tunc disparserunt se super faciem terre. Unus occupavit rem illam et alius aliam. Nota quod de Sem — patebit *ut p.* 32 *n.* *.

a) Sequitur nunc de — Heinricus 2^b; *rubra deest* 2^*, *ubi haec cum praecedentibus arcte coniuncta sunt,* 2^a. 3. b) Troiana qui 3^b. c) geris 3^b. d) coronandus 2. 3. e) cantemus 2. 3. f) prelia 2. 3. g) *deest* 2. 3, *ubi* g. ac gesta eorum c. h) De Nebrot filio Sem 1; Sequitur nunc infra de N. 2^b; *rubra deest* 2^*. 2^a. 3. i) ire 2. 3. k) 2^* *habet hoc loco glossam:* quia primo edificavit Babilonem et fuit postea rex in ista terra et postea Semiramis regina ulterius construxit, ut patebit postea. l) ipse 2. 3. m) move 2^a. 3. n) pungit 1. o) *ita P.;* minantem 1; p. atque ferocem 2; p. atque velocem 3. p) quem 1. q) dilectus et b. 3^b. r) h. a. n. 3^b. s) i. esset 2^b. t) *deest* 3^b. u) et 2^*. v) ac 2^*. 2^a. w) *deest* 3^b. x) Iabel 3^b. y) pastoris 2. z) Iobel 2^*; Iubal 3^b. a) Cub. 2. b) Neom. 2^*; Norm. 2^a. c) *deest* 3^b. d) n. f. *desunt* 2^*. e) *deest* 2^a. f) Item nota 2^b; *in* 2 *post versus sequentes haec posita sunt.* g) comeditque h. 3^b. h) a. eum 2^b. i) uvasque 3^b. k) agnoscens 3^b. l) nobiles 3^b. m) caluit 3^b. n) priusquam 2^b. o) eorum 2^a. p) terris 2^b.

21) 14 milia virorum et centum, Petrus Comestor, a quo auctor affertur „philosophus in libro questionum super Genesim“. 22) Revelationes (Pseudo-) Methodii haec non praebent.

Nota quis primus coxit laterem et quis primus urbem hedificavit (1).

Iste primus[a] laterem coquit, prior[b] astruit urbem,
Iste[c] primus[d] Babel* studuit componere turrem,
Qua putat in celum tangere posse Deum.
Suggerit hic populo sua menia iungere celo,
Possit[e] ut inde Deo gens prava resistere[f] telo,
Illiricos * penetrare sinus[d], secumque . . .[e] civis[f] **.
Egreditur Priamus, rex dominator[g] ibi.
Copia multorum sequitur vexilla virorum,
Viribus[h] armorum feritas[i] monstratur eorum,
Vult alienorum tollere regna[k] thorum.
Ducta per Illiricum * vexit ratis[l] alta leones[m],
Migrat per Ungariam[94], que fertilis obtulit omen;
Terra satis placuit; gaudia magna movent[n];
Finibus inspectis placuit Pannonia[o] pinguis **;
Fiat ut his patria, quos Troie depulit ignis,
Castra parant populi * regibus ** apta suis.
Arte parant urbem similantem menia Troie,
Que male vicinos post ad servilia coget,
Et quasi iam dominos terra subacta colit.
Urbs ornata viris nova dicta[p] Sicambria *** crevit,
Multiplicata nimis Troiana potentia sevit,
Percutit et ledit, sepe cruenta redit.

* magno (2*); maiore minor (3b).
* Grecis (2a).
* Venetos (2a. 3b) vel Dalmaticos (3b). ** populus (2a).
* Troiani (2a. 3b). ** s. Priamo et Anthenori (2a. 3b).

* 3b *in marg. addit:* Antenor dux Troianus potuit scilicet esse elapsus, i. e. evadens; Achivis mediis, i. e. per medium Grecorum.
** 3b *addit:* vulgariter Steinauffhanger.
*** 3b *in marg. addit:* in Ungaria Czkamber prope Budam.

a) Theot. 1. *et ita postea.* c) divisimus 1. d) Troiani seminis 2. 3. e) pro Ytalia 1. f) dyadema 1. g) Roma 2a; Romam 2*. 2b. 3b. h) regia 1. i) continuant 1. k) Romulus 1. l) Deot. quoque 3b. m) paterni 2*; paterne 2a. b; paterna 3b. n) *deest* 2. 3. o) in 1. p) iuvenes 1. q) stetit 2. r) Clam 1; Gratia 2*. Gloria 2a. b. 3b. s) circulis 1. t) *deest* 1; ideo 2. 3. u) Theotonicus (Theutunicus) 1; Theutonicus 2. 3. v) Ermeniam 1. w) I. nunc l. iste s. videlicet 2b. x) *ita* 1, *Mur.* (*ubi* patiente) *et P.*; A. P. P. oritur paterno r. h. Sorte n. oritur i. p. s. 2. 3. y) Prole *P.; in* 1. *folium excidit.* z) patrio *Mur.* a) m. mea 2. 3. b) Theotunicorum 2a. b; Theutonicorum 2*. 3b. c) lapsus 2. d) suos 2. e) *vocabulum deest.* f) vulgus 3b. g) dominatur 2a. b. 3b; dominabitur 2*. h) Vil. 3b. i) fed. 3b. k) regnaque 2. 3. l) rata 2. m) locum 3b. n) movet 2*. 2a. 3b. o) Pannania 2*. 2a. p) *deest* 2. 3, *ubi* S. n. c.

93) Gestis Francorum Gotefridus usus esse videtur, sed plura addidit; cf. infra quae in Memoria seculorum et Pantheo similia leguntur. 94) ita pro *Pannonia* Gestorum scripsit.

Urbs * equitum mille duodena milia * claudit, * peditum (2*).
Tota quibus post hec Germania victa subaudit.
Quidquid terra parit, mucro [a] Sicamber adit.
Qui Troianorum sub nomine vixit avorum,
Lege Sicambrorum nomen tenet urbis [b] eorum:
Hoc sibi precipuum nomen habere volunt [b*].
Ammodo despiciunt censeri nomine regum,
Nomina sola ducum retinent moderamine legum;
Prelia multa gerunt et nova iura ferunt.
Nunc ducibus regitur populus; quodcumque [c] lucratur
Est commune bonum, communis vita paratur,
Unus ei populus unaque pompa datur.
Morte duces ducibus sola per tempora cedunt,
Morte sua cives patrias certamine ledunt,
Progenies regum iura paterna regunt.
Octo [95] duces magni centenos circiter annos 95
Temporibus variis regnum tenuere Sicambri,
Quorum iam plane [d] nomina scripta manent:
Antenor, Priamus, Troius [e], Troianus, Erinus [f],
Hector, Alexander, plenus probitate Carinus,
Nonus Covaldinus [g] nec probitate minor.
Succedit patribus ferventior igne iuventus,
Cuius ab eventu [h] capiuntur [i] regna [k] potentum,
Ense Sicambrorum tollitur omne solum.
Urbs * erat innumero iam dicta referta [l] patrono, * Sicambria (2a).
Dum parat [m] ut pereant Germanica regna colono,
Rebus et ingenio destituenda solo.
Iam quasi centenis tempus defluxerat [n] annis,
Cum sua Germanis infligunt bella Sicambri,
Igne, fame, gladiis innumerisque malis.
Hinc teritur, premitur Germania victa Sicambris,
Et capitur, rapitur Senogalia [o] cum Cenomannis [p.] *, * partibus Galliorum (2a).
Et Gaudiana magis dampna, pericla trahit.
Litora Danubii preciosaque litora Reni
Allexere duces * et Reni cursus ameni, * Troianos (2a).
Terraque luxurians * dicit: *Amande, veni.* * Fertilis et deliciosa (2a).
Tanto quippe nitet [q] super omnia regna decore,
Ut domini subito Reni capiantur amore,
Unde sibi patrias has retinere volent.
Ammodo Germani cupiunt ex lege vocari,
In Maguntia [w] civitate, ubi Magus cadit in Renum, ex altera vero parte urbis rivulus qui vocatur Cia cadit in Renum, unde a Mago et Zia dicitur Maguntia (1).
Moribus [r] et lingua cum Theutonicis variari;
Lingua [s] magis placuit, qua Magus amne cadit.
Gens Troiana sibi Germanica nomina querit,
Et cupit [t] a patria populus Germanus haberi,
Urbs [u] vacuata perit, nemo Sicamber [v] erit *.

* 2. 3 *addunt:* Circa [x] textum sciendum, quod a Priamo iuniore et Antenore reges Theutonici processerunt. Cum enim post destructionem Troie reges Troiani, qui remanserant, expulsi fugissent, Eneas cum filio suo Ascanio per mare in locum Ytalie, ubi [y] Tiberis fluit in mare, subtus Romam, ubi tunc [z] regnum Latinorum fuit, venit, et, ut premissum est, regnum Lati-

* 3b *in marg. addit:* Samaria orientalis noviter Schutt, ubi iam Pamkirchen est et Pasing (*vel* Posing).

a) mucrone 2. 3. b) urbs 2; urbsque 3b. b*) *hoc loco partem sequentis prosae interponit* 3b. c) quicumque 2. 3. d) plene 2*. e) Tronis 2*. 2a. f) Erimus 2a; Erinsus 2*; Crinus 3b. g) Cau. 2a. h) effectu 2*. i) capiunt 2. 3. k) regnaque 3b. l) resulta 2. 3. m) perit (*vel* parit) et parant 2*. 2a; parit et parent 2b; perit et pereunt 3b. n) temporibus flux. 2b. o) Cenog. 2a. p) Senom. 3b. q) nitent 2. 3. r) *hic versus deest* 2. 3; *suppl. ex P.* s) *pergit* 1. t) Ut capit 1. u) Vis 1. v) Siccamber 1, *et ita* 2 *semper.* w) Magna 1. x) Item c. t. s. presentem 2b; Nota a 2*. y) ubi nunc 2*. z) nunc 2*.

85) Haec unde hauserit nescio.

2. Germani[a] et Romani facti sunt socii.

Nota, quod ipsi quidem Troiani magnificati sunt in Germania, et etiam Romani, qui Troiani fuerant, similiter in Ytalia et alibi sunt exaltati (1).

Dum fortuna duces tanta[*] virtute[b] decorat,
Condita[c] magna sonat super omnia climata[d] Roma,
Cuius ad imperium prelia magna tonant.
Hanc quasi reginam metuit[e], fovet ora marina,
Cuncta Cisalpina[f.*] metuunt sibi regna ruinam,
Et gens Germana[g] gaudia leta parant[h].

[*] ut haberent totam Germaniam (2[a]).

Nota, omnes nationes a Romanis subiugari preter Germanos, quos sotios et patriotas suos esse concedunt (1).

Nam quos Troia[i] suos olim retinebat alumpnos,
Hos dominos fortuna facit per secula summos,
Et quasi consocios Roma tenebit[k] eos.
Romanum fore[l] Troianum natura[m] fatetur,
Germanus[n] patriota suus[o] fraterque videtur[p],
Troia suis populis mater[q] utrique fuit.
Sic populo[*] populus[**] armis non subicietur,
Set regni[r] quasi consocius fraterque tenetur,
Pace simul coeunt, publica iura petunt.

[*] Romano (2[a]). [**] Germanus (2[a]).

norum obtinuit. Iunior vero Priamus, regis Priami Magni ex sorore sibi natus, et Antenor cum populis et viris[s] suis per mare Venetorum[t] in Ungariam venerunt. Et quia[u] terra pinguis ipsis ibi[v] placuit, castra in eadem pro se construxerunt, et quandam[w] civitatem sibi in similitudinem Troie Magne construxerunt[x] et eam[y] Sicambriam nominaverunt. Et ex illa civitate totam terram Ungarie servituti subegerunt, et ex eadem in vicinas terras magna et multa bella commiserunt[z]. Et[a] edificia in civitate Sicambria Sicambros nominaverunt. Cum vero multiplicarentur, ut in civitate essent mille equites et decem[b] milia pedestres[c] ad bella apti, ipsi ulterius in loco permanere non[d] valentes propter eorum multitudinem, pro terris vicinis prelia multa et dira gesserunt. Et se ulterius titulo et nominibus regum nominari nolebant, sed nomina et titulos ducum sibi usurpaverunt. Et hii omnes, quia amici, omnimode concorditer et amice vixerunt, se mutuo diligentes, unum victum, unum populum, unum commune bonum esse volebant. Et dum per centum iam annos per duces eorum in textu infra[e] descriptos urbem eorum defendissent et terras circumiacentes lesissent[f], propter eorum multitudinem[g] in loco et civitate[h] permanere non valentes, manu armata[i] se versus Alamaniam seu Germaniam direxerunt et bellicosis actibus eam invaserunt.

Consequenter[k] ibi sciendum, quod, postquam premissi Troiani, iam extincto nomine regum, sub titulo ducum, et ut Sicambri, non Troiani nominati, civitatem eorum noviter constructam Sicambriam circiter centum annos inhabitassent populosque multos et terras circumiacentes eorum feritate circa Pannoniam seu Ungariam devicissent, propter eorum multitudinem ulterius non poterant in Sicambria permanere, sed in Germaniam circa fluvios Danubii et Reni se[l] locaverunt. Et amenitate locorum Circarenensium[m] allecti, terram circa Renum[n] amando[o] propriam elegerunt, ibique habitare decreverunt, et in tantum dilexerunt eam[p], quod amore eius nomen Sicambrorum deposuerunt et Germani ulterius nominari voluerunt[q]; et linguam paternam, scilicet Troianam, mutaverunt, mores et linguam Theutonicorum assumpserunt[r]; et specialissime placuit eis lingua Germanica[s] seu Theutonica in finibus, ubi Magus et Cia fluvii cadunt in Renum; quod est circa Magunciam. Unde a Mago fluvio et Cia rivulo dicitur Maguncia. Ibi enim nomen, mores et linguam Sicambrorum seu Troianorum reliquerunt, nomen, mores et linguam Germanie sibi usurpaverunt[t]. Et sic civitas Sicambria in Ungaria periit, a populo Troiano ipsius fundatore derelicta[**].

[*] 3[b] *gl. addit:* Cisalpina i. e. Galia, que nunc dicitur Lampardia. Cisalpinus vero est aliquis existens ex illa parte Alpium.

Isid. Etym. IX, 2, 97.

[**] 3 *addit:* Ulterius sciendum, quod Germanice gentes sic dicte sunt, quod sint immania corpora immanesque naciones, feroces animi et semper indomiti, raptu venatuque viventes.

a) Sequitur nunc infra de Germanis et Romanis qui facti sunt socii 2[b]; *rubra deest* 1. 3[b]. b) fortuna 2. 3. c) Cognita 1. d) dimata 1. e) metuunt fovent 2[b]. f) cis alpinam 2[a]. [b]. g) At genus Gremana 1. h) parat 2[a]. i) Troiana 2; Troiano 3[b]. k) tenebat 2. 3. l) forte 2[*]. 2[a]. m) natum fatentur 2. 3. n) Garganus 2[*]; Gergamanus 2[a]. [b]. o) finis 1; patriotas suos 2[*]. p) vester 2. 3. q) mater — populus *desunt* 2[*]; servat utrisque (victrisque 2[a]) decus 2[a]. [b]. 3; Roma suis populis servat utriusque decus Troia s. p. m. u. f. 1. r) regnum 1. s) filiis 3[b]. t) Venat. 2[a]. u) *deest* 2 v) ibi eis 2[*]; ibidem 3[b]. w) et edificabant q. 3[b]. x) *deest* 3[b]. y) quam 3[b]. z) c. b. 3[b]. a) Et — nominaverunt *desunt* 3[b]. b) duodecim 2[a]. c) peditum 3[b]. d) *deest* 2[*], *ubi sequentia mutatis verbis redduntur.* e) *deest* 2[a]. [b]. f) l. c. 3[b]. g) m. ut dixi 3[b]. h) in c. 2[a]. [b] i) a. et valida sese 3[b]. k) Item ulterius ibi s. est 2[b]; C. i. *desunt* 3[b]; Et iam ext. 2[*]. l) sese 3[b]. m) *deest* 3[b]; et ob amen. loci deposuerunt n. S. et 2[*]; allecti *deest* 2[a]. [b]. n) Menum 3[b]. o) amantes 3[b]. p) *deest* 2. q) v. n. 3[b]. r) assumentes 3[b]. s) Germanie 2[a]. t) usurpantes sibi n. m. et l. G. 3[b].

Iermanus[a] populus civis[b] Romanus habetur,
Communis patrie regnum commune tenetur,
Set regit imperium Roma[c] tenetque decus*.

3. Iermani[d] deleverunt Alanos et sunt vocati[e] feroces.

Nota, Iermanos delere Alanos, quos Romani prius delere non potuerunt (1).

Interea[96] gens terribilis, cui nomen Alani, 96
Viribus eximia, patria silvestris, immanis[f],
Tendit[g] ad interitum; quem mea Musa canit.
Namque Meotida[*] concluditur ipsa palude, [*] inaccessibili (3b).
Qua tunc pugnabant mulieres[h] pectore nude[i],
Flectere Romanis[k] colla superba pudet.
Protulit edictum cesar Valentinianus[l]:
Sub quorum gladiis populus[m] vincetur[n] Alanus,
Munera que peterent det sibi diva manus.
Concito[*] Iermanus[o] devincere pergit Alanum; [*] s. gressu (3b).
Preveniunt[p] populum per magna palustria[q] vanum,
Pontibus ac[r] ratibus scinditur[s] alta palus.
Interimunt proceres, populum vehementer affligunt[t],
Nec superesse volunt hominem mucrone petitum,
Evacuant penitus perditione[*] situm. [*] hominum Alanorum illorum locorum (2a).
Hostibus extinctis, Rome plaudente senatu,
Inclita[u] victoris[v] super ethera fama levatur,
Digna triumphanti gloria rite datur.
Roma iubet Francos Romano iure vocari,
Nota, quod quondam qui Franci sunt vocati, quod conte (?) Romanorum et quod Francus interpretatur (1).
Qui feritate[w] sua tantum potuere boari[x]:
Francus, id est audax, nomen ab arte trahit.
Nomine Francorum feritas[y] signatur eorum,
Viribus et gestis[z] retinent portenta leonum;
Sit[a] licet ipse bonus, non feret hostis onus.

* 2. 3 *addunt:* Circa[b] illum textum est sciendum, quod, cum fortuna proli Enee et Ascanii tanto[c] applauderet, ut in partibus et regnis Ytalie regnarent ipsi de Priamo iuniore et Antenore geniti, a Sicambria seu Ungaria versus Germaniam seu[d] terras Theutonicorum tendentes, totam Germaniam[e] possederunt. Et quamvis terra Germanie potentiam Romanorum una cum aliis terris formidarent, ex eo[f] quia tam[g] Romani quam Germani de uno patre et semine, utpote[h] de Priamo Magno rege Troianorum, processerunt, Germani ex Priamo iuniore et Antenore, ac Romani ex Enea et Ascanio geniti, quasi fratres et socii facti sunt, ut sibi invicem essent in murum, ac isti in Germania, illi vero in Roma regnarent, ita tamen ut Germani cives Romani censerentur, et ipsi Romanum imperium et monarchiam regerent, etiam adiutorio Germanorum, quos non gladio neque bello convicerunt, sed propter progeniei consanguinitatem tamquam consanguinei consanguineis auxilium et favorem eis prestabant, ita ut populus Romanus et Germanicus quasi unus populus et[i] fratres censerentur et unus populus et unum regnum appellarentur. Sed Romani seu Ytalici et Theutonici seu Germanie reges in hoc differunt, seu nobilitas eorum in hoc differt, quia Romani et Ytalici ab Enea genero[k] et filia Magni Priami nati sunt tantummodo ex filia, sed Germani et Alamani ex Priamo iuniore, filio Magni Priami, et sorore ipsius Priami Magni nati sunt, ac ex Antenore consanguineo ipsius Priami, ut sic Germani tam ex patre quam matre[l] sint[m] Troiani, Ytalici vero tantummodo ex matre Troiani et de patre[n] Enea, qui quamvis esset de Troia, non tamen de Priamo. Et quamvis Romani regnum obtinerent et imperium, non tamen Germanos debellaverunt, sed auxilio eorum regnabant[o].

a) *ita* 1. b) eius 1; cicius 2. 3. c) Romanaque tenet 2a. b. 3; Romamque tenet 2*. d) *rubra deest* 1; Germani 2; Iarmani 3b; Sequitur nunc infra quod G. 2b. e) vocitati 2b. f) in annis 1; inanis 2. g) *versus deest* 2. 3. h) *deest* 2*. i) nudo 1. k) Romarinis 1. l) Valencianus 2. 3. m) populis 1. n) vincerunt 1; vincitur 2, 3. o) *ita* 1. 3b *saepius.* p) Perv. 1. q) plaustra vana 1. r) et 2. 3. s) scindient 1. t) iniquum 2 3. u) Indita 1. v) victorum 1. w) fraternitate 1. x) beari 2*. 2a. 3b. y) fraternitas 1. z) bestiis 1. a) sic 2. 3. b) C. i. t. *desunt* 3b; Item circa hunc t. 2b; Nota quod 2*. c) tanta 2a. d) s. versus 3b; s. t. T. *hoc loco desunt* 2*. e) G. et terras Theutonicorum 2*. f) ex eo *desunt* 3b. g) tamen R. et G. 3b. h) utputa 2*. 2a. i) et fr. — populus *desunt* 3b. k) genere 2. l) ex m. 2a. b. m) sunt 2. n) p. d. 2*. 3b. o) Et hec de istis dicta sufficiant *add.* 2b.

96) Cf. Gesta Franc.

Nota: Cia[f] dicitur quidam rivulus in Maguntia, et inde civitas Maguntina[g] dicta a Mago flumine et Cia[h] rivulo; ille duc aque ibi convenerunt (1).

Dum Iermanorum nomen cadit et variatur[a],
Nomine Francorum melior fortuna paratur[b];
Qua[c] Cia parva fluit[d], Francia summa fuit[e.] *.

4. Fines[i] vere Francie.

97 Qua[k. 97] Magus[l.*] et Mosa cursum cernuntur[m] habere,
Francia vera manet, quia sic[n] sua regna[o] coherent;
Cetera Francigene[p] limina[q] pauca[r] tenent.
Parisius[s] patria, quondam Gaudina[t] vocata,
Subdita per Francos, est Francia parva vocata,
A Francis genita sorte minore data[u.] **.

5. De[v] Iulio Cesare[w].

Nota: Iulius Cesar Idibus Martii occisus est in curia a senatoribus (1).

Cesar[98] ut occiduis[*] regnis potuit dominari,
Estimat[x] imperii solio[y] se posse levari,
Urbis et orbis opes tollere sorte[z] pari[a.] *.

[*] occidentalibus (1. 2[a]).

[*] s. sicut Gallos (2[a]. 3[b]).

* 2. 3 *addunt:* Notandum[b], quod, cum, ut[c] dictum est, Romani regnabant[d] iuvamine[e] Germanorum, temporibus[f] illis circa Pannoniam erat quedam gens terribilis et Romanis rebellis, que dicebatur Alana seu Alani[g]. Hanc enim usque ad tempus Valentiniani[h] expugnare Romani non poterant, ex eo quia in Meotidis, quod est paludibus[i] inaccessibilibus, habitabant. Valentinianus vero feritatem eorum ferre non sustinens, edictum edidit[k], quod, quecumque gens Alanos subiugaret Romanis, huic quidquid peteret[l] dare vellet. Germani[l*] vero dum hoc intellexerunt, ad expugnationem Alanorum armatis manibus exierunt et paludes Meotidas[m] pontibus et ratibus occupantes, omnes Alanos interfecerunt et loca eorum destruxerunt. Extinctis vero viris, mulieres nudis pectoribus bellum fecerunt et interierunt. Unde dum Germani devictis Alanis Romam venerunt[n], senatus eis applaudens, festa magna fecit et arcum triumphalem iuxta Coliseum, qui usque hodie apparet[99], erexit[o] et ipsos, scilicet[p] victores, Francos, i. e. feroces seu[q] audaces, nuncupavit[r]. Ab isto enim tempore ipsi Germani ulterius Franci nominari voluerunt[s.] **.

** 2. 3 *addunt:* Hic[t] sciendum est circa textum, quod, postquam Germani debellaverunt[u] Alanos, ulterius sunt Franci vocati. Et dehinc se[v] ad Gaudianos, qui sunt Parisienses, direxerunt[w] et expugnando eos vicerunt[x], subdentes[y] eorum nomini et ditioni[z]. Dicitur ideo nunc Parisius minor Francia a Francis, que antea Gaudiana[a] vocabatur. Et termini vere Francie sunt a Maguncia[b], ubi Magus[c] fluvius cadit in Renum[d]; altera[e] vero parte urbis rivulus[f] Cia cadit in Renum, et dicitur[g] Maguncia a Magus[h] et Cia. Et est vera Francia et eius termini[i] tota terra circa fluvium Reni, scilicet Coloniam[k], Magunciam, Vormaciam[l], Spiram[m], Argentinam, [Basileam[n], Constantiam], Wirzburgam[o], Bambergam, et alia terra usque[p] Sueviam et Bavariam, que[q] de Francia non sunt.

Premisso[r] prologo de Germanis et Francigenis, nunc redit auctor ad regnum Romanorum[s].

* Moganus Mosella; *et in margine:* Maganus Moan Cia sunt duo fluvii. Inde dicitur Maguncia, sed Mosula est aqua Treveris 3[b].

Isid. Etym. IX, 94.

** 3 *addit:* Ulterius sciendum, quod Lanus fluvius fertur fuisse ultra Danubium, a quo Alani dicti sunt, sicut et populi inhabitantes iuxta Lemannum fluvium Alemanni vocati sunt. Franci autem a quodam proprio duce sic vocati putantur. Alii eos a feritate morum, ut presens litera nostra, nuncupatos existimant. Sunt enim in illis mores inconditi et naturalis ferocitas animorum.

a) varietur 1. b) vocatur 3[b]. c) quia 2. d) fuit 1. e) fluit 2. f) Zia 1. g) Maguntiana 1. h) Tia 1. i) Secuntur nunc infra termini Francie 2[b]; Termini Francie 2*. 2[a]. 3. k) Quo 2. 3. l) Mogus 3[b]. m) creverunt 1; cernentur 2. 3. n) Summa (?) 1. o) regni 1. p) Francie 3[b]. q) lumina 1; lumen 2; loca 3[b]. r) paucum 2. 3. s) Parisi 1; Parisii 2[a]. [b]; Paradisi 2*. t) Gaudiana 2*. 3[b]; Gaudeana 2[a]; Gaudeona 2[b]. u) minor datur 2. 3. v) Sequitur nunc infra de 2[b]. w) imperatore primo Romanorum 2. 3. x) Extimat 1; Existimat 2. 3. y) se solo 2. z) forte 1. a) parit 3[b]. b) Item notandum est circa textum iam dictum 2[b]; Sciendum 3[b]. c) *deest* 2*. 2[b]; ut d. est *desunt* 3[b]. d) regnarent 3[b]. e) i. et auxilio 2[b]. f) t. enim 2. g) Alana gens seu homines illius gentis Alani vocitabantur 2[b]. h) Valenciani 2*. 2[a]. 3 *semper;* V. imperatoris 2[b]. i) in p. 2[b]. k) e. tale 2[b]. l) peterent 2[a]. 3[b]; poterit 2[b]. l*) Iermani 3[b]. m) hoc est paludes inaccessibiles *add.* 2[b]. n) venirent 3[b]. o) erexerunt 2. p) *deest* 2*; s. v. scilicet F. 2[b]. q) et 2[a]. [b]. r) vocaverunt ?. s) nominati sunt 3[b]. t) Item consequenter c. t. iam expressum est sc. q. p. 2[b]; Sciendum est p. 3[b]; Hic — quod *desunt* 2*. u) vicerunt A. et F. sunt v. D. 2*. v) *deest* 3[b]. w) sese d. 3[b]. x) v. e. 3[b]. y) s. illos 3[b]. z) seu dominationi *addunt* 2[a]. [b]. 3. a) Gaudeana 2*. 2[a]. b) Maguntina 2*; civitate M. vulgariter Maintzk 2[b]. c) Maganus 3[b]. d) terram 2. 3. e) ubi et ex a. p 3[b]. f) ubi rivulus 2*. g) d. ideo M. a M. quod est fluvius 2[b]. h) Magos 2*; Maganus 3[b]. i) t. sunt 3[b]. k) circa C. 3[b]; Colonia, Maguntia *et ita deinceps* 2[a]. [b]. l) Worm. 2[a]; Borm. 2[b]; Form. 3[b]. m) Swiram (Speyr) Argentinam (*superscr.* Strasspurg) Herbipolim (*superscr.* Birzpurk) et Pambergam 3[b]. n) B. C. *desunt* 2[a]. [b]. 3[b]. o) Birtzburga 2[a]. [b]. p) u. ad 2[b]; u. in 3[b]. q) que — s. *desunt* 3[b]. r) P. itaque 3[b]. s) Latinorum 2*; et incipit dicere de Iulio imperatore primo Romanorum, ut infra omnia reperies *add.* 2[b].

97) Haec nusquam nisi apud Gotefridum leguntur. 98) Similia Pantheon, ubi in cod. B Egesippus auctor affertur. 99) Haec a Gestis Franc. prorsus recedunt.

Cesar ad imperium potuit conscendere primum,
Ipse socer generum Pompeium[a] pellit ad imum,
Vulnere depereunt ambo, set ille prius[b.*].
Fugit[1] in Egiptum[c] Pompeius, ubi[d] Tholomei*
Spado tollit ei vitam; letantur Hebrei[e],
Pompei Gnei[f] mortis utrique rei.
Cesar ut[g] insequitur, capud obtulit hic[h] Tholomeus;
Cesar ut aspexit*, dolet; unde necat** Tholomeum,
Cur tantum dominum fraude necasset[i] eum[k.2].
Prelia Cesarea nequid ulla referre chorea[k*],
Littera Caldea timet hec[l] reboare trophea,
Sic neque musa mea carmine tangit ea.
Ille sibi Gallos deno[m] subiecit in anno,
Cum quibus et Latios superavit more tiranno,
Et victo[n] genero, subpeditavit eos.
Nulla manus regum tot prelia mira patravit[o],
Nemo suis potuit virtutibus[p] assimilari,
Quas bene Lucani carmine lingua canit.
Mira[q] sepultura stat Cesaris alta columpna,
Regia structura, que rite vocatur Agula*,
Aurea concha patet, qua cinis ipse iacet.
Istis[3] temporibus tres fulgent ordine soles,
Stant[r] quoque tres lune nunc[s] celitus in regione[t];
Tunc ad aratorem verba dedere boves:
„Cur, inquiunt[u], stimulo tu nos crudeliter urges[v],
Deficient[w] homines magis, et[x] seges alta resurget[y],
Nulla fames veniet, ledere[z] parce[a] boves“*.

Nota, quando boves ad arantem locuti sunt, quando tres soles et tres lune apparuerunt Rome tempore illo, quo Iulius Cesar invasit imperium (1).

* Pompegius (2*); s. Iulius (2a).
* socer Iulii (2*). 1
* Pompeium decollatum (2*). ** Cesar etiam (2*).
* i. e. agulia (3b).

* 2. 3 *addunt:* Circa[b] textum est sciendum, quod ille Iulius[c] natus fuit de semine Ascanii, filii[d] Enee, de filia Priami Magni[e] genitus[f.*], de quo premissum est in[g] isto[h] libro superius. Hic enim[i] Iulius dum a Romanis contra Gallos dirigeretur, ut[k] eos debellaret et[l] certo termino rediret[m], ipse[n] Iulius[o] cum exercitu suo Galliam pertransiens[p], eam debellavit et devicit[4], et usque ad decimum annum Romam non reversus fuit[q]. Dum autem devictis Gallis Romam rediret, se[r] honore triumphatorum atque victorum a senatu et populo suscipi et[s] magnificari estimans[t.5], senatus et populus eum, tamquam inobedientem ipsorum[u] iussioni, suscipere noluerunt et honores condignos pro victoria impendere[v] recusarunt, ex eo quia ultra terminum constitutum se[w] absentavit. Hec videns ipse, indignatus contra Romanos, una cum Pompeio

* 3 *pergit:* Traxit enim originem a Iulo, Enee filio, de quo sermo premissus est in *etc.*

a) Pompenium 1. b) primus 2. 3. c) Egittum 1. d) *deest* 1. e) Ebrei 1. f) generi 1. 2. g) um 1. h) hoc 1; huius 2*. i) necasse 1. k) illum 3b. k*) chora 1. l) hic roborare 2. 3; reborare 1. m) denon 2*; deñno 2a; denuo 2b; decimo 3b. n) iuncto 2. 3. o) putavit 2. 3. p) viribus 2. 3. q) Mirra 1. r) Sunt 2. 3. s) tunc 2. 3. t) religione 3b. u) inquit 2. v) urgis 1. w) deficiant 2. x) ac 2. 3. y) *deest* 2*; re 2a; refulget 2b. 3b. z) ledimur 3b. a) per te 2. 3. b) Et notandum q. 2*; c. t. *desunt* 3b. c) I. Cesar 3b. d) filio 2. e) M. regis 2b. f) *deest* 2*; geniti 3b. g) in i. l. s. *desunt* 2*. h) toto 2b. 3b; isto *corr.* toto 2a. i) *deest* 3b. k) et 2*. 2a. 3b. l) *deest* 3b. m) rediit 3b. n) ipse vero 2. 3. o) I. Gallis iterum in arma coniurantibus 3b. p) periens 2a. b; iterato in Galliam pergens 3b. q) in Romam reversus non est 3b. r) *deest* 3b. s) et m. *desunt* 2*. t) *deest* 2a; voluit 2b; sese existimat S. autem et p. Romanus 3b. u) eorum 2a. b. v) *deest* 2*. w) sese 3b.

1) Ita Hieronymus. 2) Cf. Aur. Victor; cuius narrationem mutasse videtur. 3) Similia Pantheon, ubi in cod B l Cronica Eusebii affertur; sed apud Hieronymum non de tribus lunis visis refertur. 4) Hoc loco afferre liceat, quae in Chron. Altinatis cod. Dresdensi de Iulio Caesare narrantur, Archivio storico App. V, p. 44: *Cesar missus fuit in adiutorium Trevenensium, Lotoricorum, Bargodicorum, Alobrogum et Francorum, quos Brenus dux Suevorum ferre* (l. *ferro*) *subiugaverat. Cum quo bellum inhiit ipsumque depullit, quem eius milites in bello cedere viderunt, eius capud detruncaverunt et Cesari presentaverunt, quod fecerunt. Sed Cesar ut lectus* (i. e. letus) *de victoria, quam non sua fecit spata, finito quinquenio, per allios quinque annos absque senatus precepto stare decrevit et Teutonicis bellum annuntiavit;* et post (p. 46): *et Ponpeium immensa Grecorum, Sarracenorum, Alemanorum, Turcorum, Municorum* (vel *Muricorum*) *ac Persarum, Tetenorum* (vel *Teterorum*) *et aliorum innumerabilium populorum congregavit. In quos [Cesar] con Francorum, Lothonicorum, Borgodicorum, Longobardorum, Alemanorum ac Suevorum milicia inpectum* (i. e. impetum) *fecit et duriter invasit.* 5) Cf. Oros. VI, 15; sed multa fabulosa noster adiecit.

6. De[a] Octaviano imperatore[b].

Erigitur nascente Deo pius Octavianus[c],
Germine Romanus, speciosus, ad omnia[d] planus[e],
Militia validus, ingeniosa manus.
Fit gladius vomer*, fiunt de cuspide falces,
Mars siluit, pax[f] emicuit[g], miles fuit auceps,
Fit veniente Deo vir bonus absque[h] reo.
Hic virtute sua meruit reverendus amari[i],
Ipse deus potuit, si vellet, in orbe vocari,
Viribus et meritis summus in orbe dari[k].
Imperat Augustus post prelia multa patrata[l];
6 Interit[m. 6] Antonius*, moriente simul Cleopatra[n. **],
Cuius et huberibus aspidis ora vacant.
Filius et nata sibi[o] Sol et Luna vocata[p]
Ante triumphantis currum[q], quasi monstra[r] putata[s],
Stant[t], duo mancipia cesaris ense data.
Urget[7] eum populus, ut deus ipse vocetur;
Ille timet, si maior eo post hoc orietur[u],
Ne pereat[v] nomen, perdat[w] et ipse decus[x].

* quia indixit videlicet pacem (2*).

* Lepidus (2a. 3b). ** regina Egipti (1. 2a. 3b).

genero suo, assumptis Gallis, quos devicit, ipsos Romanos bellare cepit, et eos convicit et compulit, ut eum in imperatorem coronarent[y], et fuit[z] primus imperator Romanorum seu cesar. Et dicitur ideo Cesar Iulius, ex eo quia de utero matris sue nascendo[a] fuit scissus[8. *]. Hic[b] Iulius postquam imperabat Romanis, nimium presumebat de imperio, et Pompeium generum suum persequi cepit. Qui eum fugit in Egiptum[c] ad Tholomeum regem Egipti. Audiens Tholomeus Pompeium fugisse Iulium Cesarem socerum suum, credens se Cesari placere, Pompeium occidit, et dum Cesar eum insequeretur, Tholomeus rex Egipti caput Pompeii sibi[d] obtulit, credens sibi[e] de morte eius complacere. Videns vero Cesar caput generi sui[f], doluit, et regem, quare tantum virum Romanum interfecisset, corripuit, et[g] ipsum interfecit. Hic[h] Iulius multa magna et dira bella commisit et regnum et imperium Romanorum multum adauxit, et usque ad Caldeos[i] regna Romano imperio subiugavit[k]. Et postquam imperio[l] imperasset annis[m] 4, Rome in curia sua** a senatu interfectus est. Et in alta columpna seu lapide erecto iuxta montem Vaticanum, nunc aput Sanctum Petrum, in concha aurea est sepultus[9. ***].

Item sciendum est[n], quod tempore Iulii Cesaris premissi dum iam[o] appropinquaret tempus quo Christus de virgine Maria nasci voluit, tres soles et tres lune apparuerunt in celo in figuram, ut fides sancte Trinitatis, Patris[p] et Filii et[q] Spiritus sancti, futura[r] esset. Tempore etiam isto[s] boves aratoribus locuti sunt, ne cederent eos stimulo, quoniam superhabundantia frumentorum superventura esset†.

cf Isid. Etym. IX, 3, 12. 23.

* 3 *addit:* Hic Iulius primus monarchiam tenuit, ideo adhuc monarche cesares appellantur, scil. imperatores Romani.

** 3 *addit:* dolo Bruti et Cassi consulum viginti tribus vulneribus confossus interiit et.

*** 3b *addit:* In der nadll; 3 *pergit:* Antecessit autem mortem eius prodigium magnum. Nam nocte precedenti diem obitus sui fenestre thalami eius[10] tanto strepitu aperte sunt, ut exiliens a stratu ruituram domum estimaret. Occisus est autem Gayus Iulius Cesar primus Ydibus Marciis. Cui Spurina astrologus et divinator predixit, ut proximos 30 dies quasi fatales caveret, quorum ultimus erat Ydus Marcii, quoniam immineret ei periculum mortis. Adveniente die ultima Cesar mane occurrit Spurine et quasi ridens eum petivit, si sit finis 30 dierum. Respondit Spurina, adhuc hunc non transiisse diem, et sic fuit. Illa namque die a nobilibus Bruto Lucio et Cassio Romanis trucidatus est.

H. m.

† 3 *addit:* et quod in brevi magis deficerent homines quam frumenta.

a) Sequitur nunc infra de O. 2b; *rubra deest* 1. b) i. Romanorum 2o, a quo augusti appellati reges Romanorum 3b. c) Ottav. 1. d) addia 2a. b; addici 2*; ac dya'anus 3b. e) plenus 1. f) pars 3b. g) enituit 2a. b. h) atque 1. i) merito reverendus 3b. k) dici 3. l) pacari 2*. 2a. 3b; parari 2b. m) Interiit 2a. b. n) deopatra 1. o) sibi sut 1; sibi sunt 2. 3; Octaviano *gl. add.* 2. 3, *quod falsum esse constat.* p) vocatur 2b; vocati 3b. q) circum 1. r) mora 1; monstrata 2*. s) putatur 2b; puta 3b. t) Stent 2. 3. u) oriretur 2a. b. 3. v) per ea 1. 2*. w) perdet 2. x) deus 1. y) c. Et sic factum est 3b. z) f. autem 3b. a) *deest* 2*; C. 1. quia ceso matris sue utero eductus fuit 3b. b) Hic p. imperasset 3b. c) E. ut in textu 2*, *ubi sequentia desunt.* d) *deest* 3b. e) ei 3b. f) *post suppl.* 2a; *deest* 3b. g) et sic 3b. h) H. I. etiam m. *pergit* 2*. i) ad C. u. 3b. k) etc. 2*, *ubi reliqua desunt.* l) in i. 3b. m) annis quatuor mensibus septem 3b. n) *deest* 3b. o) *deest* 2b. p) scilicet p. 2b. q) *deest* 2. r) e. f. 2b. s) illo 3b.

6) Ita Hieronymus. 7) Haec ex libris Sibillae hausta esse, Pantheon refert; neque tamen in editis haec reperi. Similia vero leguntur Muratori Antiq. Ital. III, 879; Graphia aureae urbis Romae (Ozanam Documents inédits) p. 166 et Massmann, Kaiserchronik III, p. 553. 8) Ex Isidori Etymol. IX, 3, 12. 9) Cf. Mirabilia Romae ap. Papencordt, Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter p. 40, et alia quae collegit Massmann, Kaiserchronik III, p. 536 sqq. 10) Similia de Calpurniae cubiculo refert Suetonius c. 81.

Scire futura volens rex consulit[a] ore Sibillam *,
Et petit, ut causas referat[b]. Cui retulit illa:
Maior te veniet, signa futura vide.
Arte Sibillina[c] celi patet eminus ara,
Qua videt angelica divinitus agmina clara,
Que puero[d] soli[e] digna favore[f] parant.
In gremio matris sedit sapientia patris,
Dextra coronati[g] pueri dat dona[h] beatis,
Celitus emicuit gloria multa satis[i].
Cesar ut obstupuit, vati[k.*] sua visa revelat,
Mira refert[l] pueri, nec eius miracula celat[m],
Quippe minor puero numine cesar erat.
Scribe, Sibilla, michi, quisquam puer iste vocatur,
Quisve[n] pater suus est[o], aut que regina putatur[p],
Quod[q] sibi fit[r] regnum, quod diadema datur.
Intulit illa: *Dei Deus est de flamine natus,*
Virginis ex utero sine seminis[s.] arte creatus[t.**],*
Perdita[u] colligere rex sine fine datus[v].
Desine, cesar ait, *deus ammodo nolo vocari,*
Iste puer deus est, hunc[w] mundus habet venerari,
Cui[x] favet angelicus cetus et unda maris.
Claruit hiis annis populis baptisma Iohannis,
Iordanis baptisma Dei dedit optimus[y] amnis.
Fons olei Rome crisma venire monet[z 11.*].

* mulierem prophetissam (2a).

Nota, quod Ottaviano imperatore ara celi aperta est presente Sibilla, ubi vidit filium Virginis in sinu matris coronatum et milia angelorum circa eum (1).

* Sibille (2a).

* virilis (2a). ** concipitur et nascetur (2b).

Nota, quod tempore Ottaviani Augusti clarnit baptisma Iohannis (1).

Nota, fontem olei manasse (1).

* 2a. b. 3 *addunt:* Quamvis[a] textus precedens satis sit clarus, est tamen sciendum, quod[b] Octavianus imperator fuit fortissimus[c] ad cuncta gesta. Fuit etiam[d] prudentissimus et multa bella[e] commisit et[f] obtinuit. Et nullum commisit bellum[g], nisi factum, pro quo bellaret, maius[h] reputaret quam periculum de bello futurum. Et suo imperio ac Romanis totum mundum subiugavit. Et ex eo[i] quia tante prosperitatis fuit, Romani ipsum pro deo adorare et colere volebant. Ipse vero, quia prudens, adorari pro deo noluit, timens, ne maior eo nasceretur et[k] gloria sua evacuaretur, et[l] mulierem Sibillam Tiburtinam prophetissam consultam habuit, quid facturus esset. Que ostendit sibi[m] celos apertos et virginem in celis circumstantibus angelis habentem infantulum in gremio et vocem de celo dicentem: *Hec est ara celi* etc.[n] Hiis et oraculo Sibille ipse imperator credidit, maiorem ipso nasci, et noluit deus adorari, sed puero et virgini sibi ostensis et in celo visis aram construxit in[o] loco[p] cubilis sui[12], ubi nunc est altare Rome Are celi iuxta Capitolium, et ibidem puero et matri eius virgini thura sacrificavit, profitens[q], ipsum esse deum et hominem maiorem ipso pro deo colendum.

Hic[r] rex regi Antonio Lepido sororem suam desponsavit. Qui cum in Egiptum ad Cleopatram reginam Egipti venisset, videns eius pulchritudinem, repudiata sorore Octaviani, Cleopatram duxit[s], et una cum Egiptiis imperium[t] Romanorum turbare cepit. Considerans vero Octavianus insidias et[u] rei eventum, cum tricentis navibus per mare contra Egiptum progressus est[v] manu armata ac[v*] forti. Quod dum[w] Antonius et Cleopatra intellexissent, contra Octavianum cum multis navibus sunt progressi[x], et bello[y] iam inito, iam[z] navibus in mari videns Antonius suos debellatos[a], et[b] Octavianum victoriam obtinere, timens Octavianum, proprio gladio se ipsum occidit. Cleopatra vero in navi deaurata vexillo purpureo[b] primitus fugam fecit[13], antequam Antonius se ipsum necasset. Et postquam Antonium mortuum

a) consuli orbe Sibilla 1. b) revelat 3b. c) Sibillana 1. d) pueri 2a; puro 2b. e) solido 2*; solio 2a. b. f) favere 1. 2*; pavere 3b. g) tornati 3b. h) bona 2. 3. i) matris 1. k) nate 1; vate 2; sue 2. 3. l) fertur pari 1. m) *deest* 1. n) *hic et sequens versus locum mutarunt* 2. 3. o) *deest* 1. p) vocatur 1. 2. 3. q) Quod 1. r) sit 2a. b. 3. s) crimine 1. t) creatur 1. 2*. 2a. 3b. u) Predita 1. v) datur 1. w) Iesus 1. x) Qui 2*. 2a. y) optimis 2. 3; annis 1. 2. 3. z) movet 1; manet 2*; *corr.* manat 2a; manat 2b. a) Item nota. Q. 2b; Quamvis — tamen *desunt* 3b. b) *deest* 3b. c) fortunissimus 2b. d) et 2b. e) m. c. b. 2b; b. m. c. 3b. f) que frequenter o. 3b; o. victoriam 2b. g) b. c. 3b. h) magis 3b. i) ex eo *desunt* 3b. k) et sic 3b. l) *deest* 3b. m) ei 3b. n) *deest* 3b. o) et in 2b. p) loca 3b. q) providens 3b. r) 2* *pergit:* Hic (*superscr.* Octavianus) regi; *deest* 2b; Iste Octavianus r. A. 3b. s) *deest* 2a. t) Romanum i. 2*. u) *deest* 2*. 2a. v) *deest* 2*. 2a; m. a. ac f. p. est 3b. v*) et 2*. 2b. w) cum 2b. x) egressi 3b. y) b. navali 3b. z) i. n. *desunt* 3b. a) debellasse 2*. 2a; debellatos fuisse 2b. b) *deest* 2*.

11) Ita Hieronymus. 12) *in camera Octaviani imperatoris, ubi nunc est ecclesia S. Mariae in Capitolio, idcirco dicta est S. Maria Ara Coeli,* Mirabilia Romae 1. 1. 13) Ita Iordanis de R. S. (ex Floro) post pugnam Actiacam.

7. De[a] Tyberio imperatore, filio Octaviani.

Tyberio, moriente[b] Deo, prestantur honores;
Cuius ad imperium nequam dampnatur Herodes,
Pilatus capitur; gens * homicida ** dolet[c].
Nota, Titum Christi mortem vendicasse (1).
Iudice[d] Tyberio Titus cum Vespasiano[14]
Vindicat in populo Christum Hierosolimitano;
Carnis in excidio perdidit ense malos.
Dum super[e] Hebreos foret victor[f] Vespasianus,
Tiberii lepram Christi Veronica sanat,
Se quoque sanandum Vespasianus amat*.

* Iudeorum (2a). ** Ihesu Christi (2a).

intellexisset[g], se ipsam pulcherrime depingens et[g*] ornans, ad Octavianum venit, sperans, se sua pulchritudine oculos eius blandire[h] et mentis propositum immutare. Quam Octavianus videns, tamquam vanam[i] sprevit, oculos avertit, videre eam noluit, sed eam in custodiam poni iussit. Videns[k] Cleopatra se despectam, desperavit, et iussit sibi duos aspides apportari, et uberibus propriis apposuit, et ab ipsis infecta veneno interiit. Octavianus vero cunctas divitias Cleopatre[l] et Egipti Romam secum detulit et Romam permultum ditavit et imperium augmentavit. Et propter augmentum Romani imperii Augustus fuit appellatus[m]. — Hic etiam cum, ut[n] premissum est, totum mundum Romano imperio subiugasset, universalem pacem in toto mundo fecit. Scire volens, quot regna, civitates, opida, castella, ville et homines in toto mundo essent, edictum publicum fecit, ut quilibet homo in locum, ubi oriundus erat, transiret et denarium capiti imponeret sicque[o] subditum se Romano imperio profiteretur. Quod et factum

Luc. 2, 1.

fuit, prout docet euangelista, dicens: *Exiit edictum*[p] *a cesare Augusto, ut describeretur universus orbis* etc. Et quia pacem universalem indixit, omnes gladios in vomeres et omnes lanceas in falces fabricari iussit. — Istis temporibus sanctus Iohannes baptista natus fuit, et baptisma incepit circa Iordanem. — Huius[q] etiam temporibus[r] Ihesus Christus verus Deus

cf. Hier. Or. VI, 20.

et homo[s] ex Maria virgine matre[t] benedicta in Bethlehem natus fuit[u]. In cuius nativitate Rome fons olei erupit[v] et in Tiberim largissime fluxit in[w] Palatio, ubi nunc est ecclesia beate Marie trans Tiberim Rome[15], ubi fontis vestigia videntur hodierna die. — Imperavit autem Octavianus annis quinquaginta, et etate bona mortuus est*.

* 2. 3 *addunt:* Sciendum[x] est, quod Tiberius imperator fuit filius** Octaviani et fuit leprosus effectus, et dum a medicis curari non valeret[y], audivit, quod in Iudea esset magnus medicus, qui solo verbo leprosos curaret. Scripsit Pilato presidi Iudeorum, ut medicum illum Romam[z] transmitteret, ut[a] eum sanaret. Audiens Pilatus et intelligens fuisse Ihesum, quem ad petitionem Iudeorum crucifixit, rescripsit Tiberio, hunc medicum a Iudeis esse crucifixum, et cetera aliqua[b] de miraculis que per eum facta sunt. Audiens vero Tiberius Iudeos medicum illum crucifixisse, doluit de morte eius, intendens mortem eius vindicare in Iudeis[c]. Istis[16] temporibus mulier quedam devota nomine Veronica, que Christo sedulo ministrabat, cui Christus iturus ad crucifigendum in signum amoris et recessus faciem suam lividam in sudarium impressit, una cum eodem panniculo seu sudario Christi faciem continente[d] Romam

H. m. * 3 *addit:* Et ut fertur anno etatis sue septuagesimo quinto veneno interiit. Quem senatus sic flevit: utinam aut non nasceretur aut natus non morereretur. Item anno eius 25. Virgilius Brundusii moritur, sed ossa eius

Hier. in Capitolium transferuntur. Anno eiusdem 35. Oracius poeta Rome moritur etc. Ante nativitatem Christi ambo fuerunt.

** 3 *pergit:* privignus Octaviani, quem et Agrippam Augustus anno eius 43. in filios adoptavit, lep. e. est.

a) i. T. 1; Sequitur nunc infra de Thib. 2b; filio Oct. *desunt* 2; *rubra deest* 3b. b) in oriente 2*. 2a. c) monet 1. d) Indice 1; I. cum 2*. e) superbos 1. f) ultio Vespatiano 1. g) intellexissent 2*; intellexit 3b. g*) ac 2b. h) inficere 3b. i) famam v. 2*. k) V. autem 2b. l) illius Cl. 2b. m) app. est 3b. n) c. ut p. e. *desunt* 2*. o) *deest* 2. p) ed. etc. 2*, *ubi reliqua desunt.* q) cuius 3b. r) t. videlicet quadragesimo secundo anno Augusti 3b. s) verus D. et h. *desunt* 3b. t) v. M. m. sua 3b. u) 2* *in margine:* Unde (*l.* Nota) tempore isto natus est Christus, in cuius *etc.* v) erupuit 2. w) *reliqua desunt* 2*. x) Item sc. circa textum presentem q. 2b; est *deest* 3b; 2*: Tiberius f. Oct. lepra fuit infectus et cum. y) valuisset et audisset in I. fore medicum magnum 2*. z) ad se mitteret R. 2*, *qui sequentia mutatis verbis reddit.* a) et 2. b) alia multa de 3b. c) Iudeos 2b; in I. m. e. v. 3b. d) continentem 2a. b.

14) Haec fabulosa esse patet. In codice ex Gotifredi autographo descripto (B 2) exstat tractatus: *Incipit illud quod in diebus Tyberii impii Iuliani cesaris thetrarcha sub Pontio Pilato traditus fuit dominus Ihesus;* ubi de Vespasiani bello contra Iudaeos et alia fabulosa narrantur (Archiv VII, p. 580). In codicibus vero C 3 et S legitur opusculum *De ortu Pilati: Regibus olim liberalibus eruditis in artibus, accidit, regem Tyrum nomine, Maguntinensem natione, de quodam oppido videlicet appellatione peregrina Berlech nuncupata, in partibus Babenbergensium versari.* Cui ex Athi cuiusdam molendinarii filia nomine Pyla filius natus est Pilatus. 15) Cf. Mirabilia Romae ed. Papenc. p. 44. 16) Similia liber De ortu Pilati (cf. notam 14) et Iacobi de Voragine Legenda aurea c. 53, ed. Graesse p. 233, referunt. Alias similes narrationes collegit Massmann, Kaiserchronik III, p. 572; quibus adde fragmenta carminis Theotisci veteris ab O. Schade edita (Regiomonti 1866).

8. De[a] Gaio Gallicula imperatore.

Gaius[b] Gallicula[*] consedit[c] in[d] ordine sevus.
Tunc[17] euangelium describit[e] in orbe Matheus,
Ut prius in terris iusserat ipse Deus.
900 Gaius Gallicula bello superavit Hebreos,
Percutit in gladio servosque facit Phariseos[18],
In[17] templo Domini collocat ipse deos
Nomine quippe suo Iovis est ibi grandis[f] ymago,
Hanc et[g] Hebreorum mandatur habere propago.
905 Cronica nostra[h] ferunt[i], que recitator ago[*].

[*] cognomen (? 2').

Nota, quod ydolum Iovis Hierosolimis in templo Dei impositum fuit (1).

venerat, et audiens Tiberium dolere de morte Ihesu[k] et comminantem Iudeis penam infligere, una cum sudario, quod nunc est Rome et dicitur Veronica, imperatorem accessit et sibi de virtuosis operibus, doctrinis[l] et factis et de morte Ihesu et Iudeorum perfidia multa dixit[m], et tandem sudarium sibi a Christo datum ostendit[n], dicens, ut eam veneraret[o] et sanaretur. Tiberius vero[p] multum affectans imaginem Ihesu videre, gavisus[q] fuit saltem imaginem videre medici, cuius personam videre non poterat. Et ecce dum imaginem vidit, virtute divina a lepra mundatus fuit[r]. Quare[s] mortem eius vindicare iuravit. Quod[t] et fecit, ut patet in textu. Direxerat enim ad Pilatum, ut ad se veniret Romam[u]. Qui dum Romam venisset et de morte Christi per eum Tiberius[v] informatus esset, Pilatum incarceravit, volens excogitare mortem[w] turpissimam, qua eum occideret. Intelligens vero Pilatus propter mortem Ihesu se moriturum, se[*] in carcere interfecit, et mortuus repertus in Tiberim proiectus, et[x] demones[**] cum corpore suo multa pericula intulerunt in patria[y]. Quare a Tiberi levatus et iuxta Amonam[a] in Rodanum ductus est et proiectus[19]; ubi similiter demones multas tempestates et grandines iuxta corpus suum fecerunt[20]. Ideo patrioti[b] experti de corpore Pilati, de Rodano receperunt et[***] in montanis circa Losoniam[c] prope Lucernam[21] in quandam paludem[d] proiecerunt[e]. Et certum est, quod quandocumque aliquis homo[f] aliquid[g] quantumcumque parvum mittit in paludem[h], tunc in continenti fiunt tempestates, grandines, fulgura et tonitrua. Ideo sunt homines custodes constituti, qui tempore estatis custodiunt, ne aliquis advena ascendat. — Hic etiam Tiberius dampnavit Herodem et misit Vespasianum et Titum ad terram Iudeorum, ut vindicarent[i] mortem Ihesu in Iudeis. Qui Hierusalem destruxerunt et Iudeos infinitos occiderunt, prout hec patent alibi[k]. Fuit[l] etiam Vespasianus sanatus a quodam morbo vespium[m], quem habebat in naso[22]. Fuit autem[n] Vespasianus Germanus, qui habuit patriam suam in Alamania[o], et dicitur civitas eius[23] Biblispurg[p] circa Friburgum et Bernum situata[q]. Fuit[r] autem Tytus filius eius[†].

[*] 2. 3 *addunt:* Sciendum[s], quod Gaius[t] Gallicula imperator[††] imperavit annis tribus, mensibus decem, diebus octo. Nota[u] circa illum textum, quod Gaius Gallicula destruxit et superavit Iudeos

[*] 3 *addit:* ipsum postea tempore Gay.

[**] 3 *addit:* in aere et in aqua vociferantes fulgura et tonitrua crudelissima commoverunt et.

[***] 3 *pergit:* de loco illo usque ad alpes Swevie transtulerunt, ubi in cuiusdam montis cisternam seu paludem profundissimam est submersus. Et *etc.* *Mart. Min.*

[†] 3 *addit:* ut patebit. Item anno 3. Tiberii Ovidius poeta in exilio moritur et fuit tempore Christi etc. *Hier.*

[††] 3 *addit:* homo omnium ante se flagiciosissimus.

a) Sequitur nunc infra de 2[b]; imp. *deest* 2; *rubra deest* 3[b]. b) Gaio 2[b]. c) sedet 2[a]. [b]. 3. d) *deest* 2. 3. e) scribit 1. f) grandi 1. g) *deest* 1. h) nostro 1. i) ferit 2. 3. k) Christi 2[a]. [b]. l) et d. 2[b]; sanctissimis d. 3[b]. m) narravit et d. 2[*]. n) imperatori o. 2[b]. o) veneraretur 3[b]. p) *deest* 3[b]. q) et g. 2. r) est 3[b]. s) Ex hac causa 3[b]. t) et sic fecit 3[b], *ubi* ut p. i. t. *desunt*. u) in R. 3[b]. v) p. e. T. *desunt* 2. w) t. m. 2[b]; q. e. o. *desunt* 2[b]. x) est ubi 3[b]. y) int. patrie 3[b]. a) Viennam 3[b] *et Leg. aur.* b) patriote 3[b]. c) Losaniam 2[*]; Lofaniam 2[b]. d) p. unam 2[a]. e) *reliqua desunt* 2[*]. f) hominum 2[b]. g) *deest* 2[b]. h) foveam 3[b]; in p. *desunt* 2[a]. i) vindicaret 2[a]. k) i. o. I. prout patebit 3[b]. l) 2[*] *ad ultimum versum:* quia ita (?) fuit sanatus a morbo quem habebat in suo nasu. m) vesparum 3[b]. n) Et fuit 3[b]. o) Alm. 2[b]. 3[b]. p) Wib. c. Fridb. 3[b]. q) situatum 2[a]. 3[b]; s. in Swecia 3[b]. r) Et fuit 2[b]. s) S. q. G. G. imp. *desunt* 2[a]; Iste imp. 2[*]. t) Gayus cesar cognomento Galicula 3[b]. u) Et nota 2[b]; Nota — Gall. *desunt* 3[b]; decem et devincens Iudeos in t. I. e. 2[*].

17) Haec ex Isidoro. 18) Cf. Hegesippus de b. Iud. II, c. 5. 19) Liber de ortu Pilati: *Quapropter convocato Romanorum concilio a Tyberi fluvio resumptus quasi derisionis causa Vienne commissus Rodano fluvio immergitur, quia Vienna quasi via gehenne nuncupatur.* 20) Cf. Otto Fris. Chron. III, 12. 21) Haec in Legenda aurea desiderantur; Liber de ortu Pilati vero: *Losanne cuidam civitati sepeliendum commiserunt ..... Alpibus ipsum reddebant et in puteo quodam futili et montibus circumsepto submergebant, ubi relatione quorundam usque in hodiernum diem moventur et ebulliunt plurime machinationes et impietates dya'olice. Puteus autem huius virtutis est monti qui vocatur septus mons tamquam de septem montibus eminentibus tortioribus.* Cf. quae Massmann, Kaiserchronik III, p. 602, de traditione Romana refert. 22) Cf. alias eiusmodi narrationes ap. Massmann III, p. 583. 619. 734. 23) Cf. quae Gotefridus infra de Adventia (Aventico, *Avenches*) a Vespasiano condita refert.

9. De[a] Nerone imperatore[b].

Nota: Nero aperuit viscera matris sue, et precepit Romam incendi, magistrum suum Senecam occidit, Petrum crucifixit et Paulum decollavit et a lupis devoratus est (1).

Scandit Nero tronum blasfemus ubique patronus,
Nulla sorte bonus neque dignus honore colonus,
Saccus[c] opum, scelerum siguifer, orbis honus.
Nero[24] sue matris mandavit viscera scindi[d],
Quo[e] loculo stringi potuit, quo spermate gigni,
Quo[f] iacet alveolo[g] matre creatus homo.
Nero suam Romam voluit comburere magnam,
Cernere tunc cupiens, quantam daret undique flammam,
Ut[h] viduata lare gaudia longa daret.
Nero puer quondam fertur metuisse magistrum,
Dum[i] tenet imperium, metuisse fatetur id[k] ipsum,
Unde[l] suum Senecam, dum timet, arte necat.
Nero[25] magum Simonem scelerum nutritor amavit,
Cuius ob interitum Petrum Paulumque necavit;
Unde lupis rapidis deditus ipse cadit*.

in tota Iudea et erexit Iovi statuam in templo Domini et precepit Hebreos eam adorare[m] pro deo. Huius temporibus sanctus Matheus euangelista scripsit euangelium suum[n.*].

* 2a. b. 3 *addunt*[o]: Sciendum[p], quod Nero fuit primus persecutor ecclesie[q] seu servorum Christi. Hic et[r] honores humanos non curans, in cuncta vitia prolapsus est[s]. Hic videre volens, quo loculo in utero matris[t] iacuisset aut qua materia nutritus esset, matrem scindi iussit; viscera *cf. H. m.* videns, quedam laudavit, quedam vituperavit. Hic scire volens, quantus ignis fuisset in incendio Troie, Romam[u] succendi iussit, ut spectaculum videret. Nero Senecam magistrum, pedagogum[v] suum, timens, dixit, ut eligeret sibi mortem[w] quam vellet, quoniam hominem vivere nollet in terra, quem timeret. Seneca ideo se in aquam calidam posuit, et fleobotomiam faciens, ad emissionem sanguinis mortuus fuit[x]. Hic Nero[y] Simonem magum multum dilexit, et dum Petrus et Paulus apostoli orationibus eum convincerent, Petrum crucifixit et Paulum decollavit. Et[z] dum Nero Romam incendisset, populus contra eum insurrexit, et palatium suum obsidere vellet[a], ipse solus effugit[b], et dum[c] extra Romam[d] urbem cucur- *cf. H. m.* risset**, in proprium gladium irruens se ipsum interfecit, non credens hominem vivere, qui esset dignus tam nobilem[e] interficere preter se ipsum[26]. Mortuo eo, lupi corpus eius[f] dilaceraverunt et Rome extra portam, ubi nunc est ecclesia sancte Marie ad populum, est sepultus. Ubi[g] demones tunc circa corpus[h] suum tam homines quam iumenta pretereuntes iugulabant, quousque ad preces et orationes Pelagii[i] pape beata Virgo sibi[k] in sompnis apparuit et arborem subtus quam Nero sepultus fuit succidere iussit. Papa igitur crastino[l] cum clero processionem illuc fecit, arborem propria manu[m] primus cum securi secare incepit, et ecce demones ululantes fugientes locum reliquerunt, et cessavit[n] periculum ibidem. Populus Romanus vero[o] videns se a demone[p] liberatum, papam rogavit, ut ecclesiam ibi in honore virginis[q] Marie, cuius auxilio essent liberati, construeret. Quod et papa fecit una cum populo, et[r] Marie ad populum nominavit; que antea porta Flaminea[s] dicebatur. Sanctus Gregorius vero papa imaginem gloriose virginis Marie, quam sanctus Lucas depinxit, una cum aliis reliquiis illuc collocavit.

Hier. * 3 *addit:* Hic Gayus sorores suas, quibus stuprum intulerat, insularum dampnat exilio et postea occidi iussit. Demum in palacio anno etatis sue 29. a protectoribus suis occiditur etc.

** 3 *addit:* ad quartum Urbis miliarium.

a) Sequitur de 2a; Sequitur nunc consequenter de 2b. b) *deest* 1; primo persecutore ecclesie et Kristi fidelium *add.* 2b; 6to *add.* 3b. c) Factus opus 2. 3. d) findi 1. e) *versus deest* 2. 3. f) *versus deest* 1. g) a loculo 2. 3. h) Ut induta 1; Et v. 2; evid. 3b. i) *versus deest* 2a. k) *deest* 3b. l) ut 2a. b. m) adorari 2*. 3b; *reliqua desunt* 2*. n) *hoc loco* 2. 3 *narrationem de Claudio imperatore inseruerunt; v. infra c.* 20. o) 2* *alia ex Orosio, Suetonio, Eutropio et Augustino hausta marginibus intulit.* p) Item circa hunc textum qui est de imperatore Nerone est notandum q. 2b; quod *deest* 3b. q) e. et Kristi fidelium seu s. Kristi p. 2b. r) *deest* 3b. s) *deest* 2a. b. t) m. sue 2b. u) suam R. 2b. v) et p. 2b. w) m. seu genus aut speciem mortis quamcumque seu quodcumque v. 2b. x) est 3b. y) N. etiam 2b. z) 2* *pergit:* Unde (*l.* Nota) dum. a) obsidens eum perdere voluit ast 3b. b) auf. 3b. c) *deest* 2. d) Romanam 3b. e) n. principem 3b. f) *deest* 2a. b. g) U. etiam 2b. h) sepulturam sui corporis 2b. i) beati P. 2b. k) *deest* 2b. l) in c. 3b. m) m. p. 3b. n) et sic cessaverunt pericula 3b. o) *deest* 3b. p) demonibus et eorum periculis inflictis 2b. q) beate v. 2b. r) et eam ecclesiam vocavit M. ad p. 3b. s) Flamea 2*; Flamea 2a.

24) Haec an ex Suetonio (c. 34. 35. 38) hauserit, dubito. Similia in libro de ortu Pilati (supra n. 14) leguntur; cf. quae in libro Kaiserchronik dicto referuntur. 25) Similia etiam Kaiserchronik v. 4174 sqq. narrat, ex Pseudo-Marcello de conflictu Simonis Petri et Simonis Magi; cf. Massmann III, p. 695 sqq. 26) De morte Neronis etiam liber de ortu Pilati (supra n. 14) refert, sed ab his diversa.

10. De[a] Vespasiano.

Imperiosa manus sedet[b] ordine Vespasianus;
Filius est[c] Titus, quem laude supra memoramus,
Per quos[d] terrarum crevit ubique salus*.

11. De[e] Tito.

Titus honoratus populo plaudente[f] levatus[g],
Prorsus[27] Hebreorum legitur punisse reatus[h], 27
Clarus in eloquio, militieque[i] datus**.

12. De[k] Domitiano[l].

Titi germanus[m] dum regnat Domitianus,
More Neronis erat sanctis crudelis, amarus[28],
In Christi famulos misit ubique manus.
Davitica de prole viros postquam superavit,
Ne fierent reges, summa[n] feritate necavit:
Sic genus illorum prorsus honore cadit[o].
Sevus in imperio, tu, Domitiane tyranne,
Mittis in exilium, populo lacrimante, Iohannem*; * ewangelistam (2*, 2n).
Tu moriens[p] cedis[q], clarior ille redit***.

Nota, quoniam genus regum Hebreorum et precipue regis David omnino deletum fuit a domino imperatore (1).

* 2. 3 *addunt:* Sciendum[r], quod Vespasianus princeps nobilis iussu imperatoris in vindictam Ihesu Christi Ierusalem obsedit[s], eam una cum filio suo Tito destruxit et debellavit*. Tempore isto imperator Nero[t] obiit, Véspasianus imperium recepit ad hoc electus, et filius eius Titus sibi successit[u].

** 2. 3 *addunt:* Notandum[v]: Titus fuit filius Vespasiani imperatoris et successit ipsum[w] in imperio. Et cum[x] pater[y] esset electus[z], dummodo esset in obsidione Ierusalem, Romam se transtulit, Titus vero[a] obsidionem continuavit, Ierusalem destruxit**, et[b] post patrem[c] imperium gloriose adeptus fuit et rexit tam virtuose, quod ob omnibus amaretur[d], et fuit liberalissimus in gratiis faciendis. Et[e] semel, dum se ponere vellet dormitum, cogitans quod eadem[f] die gratiam nullam fecisset, dixit: *Heu perdidi diem hanc*[g], *eo quod gratiam nullam feci*[h]. *Estne aliquis hic indigens gratia, petat, ne perdam diem, alias non dormiam.* Et ecce quidam famulorum suorum[i] gratiam petiit et obtinuit; imperator vero[k] se dormitum posuit. Et quamvis filius sit[l] Vespasiani et successor eius in imperio[m], ante patrem tamen nominatur propter suas excellentes virtutes[n]. Unde[o] dicimus: Titus et Vespasianus, et non[p]: Vespasianus et Titus.

*** 2a. b. 3 *addunt*[q]: Sciendum[r], quod Domitianus, gener Titi, post ipsum[s] regnavit[t] et fuit secundus persecutor ecclesie Christi[u]. Hic omnes de plebe Davitica natos interfecit, ubicumque reperire potuit, ne in regem[v] promoverentur, timens de semine David regem futurum. Hic et sanctum Iohannem euangelistam misit in exilium***, postquam ipsum in dolium ferventis olei missum et per venenum, quod dedit ei bibere, extinguere non potuit†.

* 3 *addit:* Iosephus scribit, undecies centena milia in ea cesa, nonaginta milia publice captivorum venumdata.

** 3 *addit:* sicut Christus in die palmarum prophetavit. Ubi murum densissimum perforans, invenit senem venerabilem vivum, qui dixit, se esse Ioseph ab Arimathia a Iudeis ibi inclusum et per 40 annos celesti cibo et lumine confortatum.

*** 3 *addit:* in insulam Patmos[w], ubi scribsit apokalypsem.

† 3 *addit:* Hic Domicianus se deum ac dominum vocari precepit et a suis crudeliter est interfectus anno 35. *H. m.* etatis sue, quia Romanis multa mala intulit, consobrinos suos interfecit, auream ymaginem nomini suo in Capitolio collocari iussit.

a) Sequitur nunc consequenter de V. patre Titi quomodo adeptus est imperium 2b. b) sed 3b. c) et 2. 3. d) quorum terram 1. e) Sequitur de 2a; Sequitur igitur nunc infra de Thito filio Vespasiani 2b. f) blandente 1. g) senatu 2. 3. h) reatum 3b. i) militiaque 1. k) Sequitur nunc infra de 2b. l) 2o persecutore christianorum *add.* 2; 2o p. Kristi fidelium 3b. m) gener vanus 2. n) sua 2. 3. o) De Seio imperatore *add.* 1. p) movens 2b. q) cedes 2*; cede 3b. r) De Vespasiano sciendum est 2a; Item circa hunc brevem textum considerandum est. De V. principe sciendum est 2b; S. q. *desunt* 2*. s) o. et 3b. t) *deest* 2. u) s. in imperio 2b. v) *deest* 2*; Nota 2a; Hic circa textum de Thito est notandum hoc quod T. 2b. w) eum 2*. x) dum 2* *(ubi* et *deest)* 2a. 3b. y) p. eius Vespasianus 2b. z) e. in imperatorem Romanorum 2b. a) v. filius eiusdem 2b. b) Hic Tithus post 3b. c) p. suum Vespasianum i. Romanorum 2b. d) amabatur 3b. e) Unde contigit quod s. 2b. f) ea 2*; eodem 2a. b. g) hunc 2b. h) fecerim 3b. i) ex famulis suis 3b. k) postea 3b. l) s. f. 2*; fuerit filius 3b. m) i. Romanorum, nichilominus t. a. p. 2b; t. a. p. 3b. n) v. quibus vitam ornavit suam 2b. o) Dicimus itaque 3b. p) n. e converso 3b; et n. V. et T. *desunt* 2*. q) 2* *eorum partem inter lineas habet.* r) S. q. *desunt* 2a; Hic circa textum est sc. q. 2b. s) i. Thitum socerum suum 2b. t) r. annis 15. 3b. u) Kristi et Kristi fidelium 2b. v) regnum 3b. w) Patinos 3b.

27) Ex Isidoro. 28) Ita Isidorus.

13. De Nerva[a].

Nerva tenet solium; vir[29.*] ab exilio revocatur[b].
Omne[30], quod instituit rex[*] impius, evacuatur,
Irritat et reicit[c] Nerva[*] quod inde datur[*].

* Ioh. ewangelista (2*).
* Domicianus (2*. 3b).
* s. decreto Nerve et senatus et populi (3b).

14. De[d] Troiano[e] imperatore[f].

31 Troianus[31] Magnus Asiam tenet et Babilonem,
Finibus Indorum quasdam subicit[h] regiones,
Alter Alexander plurima bella movet.
Cesare Troiano[i] mediis regnante sub annis,
Nota, obitum Iohannis euangelistae fuisse tempore Troiani imperatoris (1).
Intonat ecclesiis obitum venisse[k] Iohannis[*]:

* ewangeliste (2a).

Transiit[l] in tumulum[m] corpus et ante Deum.
Ordine[32] Romano sub presule[n] Gregoriano,
Troiani[o] tunc pagani laudem[p] memorabo
Et sua cathalogo[q] regia gesta cano.
Prelia gesturus procedit ab Urbe monarchus[r],
Pontis aput Tiberim[s] properans dum transiit[t] arcus,
Obvia stat vidua, mota[u] querela sonat.
Stes[v], ait illa, *meum reddens*[w] *ulciscere natum*[x];
Nam morior[y], *dum sic video cervice necatum.*
Hoc scelus imperium vindicet: ecce capud.
Cesar ait: *Pugnabo prius studeamque*[z] *redire.*
Illa refert: *Si non redeas, quo vindice*[a] *fiet?*
Nec[b] *Deus hic laudem te meruisse sciet.*
Rex stetit attonitus[c]; iubet ut vindicta feratur.
Post abiit, set[d] non rediit, quia marte[e] necatur,
Unde sibi laudem rex meruisse datur.
Hoc pietatis opus dum Gregorio memoratur,
Ingemuit pro morte viri[*], digne[f] lacrimatur,
Orat, ut alma Dei dextera parcat ei.
Dum iacet in precibus, stans angelus increpat illum:
Scis, quia non habuit baptismatis ille sigillum,
Quomodo cum lacrimis dona neganda petis?
Nota, hominem paganum non baptizatum per orationem Gregorii pape solutum esse (1).
Ast homo tu[g] *pacis opus expetis hoc pietatis,*
[Quo[h] *semel indulto, non amplius ista petatis.]*
Iste modo requiem te lacrimante capit[**].

* Troiani (2a).

Nota: Troianus imperator cum exercitu suo procedens ad prelium cum per pontem Tyberis transiret, occurrit ei vidua in porta, cuius filius erat necatus, et cum ab imperatore vindictam quereret, ait imperator: „Cum rediero a prelio, vindicabo mortem filii tui“. Illa dixit: „Quod si non redieris?“ „Faciat successor meus“. Ait illa: „Quam laudem inde habebis, si alius fecerit?“ Stetit imperator et fecit vindictam, processit ad prelium et interiit. Hoc opus pietatis post longo tempore Gregorius audiens, oravit pro Troiano. Cui dixit angelus: „Oratio tua exaudita est, tu vero, quia pro pagano orasti, omni tempore in femore claudicabis“ (1).

* 2. 3 *addunt*[i]: Sciendum[k], quod Nerva in[l] imperio succedit Domitianum[m], et quia Nerva pius iustus et benignus fuit, Domitianus vero crudelis iniquus et persecutor fidelium Christi, persecutus[n] fuit et Iohannem[o], quem[p] flente populo in exilium misit; ipse[q] Nerva cuncta, que Domitianus depredaverat, sua iustitia et equa benignitate[r] erexit[s], et cum favore et decreto senatus et populi cuncta decreta Domitiani revocavit et cassavit ac[t] dura impia iniqua et[u] iniusta mutavit. Hic etiam sanctum Iohannem euangelistam de exilio redire precepit et una cum populo[v] cum magna reverentia suscepit*.

** 2. 3 *addunt:* Sciendum[w], quod Troianus** fuit iudex iustus et pugnator strennuus et in India

* 3 *addit:* Hic Nerva Traianum in imperium adoptavit rexitque anno uno et mensibus quatuor.

** 3 *addit:* genere Hispanus imperavit annis 29, mensibus 7, diebus 25. Hic.

a) Sequitur nunc consequenter de Nerva imperatore 2b; De Nerva sene 3b. b) vocatur 2. 3. c) eicit 1. d) Sequitur de 2a; Sequitur nunc consequenter de 2b. e) *ita semper* 1. 2a; Trog. 2*; Traiano 2b. 3b. f) *deest* 2*; persecutore christianorum *add.* 2a. 3b; p. Kristi fidelium 2b. h) subiit 1. 2. 3. i) *deest* 1. k) fuisse 2. 3. l) Transit 2. 3. m) tumultum 1b. n) preside 2. 3. o) Troiano t. bagano 2; Traiano t. pagano 3b. p) laude 2a. b. q) c(h)athologo 2*. 2a. r) monacus 1. s) Tybirim 1. t) tran(s)sit 2. 3. u) in ore 2. 3. v) Stent 2. w) m. ulciscor 2. 3. x) hic est locus geminatus 3b *in marg.* y) minor 1. z) studiamque 2*. 2a. a) a iudice fiat 2. 3. b) *hic deest versus* 2. 3. c) anthonius 2*. d) et 2a. b. e) morte 2. 3. f) digna 1. g) cum 1. h) *ita P.; hic versus deest* 1. 2. 3. i) 2* *eorum partem inter lineas, alia habet in margine.* k) S. q. *desunt* 2a; Item circa textum presentem considerandum est quod 2b. l) *deest* 2a. m) Domiciano 3b. n) p. etiam f. I. 2b. o) I. ewangelistam 2b. p) *deest* 2. q) i. vero 3b. r) equitate 3b. s) erexerat 2. t) ac — mut. *desunt* 3b. u) *deest* 2b. v) p. ipse eum 3b. w) Item circa textum est considerandum 2b; S. q. *desunt* 2*.

29) Ex Isidoro. 30) Cf. Hieronymus. 31) Primis sex versibus sequitur Isidorum. 32) Similia narrant Pauli Vita Greg. c. 27; Ann. Magd. SS. XVI, p. 112; Mirabilia Romae ed. Papencordt p. 37; Kaiserchr. v. 5905 sq.

15. De[a] Adriano imperatore[b].

Sepe rebellantes superans Adrianus Hebreos[c],
Subiugat[d] et reparat urbem* simul[e] et Phariseos**,
Et vocat* hanc Eliam[33], qua[f] revocavit eos*.

* Ierusalem (2a. 3b).
** Iudeorum (2*).
* Adrianus Ierusalem (2*).

16. De Antonio imperatore[g].

Antonius[34] Pius est patrie pater inde vocatus, 34
Parcere subiectis quia[h] fertur ubique paratus;
Tollere pauperibus nulla tributa datur[35].
Huius[34] temporibus fulget magnus Galienus,
Qui dedit antidotum, cuius modo dogma tenemus;
Tempus Ypocratis diximus esse prius**.

Nota, magnum Galienum fuisse tempore Antonii (1).

circa Babiloniam multa magna et mira bella[i] fecit et victorias obtinuit. Huius[k] temporibus sanctus[l] Iohannes euangelista sepulchrum intravit, nec ulterius visus fuit[m]. Hic[n] Troianus dum cum magno exercitu contra Indos bellaturus Romam exiret[o] et iuxta pontem trans Tiberim venisset, quandam mulierem obviam habuit, que iusticiam ab eo fieri petiit, eo[p] quia filius suus[q] filium eius[r] iugulavit[s]. Rex vero ait: *Postquam rediero, iustitiam tibi faciam.* Que ait: *Et si non redieris, quis michi iudicabit?* Et[t] ipse: *Qui me succedet*[u]. Et[v] ait mulier: *Quam ergo exinde reportabis laudem?* Stetit igitur rex et homicidam proprium filium[w] morti adiudicavit. Et dum iuvenis iam decollandus esset, mulier compassione mota ait: *En non fateor michi iusticiam factam, nisi filium tuum proprium morti adiudicatum vivum pro filio meo mortuo tradas. Nichil enim mors utriusque nisi dolorem confert*[x]. Rex igitur misericordia et pietate[y] motus, mulieri pro filio mortuo filium vivum[z] dedit. Porta igitur illa[a], sub qua ista[b] facta sunt, ulterius porta Pietatis appellata est. Factum[c] est igitur, ut Troianus[d] facto iudicio et pietate[e] versus Indos se cum exercitu transtulit, ipsos expugnavit et captus fluxu sanguinis obiit et cum[f] gloria magna sepultus fuit[g]. Romani igitur propter magnas[h] et excellentes virtutes ipsius Troiani columpnam Rome erexerunt, in qua omnia bella et victorie[i] per ipsum facta sculpta[k] apparent usque in hodiernum diem. Post multos vero annos dum sanctus Gregorius iam Rome presulatum sanctissime gubernaret, factum est, ut circa portam premissam equitans rem gestam de iuditio premisso per Troianum facto[l] in sculpturis cernens, quesivit[m], quis et qualis hic Troianus fuisset. Et iustitia et pietate sua comperta, multum doluit, ex eo quod[n] vir tam iustus et pius esset dampnatus; lacrimosis ideo[o] precibus Deum pro salute anime Troiani deprecabatur, quousque tandem angelus sibi apparuit, corripiens eum, quare pro homine non baptizato ac pagano deprecatus esset. Attamen dixit, Troianum precibus ipsius Gregorii requiem accepisse, inhibens, ne de cetero pro aliquo infideli oraret. In signum vero et argumentum veritatis sanctus Gregorius iussit sibi caput Troiani apportari de sepulchro, et ecce dum caput apportaretur, lingua recens tamquam vivi hominis in ore apparuit, ostendens, quod equa iustitia, quam Troianus lingua sua fecit, linguam[p] putrescere non permisit.

* 2a. b. 3 *addunt:* Hic[q] sciendum, quod Adrianus imperator Iudeos sepe convictos[r] et rebellantes convicit et Ierusalem destruxit* et eam[s] Eliam vocavit in signum victorie**.

** 2. 3 *addunt:* Sciendum[t] est, quod imperator[u] Antonius Pius[v] erat mitis et benignus, avaritiam non habens nec amans. Ideo ab omni populo Romano imperio subiecto tributum accipere noluit, sed terram de[w] omnibus regnis mundi loco tributi apportari iussit[x. 36] in signum obedientie, et montem Rome qui dicitur Omnis[y] terre iuxta sepulchrum Remi de eadem terra fecit. Huius etiam temporibus dogmata Galieni claruerunt[z] in orbe contra infirmitates***.

* 3 *addit:* postea restauravit, sed non in monte Syon, ubi prius sita fuerat, sed in loco Calvarie.
** 3 *addit:* quia et ipse Elius Adrianus vocabatur. In omnibus gloriosus fuit et leges multas condidit. Regnavit *cf. Hier.* annis 21 et morbo intercutaneo mortuus est. De Adria civitate, a qua mare Adriaticum vocatur.
*** 3 *addit*: et ipse Galienus medicus Pergamo oriundus fuit.

a) Sequitur nunc Adrianus imperator Romanus 2b. b) *deest* 2; A. Elio 3b. c) Iudeos 2. 3, *superscr.* Hebreos 2*. d) Subiungat 1. e) *deest* 2. 3. f) que 1. g) *deest* 2a. 3b; Sequitur nunc infra de Anthonio imperatore 2b. h) qui 1. i) b. commisit et f. 3b. k) h. etiam 2a. b. l) *deest* 2*. m) est 3b; et amplius visus non est 2*. n) Troyanus etiam 2b. o) exiit 2a. p) ex eo 2a. b; eo quod 2*. q) scilicet Troyani *add.* 2b. r) scilicet mulieris *add.* 2b. s) iugulaverat 2b. t) Respondit 3b; At i. respondit: Ille q. 2b. u) succedit successerit 2b. v) *deest* 2*; m. a. 2a. b. w) f. suum 3b. x) conferet 3b. y) p. et m. 3b. z) proprium 2*. a) *deest* 2*; ista 2a. b. b) illa 2a. b. c) Facto i. iudicio et p. 2*. d) T. iste 2b. e) et p. *desunt* 3b. f) *deest* 2. g) est 3b. h) multas 2a. b. i) omnes v. 3b. k) facte sculpte 3b. l) facta 2a. b; factam 2*. 3b. m) accersivit 2. n) quia 2a. b. o) iam 2. p) l. eius 2b. q) Hic est considerandum circa textum hunc de imperatore Adriano quod 2b; Hic *deest* 3b. r) fictos 3b. s) Helyam eam 2b. t) Item circa hunc textum est s. 2b; est *deest* 3b; unde (*l.* Nota) non habuit avariciam. Ideo 2*. u) *deest* 2a; A. imp. 2b. v) primus 2a. b. w) *deest* 2a. x) fecit et i. 3b. y) Mons omnis 2b. z) cl. etc. 2*.

33) Cf. Isidorus. 34) Ex Isidoro. 35) Haec fabulosa; v. infra prosam. De Adriano similia refert Hieronymus. 36) Similia de Augusto tradunt Mirabilia Romae ed. Papencordt p. 45. 46.

17. De Antonio iuniore[a].

Iunior[37] Antonius rex emulus ecclesiarum
Errorem sequitur sub scismate Catafricarum[b],
Fertur et[c] ecclesiis non nocuisse parum*.

18. De Comodo imperatore[d].

Comodus imperio felici tempore vivit.
Theudosion[e] [38] nunc philosofus sua carmina scribit,
Summus et interpres tunc erat ille sibi.
Discipulus[39] Pauli nunc[f] Trofimus[g] est Arelati,
Presulis[40] Erennii[h.*] sunt dogmate[i] clarificati,
Quosquos[k] Lugdunum[l] sive Vienna capit*.

* Lugdinensis (2a).

19. De[m] Elio imperatore.

Elius imperio modica statione[n] resedit,
Attamen in populo dum sufficienter obedit,
Viribus et meritis commoda multa dedit.

20. De[o] Claudio imperatore.

Nota, Claudium imperatorem rogatum a Romanis esse, ut filium suum faceret imperatorem; qui dixit, nolle filium suum vitiis imperii commaculari (1).

Claudius[41] imperium recipit[p] cum pace paratum.
Cui fundit[q] sua Roma preces, rogitante[r] senatu,
Romanis natum quod daret esse capud.
Ille refert: *Viciis satis est regnasse paternis,*
Nolo[s] *meum natum maculis vexare modernis;*
Sit sibi[t] *diviciis vivere pace datis***.

21. De Severo[u].

Romulee[v] sedis Severus honore fovetur[w].
Simachus[42] interpres Rome preclarus habetur.
Pace sua tenuit cesar in Urbe[x] decus.

* 2. 3 *addunt:* Sciendum[y], quod Marcus imperator[z] imperavit annis 19, et[a] incepit Roma habere duos imperatores**.

** 2. 3 *addunt*[b]: Sciendum[c], quod iste Claudius[d] gloriose imperavit[e] Rome et eam ditavit. Et senatus cum populo[f] rogaverunt eum, ut filium suum post eum constitueret in[g] imperium. Ipse vero recusavit dicens: *Satis est*[h] *patrem regnasse,* et quod[i] nollet etiam filium maculare viciis celsitudinem[k] imperii***. Huius[l] temporibus Petrus venit Romam et 25[m] annis rexit. Imperavit autem Claudius 14 annis, mensibus 7, diebus 28.

Isid.

H. m.

* 3 *addit:* Sciendum, quod Comodus imperator rexit annis 13. Hic nihil paternum habuit, nisi quod contra Germanos feliciter pugnavit. Obiit morte subita cum tanta execratione hominum, ut hostis humani generis etiam iudicaretur. Iste dictus Comodus cunctis incomodus in domo festali strangulatus interiit.

** 3 *addit:* Hic, ut historici asserunt, si non fuisset, gloria Romana periisset. Suo tempore floruit Egesipus scriptor historiograffus.

*** 3 *pergit:* Imperavit — 28. H. t. P. appostolus cum primus Anthiocenam ecclesiam fundasset 12, Romam mittitur, et ibi euangelium predicans, 26. eiusdem urbis annos[n] episcopus perseverat.

a) imperatore 1; Sequitur nunc infra de Anthonio i. 2^b; De Marco A. 3^b. b) catastriarum 1; caraficarum $2^{a.\ b}$; carificarum 2^*; cathafligarum 3^b. c) in $2^{a.\ b.}$ 3; non in 2^*. d) *deest* 2. 3; Sequitur nunc infra de 2^b; C. filio (Marci) 3^b. e) Tendosion 1; Theudi(y)sion $2^{a.\ b}$; Theusidion 2^*; Theodocion 3^b. f) tunc $2^{a.\ b}$. g) Trosinus $2^{a.\ b}$; Trosinius 2^*; Grosinius 3^b. h) exenniis 2^*. 2^a; eximiis 2^b; eximii 3^b. i) de matre 1. k) Quod quidam 1; Quodque 2. 3. l) lugolinum sine meatia 1; lugidim 2^*. m) *haec de Elio imperatore narratio deest* 2. 3. n) statio 1. o) *haec de Claudio narratio in* 2. 3 *supra post* c. 8 *legitur.* Sequitur nunc consequenter de 2^b; *rubra deest* 3^b. p) recepit 2. q) fundum 1. r) cogitante senatum 1. s) *hic versus deest* 2. 3. t) tibi 1. 2. 3. u) Helius Pertinax et Severus imperant annis 18 *add.* 2^*. 2^a; Sequitur nunc consequenter de istis tribus, Severo scilicet, Helio et Pertinace, qui imperaverunt annis decem et octo 2^b; De Elio Pertinace et Severo 3^b. v) Rome sedit 1. w) fruetur 1. x) orbe 2. 3. y) S. q. *desunt* 2^*. 2^a; Marcus — imperatores *cum antecedenti prosa iunxit* 2^b. z) *deest* 2^a. a) et ab isto 3^b. b) 2^* *eorum partem habet inter lineas.* c) S. q. *desunt* 2^a; Item circa hunc textum est considerandum q. 2^b. d) Cl. imperator Romanorum 2^b. e) R. i. 2^b. f) p. Romano 2^b. g) c. imperatorem Romanorum loco sui 2^b. h) esse 3^b. i) *deest* 2; et noluit 2^b. k) *deest* 2. l) H. etiam 2^b. m) quinque 2^b. n) annus 3^b.

37) Error ex Isidoro natus. 38) Haec ex Isidoro. 39) Haec unde sumpta sint nescio. 40) Haec ex Isidoro, qui de Vienna nihil dicit. 41) Claudius supra omissus erronee hoc ponitur loco, quod codices 2. 3 correxerunt; sed cf. Pantheon. De Pertinace similia ab Hieronymo aliisque referuntur. 42) Ex Isidoro.

Nunc in Alexandra[a] studium datur urbe[b] vigere,
Qua[c] didicit que[d] tunc docuit[e] pollens Origenes,
Cuius et ecclesia dogmata sacra tenet*.

22. De[f] Antonio imperatore.

Tertius Antonius Severi filius extat,
Imperii qui Romulei[g] fit diva potestas.
Ipsius Antonii[43] longa columpna* fuit.
Nunc[44] gens Gothorum[h] movet incentiva[i] malorum,
Perforat[k] Achaiam[l], Persas regnumque[m] Medorum;
Imminet ipsorum magnus in orbe dolus*.

* s. illa que hodie Rome dicitur columpna Antonina (1); que Rome hodie apparet (2a. 3b) et dicitur columpna Antonia (2*).

Nota: Gothi tempore Antonii imperatoris primum[m*] ceperunt partes imperii Romani inquietare (1).

23. De Macrino[n] imperatore.

Cesar Macrinus meritis dinoscitur[o] unus;
Nil[45] habet historie, si promere gesta velimus,
Vix anni spatio vixit in orbe* suo**.

* imperio (2a).

24. De Aurelio imperatore[p].

Imperat Aurelius sublimis in orbe monarchus.
Nunc[q] gravis[r] hereseos[46] populis[s] intenditur arcus[t];
Cogitur ecclesia[u] pace[v] carere sua***.

25. De Maximiano[w] imperatore[x].

Maximianus[y. 47] adest, qui miles in Urbe[z] cohortis
Scandit ad imperium, Christique ferotior[a] hostis,
Opprimit ecclesias miraque dampna parat.
Hic[b] sine decreto totoque dolente senatu
Militis[c] auxilio conscendit ad imperiatum,
Criminibus natus[d], perdere[e] sancta[f] datus[g]****.

* 2a. b. 3 *addunt:* Sciendum[h], quod Antonius tercius Romanorum imperator[48] tam Achaiam quam[i] Persas et Medos expugnavit, et tempore ipsius Gothi primo imperium Romanorum inquietare ceperunt. Et sibi columpna triumphalis Rome est erecta†.

* 3 *addit:* Sciendum, quod Elius Pertinax supplicante senatu, ut uxorem augustam et filium cesarem faceret, *Isid.* renuens ait, sufficere debere quod ipse regnaret invitus. Erat vir grandevus et omnibus equus, nunquam accepit munera, nunquam ad ulciscendum seductus est. Qui sexto mense quo regnare ceperat interemptus est. *H. m.* Severus autem Affer genere imperavit annis 18. Quintam persecutionem in christianos exercuit, in qua multi sancti per diversas provincias passi sunt; inter quos fuit Leonides pater Origenis capite cecus, Origenem tenere etatis cum sex fratribus et matrem ipsorum viduam relinquens.

** 3 *addit:* Sciendum, quod hic Macrinus imperavit anno uno. Et una cum filio suo ob invidiam detruncatur.

*** 3 *addit:* Sciendum, quod hic Aurelius regnavit annis 4 et adeo impudice in imperio suo vixit, ut Eusebius *Hier.* narrat, ut nullum genus obscenitatis obmiserit; et tandem tumultu militari occiditur. Post hunc regnavit Alexander, Mammine filius, cuius Ulpianus iuris consultus assessor insignissimus habetur.

**** 3 *addit:* Sciendum, quod iste Maximinus primus ex militari corpore absque decreto senatus imperator effi- *H. m.* citur, christianos persequitur, Germanicos et Parthos vicit. Tandem deserentibus eum militibus, a Pupieno Aquilegie cum filio suo aduc puero est occisus.

† 3 *addit:* Hic paterne traditionis aspernator fuit et libidinis impacientissimus adeo, ut novercam suam Iuliam *H. m.* duceret in uxorem. Et cum adversus Parthos bellum pararet, mortuus est aput Edissam civitatem anno imperii sui 7.

a) Alexandria 2. 3. b) orbe 3b. c) Quo *P.* d) qua 1. e) *ita P.; deest* 1; Qua tunc viguit cesar p. 2. 3 *corrupte.* f) De Antonio. Imperavit annis tribus 2*. 2a; Sequitur nunc consequenter de Anthonio qui i. a. t. 2b; De A. Caracalla 3b. g) Romuli sit 1; Romulē f. 2*. h) Gottorum 2*. 2a. i) inertia 1. k) Preforat 1; Perferat 2*. 2a; Preferat 2b. l) Achiam Persars 1. m) regnaque 2. 3. m*) pervium aperiunt (?) 1. n) Martino 2 *(semper)*; Sequitur nunc consequenter de M. 2b; et (2a. b) imperavit anno uno *add.* 2. o) discitur 1. p) *deest* 2. 3; Sequitur nunc infra de 2b. q) Nvmo 1. r) graves 2; gr. p. heresis 3b. s) populus incenditur 2. 3. t) arctus 3b. u) eciam 2. 3. v) p. is 3b. w) Maximiniano 2; Maximino 3b *et ita post;* Sequitur nunc infra de 2b. x) *deest* 2a; (qui 2b. 3b) imperavit annis tribus *add.* 2a. b. 3. y) imperator *addit* 1. z) orbe 1. 2a. a) forcior 2. 3. b) Hoc 1; Hinc 2. 3. c) Multis 1. p) variis 2. 3. e) prodere 2. 3. f) sacra 1. g) damus 1; deus 2; datur 3b. h) Hic circa brevem istum textum est considerandum q. 2b. i) *deest* 2.

43) Marci Antonini. 44) Neque haec cum historia concordant. 45) Ita Isidorus. 46) Isidorus de Sabellio heresiarcha loquitur. 47) Ex Isidoro. 48) Si versus sequeris, haec Gothis tribuenda sunt.

26. De[a] Gordiano imperatore[b].

Dum[c] Gordianus[d] sortitur[e] in orbe coronam,
Celitus[49] emissa recipit[f] miracula Roma,
Gaudet et ecclesia, cantica digna sonat:
Dum foret in precibus sanctorum turba recumbens,
Spiritus in specie legitur venisse columbe,
Sanctus Fabianus papa (1). Indicat et cleris, quis[g] modo presul erit*.

27. De[h] Philippo imperatore[i].

Suscipit imperium populo plaudente Philippus;
Iste prior cesar voluit cognoscere Christum
Et[50] dedit ecclesiis predia lata suis[k].
Principium Rome fuit annis ordine mille*,
Dum tenet imperium Christo venerabilis ille,
Nec nos immemores ipsius esse decet*.

28. De[l] Decio imperatore[m].

Decius imperium[n] longa statione recepit[o.]*,
Emulus ecclesie, divina repellere cepit[p.]*,
Nec Domino credit, verbera* seva dedit.
Antonius[51] monachus reverendo nomine clarus
Vivit in Egipto[q], nunc[r] summus[s] anachoritarum,
Cuius ab exemplis non tenet* ordo parum**.

29. De[t] Valeriano imperatore[u].

Imperii[52] Valerianus[v] dum[w] captat honores,
Gothica* gens varios repetit per regna dolores,
Bella Macedonibus in Libiaque[x. 53] movent.
Christicolas Valerianus dum persequeretur[y],
A Persis capitur, per tempora longa tenetur,
Finit[z] ibi vitam, perdidit omne decus**.

* 2. 3 *addunt:* Sciendum[a], quod imperator Philippus fuit primus imperator, qui fidem Christi suscepit et bona ecclesiis tribuit. Et postquam septem annis imperavit, a Decio milite suo in Babilone[b] est occisus[c.] ***.

** 2. 3 *addunt:* Gallus[d.†] imperator imperavit annum unum, menses duos, dies 14. Tunc[e] episcopus Ciprianus in Kartagine floruit.

* 3 *addit:* Sciendum, quod tempore Gordiani Fabianus revelatur testimonio Spiritus sancti in specie columbe super ipsius caput dicentis: *Rome episcopus ordinaberis.* Iste Gordianus postquam de Persis triumphavit, veniens Romam prope Urbem, fraude Philipi peremptus est. Floruit his temporibus Affricanus inter scriptores ecclesiasticos nominatissimus. *cf. Isid. Hier.*

** 3 *addit:* Sciendum, quod Valerianus, in christianos persecutione commota, statim a Sopore Persarum rege capitur ibique servitute miserabili consenescit. Quo territus Galienus, christianis pacem reddidit. Hic Galienus primo rem publicam laudabiliter regens, post in lasciviam resolutus, deteriorata re publica, fraude Aurelii ducis occisus est. *H. m. Hier.*

*** 3 *addit:* Baptizatus fuit a beato Pontio martire ipse et filius, ambo ab exercitu interempti sunt, pater Verone; filius Rome. Et filius adeo severi fuit animi, ut nullius commento ad ridendum solvi potuisset. — Isti duo imperatores tesauros suos beato Sixto et ecclesie commendavere. Quos Decius cesar postea a beato Laurentio requirebat. *H. m.*

† 3 *ita pergit:* Sciendum, quod iste Decius in omnibus malus, sed prudens in armis fuit, odio habuit pauperes, et septimam persecutionem christianis dedit. Hic de inferiori Pannonia natus in bello barbarico occisus est. Post hunc Gallus cum Volusiano imperavit per a. *H. m.*

a) Sequitur nunc consequenter de 2b. b) (qui 2b. 3b) imperavit annis sex 2. 3. c) Cum 2. 3. d) iam *addit* 1. e) fortiter 2a. b. f) recepit 1. 2*. g) quos 2*; qui 3b. h) Sequitur nunc consequenter de 2b. i) primo christiano, qui (cum filio suo Filipo 3b) rexit annis septem 2. 3. k) fuit 1. l) Sequitur igitur nunc infra de D. milite q. 2b. m) (qui 2b. 3b) imperavit annis 12 et mensibus 10, diebus 7. 2a. b. 3; Ille Decius imperavit a. 12 et m. 10 et d. 7, scilicet dum Philippum dominum suum interfecit *add. in marg.* 2*. n) imperavit 1. o) suscepit 2a. b. p) repit 2a. b. 3. q) Egitto 1. r) *deest* 2. 3; non 1. s) sumus anacoritorum 1; anachemitarum 2*. 2a. t) Sequitur nunc consequenter de 2b; *rubra deest* 2*. u) cum filio suo Galieno *add.* 3b; qui imperavit annis 12 (15 3b) *add.* 2. 3. v) Vulusianus 2. w) cum 2. 3. x) quoque 3b. y) persequiretur 2*; persequitur 2a. b. z) Sinit 2. a) Item sciendum circa textum presentem q. P. i. 2b. b) in B. *desunt* 3b. c) o. e. 3b. d) Gallius 2; Item nota G. 2b. e) Et t. 3b.

49) Cf. Isidorus. 50) Haec de suo addidit; reliqua praebuit Isidorus. 51) Ex Isidoro. 52) Ex Isidoro. 53) Haec ab Isidoro sunt aliena.

* ab Urbe condita (3b).

* s. dum Philippum dominum suum interfecit (2a. 3b).
* attemptavit (2a).
* christianis (2a).

* s. premultum tenet (2a).

* Guascones (2a); Gotti dicuntur Gwascones (3b).

30. De[a] Claudio imperatore[b].

Claudius[54] exurgens solio[c] residere meretur;
Hic contra Gothos armis[d] sua[e] regna tuetur,
Unde[f] per Illiricum * contulit[g] arma ** secus.
Bella[g*] per Illiricum dum Claudius ampla moveret,
Gothus[h] in arma ruens[i], quasi nesciat[k] ea[l] timere[m],
Dimicat et teritur, dampna pericla[n] ferens[o.*].

* mare Venetorum (2[a]).
** contra Gottos (2[a]).

31. De[p] Aureliano imperatore[q].

Suscipit imperium nequissimus Aurelianus,
Ecclesie[54] tormenta parans, erat heresianus;
Mergitur in Tiberi[r.55], cessat iniqua manus. 55

32. De[s] Tacito imperatore[t].

Consurgens Tacitus lucratur in Urbe coronam,
De quo[u] materiam michi non dedit aurea Roma;
Vita[56] brevis Taciti[v] sub brevitate* sonat*.

* quia tantum anno uno imperavit (2[a]).

33. De[w] Caro imperatore[x].

Carus adhuc regnans, Persarum parte remota*,
Dimicat, et regio* capitur certamine tota.
Fulmine[57] conficitur[y], dum premit[z] ipsa loca.
Sic cum iermano[a] Carinus[b] Numeriano[c] *
Cum patre[d] tunc pariter ceciderunt fulmine[e] plano;
Istorum mortes hac[f] brevitate cano**.

* devicta (2[a]. 3[b]).
* Persarum (1? 2[a]. 3[b]).
* filii Cari imperatoris (2[a]).

Nota: Carus imperator cum duobus filiis suis Carino et Numeriano interisse (1).

34. De[g] Diocletiano[h] imperatore[i].

Diocletianus[58] pariter cum Maximiano[k]
Imperium tenuere simul, nullo mediano,
Unus eis[l] fuerat victus[m] et una caro*.
Hii contra Christum reparant[n] speciale duellum,
Undique christicolis pariunt[o] per climata[p] bellum,
Quos cum morte[q] premant, omnia scripta* cremant[r].
Hii duo sunt primi, qui gemmas veste tulerunt,
Nec prius in pedibus vel[s] vestibus ista fuerunt,
Purpureos dominos ante fuisse ferunt**.

* i. progenies seu nacio (1? 2[a]. 3[b]).
* s. sacra (2[a]).

* 2*. 2[b] *addunt****: Sciendum[t], quod imperator Probus imperavit annis 6, mensibus 3. Et[u] pro tunc Manicheus hereticus surrexit.

** 2. 3 *addunt:* Sciendum[v] hic est, quod Maximianus et[w] Diocletianus consanguinei[x] simul et

* 3 *addit:* Sciendum, quod hic Claudius Gottos Illiricum et Macedoniam vastantes superat et ob id in curia clipeus ei aureus et in Capitolio statua aurea collocata est. *Hier.*

** 3 *addit:* Sciendum, quod iste Carus fulmine ictus interiit, et Numerianus et Carinus filii miserabiliter occisi sunt. *Hier.*

*** 3 *pergit:* Sciendum, quod post Tacitum, qui non anno integro rexit, et Forianum occisos imperator Probus in imperio successit et imperavit annis 6, mensibus tribus. Illisque temporibus Manicheorum heresis insana surrexit in commune humani generis malum. *Hier.*

a) Sequitur nunc infra consequenter de Cl. i. 2[b]. b) *deest* 2*. 2[a]. 3[b]; qui rexit annum unum, mensibus 6, diebus 8 (annum et m. 8. 2*; 6 m. 8 d. 2[a]; anno uno et mensibus 8. 3[b]) *add.* 2. 3. c) filio 1. d) annis 1. e) r. s. 2. 3. f) *versus deest* 3[b]. g) contra 2. g*) *versus deest* 1. h) Gothius 1; Gottus 2*. 2[a] *plerumque.* i) furens 2*. 2[a]. 3[b]; fervens 2[b]. k) nescia 2; nescius 3[b]. l) eo 3[b]. m) timore 2*. 2[a]. n) pericula 1. 2. 3. o) fervens 2[b]. p) Sequitur consequenter de 2[b]. q) (qui 2[b]. 3[b]) imperavit annis 5 *add.* 2. 3; mensibus 6 *add.* 3[b]. r) Thyberim 2[b]. s) Sequitur nunc consequenter de Thacito imperatore q. 2[b]. t) *deest* 2[a]. 3[b]; qui imperavit menses 7 *add.* 2[a]. [b]. 3; imperavit annos duos 2*, *ubi* Caro *corr.* Tacito. u) qua 3[b]. v) Tacitus 1. w) Sequitur nunc infra de 2[b]. x) *deest* 2. 3; (qui 2[b]. 3[b]) imperavit (per 2*) annos duos *add.* 2. 3. y) convincitur 2[b]. z) perimit 1. 2. 3. a) *ita* 1. b) Carimus 2*. 2[a]; Carinius 3[b]; cum *add.* 2. 3. c) Ium. 2*. 2[a]. d) pater 1. e) flumine 1. f) hic 2. 3. g) Sequitur consequenter de Dyocletiano imperatore 2[b]. h) Diodet. 1 *semper.* i) *deest* 2. 3. k) Maximiniano 2[a]. [b]. l) ex eis 2*. m) metus 1. n) repperant 2*; reperant 2[a]; reperiunt 3[b]. o) pariant 2; parant 3[b]. p) dim. 1. q) mortes primant 1; premunt 2*. 3[b]. r) pravant 2. 3. s) nec *Mur.* t) *in* 2* *haec in margine sequentis capituli, in* 2[b] *post sequentes versus scripta sunt;* Sciendum *deest* 2*. u) Et p. t. *desunt* 2*. v) Item sciendum hic circa textum est 2[b]; h. e. *desunt* 3[b]; S. h. e. q. *desunt* 2*. w) seu 2[a]. [b]. x) *deest* 2[b].

54) Ex Isidoro. 55) Haec unde sumpserit nescio. 56) Ita Isidorus. 57) Ita Isidorus, qui tamen nihil de filiis refert. 58) Ex Isidoro.

35. De[a] Valeriano[b].

Valerius[c] tenet imperium, qui tempore vite
Nullam terrigenis peperit certamine litem,
Unde sui gladii prelia nulla nitent[60.*].

36. De[d] Constantino imperatore[e].

Tunc[f] Constantinus, si vera referre velimus,
Verus christicola[*] fuerat pro tempore primus:
Credidit[g] hoc oriens occiduusque[h] sinus.
Ipse[i] tenens aratrum respexit ab ordine retro;
Eusebius[k. 61.*] post mersit[l] eum baptismate tetro[m.**],
Fine malo claudit, que bene cepta peto.
Credidit in Christum, populusque recepit[n] id ipsum,
Inde dedit[o] licitum patulo[p] predicere[q] Christum,
Condidit ecclesias laude favore suas.
Arrianista manens, miscet[r] certamine[s] tandem,
Nam[t] scelus Eusebii[u] vitam pervertit eandem.
Lege tripertita[62], gesta leguntur ita.
Hunc alienigenam[v] sibi[w] Roma creavit[x] alumnum[y.*],
Cui dedit imperii solium per secula summum,
Qui quasi morte[z] ream post viduavit eam.
Fraude dolo proceres subtraxit ab Urbe Latinos,
Et quasi captivos mox esse coegit Achivos,
Constituens Romam[a] rebus et arte novam[b].
Transtulit imperium, Danais[c.*] dedit ipse favorem,
Dans alienigenis, quem Roma tenebat, honorem,
Romula[d] destituens, Grecula regna colens.
Spurius[e] hic fuerat, quem[f] pretulit aurea Roma;
Interimens[g] dominum, fertur rapuisse coronam;
Cum foret ante bona, nunc fama mala volat.
Non fuit augustus: minuit, non auxit honorem;
Roma suis studiis fertur caruisse decore,
Pressaque perpetuo Roma caduca dolet.
Cardinis imperii tunc partibus[h] enumeratis,
Terna tribus tribuit regalia climata natis,
Tresque tribus iubet hiis participare datis.
Primus habet Danaos[*], dat Romula[i.**] regna secundo[k.***],
Ternus[l.*] habet Babilon Tholomaidaque iure[m] rotundo,
Taliter destituit, quidquid[*] in Urbe[**] fuit.
Istis[n] temporibus crux sancta reperta levatur[*];
Helena prima fuit, cuius probitate paratur[o],
Ut foret ecclesiis crux benedicta caput*.

Nota, Constantinum primum Arianum fuisse et deinde ab episcopo Eusebio Arriano[p] baptizatum (1).

Nota: Constantinus alienigena et non de genere imperatorum, et in territorio domini sui imperatoris Maximiani eius coronam[q] invasit et tenuit (1).

[*] tempore dum primo baptisatus a s. Silvestro (2[a]).

[*] hereticus (2[*]). [**] s. Arrianorum (1? 2[a]. 3[b]).

[*] imperatorem (2[a]).

[*] i. Grecis (2[a]. 3[b]).

[*] Grecos (2[a]). [**] Latinorum (2[a]). [***] Constantino (2[a]). [*] Constancius (2[a]). [*] s. dignitatis et honoris (2[a]). [**] s. Roma (2[a]. 3[b]).

[*] per Helenam (2[a]).

semel Romanum imperium rexerunt et Christi fideles ubicumque[r] interfecerunt. Et dum Galliam rebellantem expugnare progrederentur, sanctum Mauritium cum legione Thebeorum decollaverunt. Hii etiam omnes libros fidei katholice, quos repererunt[s], destruxerunt. Et primo[t] omnium gemmas in vestibus portaverunt. Et annis[u] 22 imperaverunt.

* 2. 3 *addunt:* Sciendum[v], quod iste[w] Constantius[x] ex Helena concubina sua, filia regis Britanie,

[*] 3 *addit:* Hic nulla glossa est.

a) Sequitur nunc infra de 2[b]. b) Galeriano 3[b]. c) Valerianus 1; *superscr.* Valerius 2[a]; Galerius 3[b]. d) Sequitur nunc infra de C. imperatore q. 2[b]. e) *deest* 2[a]. 3[b]; (qui 2[b]. 3[b]) imperavit annis 30 (3. 2[*]), mensibus 10 *add.* 2. 3; diebus 2 *add.* 2. f) Nunc 2. 3. g) Credit 1. h) occiduis 1; occidiusque 2[*]. 2[a]. i) Iste 2. 3. k) *hic versus deest* 2[*]. l) meruit 1. m) retro 1. n) cepit 1. o) ledit 2; credit 3[b]. p) Paulo 1; pant. 2[a]. [b]. q) predicare 2. 3. r) miscetur 1. 2. 3. s) crimine 2. 3. t) *hic versus deest* 2. 3. u) Eusilii 1. v) aliemanam 2[*]; ab emanam 2[a]. [b]. w) *deest* 3[b]; R. sibi 2. x) crevit 2[a]. [b]. y) alum(p)nam 2. z) mortem retinet p. vidimus e. 1. a) R. coegit 2. 3. b) nova 1. c) Daneis 2[*]. d) Rem. 2[*]. 2[b]. 3[b]. e) *plura desunt folio evulso* 1. f) que 2. 3; p. q. 2[*]. g) inspiciens 3[b]. h) temporibus 2[a]. [b]. 3; temporis 2[*]. i) Romulea 2. k) secundus 2[*]. 2[a]; secunda 2[b]. l) Tertius 2. 3. m) *deest* 2. 3. n) Ipsis 2[*]. o) levatur 2[a]. [b]. p) Atriano 1. q) cuius cronica 1. r) ubique locorum 3[b]. s) reperierunt 2[*]. 2[a]; reperierant 2[b]. t) primi 3[b]. u) anni viginti 2[*]; 22 a. 2[b]; i. a. 22 3[b]. v) S. q. *desunt* 2[*]. 2[a]; Item circa textum hunc qui est de imperatore Constantino considerandum est q. 2[b]. w) *deest* 3[b]. x) Constantinus 2[b].

60) Ita Isidorus. 61) Ex Isidoro. 62) Hist. tripartita III, 12. 63) Isidorus.

37. De[a] Constantino et Constantio[b].

Cum[c. 64] Constantino Constans tenet omnia late,
Catholicos qui persequitur tota feritate;
Regibus Eusebius Arrianista placet.
Eusebius[65] cum katholicis dum disputat arte*, * Arrianistarum (2a. 3b).
Nature secreta* petens, divertit ab arce**, * i. secessum (2a. 3b). ** subito moritur (2a); quia moritur luto (3b).
[Qua[d] male dum crepitat, viscera pressa crepant].
Presul[66] Athanasius et Hilarius absque ruina[e], 66
Ordine katholico reparant sibi dogmata prima,
Ordo quibus cleri katholicandus erit.
Tunc[f] quoque gramatice[g] Donatus summus in arte[h]
Ieronimo cum discipulo docet edere partes*: * orationis quotquot sunt (2a).
Nos quoque discipuli possumus esse sui*.

Constantinum Magnum genuit, quem imperatorem Galliarum[i] reliquit. Hic Constantinus[k] contra Maxentium, quem Romani imperatorem fecerunt, signo crucis sibi ostenso triumphavit et evicit[l. 67]. Constantinus[k] et Licinius[m] imperaverunt[n] annis duobus.

Circa[o] textum est notandum, quod Constantinus non fuit Romanus et legitimus, sed alienigena et spurius et dominum suum interfecit ac imperium obtinuit. Hic lepra infectus a medicis consilium recepit, ut in sanguine calido infantium masculorum[p] balnearetur et sanaretur. Ipse vero sanari desiderans, parvulos multos apportari et occidi iussit. Dum vero iam circa locum, ubi hucusque[q] Rome apud Sanctum Iohannem Lateranensem locus lavacri[r] sui constructus[s] cernitur, venisset et parvulos occidendos respiceret, misericordia motus, ait, se potius velle mori quam vitam tantorum parvulorum interimere. Et nocte sequenti ipsi[t] sanctus Petrus apparuit[u] et dixit: *Quia misericordia motus pepercisti parvulis, misertus est Deus tui, ut munderis a lepra. Vadas ad Silvestrum episcopum, hic tibi*[v] *faciet lavacrum, in quo munderis.* Crastino vero die ipsi Silvestro visionem dixit. Cui Silvester ait: *Si credideris in Christum Ihesum, quem Iudei crucifixerunt, cuius ego servus sum, lavacrum faciam*[w]*, in quo mundaberis.* Et ipse dixit, se paratum esse credere, si curaretur. Sanctus Silvester vero[v] eum in fide instruens, baptisavit. Qui in baptismate mundatus fuit[x] et Christo credidit; domum[y] suam in ecclesiam Domino[z] dedit. Quam sanctus Silvester consecravit. Et adhuc est ecclesia sancti Iohannis Lateranensis Rome. Constantinus igitur papam caput mundi in spiritualibus instituit, fidem Christi publice predicare precepit et ecclesiis multa bona dedit. Et quamvis bene incepit, male tamen finivit. Nam in heresim prolapsus Arrianam[a], ab Eusebio episcopo in Nicomedia[b] secundario baptizatus fuit[c]. Hic Constantinus Romanum imperium ita destruxit, quod[d] tribus suis filiis, scilicet Constantino, Constantio et Constanti, divisit[e]. Primo enim[f] dedit Greciam, secundo Romam, tertio[g] Babiloniam et Tholomaidam. Et quilibet regnum suum post mortem patris gubernabat, et ulterius imperium divisum permansit. Istis[h] temporibus sancta[i] Helena crucem sanctam Ierusalem[k] reperit et in toto mundo adorari mandavit. Et partem[l] Ierosolimis reliquit, partem secum detulit[m.*].

* 2. 3 *addunt:* Sciendum[n], quod reges Constantinus[o] et Constantius, filii regis Constantini, fuerunt Arrianiste et Eusebio Arrianiste consenserunt contra fidem katholicam. Et factum fuit, ut ipse Eusebius contra Athanasium et Hylarium contra fidem Christi disputaret. Et dum ipsos rationibus convincere non posset[p], comminando dixit: *Postquam rediero, puniam vos*[q] *et faciam torqueri.* Ipsi vero dixerunt: *Non redeas ergo.* Ipse[r] ad secessum[s] seu secreta nature sedens, omnia

* 3 *addit:* Quod autem Constantinus errorem Arrianum amplexus sit, patet per beatum Ieronimum post Eusebium sic scribentem: Constantinus extremo vite sue tempore ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus in Arrianum dogma declinat, a quo usque in presens tempus ecclesiarum rapine et totius orbis est secuta discordia. Constantinus cum bellum pararet in Persas, in Acirone villa publica iuxta Nicomediam moritur anno etatis sue 66. Post quem liberi eius tres ex cesaribus augusti appellantur. *Hier. ib.*

a) Sequitur nunc consequenter de 2b; De C. Constanti et C. 3b. b) (qui 2b. 3b) imperaverunt annis 24. *add.* 2. 3. c) Dum Constantinus et C. tenent 2. 3. d) *supplevi ex P.; versus deest* 2. 3. e) turma 2a. b. 3; turna 2*. f) Dum 3b. g) gramaticus 2. 3. h) arce 2a. b. i) Gallie 2*; Galliorum 2a; Gallicorum 2b. k) Constancius 2. 3. l) dev. 3b. m) Lucianus 2. n) i. simul 3b. o) Circa t. e. *desunt* 2*; Circa — quod *desunt* 3b, *qui pergit:* Constantinus autem Magnus filius Constancii. p) *deest* 2a. q) usque huc 2*; usque hodie 3b. r) lavarii 2. s) constructum 2*; constructi 3b. t) *deest* 3b. u) a. ei 3b. v) *deest* 3b. w) facio 2*. 2a. x) est 3b. y) et d. 2b. z) dono 2*. 3b. a) Arriani 2. b) ep. incomediam 2*; e. Nicomediano 2b; apud Nicomediam 3b. c) est 3b. d) imp. d. quia 3b. e) illud d. 3b. f) namque filio 2b; e. scilicet Constantino 2*. g) et t. 3b. h) I. etiam 2b. i) *deest* 2*. k) in I. 3b. l) p. sancte crucis 2b. m) 2* *alia manu plura ex Eutropio etc. adiecit.* n) Item sciendum circa textum 2b; Nota quod 2*. o) Constans *add.* 3b. p) petiturus secessum *add.* 3b. q) p. et faciam vos 3b. r) I. vero 2a. b. s) secessum seu *desunt* 2*.

64) Ex Isidoro. 65) De Arrio refert Isidorus. 66) Ex Isidoro. 67) Cf. hac de re infra Panth. cat. imper.

38. De[a] Iuliano apostata imperatore[b].

Clericus[68] imperium suscepit apostata Rome,
Cui Iulianus erat baptismatis[c] ordine nomen;
Iste scelus patrie pravus[d] ubique fovet.
Iste Ierosolimis iam templa iubet reparari*,
Sic et Hebreorum iussit populos* revocari,
Legeque Davitica sanguine* sacra** dari.
Hostis ad hec Christi templum iubet ordine sisti;
Cumque parant lapides prisca statione* magistri**,
Ilico Iudeis obviat ira Dei.
Templa tremunt, pavimenta ruunt, lapidesque sub illis
Ignibus e celis pereunt liquefacta favillis,
[Exiliunt[e] lapides, area sola manet].
Consumens[f] homines, vestes, caput atque capillos,
Igneus[f] ex templo globus est emissus in illos,
Astantesque viri iure[g] cremantur ibi.
Et ne fortuitu mala provenisse[h] putentur,
Signa crucis mox turba ducis* gestare videntur[i],
Gestant Iudei corpore signa* Dei.
Rex[69], ubi pugnatur, dum pressus ab* hoste fugatur,
Sancti Mercurii* mucrone cadens penetratur,
Vulnera vulneribus se meruisse datur.
Defluit a latere validus de vulnere torrens,
Sanguineis manibus quem spargit in aera[k] longe,
Attonitusque magis, dum moreretur, ait:
O Nazarene, vincis, rex magne, minorem;
Ecce triumphanti proprium tibi reddo cruorem;
*Parce michi misero, parcere namque soles**.

* in contemptum Christi (2a. 3b).
* dispersos in Ierusalem (2a).
* vitulorum et hircorum (2a. 3b). ** prout in lege (2a).
* in templo Ihcrosolimitano (2a). ** lapicide (2*).
* Iuliani (2a. 3b).
* crucis (2a. 3b).
* a Persis (2a. 3b).
* militis iam mortui, quem antea dudum interfecit in bello (2a).

viscera sua per posteriora sua[l] exierunt[m], et mortuus est. Sancti vero fidem Christi defendentes et rationibus defendebant. Istis temporibus Donatus gramaticus cum Ieronimo discipulo suo Donatum edidit ad lecturam.

* 2. 3 *addunt:* Sciendum[n], quod monachus[70] apostata Iulianus obtinuit imperium et factus est persecutor Christi fidelium[o]. Hic associavit sibi malos, quos reperire potuit, et cum eisdem regnavit. Et in contemptum Christi Ierosolimis templum reedificari et legem Moysi servari[p] et sanguinem taurorum et hircorum aspergi iussit omnesque Iudeos in mundo dispersos in Iudeam redire iussit. Et factum est, dum templum inciperent reedificare, tam fundamentum quam alie structure tremebant, et[q] ignis de celo descendit, omnia[r] edificia consumpsit et plures homines combussit. Et ne ista casualiter aut fortuitu facta crederentur, rubee cruces tam in vestimentis[s] famulorum imperatoris quam Iudeorum apparuerunt per[t] totam diem et noctem, in argumentum ut[u] crucifixus, quem Iulianus persequebatur, ista admittere nollet[v]. Et Iulianus contra Persas bellans[w], in fugam conversus fuit[x], et ecce videntibus cunctis quidam miles qui dicebatur Mercurius, qui ab ipso Iuliano proximo bello* fuit interfectus et iam sepultus, arma circa sepulchrum suum recepit et equum a Deo sibi paratum ascendit et ipsum Iulianum lancea transfixit et recessit**, ad sepulchrum rediens arma[y] ad locum suum reposuit. Sentiens[z] Iulianus ultione divina se percussum, exclamavit: *Vicisti, Galilee****, *vicisti*, et sanguinem proprium versus celum proiecit, et sic[a] misere interiit tam corpore quam anima[b.†].

* 3 *addit:* pro fide Christi.
** 3 *addit:* in medio exercitus hoc factum est.
*** per litteram *Galilee* intelligitur Christus *gl. add.* 3b.
† 3 *addit:* Fertur ab historicis[71], quod rex Persarum cadaver Iuliani cesaris excoriari precepit et de eius pelle substratorium fieri fecit.

Incipit[q] *particula prima in qua agitur de essentia divina et trinitate personarum in Deo.* II. Quomodo res faciunt tempora et rebus cernitur Deus, autem non concluditur tempore. Quod Deus Pater omnium rerum principium existens in se ipso fecit omnia *etc.* — — — *Introductio secunda tangit de Adam. De hiis require parte secunda et additur de archa Noe et quae secuntur.* De Adam et filiis eius usque ad Noe *etc.* — — —

Incipit particula duodecima in qua agitur de gente Gothorum et de Karlo Martello duce Francorum, patre Pippini Nani. Iste liberavit ecclesiam et Ytaliam a Gothis et primus decimas ecclesiarum consensu prophete Zacharie militibus tradit pro utilitate ecclesie. Eo tempore Beda presbiter obiit. De Carlomanno (imperatore[r]*) qui fecit se monachum I.* De primis Lombardis *etc.* II. — — — De Conrado tertio eunte ultra mare cum Ludoico in manu valida. Et de eorum morte miserabili. LIII. Conputatio annorum ab Adam usque ad 34. Frederici imperatoris sex milia 369 annis. *De hiis require supra in introductione XI. XII. XIII, in qua additur de Enoch et Elia, et de qualitate paradisi terrestris require in capite VII. particule.*

Incipit particula tertia decima, in qua agitur de gestis Frederici, et post ystoria Saxonum, quomodo Macedones fuerunt de exercitu Alexandri, et qualiter Saxones Angliam obtinuerunt, et qualiter dicta est Angriterra primitus, et postea mutatum est r in l; ultimo additur de signis imperialibus. De Henrico sexto imperatore II. Quomodo iuste et honeste debet regnare III. De ystoria Anglorum. De Anglia quae olim dicebatur maior Britania IIII. De Vulgiterno duce Anglorum V. VI. VII—XXI. De insigniis imperialibus quae sint et quid significent. De cruce, quae est capud imperii Romani. De imperatore, qui habet in scapulis suis innatam crucem. De gladio imperiali quare portatur erectus XXII.

Introductione tertia decima habetur de tempore quo Matheus scripsit euangelium. De tempore quo Petrus apostolus Romam venit et quot annis ibi sedit. De Nerone qui Petrum et Paulum martirizavit. De tempore qua colopsus erectus est et cuius altitudinis fuit. De Domitiano superbo, qui Iohannem relegavit, sub quo imperatore insignia edifitia fiunt Rome. De eius morte. De Traiano imperatore, qui Iohannem revocavit. De tempore Galieni medici. De tempore Originis et Iulii. De tempore Eusebii Cesariensis, Victorini rectoris[s], Prisciani et Donati. De tempore Basilii Cesariensis et Didimi. De exaltatione crucis per Eradium[t] imperatorem.

a) Dei eterni sancteque ecclesie Romane atque Romani imperii A. b) ysagoge A 1. 2. c) universum librum A. d) Gotifredo B 1. e) Fiderici *corr.* Federici A 2; Fed. B 2. f) augusti A. g) teothon. B 2; He(E)breorum *add.* A. h) tractantes A; tractaturi *e corr.* B 1 *et ita* B 2. i) posse h. A. k) et — disputaret *desunt* B 2. l) q. aliquantulum i. d. d. b. A. m) inueniret A 1. n) in quo A 1. o) sunt A 2. p) nos vel M. A 2. q) *quae littera obliqua imprimi feci rubro scripta sunt.* r) *deletum est.* s) *l.:* rhetoris. t) *l.:* Eraclium.

antiquorum patrum doctoribus, procedimus per ordinem et seriem totius veteris et novi testamenti.

Ad hec[a] omnium regum et regnorum et imperatorum tempora et etates, annos[b] et nomina et principalia gesta eorum ab initio mundi usque ad nostra tempora, in quantum ratio patitur et expedire videtur, memoriam compendiosam apposuimus. Testes autem et autores[c] super vetus testamentum [secundum[d] Ebreorum istoriographos magnos], quos imitamur et sequimur, sunt hii: Moyses, Iosue, Esdras, Iosephus, Isidorus, Dionius[c.1] et Strabus et Egesippus et Orosius et Suetonius et Solinus de mirabilibus mundi. Qui nobis non tantum historias Ebraicas, set omnium[f] regum et regnorum antiquorum nomina et gesta et annos et tempora lucide et ordinate resignant[g]. 1

[Ante[h.]* tempora vero Ebreorum, immo ante diluvium ab ipso Adam sunt antiquitatum notarii et istoriografi. Adam primo loco illa quae de mundi constitutione cognovit scripsit,

* *Similia in Pantheo pluribus locis leguntur:*

Scribentibus nobis de[i] prima hominis creatione, quotiens plura vel magis diversa ponimus, quam in libris Moysi scripta reperiuntur, ydiote et invidi quidam[k] subsannare videntur, asserentes, nos de propria adinventione omnia et non de auctoritatibus scribere, omnia[l] illa que ipsi in bibliotheca nequeunt invenire, tamquam extra illam alie non essent auctoritates. Quapropter alios in presenti capitulo[m] multos assignare curamus antiquitatum auctores, ampliora scribentes, quam[n] Moyses vel sancti patres scripsissent. A quibus ipse Moyses et Esdras et Iosephus aliique veteris testamenti auctores, si voluerunt, poterant plurima didicisse. Immo pro certo credimus, quod ab eis plura didicerunt[o] quam scripserunt. Primus itaque protoplastes[p] Adam, quem omnium rerum scientiam et omes artes legimus habuisse, et post suam creationem diuturnitate[q] temporum multa didicisse, potuit et voluit iuniores suos ea que ipse noverat edocere. Post quem filius eius Seth, qui usque ad portas paradisi legitur [in[r] Iosepho[2]] processisse, plura novit, et ad posteros ea transmisit. Cuius filius Enos docuit filium suum[s] Caynan[t]. Qui docuit suum filium[u] Malaleehl. Ille etiam filium suum Iaret. Qui docuit Enoc. Ille autem filium[v] suum Mathusalem[w]. Et ille filium[x] Lamec, patrem Noe.

Ab Adam usque ad Noe sunt decem tantum generationes iste, quas diximus. Que omnes sese invicem videre et[y] docere potuerunt.

Ultimus autem[z] Noe et tres filii eius, qui nati sunt ante diluvium, potuerunt omnes priorum antiquitates ad posteros tansmisisse; et precipue filius eius Sem, qui ante diluvium centum annis natus est. Et legitur post diluvium 535[a] vixisse[b]. Ille plurima vidit et docuit.

Abraham quoque inbutus omnibus artibus Caldeorum. Et Berosus, qui omnes libros Caldaicos defloravit. Et[c] Mochus. Et Estius. Et Ieronimus Egiptius. Et alii auctores barbari multa scripserunt. A quibus omnibus[d] ystorias et actoritates trahimus et tenemus et docemus — — — —

Sem, filius Noe, sicut superius diximus, natus est centum annis ante diluvium; et vixit annis 35 post mortem Abrahe; qui etiam vocatus est Melchisedech, rex Salem, et mortuus est anno 35. post mortem Abrahe[3]. Ille primus sacrificavit in pane et vino. 3
Norma autem[e] eius sacrificii usque ad[f] Moysen et[g] Aaron perduravit, eiusque sapientiam ad eos transmisit.

Ad hec Abraham artibus et scientia Caldeorum inbutus, non solum suos, set etiam Egiptios, cum in Egypto peregrinabatur, legitur omnes artes docuisse[4]. Unde prima sapientia ab Egiptiis ad Grecos, a Grecis ad Romanos, a Romanis ad Gallos et Yspanos legitur transmeasse.

Vide, lector, quanta sapientia fuit ante tempora Moysi et Iosephi. Moyses legitur quidem[h] fuisse instructus cuntis artibus Egiptiorum. Preterea tamen ante[i] eum et post eum fuerunt auctores gentiles multi, qui gentilium regum annalia scribentes, ab initio mundi ystorias col-

a) hoc B 2. b) et a. B 2. c) actores B 2. d) s. E. i. m. *desunt* A, *add.* B 1 *secunda manu, et ita* B 2. e) Dionisius A 1. f) dn̄iū A 2. g) resignant A; assignant *e corr.* B 1. h) *haec desunt* A; B 1. *add. secunda manu, et ita* B 2. i) mundi principio aut de B. k) *deest* B. l) s. quecumque i. B. C. m) tytulo C 1. n) quam — scripsissent *desunt* B. C. o) q. s. d. B; q. scripserint d. C. p) prothoplastus C 1. 3. 4. q) diuturnitatem B 2. C 1. D 1. r) in I. *desunt* B. C. s) s. f. B 2. t) C. q. d. s. f. *desunt* B 2. C 3. u) f. s. C. v) f. s. *desunt* B 2. w) Matusalam C 1. 3. 4. x) f. *deest* B 2; f. suum C 1. 4; Malec D 1. y) ac C 1. z) a. eorum B. C. a) annis *add.* C. b) qui et vocatus est Melehissedech rex Salem *ut infra pergit* B. c) *deest* C 3. D 1. d) *deest* C 1; A q. o. *desunt* C 4. e) etiam B. C. f) *deest* D 1. g) et A. *desunt* C 1. h) *deest* B 2; q. l. C 1. i) P. fuerunt a. B 2; P. autem eum D 1.

1) Dios a Iosepho Ant. Iud. VIII, 5, 3; Strabo XIV, 8, 3 afferuntur; sed nomina Gotifredus fortasse aliunde sumpsit. 2) Haec minime apud Iosephum leguntur. 3) Cf. Petrus Comestor I, c. 46. 4) Iosephus Ant. Iud. I, c. 16; Petrus Com. I, c. 45.

et Seth filio suo reliquid. Seth scripsit, et reliquit filio suo Enos. Enos reliquit filio suo Cainan. Et Cainan reliquit Malalehel. Qui scripsit, et reliquit filio suo Enoc. Qui scripta reliquit Matudalam. Qui reliquit filio suo Lamec. Lamec scripsit filio suo Noe. Noe dixit et scripsit filiis suis, Cham, Sem et Iaffet. Cham factus est astrologus, et vixit et regnavit usque ad tempora Beli [a], patris Nini regis, et scripsit 7 artes liberales et gesta preteritorum. Item Sem, filius Noe, qui natus est 100 annis ante diluvium, et vixit 500 annis et 35 post diluvium, videlicet usque ad tempora Abrahe, et 35 annis ultra tempora Abrahe. Qui fuit rex Salem, id est Ierusalem, qui etiam vocatus est Melchisedec. Ille idem Sem, filius Noe, multa scripsit et ea posteris reliquit et morem sacrificandi in pane et vino instituit; qui usque ad tempora Moysi et Aaron perduravit. Abraham Chaldeus artes Chaldeorum et Egiptiorum similiter novit et posteros docuit. Moyses etiam [b] artibus Egiptiorum per studium filie Faraonis eruditus fuit et posteros docuit. Novit etiam omnia per spiritum Dei, quecumque in mundo et ante mundum fuerant. Preterea Ihonitus, Noe filius, quem genuit post diluvium, astrologus fuit [5] et iustus ante Deum, qui legitur raptus fuisse in paradisum et ibi omnia didicisse, que erant ante mundi constitutionem, et arborem illam de paradiso portasse et in monte Libani plantasse, in qua Christus postea est crucifixus, sicut in corpore libri istius plenius continetur, ubi de Christi passione tractamus. Sunt et alii barbari sive gentiles istoriografi, secundum libros annales antiquorum regum, qui omnia que contigerant integraliter descripserunt, nec aliquid non scriptum reliquerunt; quorum nomina
6 aliqua hic dicemus: Mamenot [6], qui descriptionem fecit Egiptiorum, Berosus, qui defloravit omnia scripta Chaldeorum, Mochus, et Estius, et Ieronimus Egiptius [d], et alii multi barbari sive gentiles istoriografi concordant istoriis et cronicis nostris. Ad hec christianos et catholicos doctores, quos imitamur, in supposito titulo contemplare [e 7]].

legerunt litterisque barbaricis nichil intemptatum [f] reliquerunt. Quorum primus fuit Yhonitus, Noe filius, natus post diluvium, astrologus, qui fuit raptus in paradisum. Unde arborem illam tulisse et plantasse dicitur, in qua postea Christus est crucifixus. [De [g] qua arbore [h] in sequentibus dicemus, cum de novo testamento tractabimus.] Ille multa conscripsit et posteris reliquid. Item fuit [i] magnus ystoriographus [k] Mamenot, qui descriptionem fecit Egiptiorum. Fuit etiam Berosus, qui defloravit omnia scripta Chaldeorum. Fuit Mochus, et Estius, et Ieronimus [l] Egiptius, et alii multi barbari ystoriografi. Moysen tamen, tamquam a Deo missum, inter omnes summum reputamus. Nec tamen propter eum alii sunt abrogandi [m].

— — — —

De barbaris actoribus istoriarum a [n] diluvio usque ad Abraham et qualia tempora fuerunt.

Estimant quidam, a tempore diluvii usque ad tempora Nini et Abrahe nullas ystorias esse conscriptas. Quorum temporum Chaldeos [o] et Egiptios scriptores subscriptos vixisse, Iosephus narrat.

Iud. I, 6. Illorum [p] autem unus, nomine Berosus, sic scribit: Navis Noe, que in Armeniam venit, circa montem Gordenium [q] adhuc aliqua pars est. Item Manasseas Damascenus in libro ystoriarum suarum 87. de eadem causa dicit: Est et super Miliadam excelsus mons [r] in Armenia, qui Paris appellatur, ad quem multos fugientes novimus a [s] diluvio liberatos.

I, 8. Item Iosephus dicit: Nemo putet falsa esse que dicta sunt ab hominibus prime etatis. Illi namque, tamquam noviter a Deo facti, diu viventes, et religionem [t] sectantes, astrologie et geometrie [u] vacabant. Quas scientias ibi [v] ipsi discere non potuissent, nisi Deus vitam usque ad annos sexcentos eis ad [w] spatium concessisset [x]. Per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Cuius rei testes sunt omnes illi, qui Egyptiorum et Grecorum antiquitates primevas scripserunt, ut Mamenot [y] ille [z], qui descriptionem fecit Egiptiorum, et Berosus, qui defloravit omnia scripta Chaldeorum, et Mochus, et Estius, et Ieronimus [a] Egiptius. Isiodus [b] quoque et Fratheus [c] et Fillaneus [d] in hoc concordant.

a) belli B 2. b) et B 2. d) et Egiptius et quidam Ieronimus *corr. ut editum* B 1; et Egecius Ieronimus et B 2. e) sub hoc signo respice sursum ::o *add.* B 1. f) intemptarum D 1; intentandum B 2. g) De — tractabimus *desunt* B. D. h) *deest* C 1. i) Fuit etiam C 4. k) h. magnus M. C 3. l) Geron. D 1. m) hucusque erat in glossa *add.* B 2; *qui plura omisit spatio vacuo relicto.* n) i. a. qui erant ante tempora Moysi C. D; *rubra deest* B. o) C. et E. *desunt* B. C. p) Illorum — Noe *desunt* B 2. q) Gorium B 2; Gordeium C 1. 4. r) *deest* C 4. s) ad D 1. t) regionem C 4. *ed.* u) astrologia geometria C 1. 4. v) *deest* B. C. w) *deest* C 1. x) dedisset C 1; cessisset D 1. y) Mameton B 2. D 1; Maneton C 3; Mahmeton C 4. z) *deest* C 1. 3. 4; qui *deest* C 3. a) Geron. D 1. b) Esiodus C 4; Isidorus E 5. c) Frauteus B 2; Frateus C 1. 3; Frotheus C 5. 6; Sratheus C 4. d) Filianeus B 2. D 1; Filaneus E 1.

5) Similia Petrus Comestor I, c. 38 habet; sed Gotifredus alium secutus esse videtur. 6) Sequentia nomina ex Iosepho Ant. Iud. I, 3, 9 descripsit. 7) Haec ad sequentem prologi partem referenda sunt.

Novi autem testamenti doctores et testes imitamur istos, duodecim apostolos, quatuor euangelistas, et[a] Clementem papam primum[b] a beato Petro, et Dionisium Ariopaitam[c], Eusebium Cesariensem et Origenem et Athanasium*, Ieronimum, Boetium de Trinitate, Augustinum et Bedam. Istos patres et magistros per omnia libri capitula in textu vel in margine libri autores[d] semper signamus; ne forte res tam antique, tam varie et tam multiplices de nostro proprio arbitrio magis quam de[e] auctoritatibus[f] antiquorum scripte ab aliquo estimentur.

Sciendum[g] autem, quod tempora et annos et aetates[h] omnium regnorum et regum nos secundum tempora Ebraice veritatis colligimus. Et unicuique tempori Ebreorum gesta gentium [et[i] regum] tunc in toto orbe viventium contemporaliter interseruimus, sicut hic exempli gratia ostendemus[k]. Cum Abrae tempora describimus, statim iuxta[l] eum capitulum ponimus de Belo[m] primo rege Assiriorum et Egiptiorum et de Nino filio[n] eius rege Ninivitarum, atque de aliis gentibus ipsius temporis. Rursumque hiis dictis ad Hebraicam istoriam remeamus. Similiter etiam[o] sub tempore Isaac ponimus alia regum et gentium mundi[p] gesta contemporanea, et iterum ad Hebreos remeamus. Similiter et[q] sub tempore Iacob, et sub tempore Moisi. Atque ita procedimus per omnes etates et omnia[r] tempora Ebreorum usque ad tempora domini[s] Ihesu Christi. Ubi quia gesta et istorie Ebreorum deficiunt, proponimus deinceps gesta et tempora Romanorum regum et consulum et imperatorum, adicientes eis omnium aliorum regnorum et gentium[t] gesta contemporanea[u]. Adiungimus etiam eis contemporaliter Romanos pontifices contemporaneos, sicut fuisse leguntur in diebus uniuscuiusque[v] imperatoris, assignantes unicuique pape suos annos et menses et dies. Nomina[w] autem gentium et regnorum, quorum in[x] veteri vel novo testamento gesta et tempora commemoramus, hec sunt. Primo loco scribimus genealogiam[y] et acta que digna sunt relatione ab Adam usque ad Noe secundum Moisen et Iosephum et Isidorum et Dionium[z] et Strabum [et[a] secundum alios quos supra taxamus]. Consequenter post primam mundi aetatem dicimus de generationibus et regibus et regno[b] Ebreorum, a diebus Noe ordientes usque ad Christum. Quorum gestis et temporibus omnia regna subscripta contemporaliter inseruntur, [videlicet[c]] regnum[d] Babiloniorum et Assiriorum et Egiptiorum, Persarum et Medorum, Ethiopum et Indorum, regnum Sitioniorum et Ligdorum et Argivorum et Thessalonorum[e] et Lacedemoniorum, Troianorum[f], Grecorum, Macedonum, Antiochorum[g], Albanorum, Sicambrorum, quod[h] est Francorum[i], Italicorum, Siciliorum, Tuscorum, Lonbardorum, Suevorum[k], Saxonum, Senonum Gallorum, Gothorum, Guandalorum, Hunorum, Ungarorum, Ispanorum, Britonum[l], Anglorum, Danorum[m], Scotorum, Frisonum[n] et Gualensium[o] et Rutenorum. Ultimo autem loco ponimus omnium imperatorum Romanorum a Iulio Cesare usque ad dominum Fridericum et filium eius Henricum sextum, cui librum istum fecimus. Istorum autem regum, ubi causa postulat, memoriam facimus, set gesta omnium, cum sit inpossibile, non narramus, de quibusdam plus et de aliis minus tangentes eorumque[p] memoriam versibus inserentes. Preterea ad istorias supra memoratas cronica omnia, que catholica tenet aecclesia, secundum Eusebium, Ieronimum et Bedam, per[q] etates et tempora conpetentia inseruimus; quatinus istius libri lectoribus parum vel nichil de omnibus antiquitatibus subtrahatur, set habeat secutura posteritas quod de mundi cursibus et etatibus successoribus suis[r] hostendat.

Ad hec tantarum et tam[s] multiplicium rerum et temporum varietates considerantes, necessarium ac perutile per omnia fore conspeximus, ut quasdam breves isagogas, quibus lectores ad huius voluminis noticiam introducantur, prelibare curemus, et multifarium istud istoriarum pelagus tali ordine disponamus, ut, dum lectores per ipsum fluctuaverint, totius

* A *addit:* et Ylarium, Ambrosium.

a) *deest* A. b) secundum A; primum *e corr.* B 1. c) Arop. A 1. 2. d) actores B 2. e) *deest* A. f) auctoribus *corr.* auctoritatibus B 1. g) S. est B 2. h) et. et annos B 2. i) et r. *desunt* A. k) ostendimus A 1. l) iusta A 2. m) Bello A 2. B 2; *corr.* Belo A 1. B 1. n) et filio B 1. 2. o) et A 2. p) gesta mundi A 1. q) etiam A 1. r) per o. A 2. s) d. nostri B 2. t) et etiam g. B 2. u) et c. A 2. v) u. leguntur A 2. w) Omnia A 2. x) *deest* A 2. y) geneagogiam A 2. z) Dionium *corr.* Dionixium A 1. a) *haec desunt* A; *add. sec. manu* B 1, *et ita* B 2. b) regum et *corr.* regno A 2. c) *deest* A; *e corr. add.* B 1, *et ita* B 2. d) Regna A 2. e) Tesal. A 2. B 2. f) Romanorum et G. B 2, *ubi plura omissa sunt, spatio vacuo relicto, partim alia manu in margine suppleta.* g) Anthiocorum A 1; Anthichorum A 2; *deest* B 2. h) qui et A; quod est *e corr.* B 1, *et ita* B 2. i) ante B 2. *corr. in marg.* Francorum. k) Sueuonum et S. A 2. l) Briet. A 2; Britor. B 2. m) clannorum B 2. n) Frixonum A 2. o) Walemsium B 2. p) que *deest* A. q) per — inseruimus *desunt* A 1. r) *deest* A. s) *deest* A 2.

erroris vel[a] impedimenti remotis obstaculis, ad portum istorie, quamcumque[b] tunc desideraverint, valeant sine labore perduci et in hiis que invenerint erudiri[c]. Itaque in singulis huius libri particulis singulas isagogas conpetit dispensari, quarum conductu lectores per hec maria remigantes ad optatum portum, perlectis hic prius rerum cursibus et lectionum varietatibus, plane proficiscantur atque per hoc elogium tamquam per hostium inducantur. Has autem isagogas, id est introductiones, hic, antequam ad libri perveniatur exordium, autore Deo per ordinem distinguemus.

Prima isagoga vel introductio prime partis libri erit de tractatu divine essentie ante omnem mundi creationem, et de trinitate atque unitate in Deo, et de mundo arcetipo[d], in quo erat Deus, antequam hunc mundum formasset, et de angelis, et de forma[e] et motu firmamenti, de cursu stellarum et planetarum, de quatuor elementis, et de aliis usque ad creationem Ade primi hominis a paradiso eiecti.

Secunda introductio secunde particule huius libri incipit ab Adam describere nomina et acta patrum et filiorum et qualitates[f] illorum temporum, et pauca gesta eorum, quia liber noster eorum gesta versifice representat usque ad tempora Noe post diluvium.

Tertia introductio[g] erit Ebreorum[h] monstrare genealogiam et regna et annos et etates et nomina et acta regum et patriarcharum et prophetarum Ebreorum a diebus Noe usque ad Christi nativitatem.

Quarta introductio erit de Belo[i] rege primo Assiriorum et de rege Nino, filio eius, in Ninivem, cuius uxor fuit Samiramis[k] regina mirabilis, et de principio et fine regni Assiriorum, quot annis stetit, sub quo rege defecit, et per quem dissipatum fuit. Cuius regni principium a tempore Noe colligemus et usque ad Cambisem, filium Ciri[l] regis Persarum, a quo etiam[m] dissipatum ac subiugatum est, perducemus.

Quinta introductio monstrabit de regno Sitioniorum[n], quo tempore inceperit[o], quot reges habuit, quamdiu duravit, et quo tempore finem habuit.

Sexta introductio erit de regibus Egipti monstrare, quo tempore et sub quo rege inceperint, quot reges habuerint[p], quot annis duraverint[q], et quo tempore finiverint. Ordiemur autem ipsum regnum a tempore Noe usque ad Cirum regem Persarum, a quo etiam est[r] subiugatum.

Septima introductio[s] erit de regibus Argivorum, quo tempore ipsorum regnum et sub quo rege inceperit, et quot annis duraverit, quo tempore finierit.

Octava introductio erit[t] de regibus Persarum monstrare a tempore Nabuchodonosor[u] et filiorum eius, quomodo regnum Babilonum a Persis subiugatum est [per[v] Darium regem et nepotem eius Cirum] et nomina et annos et acta Babiloniorum atque Persarum et Medorum regum distinguere usque ad Alexandrum Magnum. [w]Cirus rex destruxit regnum Ligdorum.

Nona introductio de regibus Antiochorum[x] et Egiptiorum [post[y] Alexandrum Magnum], et de Machabeis et de sacerdotibus et populis Iudeorum, qualiter cum Antiochis regibus preliati sunt usque ad tempora Erodis regis, sub quo natus est Christus.

Decima introductio erit de Christo et de apostolis et pontificibus Romanis, tempora[z] et annos et menses[a] et dies et[b] acta et nomina eorum usque ad tempus Lucii pape tercii, sub[c] quo et nos hodie sumus. Adiuncta istoria de nativitate et vita Marie[d] virginis et sancti Iohannis baptiste.

Undecima introductio erit de regibus Francorum, id est Teutonicorum[e], qui olim dicebantur Iermani[f] vel Sicanbri, qui etiam a Troia exierunt eo tempore quo Eneas intravit Italiam. Dicemus autem eorum principium et finem usque ad domnum Fridericum[g] nostri temporis[h] imperatorem et filium eius[i] Henricum sextum, a tempore Noe incipientes[k].

Duodecima introductio erit de regibus Italie[l] a tempore Noe, quo tempore ceperunt[m], et qui et quot reges fuerunt, et quot[n] annis unusquisque regnavit, usque ad reges Albanorum

a) *deest* A 2. b) quam A 1. c) leviter e. B 2. d) acetipo B 2. e) motu et forma A 1. f) qualitate A 2. g) eorum *add. sed post delevit* A 2. h) *deest* B 2. i) Bello B 2. k) Samaramis A 2. l) *deest* A m) et A 2. n) Sitionorum *corr.* Sitiniorum A 2; Sitiniorum A 1. o) incepit A 2. p) habuerit B 1. 2. q) durauerit B 2. r) est etiam A 1. s) inductio *postea corr.* introductio A 2. t) *deest* B 2. u) Nabudochodonosor A 2. v) *haec desunt* A; regem *et* n. e. *post add.* B 1. w) Tunc *add.* A; *erasum in* B 1; *deest* B 2. x) antiquorum *postea corr.* Antioquorum A 2. y) p. A. *supra post* Ligdorum *leguntur* A 1. 2. z) et t. B 2. a) et menses et annos A 1. b) *deest* B 2. c) s. q. *desunt* A 2. d) beate M. B 2. e) Teot. A 2. B 2. f) *ita* A 2. g) Fred. A 1. 2. B 2. h) nostrum imp. B 2. i) *deest* A 2. k) inc. a t. N. A 1. 2. l) i. qui a A. m) incep. B 2. n) quo A 2.

et inde usque ad Romulum et usque ad Tarquinium Superbum, et inde per consules Romanorum, et annos et tempora et acta eorum usque ad Iulium Cesarem, post quem incipiunt imperatores.

Tercia decima introductio erit de imperatoribus Romanorum ab Octaviano Augusto usque ad Karolum Magnum primum Francorum imperatorem. [Cuius[a] genealogia est dicta in tractatu Francorum usque ad domnum Fridericum.] Quam[b] genealogiam similiter a tempore Noe orditi sumus.

De aliis regnis et regibus, quos supra taxavimus, proprias introductiones non oportet apponere, quia nec ipsi tam ordinatas nec tam principales, sicut isti quos posuimus, istorias habent. Ponimus autem eos incidenter in casu, quotiens et ubi causa exposcit, videlicet reges Tuscorum, reges Lonbardorum et Gothorum[c] et Vandalorum[d] et Hunorum et Ispanorum et Britonum et Danorum[e] et Scotos et Rutenos et Frisones[f] et Walenses[g], et huiusmodi, quorum longam mentionem[h] in libro hoc facere non oportet, nisi fiat hoc, ut diximus aliquando[i], incidenter. Quemadmodum in istoria Enee introducimus Turnum regem Tuscorum, in istoria vero Karoli Magni inducimus Luprandum[k] et Agistulfum[l] et Desiderium reges Lonbardorum. Et ita de aliis omnibus.

Gesta autem domni Friderici[m] imperatoris sunt in fine libri, et omnia insignia imperii scripta et significationes eorum, videlicet de sancta cruce, de lancea, de gladio, de corona, de[n] sceptro. Et etiam ibi istoria Anglorum et[o] Merlini prophete Anglorum[p].

Incipit prima introductio de essentia divina et[q] de trinitate personarum in Deo.

Ad distinguendas sancte Trinitatis personas *etc.*

Incipit secunda introductio ab Adam usque ad[r] Noe.

Introductio tertia de origine Ebreorum et de[s] regno et regibus eorum et de patriarchis[t] et prophetis et iudicibus eorum usque ad transmigrationem Babillonis, ubi omnes[u] Ebrei captivati sunt, et postea de templi restauratione.

Item[v] introductio 4. de regibus Babillonum et Assiriorum et de principio et fine eorum.

Quinta[w] introductio de principio et fine regni Sitioniorum.

Sexta introductio de regno[x] et regibus Egiptiorum, quo tempore et sub quo rege incepit[y], et quamdiu duravit[z], et quot reges habuit.

Septima introductio de regno[x] et regibus Argivorum.

Octava[a] introductio de regibus Persarum et Medorum.

Nona[b] introductio de regibus Antiochie[c].

Explicit tractatus omnium regnorum paganorum et Iudeorum et omnium orientalium regum.

Introductio[d].

De Troianorum regum origine et fine specialem tractatum nos facere non oportet. Inferius enim de regibus Italie et Francie originalem[e] lineam ordientes[f], initium, medium et finem Troianorum inseremus, asserentes, Troiam a Troio, filio Iovis, nomen principiumque recipere et in Priamo atque Anchise, patre Enee, finem accepisse. Actor loquitur.

a) *haec desunt* A. b) Cuius A. c) Gottorum A 1. 2. d) Gualdalorum et Lusunorum A 1; Guadalorum A 2; Uandolorum B 2. e) Dannorum B 2. f) Frixones A. g) Ualenses A. h) intentionem A 1. 2. i) *deest* A. k) Liprandum A 2. l) Agust. B 2. m) Fred. A 1. B 2. n) et B 1? o) *deest* A 1. p) ad distinguendos *add.* B 2. *quae ex sequentibus sumpta sunt.* q) et de *desunt* B 2. r) *deest* A 2. s) *deest* A 1. t) p. eorum B 2. u) Hebrei c. s. o. A 1. v) Quarta i. de r. Assyr. Item introductio IIII. de regno Assyriorum et Babilonum et p. et f. A 1; Quarta i. d. r. A. et Babiloniorum A 2. w) *deest* B; V^a. i. de regibus Sitionie A. x) r. et *desunt* A 2. y) inceperit A 1. z) *deest* A 1. a) Incipit o. i. regum P. A 1; O. i. de r. Babilonum et Persarum et Medorum et Antiochum usque ad Christum A 2; de r. P. et M. *desunt* B 2. b) Item nona A 1; Item decima A 2. c) Antiochorum A. d) *sequentia ex* B. *edidi; similia etiam in codd.* A. *leguntur.* e) originem B 2. f) ordietem B 2.

De regibus Grecorum.

Actor loquitur. De Grecorum regni[a] origine inferius satis dicetur[b], ubi Italicorum lineam orditi sumus. Diximus enim, quia de proienie Sem . . . . . Ab Italicis enim Troia destructa est.

Actor loquitur. Monstratum est etiam superius, Alexandrum Magnum a Iovis semine procreatum, quemadmodum in suo epitafio continetur, cum dicit: *Alexander semen Iovis* et cetera, teste[c] Solino[8] de mirabilibus mundi.

De regibus Lombardorum.

Cronica Lonbardorum dicunt. Lombardorum regum legimus Alcuinum[d] fuisse . . . . . et regnum Lonbardorum suo tempore expiravit.

Hic[e.*] ponendum est de regibus Gothorum et Ungarorum et Anglorum.

De genealogia et origine regum Germanorum, que est regum Francorum vel Teutonicorum.

Noe vixit . . . . . .

Fridericus primus, nepos Conradi tercii, imperat nunc annis 35, et cum eo filius eius Henricus sextus[f].

Ecce habes, lector[g], clarissimam regum[h] genealogiam a tempore diluvii usque ad imperatorem nostri temporis dominum Fridericum; ita dumtaxat quod omni tempore et per omnes etates successio fiat[i] illius sanguinis sive de patre in filium sive in fratrem sive in nepotem aut in consanguineum istius[k] parentele. Et si aliquando in alienam proieniem successio regum exorbitasse[l] asseritur, semper ad prime stirpis propaginem redire monstratur, et semper ad propriam rediit parentelam[m].

Alexander Magnus etiam ex eadem regum propagine legitur emanasse, teste Solino 8 de mirabilibus[8]. Qui asserit, epitafium Alexandri in Babilonia[n] sic incepisse: *Alexander*

* A. *sequentia ita habet:* De regibus Gothorum. Gothorum reges fuerunt . . . . . leges Gothorum.
De regibus Ungarorum. Ungarorum regna . . . . . desolaverunt.
De Anglis. Anglis reges aliquando . . . . . reperiantur.
De Yspanis. Yspaniorum reges . . . . . assignare.

De Ruthenis et Sclavis et Sileribus ut Scoti et Yberni. De Rutenis et Scotis et Sclavis et Danis et Yberniensibus[o] et de Gualensibus et Frislanda et Islanda, natura et vita eorum non meruit, ut inter gesta et regna regum principalium eorum memoria consignetur. Descriptis igitur Asiis regnis omnibus et regibus, ad summos principalesque patres ac principes christianorum omnium, scilicet Romanos pontifices, convertamur, eorumque initium et finem a tempore Christi usque ad presentem patrem christianorum Lucium tercium describamus. Romanos enim pontifices in hac sexta mundi etate super omnes mundi reges divina voluit providentia dominari atque per eorum doctrinam presentis et eterne vite consolationem christianum populum promereri.

Proemium de Romanis pontificibus. Quamvis igitur de Romanis pontificibus in tractatu imperatorum satis dixerimus et unicuique imperatori papam sui temporis unum vel plures iuxta veritatem adiunxerimus ibique tam imperatoris quam pape nomen et annos et menses et dies distinxerimus, placuit tamen in ysagogis istis eorumdem pontificum nomina et annos et menses et dies per ordinem apponere eorumque acta et tempora sub breviori titulo consignare, ut illi quibus prolixum libri textum legere videtur forsitan tediosum sub hoc brevissimo titulo omnia que appetunt facilius experiantur. Superius namque in principio istarum ysagogarum nos spopondisse meminimus per istas introductiones totius libri nostri memorialis obscuritatem auferre cunctisque lectoribus tantum intelligendi ordinem prebere[p], ut quasi hostium eis omnibus ad intelligenda omnia visus sim aperire.

Introductio decima de omnibus Romanis[q] pontificibus a tempore Christi usque ad dominum Lutium tercium papam, qui nunc sedet. Christus sedit in hoc mundo..... Adrianus sedit annis 4, mensibus 9. Iste unxit imperatorem Fredericum[r]. Alexander sedit annis 12. Lucius sedet nunc. Sedet etiam Fredericus[s] imperator anno sue exaltationis 35. et cum eo filius eius rex Henricus VI.

Circa finem particule undecime, ubi descripta sunt testimonia prophetarum *etc.*

Undecima introductio de genealogia regum Iermanorum[t], quae est Francorum.

a) etiam r. A. b) superius satis dictum videtur A; *corr. ut editum* B 1 *et ita* B 2. c) t. s. de m. m. *post add.* B 1; et teste B 2. d) Actuinum B 2. e) *haec rubra in mary.* B 1; De reg. G. et U. et A. Introductio de g. B 2. f) De eodem *add.* A. g) *deest* B 2. h) *deest* A 1. i) fit A 2. k) ipsius B 2. l) exuenisse B 2. m) De regibus Grecorum *add.* A. n) Babiloniam B 2. o) ybniensibus A 1. p) o. et prebere A 2. q) *deest* A 2. r) Fed. A 2. s) Frid. A 2. t) Germ. A 1.

8) Haec apud Solinum (ed. Mommsen) frustra quaesivi.

semen Iovis etc. Omnes etiam reges Antiochie ab ipsius Alexandri parentela surgentes videntur supra memorate regum linee coherere. Grecorum quoque reges eadem ratione procedunt. Clatitaus[a] enim rex Grecorum, filius regis Iovis Atheniensium, genuit Atrium, a quo dicuntur Atrides; Atrius autem genuit Pelopem[a*]; Pelops autem rex genuit Menelaum, maritum Helene et fratrem eius regem Sicilie Agamenonem. Omnes etiam Romanorum imperatores inde veniunt atque omnes reges Italie, sicut in supposita pagina ostendemus. Revertemur iterum ad Noe, et inde Romanorum imperatorum et omnium Ytaliorum regum lineam ordiamur.

De[b] genealogia et origine omnium regum Italie introductio.

Noe vixit .....

et fuit Roma sub regimine consulum annis 464. Ecce iam descripsimus de patribus in filios et in nepotes vel consanguineos omnium regum Ytalicorum usque ad Tarquinium per unam lineam et[c] Francorum per aliam lineam proieniem et successiones a tempore diluvii usque ad tempora domini Friderici imperatoris.

Cronica Italicorum regum.

Notandum autem, quod regnum Italicum, quod sub Iano primo rege Italie, ut diximus, accepit initium, currit per annos 813 et per reges Latinos 7 et per Albanos reges 15 et per Romanos reges 7 usque ad Tarquinium Superbum. Hos annos secundum Ebreos colligimus[d] ab anno 27. Ast iudices in Israel usque ad annum 10. Darii, filii Istapis, qui templum restituit in Ierusalem, qui est annus 89. post transmigrationem Babilonis, est vero annus quartus post templi restaurationem, sicut ex numeris annorum regum Italicorum, quos supra taxavimus, poteris lucidius invenire.

De consulibus Romanorum.

Post exactos reges Romanorum consules imperant annis 464, videlicet ab anno 15. predicti Darii, filii Ystapis[e], qui templum restituit, usque ad annum 19. Yrcani regis Iudeorum, qui est sub consulibus Ponpeio et Cesare.

De Brennio[f] duce Suevorum et Senonum.

Anno 56. expulsionis regum, qui fuit 300. ab Urbe condita, Brennius[g] dux gentis Suevorum et Senonum[h] Gallorum, qui a fluvio Saunia[i] Senones dicti sunt, quos etiam nos hodie Burgundiones[k] et Alobroges appellamus, ille inquam Brennius[l] cum his gentibus Romam invasit et usque ad pitogium[m] cepit et expoliavit, sicut in hoc libro versibus declaratur plenarie sub titulo Cyri regis Persarum; cui Brennius[n] contemporaneus fuit et mira paravit.

De Brennio.

Anno ab Urbe condita 388. iterum Brennius[n] et cum eo Suevi et Senones[o] Galli Romam terribiliter invadunt et quarto ab Urbe lapide consederunt. Ubi[o*] Mallius[p] Torquatus consul et Quintus Lucius dictator gloriosum triumphum super Gallos semel et bis et tercio habuerunt, sicut iste liber versibus[q] plenarie[r] declarat. Eo tempore natus est Alexander Magnus[s]. De Samnitibus et de Pirro[t] rege Epirotarum et de Cartagine et de Hannibale[u] et de Iugurtino[v] bello et de aliis quae sub consulibus acta sunt in corpore libri[w] suis locis et temporibus dictum est breviter, cum nostri propositi sit omnia[x] compendiose, remota tamen obscuritate, proferre. Quia igitur in presentis tituli tractatu nomina regum omnium et regnorum omnium tempora[x] et successiones et mutationes sine gestorum amixtione describere promisimus, iam nunc de imperatoribus annos et tempora et nomina proponamus, sicut de regibus Italicis et Francis superius orditi sumus.

Introductio[y].

Verba actoris y.

Quia reges omnes tam Francos[z] quam Italicos de proienie Sem, filii Noe, et Irari, patris primi regis mundi nomine Nembrot, descendisse superius demonstravimus, oportet

a) *ita* B 2, *ex quo haec descripsi.* a*) Phelopem B 2. b) Duodecima introductio de genealogia (anealogia A 2) regum Italie A. c) et Francorum et per a. l. p. B 2. d) colig. B 2. e) Ystrapis B 2. f) Brenio B 2. g) Breneus B 2. h) S. et Gall. B 2. i) Sauina B 2. k) Brug. B 2. l) Brenuut (?) B 2. m) *ita* B 2 *pro* capitolium. n) Brenius B 2. o) seniores B 2. o*) *sequentia ex* A 1. B 1. 2. p) Malius B 2. q) *deest* A; *post add.* B 1. r) plene B 1. s) *e corr.* B 1. t) Piro B 2. u) Aniballe A 1; Annibale B 2. v) uirgutino B 2. w) *deest* A 1. x) *deest* B 2. y) *haec desunt* A. B 2. z) grecos B 2.

etiam omnes Romanos imperatores ab eadem propagine descendere, qua[a] cunctos Italie reges diximus descendisse. Quibus hic ordine dispositis, eorum annos et nomina atque tempora cum paucissima gestorum suorum serie monstrabimus*.

De origine et gestis et[b] temporibus omnium imperatorum Romanorum[c].

Gaius Lucius Cesar. . . . . .

Heraclius[d] imperat annis 36. Per eum facta est exaltatio sancte crucis, sicut liber iste plenius ostendit. Nota[e], quia post Mauritium imperatorem vel post Leonem Grecorum imperatorem incipiunt tempora et gesta Pipini et filii eius Karoli Magni, que supra posuimus in tractatu regum Francorum ab ipso Karolo usque ad Fridericum imperatorem**.

De[g] regibus Gothorum.

Gothorum reges fuerunt Theodoricus, Alaricus, Teobaldus et Guitigous et Vigilogus[h] et Sigismundus, qui fuit cum mundis (?) Gothis bonus christianus, et ipse convertit tunc Iudeos. Ipsi etiam reges quandoque non habuerunt. Erant enim gentes instabiles, feroces, Arrii[i] heresim imitantes[k], non unius vel quorundam regnorum vere coloni[l], set semper de regione in regionem vagantes, omnia rapientes, legem Christi pervertentes et Arrium imitantes[m]. Unde etiam aliquando Romam totamque Italiam ceperunt. Greciam, Macedoniam et Affricam tunc christianam optinuerunt, quibus etiam Guandali socii et consortes nequicie exstiterunt. Guandali dicuntur Sclavi in Latino, in lingua vero Theotonica vocantur Guinidi[n]. Gothi autem secundum quosdam dicuntur populi illi quos vulgo dicimus Guascones, aput quos etiam habentur leges Gothorum.

Ungarorum regna duo esse legimus, unum antiquum aput Meotidas paludes in finibus Asie et Europe, et alterum quasi novum a primo regno in Pannonia derivatur, quam Pannoniam nonnulli novam Ungariam vocant. Ungari[o] etiam Huni[p] sunt appellati. Sub quorum viribus Atili et Tolila quondam regnantes multa regna in Italia et in Galliis desolaverunt.

Anglorum reges aliquando Britones, aliquando Saxones, aliquando Romani fuisse leguntur, quorum gentes licet virtute, pulcritudine et sapientia clareant, propter varietates eorum regum et temporum gesta eorum principalia non tenemus, quamvis a diebus Merlini prophete Anglorum[q] multa de ipsis scripta in Anglia reperiantur.

Introductio 11.[r] de universis Romanis pontificibus a tempore Christi usque ad[s] Lucium III. papam nostri temporis.

Cristus in hoc mundo . . . . . Lucius sedet nunc. Sedet etiam Fredericus imperator anno sue exaltationis 35. et cum eo filius eius rex Henricus sextus[t].

Circa finem particule 11., ubi descripta sunt testimonia prophetarum, consequenter invenies uniuscuiusque prophete nomen et originem et vitam et mortem et loca sepulture eius scripta per ordinem.

Similiter etiam invenies de omnibus patribus veteris et novi testamenti singillatim positum per propria capitula uniuscuiusque originem et vitam et mortem et loca sepulture.

* A *et* B1 *prima manu ita pergunt:* dispositis et eorum annis et nominibus atque temporibus c. p. g. s. s. monstratis, rursus a Noe, Sem et a Nembrot rege Babilonico incipiemus, et de singulis mundi regibus et regnis[u] nomina et annos et tempora et principia declarabimus, videlicet regum Assiriorum et Egiptiorum et Ebreorum, Persarum et Medorum, Grecorum, Macedonum et Argivorum et Argorum et Iudeorum[v] et Lacedemoniorum et Tessalanorum[w] et aliorum quorum nomina in posterum suis locis legenda servamus, ut habeat secutura posteritas, quid de omnium regum et regnorum et temporum noticia et antiquitate successoribus futuris ostendat.

** A, *qui sequentia iam supra habet, pergit:* De Enoc et de[x] Elya, ubi et quomodo vivi servantur a Domino.

Qui legis hec quod vivit Enoc si discere queris *etc.*

---

a) quia *corr.* qua B1; a qua B2. b) et t. *desunt* B2. c) De genealogia omnium imperatorum XIII. indroductio A. d) Eraclius A2; Heirlius B2, *ex quo sequentia descripsi.* e) Notus B2. g) B2. *praemittit rubram:* Cronica imperatorum. h) Iugilogus B2, *ex quo haec descripsi.* i) Ariani B2. k) immutantes B2. l) ueredoloni B2. m) inmittantes B2. n) Guintidi B2. o) Vgari B2. p) Humi B2. q) angelorum B2. r) X. B2. s) ad nostrum tempus B2. t) *in* B1 *postea alia manu plura mutata et addita sunt, quae* B2 *recepit et quae infra exhibemus.* u) regnis et regibus B1. v) Antiochorum et Argorum et Argivorum et Indorum B1. w) Tessel. B1. x) *deest* A1.

In[a] nomine Dei eterni Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Anno domini nostri Ihesu Christi 1185. ad honorem Dei et sancte Romane ecclesie et omnium christianorum incipit liber memorie seculorum compositus a Gotifredo[b] Viterbiense, transmissus domino Henrico VI. Romanorum imperatori.

Divo imperatori Romanorum et illustrissimo, Henrico[c] sexto, filio domini Friderici Romanorum imperatoris augustissimi, Gotifredus Viterbiensis, maiestatis sue capellanus et servulus, iustitiam diligere, sapientiam querere et in Domino imperare. Dum Romani imperii culmen inspicio et eius eminencie considero dignitatem, illud ipse ante omnia necessarium esse intueor, ut, sicut potestate noscitur preminere principibus, ita magis omnibus virtutibus adornetur, tantaque sit eius disciplina regiminis, ut per eum omnia[e] vitia corripi et status orbis debeat emendari. Cuius prerogative gloriam impossibile est imperatorem suffitienter attingere, qui mundi cursum et originem[f] et scripturarum dogmata noscitur ignorare. Imperator enim expers philosophie cum omnibus hominibus preesse credatur, si fuerit sapientie nescius, errare sepius quam regnare videtur. Quia, cum in causis rei publice[g] sapientia indiget, cogitur ab aliis semper emendicare, et ex hoc aliena potius quam sua cernitur virtute regnare. Hec sententia primo loco principibus, deinde omni homini congruit, quia Creator propter hominem cuncta creavit et omnes homines voluit iustitie disciplinam cognoscere, quam sola bruta nata sunt ignorare. Tu vero, Henrice regum omnium felicissime, sicut a pueritia curasti phylosoficis[h] inherere doctrinis, ita et in posterum, quamvis necessitatibus bellicis et rei publice motibus occuperis, antiquorum regum et imperatorum ystoriis phylosofica indagatione conscriptis et ad tua tempora multifarie delegatis, semper studeas erudiri, ut, cum illorum virtutes et[i] acta didiceris, per rerum noticiam status tui imperii debeat emendari, et ad futura accidentia cautior inveniri. Ceterum[k] quia tanta est librorum multiplicitas, ut numquam tota perlegi, nec tota valeat memorie commendari, ego libellum istum non superfluum ex omnibus ystoriis compilavi et eroico metro ad delectationem tue iuventutis composui, ut, cum de mundi principio, de varietate seculorum atque de cursu rerum scire volueris, omnium illorum flores et summas[l] te in hoc modico volumine satis lucide habere cognoscas. Intentionis autem et propositi nostri[m] est in hoc opere, a prima rerum creatione, immo ante omnem creationem principium sumere[n], videlicet ab ipsa divina essentia, que est ante omnia tempora, ubi erat tunc Deus et in quo mundo, et quid operabatur Deus, et quomodo[o] erat trinus et unus Deus, et cuius erat dominus cum nulla erat creatura, et quomodo spiritus Domini ferebatur super aquas, et quot angelorum[p] ordines fecit; quomodo celos et planetas et sidera disposuit; qualiter elementa creavit; item de statu et dispositione paradisi, et de creatione et casu hominis, et deinceps secundum dicta[q] Moysi et aliorum patrum usque ad tempora Christi. Describendo autem seriatim vetus et novum testamentum universum in summa[r] per singulos titulos a Moyse et ab aliis sanctis patribus consignatis, cronica omnium gentilium per diversa secula tunc viventium inserimus. Actores autem cronicorum, quos imitamur, sunt hii. Primus cronicator[s] legitur fuisse Iulius Affricanus sub Marco Crasso imperatore. Deinde papa Clemens primus a Petro apostolo, et post eum Dionisius dictus Ariopagita[t] et Dionius et Strabus et Solinus de mirabilibus mundi et Eusebius episcopus Affricanus[9]. Deinde Athanasius, postea Ieronimus, postea Augustinus et Beda venerabilis presbiter, et alii nonnulli venerabiles, quorum memoria hic non indigemus. Hos itaque cronicatores et precipue Iosephum illum universa[u] ystoriographum imitati sumus, et Orosium et Suetonium et Egesippum[v] et Solinum. Tangimus etiam cum veteri et novo testamento summatim[w] omnium gentilium ystorias contemporaneas, videlicet ystorias regni Babiloniorum[x] et regni Assiriorum et Iudeorum et Egiptiorum et Argorum et Lacedemoniorum et regni Thesalonorum[y] et Sitioniorum et Ligdorum et Macedonum et Grecorum et Ebreorum, Persarum et Medorum et Troianorum et omnium regum Albanorum et Sicambrorum[z] et Senonum

a) *ex codd.* A. b) Gotifredo A 1. c) Henricho A 2. e) *deest* A 1. f) origine A 2. g) p. r. A 2. h) philocis inhere A 2. i) etiam A 2. k) Ceterorum A 2. l) sumas A 2. m) *deest* A 2. n) summere A 2. o) in quo mundo A 1. 2. p) angellorum A 2. q) hominum *scr. sed delevit* A 2. r) et s. *addito sed deleto* in A 2. s) cronicas *corr.* cronicator A 2. t) Ariopāta A 1. 2. u) *ita* A 1. 2. v) Egesipum A 2. w) sumatim A 1. x) Babillon. A 1. y) Tess. A 1. z) Si(y)cabrorum A 1. 2. 9) Caesariensis.

Gallorum, Saxonum et Suevorum et Romanorum et Francorum, Teotonicorum et Lombardorum et Hunorum et Gothorum et Guisogothorum et Austrogothorum et Anglorum et Pannoniorum, Atheniensium et Sicilie et Crete et Sardinie et Guandalorum, similiter ystorias imperatorum Romanorum[a], et omnium pontificum gesta et annos et menses et dies, et nomina eorum principaliter. Apponemus etiam nativitatem et miracula domini nostri Ihesu Christi et mortem et resurrectionem et ascensionem et adventum Spiritus sancti. Posuimus et apostolos variis linguis loquentes et miracula facientes. Adiecimus omnia testimonia omnium prophetarum de Christo testificantium per singulos articulos fidei christiane ad nostre fidei defensionem atque ad Iudeorum et hereticorum confusionem. Regnorum et gentium supradictarum ystorias et gesta ego ab adolescentia mea spatio 40 annorum cis citraque mare apud varias nationes solerti indagatione collegi, memoriter tenui et huic libello per ordinem inserui, tibique domino meo precordialissimo legenda descripsi, et tam breviter declaravi, ut hoc libro invento omnium illorum libros et ystorias proprias te reputes invenisse. Inter cetera et ad tuam delectationem de Alexandro Magno et de Appollonio[b] Tyro et de Gog et Magog[c] atque de quibusdam aliis rarioribus et auditu dulcioribus aliquantulum diffusius adnotavimus, ad glorie tue maius gaudium et oblectamentum. Notandum autem, quod, quamvis diverse et multe ystorie sibimet contemporanee sint et simul uno tempore currant, nos eas silicet[d] contemporaliter proferre studentes, principalem titulum et primum in omni capitulo ponimus Ebraicum, et consequenter cronica et gesta gentilium sub eodem titulo posito[e] pirografio[10]. Finito vero eo capitulo gentilium, iterum incipiamus[f] de Ebraica ystoria alterum capitulum principale, et sub eo de gentilibus cum pirografio subiungimus, et iterum ad Ebraicos redimus. Deficiente autem ystoria Ebraica, sub tempore Christi preponimus Romanam ystoriam in omnibus capitulis, et[g] consequenter subicimus ystorias aliorum. Capitulo autem gentilium finito et pirografio[h] interposito, rursus ad Romanos redimus, et a Romanis omnia capitula incipimus, et sub eis cetera consignamus, sicut tunc inter se contemporanea fuisse noscuntur. Tu ergo, lector[i], cum illius modi circuitum ystoriarum inveneris, non reputes hoc fieri ad legentium confusionem aut ad[k] errorem, set necessitate nos cogente, quia, licet omnia unius temporis acta fuerint, non una poterant[l] apertione oris narrari. Similiter notandum, quia nomen Sicambrorum et Iermanorum et Francorum et Teutonicorum unius gentis Alemanie nomina sunt et non[m] diversarum. Eo enim tempore, quo Eneas destructa Troia venit in Ytaliam, duo alii Troiani principes, Priamus iunior, nepos magni Priami ex sorore, et Antenor, ipsius agnatus, cum 13 milibus per mare Illiricum in Ungariam veterem, que est in confinio Asie et Europe iuxta Meotidas paludes, ibique edificantes urbem magnam Sicambriam[n], ipsi a loco illo Sicambri sunt nominati. Deinde processu temporis inhabitantes Iermaniam, vocati sunt Iermani et Teutonici. Postmodum vero ex decreto Romani imperatoris Valentiniani vocati sunt Franci, id est feroces, propter audatiam et magnanimitatem[o] eorum, et precipue quia[p] ipsi deleverunt Alanos in Meotidis paludibus, quos Romani longo tempore impugnantes vincere non potuerunt. Germania dicitur, quasi gerens inmania, gesta vel corpora[q] hominum. Item nota, quia[r] inter Francos et Francigenas differentia est. Dicuntur autem Francigenae esse omnes qui habitant Parisius et Remis et circa Sequanam fluvium et circa Ligerim[s] fluvium et quidam alii proximi eorum, qui omnes olim dicebantur Gaudini. Sed Carolo[t] Martellus dux Francorum, avus Caroli[u] Magni, subiugatos eos regno Francorum adiunxit et Francigenas appellavit, id est genitos[v] a Francis. In lingua vero Teutonica[w] vocavit eos a[x] nomine suo Carolo Carlingos, sicut dicimus ab Alexandro Alexandrinos, unde et Teutonica lingua hodie vocat eos Carlingam[y]. — Item nota, quod prefati Franci in quadam parte regionis Teotonice dicuntur Francones[z] a quodam duce suo nomine Francone[a], qui dominabatur in civitate et ducatu qui dicitur Virzeburc. Set tamen Francus et Franco unius provintie populus sunt. — Itaque secundum modum et ordinem supra memoratum ab initio mundi usque in memoratum diem omnium regum et imperatorum et apostolicorum tempora,

a) R. i. A 2. b) Appolonio A 2. c) Goc et de Magoc A 2. d) simul A 1. e) p. tit. A 2. f) incipimus A 1. g) *deest* A 2. h) pygrafio A 2. i) lecto A 1. k) *deest* A 1. l) poterint A 2. m) *post suppl.* A 2. n) Sicabriam A 1. o) magnanimitate A 2. p) quod A 2. q) corda A 2. r) quod A 2. s) Lingeri A 1. 2. t) Carolo *postea corr.* Carolus A 2. u) Karoli A 1 *hoc loco.* v) gentes A 2. w) Teot. A 2. x) *suppl.* A 2. y) Carligam A 1. z) Teutones A 2. a) Frangone A 1.

10) Quid sit nescio, nisi de paragrapho cogitaverit.

BSB

Nunc opus est Franco sic consilio moderari,
Si qua contigerit Romano marte gravari,
Possit ut armari viribus arte pari.
Alto consilio statuunt sibi concito regem,
Sub quo communi censentur vivere lege:
Sede Maguntina rex sua regna reget.

B. C. D *ante particulam XI. vel XV. haec praebent:*

Prohemium[e] *actoris, continuantis istoriarum diversitates.*

Post opera Domini nostri Iesu Christi et post ascensionem eius in celum, sive etiam post adventum Spiritus sancti, necnon post apostolorum predicationem, de quibus iusta parvi-

a) XII. C 4; *in ceteris* C *codd. paulo post incipit.* b) *in* C. D *sequitur particula* XIII. (XX. D) *continens testimonia prophetarum etc.* (*infra* P. XXXIII). c) *haec desunt* E 1. 5. 6. *In* E 4 *ante:* Anna et Asmeria *posita sunt; part.* XIV. *incipit* C. D. d) IX. A, *ubi legitur:* Particula ista nona procedit usque ad Christi ystoriam. De exaltacione Iulii Cesaris et de discordia inter eum et Pompeium generum suum et de morte eiusdem Pompeii. — Particula XI. de Iulio Cesare et omnibus imperatoribus usque ad dominum Fridericum B, *ubi rerum ordinem post mutavit auctor. Part.* XV. *paullo post incipit* C. D. e) Incipit prologus super particula XI. de tractatu omnium imperatorum et pontificum Romanorum B 1.

40) Similia in carmine Annolied leguntur; cf. Braun, Die Troianer am Rhein p. 3 sqq. 41) Hoc loco meras fabulas vendit Gotifredus.

2. *De[a] exaltatione Octaviani imperatoris, quem[b] Romani voluerunt vocare suum deum, qui regnavit annos* 53[g].

Erigitur[42] vir mirificus[h] rex[i] Octavianus,
Germine Romanus, formosus[k], ad omnia planus,
Militia validus, munere larga manus.
[Quadraginta[l] tribus[43] annis[m] fuit ante levatus,
Quam foret in terris Christus de virgine natus.
Pax fit in orbe[n] soli, pax et ab arce poli.
Oscula dat cum iustitia pax celitus orta.
Terrea pax et celica pax bona consona portant[o].
Pax peperit pacem, pax geminata placet.]
Fit gladius vomer, fiunt de cuspide falces,
Mars siluit, pax emicuit, miles fuit auceps*. * assantibus armis s. in toto orbe.
Nascentis[p] Christi tempore pax[q] rediit.
Octavianus[r] tunc potuit deus ipse vocari,
Nam bonitate sui meruit reverendus amari,
Mundus[s] eum coluit totus honore pari.
Urget eum populus[t], solus deus ut vocitetur;
Ipse[u] timet, si maior eo post ac[v] orietur,
Ne pereat nomen, perdat et ipse decus.
[Querit[w] in auguriis ventura magosque requirit,
Si[x] deus in terris vel homo potuisset oriri,
Qui valeat tanti tollere iura viri.]
[y]Maxima tunc Rome Capitolica stabat imago,

---

tatis nostrae modulum locuti sumus, sequitur[z], ut de Romanis pontificibus, qui sunt caput omnium christianorum, dicamus, [videlicet[a], quod nomen habuit ille vel ille, quot annis sedit et sub quo imperatore, et quid operatus est in vita sua, et qualia tempora habuit, ponendo[b] annos et menses et dies eorum. Verumtamen quia in principio libri huius[c] in tractatu isagogarum, circa finem earum[c] sub specie introductionum plenissime de eis diximus, et etiam quia[c] in tractatu imperatorum omnium unicuique imperatori singillatim sui temporis pontificem sive pontifices apposuimus, et quia[c] tam imperatoris quam pape annos et menses et dies atque gesta ex parte distinximus, supervacuum et honerosum videtur, eosdem pontifices hic tertio loco repetere et lectorum oculos vel aures auditorum gravare. Quicumque igitur de Romanis pontificibus plenam cupiunt habere notitiam, in principio huius libri circa finem introductionum eos requirat]. Quod si apostolicos simul cum imperatoribus positos cernere magis appetit, in tractatu omnium imperatorum capiat lectionem. Ubi a Iulio Cesare usque ad Karolum, et a Karolo usque ad dominum[d] imperatorem[e] Fridericum, et successorem[f] filium eius Henricum regem planissime[g] inveniet nomina et tempora et annos et menses et dies eorum et apostolicorum[h]; et quot pontifices fuerunt sub unoquoque imperatore. Gesta autem eorum non omnia, cum sit impossibile, set magis necessaria atque auditu delectabiliora inveniet; in quibus cuiuslibet hominis animus poterit iocundari et erudiri.

Quia igitur nascente Christo imperatores esse ceperunt, congruum esse conspicimus, iuxta Christi tractatum nomina et gesta ponere imperatorum: Christi enim et imperatorum origo et gesta et tempora simul omni tempore currunt. Et de gestis Christi[i] vel apostolorum vel pontificum Romanorum aut aliquorum sanctorum nichil dicere possumus, nisi etiam tempora imperatorum tangamus et plerumqae gesta pontificum Romanorum[k] cum imperatorum gestis et temporibus misceamus.

Itaque ab hoc loco in antea, a primo Cesare[l] Iulio et a primo imperatore Octaviano Augusto incipiemus; de quibus scribendo, novum testamentum et acta sanctorum cum eis contemporaliter, auctore Domino, proferemus[m].

a) *rubra deest* A, *ubi sequentia cum praecedentibus versibus coniuncta sunt. In* B 2 *rubrae semper ante partes prosaicas post insertas positae sunt.* b) cuius tempore natus est Christus B. g) 56 D 1; 52 E 6; q. r. a. 53 *desunt* C. h) nascente Deo A. B. C. i) pius A. k) speciosus A. l) *haec desunt* A. B. C. m) f. a. C 1. D. n) urbe D 1. o) portantur D 1. p) Fit veniente Deo vir bonus absque reo A. q) vita redit B. r) Ipse Iste B.; (s. Octavianus B 1) Deus potuit si vellet in orbe v. A. B. s) Viribus et meritis summus et absque pari A. t) cetus B. C; p. suus ut deus ipse vocetur A. u) Ille A. v) posthac C 3. 4; post hec A. E 5. 6. w) *haec desunt* A. B. C. x) Sic D 1. y) Ymago enea in Capitolio Rome locuta est dicens: Ecce vir peperit, et hoc dicto statim cecidit *add.* A; Ex libris Sibille. Tempore Octaviani de ymagine que locuta est in Capitolio sicut (*l.* sic): Virgo pariet, tunc ymago cadet *add.* B 2; De statua Romae *add.* C 4; Idolum Romae C 2. z) *deest* B 1, *ubi in marg. add.* imperatorum annexa. a) *uncis inclusa codices* B *soli habent.* b) ponere *corr.* ponendo B 1. c) *post add.* B 1. d) d. nostrum B. e) *deest* B. f) gloriosum B. g) H. filium eius p. C 4; plenissime D 1. h) *post add.* B 1, *ubi* et *deest.* i) Ch. v. a. v. p. R. *post suppl.* C 4, *ubi* aut — Romanorum *desunt.* k) *deest* B 1, *ubi in marg. add.:* imperatorum annexa. l) *deest* D 1. m) C. D *pergunt:* Prius tamen hic de Iob pauca versibus exponemus *etc.*

42) Spec. reg. II, 6. 43) 42 Hieronymus, Orosius et Beda, quos sequi videtur.

Cuius in hoc titulo lectoribus acta notabo,
Atque[a] Sibillino docmate dicta[b] dabo.
Grandis[d] ymago[e] nimis potuit vix recta levari
Sepe[f] levata satis, nulla valet arte iuvari,
Quin cadat ulterius, nam recidiva cadit.
Unius vetule tandem datur arte levari,
Cuius et ingenio potuit[g] sic ipsa locari,
Ne cadat ulterius stetque vigore pari.
Set nec adhuc populus stabat sub ymagine tutus;
Demon[h] ab hac statua sic est in plebe locutus:
Cum virgo pariet, tunc et imago cadet.
Turba negans partum de[i] virgine posse creari,
Credidit hoc dicto[k] statue rem* perpetuari,
Dicens[l], quod numquam germina virgo parit.*
Octavianus[m] ad hec rex consulit ore[n] Sibillam,
Ut Christi causas referat. Cui rettulit illa:
Maior te veniet, signa futura vide.
Arte Sibillina patuit[o] sibi* celitus ara,
Qua videt angelica manifestius[p] agmina clara
Que puero regi* celica[q] regna parant.
In gremio matris stabat sapientia patris,
Dextra coronati pueri dat dona beatis,
Celitus emicuit gloria multa satis.
Cesar[r].* ait: *Video miracula milia mille.*
Territus obstupuit nimium[s] dixitque Sibille:
Heu, minor[t] hoc puero sum reputandus ego.
Scribe, Sibilla, michi, quisnam puer ille vocatur,
Quisve pater suus est aut que regina putatur,
Quod sibi fit regnum, quod diadema datur.
Retulit illa: *Dei Deus est de flamine natus,*
Virginis ex utero sine seminis arte creatus,
Perdita colligere rex sine fine datus.
Desine, cesar ait, *Deus amodo nolo vocari,*
Ille puer Deus est, quem[u] mundus habet venerari,
Cui favet angelicus cetus et unda maris.
His[v] dictis, cesar puerum devotus adorat,
Nunc aras et thura parans[w] offerre laborat;
Prima[x] Deo celi tunc ibi thura dedit.
Post[y] annos quinquagenos mensesque decenos,
Spiritus Augusti reddit sua tempora celo;
Surgit Tyberius nomine functus eo.

* i. firmitatem.

Ex libris Sibille[44] sunt ista.

* stanti s. in Capitolio super pedes Sibille.

* celesti s.

s. Octavianus.

Egesippus dicit.

3. *De fonte olei qui fluxit in Tiberim*[z].

Romana istoria dicit[45] et liber Sibille.

Magna taberna fuit tunc emeritoria dicta,
Emeritis ascripta viris, viteque relicta,
De[a] qua fons olei fluxerat in Tiberim.

---

* A *addit:*
Tempore longevo cum grandis ymago stetisset,
Virgo parit, sed ymago cadit; que cum cecidisset,
Grandis in Urbe fuit clamor: *Ymago ruit.*
Verba prophetie cognoverat Octavianus
Atque putat iterum quod dixerat hoc simulacrum,
Credidit et natum virginitate datum.
et pergit:
Scire futura volens rex consulit ore Sibillam
Et petit ut causas *etc.*

a) Deque A. b) scripta A. d) Fusilis tuo facta p. A. e) im. *corr.* ym. B 1. f) Dum satis erigitur n. A. g) meruit s. illa sacrari A. h) Spiritus in statua remanens fuit ista l. A; spiritus (demon s. B 1) B. C; demon et a. D. E 1. i) cum (de C 4) virginitate creari (s. posse B 1) B. C. k) verbo A. l) Hunc etenim sensum dicta loquela p. A. m) B *addit rubram:* Quomodo presente Sibilla in Capitolio ara celi aperta est Octaviano, ubi vidit Christum in sinu matris, et tunc eum adhoravit, et aram ei erexit, et ei sacrificavit in eodem loco. n) ipse C 4. o) celi patet eminus ara A. p) rex celitus A. q) *deest* D 1; regna superna A. r) C. ut aspexit m. m. A. s) narravit et ille S. A. t) satis h. p. s. minor inquit ego A. u) hunc A. v) Hunc puerum flexis genibus iam cesar a. A. w) parens sibi ferre A. x) Ara Dei Rome condita prima fit hec A. y) Post — eo *desunt hoc loco* A. z) De f. o. Rome qui de taberna emeritoria manavit nato Christo in Bethleem A; Quomodo fons olei ex taberna emeritoria fluxit in Tiberim B; De f. o. C 4; De f. Elei q. E 6. a) Ex A.

44) Haec Sibyllae scripta non inveni.

45) Hieronymus et Orosius haec tradunt; v. Spec. reg. comm. supra p. 69.

Unde[a] Sibilla canit*: *Tellus sudore madescet*[b]; * s. sic.
Et reliquos versus, quibus hec tibi causa patescet.
Si[c] super hiis dubitas, scripta Sibilla[d] legas.

Otto III, 9. Annoe ab Urbe condita 766, anno vero ab incarnatione Domini 15, Augustus cesar anno imperii sui 56.f die suog functus est. Cui Tyberius, privignus eius, in regnum successit. Ille moderantissime gubernans rem publicam, nec cives intus iniuriavit, nec foris bellorum movit tempestates. Quarto autem imperii eius anno, id[h] est ab incarnatione Domini 19, Germanicus, filius Drusi, pater Gallicule, de Iermanis triumfavit. In tantum autem tunc temporis humanus fertur fuisse Tyberius, ut, dum agenda[i] tributa presides suaderent, responderit[k], boni pastoris esse, pecus tondere, non deglutire. His[l] diebus miles quidam scelerosus in templo Ysidis Paulinam matronam, neptem Tyberii, dolo circumventam stupravit; sicut post illud[m] capitulum[n] inferius versifice continetur.

4. *De[o] Iohanne Baptista per idem tempus.*

Otto III, 10. Anno ab incarnatione Domini 30, anno vero Tiberii cesaris 15, cum iam in Iudea quatuor principes, quos Greci tetrarcas vocant, Archelao mortuo, presiderent, Iohannes in deserto baptismum penitentie incipit predicare. Ad cuius baptismum dominus Ihesus aquas sanctificaturus advenit; atque extunc predicare et facere miracula coepit. Elegit enim[p] principes[q] 12, quos apostolos appellavit. Inter quos pro bono unitatis unum constituit principem Petrum. Post quos viros 72 posuit discipulos. Brevi post hec tempore interiecto, Iohannes de incestuoso conubio arguebat Erodem; propter quod in carcerem ponitur; et in die natalis Erodis iusta[r] euangelium inter epulas necatur. Id ipsum Iosephus refert, bellumque maximum pro eo exortum inter Aretham regem Arabum et Erodem; ubi triumfavit Aretha. Dixit autem Iosephus, hec propter peccatum quod in Iohannem Erodes perpetraverat, accidisse. Hec dixit Iosephus de Iohanne. De Christo autem idem Iosephus sic scribit: *Fuit isdem temporibus Ihesus, sapiens vir, si tamen virum eum nominari fas est. Erat enim mirabilium operum effector doctorque hominum*[s] *eorum qui libenter ea que vera sunt audiunt; et multos quidem Iudeorum, multos etiam de gentibus sibi adiunxit. Et credebatur esse Christus. Hunc, qui ab initio eum dilexerant, accusatione primorum nostre gentis virorum cum Pilatus in crucem agendum eum esse decrevisset, non deseruerunt. Apparuit enim eis tertia die iterum vivus, secundum quod divinitus inspirati prophete hec et alia de eo innumerabilia miracula futura esse predixerant. Set et in hodiernum*[t] *christianorum, qui ab ipso sunt nuncupati, et nomen perseverat et genus.*

Hec propterea ego Gotifredus[u] de religione nostra doctissimi viri Iosephi Iudei in hoc loco testimonium posui, ut hostenderem, Iudeos de adventu Christi non ignorare; set ad dampnationis sue augmentum[v] invidia eos excecatos vera de Christo credere noluisse. Cetera de Tyberio cesare et de[w] Christo et de[x] actibus eius versibus elucidanda[y] ponemus[z].

5. *Item[a] de Tiberio imperatore et de Christo versifice narratur, qui regnat annis* 13[b].

Suetonius dicit.

Tiberio[c. 44*] Rome nunc subiciuntur honores; * privigno Octaviani.
Cuius ad imperium sevus damnatur Herodes,
Pilatus capitur; gens homicida dolet[d].
Iudice Tiberio Titus cum Vespasiano
Vindicat in populo Christum, gladio mediano,
Postulat hoc ratio, vult crucifixa caro.
Exiit edictum sub[e] cesare, scribitur orbis.
Cetus apostolicus iam mundat cl mata morbis,
Et videt, in celum iam[f] remeare Deum.
Spiritus intonuit, descendit* summa potestas**, * a celis s. ** s. Spiritus sancti.
Dans varias linguas sanctis, miracula prestans,
Idola deficiunt, templa profana ruunt.
Tiberii lepram divina Veronica sanat;
Rosa* nimis facies sanatur Vespasiana. * i. corrosa a cancro.
Iudaicos populos perdere Titus* amat. * filius s. Vespasiani.

Pilatus[g. 45] Christi Romanis docmata scripsit,
Predicat esse Deum, quem perfida pleps[h] crucifixit,
Et monet, ut vivant amodo[i] lege pia.

a) Inde A. b) madescit — patescit E 5. c) Qui dubitat — legat A, *qui hoc loco addit:* Post annos quingentos menses quoque denos Spiritus — eo. d) Sibille E 1. e) De Tyberio *rubram praemittit* C 4. f) 58 B. C. D. *Otto.* g) diem suum B. C. (suum *deest* C 4) D; diem suo E 1. h) id e. *desunt* C 4. i) *ita* B 1. C 3. 4. D 1. E 6 *pro* aug. k) ipse *add.* E 6. l) De templo Ysidis Rome destructo a Tyberio cesare *rubram praemittunt* C 2. 3; De matrona in templo Ysidis violata *rubram praemittit* C 4. m) istud E 1. n) hoc eodem capitulo B. C 2. 3. D; s. inf. v. dicemus C 4. o) *rubra deest* B, *qui pergit:* Eo tempore anno; De I. b. et de Ihesu Christo C 4. p) enim *superscr.* autem B 1. q) sue civitatis *(ex Ottone) add. sed del.* B 1. r) *ita* D 1. s) humani generis C 4. t) odium *corr.* hodiernum C 4; odium *corr.* odiernum D 1; h. diem E 1; odium C 2. 3. E 5. 6. u) *deest* B 1. v) cumulum C 4. w) *deest* C 4. E 6. x) *deest* B. E 6. y) *deest* C 4. z) p. sub hoc signo ⁘o B 1. a) Particula XI. libri memorie seculorum de Tiberio imperatore, sub quo Christus passus est anno 15. Tiberii cesaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, Erode autem tetrarcha. Particula ista procedit usque ad Karolum Magnum. A; De exaltatione Tiberii imperatoris et eius actibus privigni Octaviani. (B 2 *supra ut semper*) B; It. de Tyberio C 4. b) 23 E 6; q. r. a. 13 *desunt* C. c) Tyberio cesare D 1; Tiberium vocat imperium cui dantur honores Eius A. d) *hoc loco* A *ponit versus:* Tiberii lepram — sanat, Viscera cum facie sanantur V. Iud. — amat. e) *e corr.* B 1. f) plebs A. g) Pilatus — aliena sonat *hoc loco desunt* A; P. s. R. d. Christi E 1. h) gens A. i) hac sibi A; hac modo B.

44) Cf. Spec. II, c. 9, supra p. 72. Vix est quod moneam, ejusmodi nihil apud Suetonium legi. 45) Haec ex Orosio VII, 4; cf. Hier.

Lege nova Christi monet hos normaque teneri,
Cuius et imperio[a] totus valet orbis haberi,
Tiberio placuit*: *Quod petis*, inquit, *erit*.
Tunc indignatus respondit ad ista senatus:
Lex aut archatus nisi per[b] *me canonicatus,*
Me quoque dante datus, non erit orbe ratus.
Sint licet ista bona, non incipit hec mea Roma.
Dedecus eternum portaret[c] *nostra corona,*
Si qua per imperium lex aliena[d] *sonat.*
Annis[e] Tiberius vixit[f] tribus et duodenis,
Morte remisit honus[46], reddens sua tempora celis,
Set prius[g] in terris comoda multa dedit. *

* verbum s. Pilati.

6. *De*[h] *templo dee*[i] *Ysidis destructo a*[k] *Tiberio.*

Grandis[47] in orbe soli dea scribitur[l] Ysidis olim,
Nam quasi voce poli responsa dabat regioni,
Roma suum templum finxit in orbe fori[m].
[Filia[n] regis Apis Egipti gramata finxit,
Et prior Ethiopes belli certamine cinxit,
Et dea tunc meruit major in orbe[o] coli.]
Unica Tiberii neptis, matrona decora,
Ysidis in templo Paulina[p] frequenter adorat,
Ut dea[q] dicta sibi conferat ampla bona.
Hec[r] ubi sepe meat media conspecta platea,
Stans quasi pulcra dea, celebri suffulta corea,
Hanc ut habere queat miles[s], amabat eam.
Mundus* eam querit, set displicuit mulieri,
Cras quoque sicut heri potuit nichil[t] inde mereri,
Sic satis egrotans, Mundus[u.*] amore perit.
Inde viri facies pallore coacta liquescit[v],
Carnis adest macies, et amoris causa patescit[v],
Unde sacerdotem poscit[w], ut addat[x] opem.
Poscit[y], ut hanc[z] nocte faciat templo residere,
Atque Dei promittat ei responsa movere,
Ysidis in specie dicta dolosa ferens.
Intus erit Mundus*, dum venerit ipsa latenter,
Ut quasi iuncta Deo coeat de nocte libenter,
Denique iuncta Deo, sponte fruetur[a] eo.

* nomen militis est.

* proprium nomen (C 3).

* s. miles (C 3. E 1).

---

* A *addit:*

Deficit hiis annis sacrum baptisma Iohannis,
Iordanis baptisma Dei quia senserat ampnis,
Fons olei Rome crisma fluendo monet.
Discipuli Christi dant signa diebus in istis;
Pilatus capitur, quoniam Yhesum crucifixit.
Exul et Herodes carceris antra fovet.
Fama resurgentis Christi iam maxima crescit,
Cetus et aspexit super ethera quando recessit,
Regnantisque sonus transit in omne solum.

Dictum de apostolis et aliis sanctis impossibile et nimis honerosum esse prospicimus omnium nomina[b] vel acta describere. Nec etiam videtur necessarium, cum hec omnia cotidie in ecclesia Dei legamus. Ne autem sanctos in hoc tanto opere sub silentio videamur transire, ponemus comparationes quasdam et figuras inter vetus et novum testamentum, et in quibus Deus ampliorem gratiam ostendit dicemus.

De singulis apostolis et sanctis omnibus fit inter vetus et novum testamentum comparatio.

Quot legitur patriarcha tribus Iacob genuisse *etc.*[c]

a) auxilio A. b) me duce A. c) pateret A 1; portabit C 4. d) peregrina A. e) *sequentes tres versus in* A *bis leguntur.* f) visis A. B. g) S. sua terrigenis c. A 1; Qui p. A 2. h) Cronica de templo Ysidis et de sacerdotibus suis Rome propter stuprum matrone Pauline igne conbustis B (B 1 *haec et sequentia in margine scripsit)*; *desunt* A. i) *deest* C 4. k) per Tyberium d. C 3. l) Grandis — scribitur Y *e corr.* B 1. m) iussit in urbe coli B. C. n) *haec desunt* B. C. o) urbe E 6. p) P. f. a. *desunt spatio vacuo relicto* E 6. q) ea dicta *e corr.* B 1. r) Huc dum B. s) Mundus *superscr.* ille miles E 1. t) nihil *corr.* nichil B 1. u) *e corr.* B 1. v) —essit *superscripto* c B 1. w) possit *adiecto* c B 1; posscit D 1. x) adat B 1. D 1. y) Posit *adiecto* c B 1. z) *e corr.* B 1. a) fruatur C 4. b) nominum A 1. c) *quae in Pantheo iam antea leguntur.*

46) Christus, a. 17. Tiberii, ut Orosius, 18. ut Hieronymus, Isidorus et Beda computant. 47) Ex Hegesippo de bello Iud. II, c. 4.

Hoc preventa dolo, Paulina venire monetur,
Ysidis in forma dum Mundus* ab intus habetur, * miles (E 1).
Nescia[a] iuncta viro, perdidit illa decus.
Post ubi Pauline miles se monstrat eunti:
Dura michi fueras, inquit, *pro te pereunti,*
Te tamen obtinui[b] *functus*[c] *amore tui.*
Quando deum tenuisse[d] *putas, te solus*[e] *adivi,*
Ysidis in templo tecum de nocte coivi,
Te satis asscivi, teque fruebar ibi.
Milite pro scelere satis insultante superbo,
Audit et ostupuit mulier tristissima verbo,
Mallet et ipsa mori, quam male gesta coli.
Orruit auditam mulier decepta loquelam,
Iudice Tiberio ponens lacrimosa querelam;
Curia condoluit totaque tristis erat.
Idola[f] Tiberius iubet in Tiberim iaculari,
Atque sacerdotes templumque sub igne cremari,
Pulsus[g] ab Urbe foras miles honore cadit.
Illaque tunc[h] sceleri se non favisse probavit;
Denique se gladio Paulina pudica necavit:
Spiritus et sanguis sit michi testis, ait[i].

7. *De*[k] *morte Tiberii et de*[l] *exaltatione Gaii*[m] *Gallicule.*

Otto III, 12. Anno ab Urbe condita 785, anno vero ab incarnatione Domini 39, Tiberius 23. imperii sui anno veneno periit. Cui succedit[n] Gaius Gallicula, tertius ab Augusto, vir omnium ante se sceleratissimus. Sorores enim suas, quas ipse primo stupro polluit, postmodum exilio dampnavit, et aliis innumeris se criminibus orribilibus inquinavit. Quarto autem[o] anno imperii sui a senatu interficitur. Inventi sunt post mortem eius duo libelli. Quorum unus Pugio, alter Gladius dicebatur. In quibus electissimorum Romanorum nomina scripta erant, quos ipse occidere proposuerat. Arca etiam cum vasis multis venenis plenis aput eum inventa est. Que scilicet vasa in mare fusa plurimos piscium interfecerunt. Hec de Gaio Gallicula ad memoriam suarum iniquitatum prosaice dicta sufficiant. Cetera gesta sibi contemporanea de aliis versibus[p] subponam[q].

Item[r] *de eodem Gaio Gallicula imperatore versifice dictum, qui regn. ann.* 4 *et mens.* 3.

Gaius[48] Gallicula fit[s] cesar, ad omnia sevus.
Nunc euguangelium[t] describit in orbe Matheus,
Ut prius in terris iusserat ipse Deus.
Gaius Gallicula bello superavit Ebreos,
Interimit gladio servosque facit Fariseos,
In templo Domini collocat ipse deos.
Nomine quippe suo Iovis est ibi grandis imago,
Hanc et adorare mandatur Ebrea propago.
Cronica sic referunt, ut recitator ago.
Beda[49] dicit hec. Quatuor his[u] annis, sex mensibus enumeratis[50],
Gagius[t] exsolvit cesar sua tempora fatis;
Gaudia Iudeis mors dedit ampla satis.

Tunc[v] aput Antiochos Petrus pro presule sedit,
Cuius et in Christo monitis provincia credit,
Tunc quoque Cornelio docmata sacra dedit.
Nunc etiam legitur fieri conversio Pauli,
Cuius et ecclesia monitis reverenter obaudit.
Qui[w] Stephanus fuerat, iam protomartir erat.*

---

* **A** *addit:* *Apud Francos de Maguntia civitate et dignitatibus eius.*

Inclita Francorum quia regna canenda putamus,
Altius incipimus, decet ut maiora canamus:
Scribere Francones pagina nostra monet.

a) Nesia (*adiecto* c) sic maculat femina tracta decus (s. suum) *scripsit sed corr. ut editum est* B 1. b) *e corr.* B 1. c) funtus *superscripto* c B 1. d) tenuise B 1. e) us adivi *e corr.* B 1. f) Tiberius Tiberi iubet Isidis ydola mergi C 4. g) Uritur in templo miles honore pari *scripsit sed corr. ut editum est* B 1. h) sic C 4. i) *hoc loco addunt* A. B. C. D. *historiam Saxonum supra editam.* k) *haec desunt* B 1; De Narane imperatore et Simone mago et Petro et Paulo B 2. *false hoc loco.* l) *deest* C 4. D. m) Gagii D 1. E 1. n) successit C 4. o) *deest* C 4; enim E 6. p) *deest* C 4. q) supponamus E 1. 6; s. sub hoc signo ÷o B 1. r) De Gaio Gallicula imperatore sub quo predicant Petrus et Paulus Rome A; De G. G. i. secundum Suetonium B; *desunt* D 1. *folio mutilato*; De e. G. G. versifice C 3; I. de G. G. C 4. s) regnat super omnia s. A. t) *ita* B 1. u) hic A. B; is E 5. v) Tunc — sedit *desunt* D 1. w) Iam A.

48) v. Spec. reg. II, 8, supra p. 71. 49) Magis cum Beda et catalogus imperatorum ipsius Gotefridi. In Isidoro quam Beda haec conveniunt. 50) Unde has temporis notas sumpserit, nescio; *ann.* 3, *m.* 10 Spec. reg. haec non leguntur.

8. *De exaltatione Claudii imperatoris, quarti*[a] *ab Augusto, qui regn. ann.* 14.

Anno ab Urbe condita 805.[b], anno vero ab incarnatione Domini 44.[51], occiso Gaio Gallicula, Tyberius[c] Claudius imperat, quartus ab Augusto. Sub hoc Claudio Herodes, Iosefo testante, Iacobum fecit occidi, et Petrum tenuit in vinculis, quem angelus eduxit et liberavit. Hoc scelus ab Herode perpetratum ultio divina punivit. Quod Lucas describens, sic ait: *Cum*, inquit, *Cesaream descendisset Herodes, et in die sollemni regia veste preclare indutus pro tribunali sedisset, ac de sublimi contionaretur ad populum, cumque*[d] *populus acclamaret ei tamquam Deo, non sicut homini, statim percussit eum angelus Domini, eo quod non dedit*[e] *gloriam Deo; et scatens vermibus expiravit.* A Iosepho hoc idem, set prolixius dictum invenies. Hoc tempore apostoli in omnes fines orbis divisi sunt: Petrus Romam sortitur; Paulus, qui alios sapientia precellebat, Grecos sapientes invadit; Iohannes invadit[f] Asiam, Andreas Achaiam, Matheus Ethiopiam, Thomas et Bartholomeus utrasque Indias, Simon Tadeus Egyptum et Mesopotamiam, deinde Persidem et Sithiam; Philippus Gerapolim[g]; Iacobus in Iudea remanens Ierusolimorum rexit ecclesiam. Nam alter Iacobus ab Herode fuerat decollatus. Qui tamen, ut dicitur, prius Ispanis predicaverat; ubi adhuc sepulcrum eius habetur clarissimum. Isti apostoli non armis, set verbis et miraculis orbem agressi[h], non alieno, set suo proprio sanguine triumfantes, melius quam Romani vicerunt. Anno itaque imperii Claudii 7. tanta seditio in sollempnitate pasce Ierosolimis orta est, ut de hiis qui constipatione populi in foribus templi obprimerentur, triginta milia Iudeorum invenirentur extincta. Anno imperii Gagii[k] 9. omnes Iudei ab Urbe sunt expulsi, quod tam Iosefus quam Suetonius dicunt. *Claudius,* inquiunt, *Iudeos assidue tumultuantes ab Urbe expulit.* Claudius 35[i] senatores et 300 equites parvis de causis perdidit. Ipse vero Claudius 14. imperii sui anno veneno periit, Nero autem ei in imperium successit.

Otto III, 13.

c. 14.

9. *De*[k] *exaltatione Neronis imperatoris, quinti*[l] *ab Augusto.*

Anno ab Urbe condita 857.[m], anno autem[n] ab incarnatione Domini 59, Nero, quintus ab Augusto, imperium suscepit, vir omnium flagitiosissimus. Qui Gaium Galliculam avunculum suum nequitia superavit. Tante namque petulantie fuit, ut, assumpto varii vestitus decore, tam Grecie quam Italie urbes et teatra perlustraret[o] ipsosque istriones suis

Otto III, 15.

Optima pars Reni iam nunc recolenda resurget,
Qua patrie mater regina Maguntia fulget,
Francorum sedes, quam memorare sedet.
Gesta Maguntina pro tempore prima feramus,
Post et Agrippina celebri statione canamus.
Ad primam sedem, dactile, verte pedem.

Apud Francos interpretatio nominis civitatis Maguntie.

Climata quando pia formabat in orbe sophia,
Tunc Magus atque Cia dixere: *Moguntia fiat,*
Francus ubi fluvius Renus amenus yhat.
Arte ferunt magica sua menia prima patrata,
Unde Maguntina fuit hec quandoque vocata;
Inde placet proprie nomen utrumque dari.
Sedes prima datur, cui prima corona loratur,
Grandis in archatu, grandis sua pompa notatur,
Per quoque quinque patrum noscitur esse caput.
Quos loquor esse patres, quasi reges esse putate:
Magni pontifices retinent sua climata late,
Quos bene consimiles regibus esse patet.
Qui minor in patribus hiis omnibus esse putatur,
Regibus aut ducibus par maiestate probatur,
Militia populis ornat utrumque latus.
Si minor illorum tot culmina stringit honorum,
Plus facit egregius presul dominator eorum,
Tollere qui Danais posset ubique solum.
Primus[52] apud Francos regum Gilbertus habetur,
Regna Turingorum qui tunc superasse meretur,
Marteque Saxonicum sustulit omne decus.
Hic genuit magnum condam regem Glodobeum,
Cui baptista fuit Remigius atque Tadeus;
Tunc prius agnovit Teutona lingua Deum. —
Claudius exarcus fit summus in orbe monarcus.
Scribit[53] et ecclesiis sub eo sua dogmata Marcus,
Cuius dogma bonum transit per omne solum.
Iste duodenis annis diadema reliquit,
Spiritus infernum corpusque sepulcra revisit,
Ius tamen imperii cum probitate tulit.

a) tercius E 1; ab A. Octaviano C 3; *reliqua desunt* C 4; q. r. a. 14 *desunt* C. b) 806 C 4. c) *erasum* C 3. d) et C 4. e) dederit C 4. f) Asiam accipit C 4. g) *ita* B 1. C 3. D 1. E 1; Ierap. C 4; Garop. E 6. h) *ita* B 1. i) *e corr.* C 4; 20 C 2. k) *haec desunt* B. l) quarti E 5. 6; q. ab A. *desunt* C 4. m) 859 C 4. n) vero C 4. o) perlistr. B 1.

51) 45 Otto, cuius annos saepius mutavit. 52) Similia Spec. regum II, 55, supra p. 89. 53) Isidorus. *Claudius* etc. in B. C. D. E scriptoris errore omissa sunt; cf. Spec. II, 20, p. 76.

Otto III, 15. ioculationibus vinceret. Luxurie tam effrenis[a] fuit, ut aurea sibi retia ad piscandum[b] et domum auream ad habitandum pararet. Urbem fecit in duodecim partibus succendi. Que cum per septem dies arsisset, ipse in altissima turre stans, cantilenas de incendio Troie quondam[c] compositas letissimus decantabat. Nero matrem et sororem stuprare non aborruit, Senecam magistrum suum interfecit. Nero primus in christianos movit sedi-
c. 16. tionem. Matrem suam evisceravit. Nero[d] audiens Galbam in Ispania ab exercitu imperatorem esse creatum, animo fractus, a senatu hostis pronuntiatur. Ipse fugiens apud quartum lapidem ab Urbe se ipsum occidit, et, ut aitur[e], a lupis est devoratus. Cetera[f] de Gaio et de Nerone versibus explicamus[g].

Item de Nerone[h] *versifice, qui regn. ann.* 14.

Scandit[54] Nero thronum blasfemus in orbe colonus[i],
Nulla sorte bonus neque dignus honore patronus[k],
Saccus opum, scelerum signifer, orbis honus.
Nero[54] sue matris iubet intima[l] viscera findi,
Quo loculo stringi potuit, quo spermate gigni,
Quo iacet alveolo matre creatus homo.
Nero suam Romam voluit comburere magnam,
Cernere tunc cupiens, quantam daret undique flammam,
Ut viduata lare gaudia Roma[m] daret*.
Nero puer quondam fertur metuisse magistrum*,
Dum tenet imperium, metuisse fatetur id ipsum*,
Unde virum[n] Senecam, dum timet, ipse[o] necat*.
Nero magum Simonem scelerum nutritor amavit,
Cuius et[p] intuitu Petrum* Paulumque necavit.
Ipse[q] lupis rabidis perfidus[r] esca fuit.
Verba actoris sunt. Gesta Magi Simonis vel[s] regis culpa Neronis
Regibus exemplum pariunt frenumque furoris,
Suntque timor reprobis spesque beata[t] bonis.*

* Neroni s.
* Senecam s.
* in magistro suo s.
* s. per flebotomiam.
* apostolum s

10. *Cronica*[u. 55] *contemporanea de Glodoveo rege Francorum.*

Nunc babtizatur Glodoveus* in urbe Remensi,
Angelus a celis oleum dedit[v] omnipotentis,
Gratia babtismi quo celebrata fuit.

* rex s. Francorum.

* A *addit:* *Apud Francos de civitate Trevirorum et mirabilibus eius.*

Fulget apud Francos prenobilis urbs Treverorum;
Belgica Roma prius fuerat cognomen eorum,
Qua rigat egregium pulcra Musella solum.
Vina Musellina facit unda maris peregrina,
Anglica natus ea vebit et Norgueia carina,
Optinet in Renum ducta Musella viam.
Hac et in urbe pia requiescit honore Mathias,
Discipulus Domini, celi statuente sophia,
Quo peregrinus yhat solvere vota via.
Corpus et Eucharii tenet hec corpusque Materni,
De quorum meritis paucissime scribo modernis,
Mira legendo feres, qui mea scripta geres.
Hii[w] dum trans Alpes Petro mandante venerunt *etc.**
. . . . . .
Nullus habet Rome baculum per secula presul,
Permanet in Treveris perpetuale decus.

a) effrenate B 1. *Otto.* b) s. ad p. r. faceret C 4. c) *deest* C 4. d) Audiens autem C 4. e) infertur D 1. f) Cetera — expl. *desunt* C 4. g) e. sub hoc signo ·:· o supra B 1. h) De N. imperatore, de Petro et Paulo et aliis actibus eius A; De N. i. et Simone mago et P. et P. B; De eodem v. C 3; I. d. N. imperatore C 4; versif. *deest* E 6. i) patronus A. k) colonus A. l) omnia A. m) longa A. n) suum A. o) arte A. p) ob intuitum A. q) Unde A. r) traditus ipse cadit A. s) et gesta c. A. t) futura A. u) *haec desunt* B; Cronica Bede presbiteri A; De G. r. F. C 4; Cronica E 1, *ubi versus de Clodoveo* Nunc — semper erit *omittuntur.* v) tulit A. w) *sequentia etiam supra habet* A, *et alio loco etiam* C. D. E *his praemissis:*

Signa[56] beatorum nequeunt numero numerari,
Attamen hic unum de milibus opto notari,
Unde sit in[a] reliquis gloria nota[b] magis.
Eucharius fuit[c] atque suus collega Maternus
Discipuli Petri, verbum coluere supernum,
Quos sibi[d] trans Alpes Petrus abire iubet.
Cumque Iovis montem niveo iam calle subirent *etc.*

*) *in sequentibus Treviris* Belgica Roma *dicitur.* a) et A. b) recta A. c) condam fuerat sociusque M. A. d) modo A.

54) V. Spec. reg. II, 9, supra p. 72. 55) Haec ex prima libri dispositione male hoc loco retenta esse, patet. Omissa in codice E 1, sive ab ipso auctore, sive a codicis scriptore. 56) Cf. Vita Eucharii etc. Acta Sanct. Ian. I, p. 918.

Fertur adhuc oleum* celeste Remis retineri, * illud s.
Quo[a] reges uncti soliti sunt regna mereri;
Unctio[b] Francigenis* hec ita semper erit. * regibus s.
Tunc[c] 57 post Tiberium Gaiumque sedente Nerone
Petrus erat papa Rome, qui relligionis
Docma[d] fidemque Dei* primus in Urbe colit. * Christi s.
Petrus[e] in Antiochis* octo[f] consederat** annis, * i. aput Antiochiam. ** episcopus s.
Bisque decem* Rome servit divina tyrannis, * annis s.
Insuper et quinque sedit[g] et octo dies*. * s. et 6 menses.
Euguangelistam Marcum fertur docuisse.
Qua crucifixus erat Petrus, tumulum tulit ipse*; * Petrus s.
Rasuram capitis primus et ipse* tulit. * Petrus s.
Linus[h] erat, vivente Petro Neroneque, Rome[i];
Namque[k] vices Petri[l] gessit, Tuscus regione,
Annis[m] quindenis ultima fata colens.

Nota, quia post Petrum Antiochie succedit Evodius.

Et Cletus, vivente Petro, Lino sociatur*, * in pontificatu s.
Qui simul exterius curabant pontificatum*, * Petri s.
Set dabat interius docmata sacra* Petrus. * i. spiritualia.
Tradita non erat hiis* papalis plena potestas, * duobus s. Lino et Cleto.
Nec ligat aut solvit Linus Cletusve, set exstant
Sub vice pontificis pondera ferre Petri.
Qui[n] socius Lini fuerat pro tempore Cletus,
Annis ter senis Rome sedisse videtur,
Quorum temporibus vixit in Urbe Petrus.

11. *De[o] Galba et de Ottone et de Vitello[p], electis imperatoribus, et de Vespasiano.*

Galba, sextus ab Augusto imperator, Neronis morte comperta, Romam venit. Ubi dum nobilem quendam nomine Pisonem sibi in filium adobtasset[q], ab Ottone tam Galba quam Piso septimo imperii sui mense necantur. Itaque dum Rome Otto usurpat imperium, Vitellius[r] in Iermania idem arripere conatur. Item Vespasianus in Siria, contra Iudeos a Nerone[s] transmissus, multis malis eos attriverat. Et Iosefum, eorum prudentissimum[t] ac sapientissimum sacerdotem, in vinculis tenebat. Cito Vespasianus ab exercitu Neronis[u] imperator creatur. Iosephus iste, de quo tam sepe loquimur, filius Mathie, non solum inter Iudeos, set etiam aput Romanos postmodum tante autoritatis[v] fuit, ut statua ei in Urbe donata esset[w], libri quoque eius bibliotece traderentur. Eius autem opera sunt in istoria 25[x] librorum Antiquitatum. Liber etiam Machabeorum secundus ab eo dicitur compositus. Otto contra Vitellium bellum parat. Ubi dum primo circa Alpes, secundo iuxta Placentiam, tertio in loco qui dicitur Castoris victor fuisset, quarto, cum suos iam vinci vidisset, se ipsum occidit, mense tertio quo ceperat imperare. Vitellius Romam veniens, regnum usurpat. Multisque ibi crudeliter actis, cum audisset de Vespasiano, primo quidem regnum dimittere cogitat, set postea confortatus a sociis, Sabinum, fratrem Vespasiani, cum suis in Capitolium fugavit. Ibique eum et suos omnes incendio et ruina uno tumulo mori et sepeliri coegit. Vespasianus autem ortatu principum et Iosephi supra memorati suscepit imperium. Relictoque Tyto filio suo in obsidione Ierosolimorum, ipse per Alexandriam Romam venit. Interea Vitellius a suis capitur, et tam per viam sacram quam per forum turpiter ductus, unco trahitur, et mersus in Tiberim, communi caruit sepultura. Igitur a passione Domini 40 annorum spatio iam[y] transacto, quem terminum Iudeis[z] Deus tunc ad spatium penitentie indulsisse videtur, cum penitentiam despicerent, immo interficiendo duos Iacobos et Stephanum peccata[a] multiplicarent, ultio divina, sicut eis a Domino predictum fuerat, populo impiissimo supervenit. Sancti viri, qui tunc erant Ierosolimis, revelatione divina premoniti, ab urbe secedunt, et in castello quod dicitur Pella se claudunt. Civitas Ierusalem Tyti obsidione cingitur in die magno pascalis sollempnitatis, cum populi[b] extranei totius Iudee illuc confluxissent. Urbs tandem cum multo sanguine Romanorum capitur. Templum autem, ubi principes se et sacerdotes receperant, maximo postmodum legitur labore devictum. Titus itaque urbem et templum iuxta prophetiam domini Iesu Christi delevit. Nam lapidem super lapidem non reliquit. Anno 1100. a restitutione ipsius templi, quando restauravit illud Darius, filius Istapis, rex Persarum. Ibi 600000 Iudeorum interfecta leguntur secundum scripta Cornelii et Suetonii. Qui autem Iudeorum miserabilem occisionem[c] plenius cognoscere volunt, legant Iosephum istoriografum eorum. Qui in ipsa die pascali tamquam uno carcere divina dispositione conclusos tricesies centena milia commemorat in urbe fuisse. Ex quibus undeties centena milia igne, fame, ferro perierunt, preter illos qui in villis et castellis aliis sunt extincti. Adiecit insuper Iosephus in hec verba: *Estimo, quia si eundem impiissimum populum Romani punire distulissent, aut yatu terre aut aque[d] diluvio aut ignibus Sodomitanis et fulminibus de celo missis eadem civitas supplicia pertulisset; quia nequiorem protulit etatem hominum, quam illi Sodomite[e] fuerint, qui eadem supplicia primitus[f] pertuleruntg.*

Otto III, 17.

c. 18.

a) Unde solent ungi reges soliumque m. A. b) Regibus hec reliquis unctio semper e. A; Untio *superscripto* c B 1.
c) Tempore Tiberii Gaii Claudique Neronis A, *qui praemittit:* Cronica Bede presbiteri; T. T. Gaiique simulque Neronis B. C. d) Dogmata christicolis p. A. e) Hic apud Antiochos A. f) octonis sederat A. B. C. g) *e corr.* B 1.
h) Cronica *praemittit* A. i) vivente Nerone A. B. C. k) Ipse A. l) eius (Petri s. B 1) B. C. m) Annis — colens *in fine huius loci habet* A 1. n) Qui — Petrus *in marg. add.* B 1. o) *haec desunt* B; De G. et O. et V. C 3. 4.
p) Vitello C 3. E 1. 5. 6; elect. et de V. *desunt* C 4; Vasp. E 6 *semper*; et V. el. imp. E 1. q) *ita* B 1; adoptaret C 4.
r) Vitellus C 3 *semper*. s) ab Ottone D 1. 2. t) p. ac *desunt* C 4. u) Ottonis D 1. 2. v) *ita* B 1 *hoc loco*. w) *deest* B. C. *Ott.* x) 20 B. C. *Ott.* y) *deest* C 4. z) eis *corr.* Iudeis B 1. a) *deest* D 1. b) populus extraneus — confluxisset C 4. c) cedem C 4. d) *deest* C 4. e) *deest* B. C. f) *deest* C 3. g) prot. C.

57) Lib. pont.; cf. cat. pont. supra p. 25.

[Dicebant[a] tunc Romani, nullos in toto orbe terrarum[b] labores se tam gravissime[c] pertulisse, sicut in gente Iudaica illis temporibus pertulerunt, nullamque gloriam de omnibus aliis triumfis se habuisse crederent, si Ierosolima integra in sua contumacia permansisset.]

Otto III, 18. Iudei[d], qui tunc occisi non sunt, 900000 fuisse leguntur[e], qui usque in presentem diem per totum orbem dispersi cernuntur.

Tytus post triunfum[f] tam magnificum a toto exercitu imperator est appellatus. Vespasianus simul cum Tyto Urbem ingreditur, ubi triunfo maximo et inaudito, uno curru sedens cum filio, ductis ante se captivis et biblioteca Iudeorum, suscipitur. Hiis diebus valde aucta est res publica; denique Achaia, Litia, Rohdus, Bizanzium, Samotracia, Cylicia et Comogena[g] in provinciam Romanorum redacti, Romanis legibus et iudiciis parucrunt. Vespasianus anno 10. imperii sui fluxu ventris in propria villa sua moritur, iuxta terram Sabinorum. Tytus autem, filius eius, octavus ab Augusto succedit, exclusis a catalogo imperatorum Vitellio et Ottone. Fuit autem vir moderantissimus[h], qui frequenter dixit: *Dies perditur, in qua bonum non operamur.* Anno imperii Tyti[i] secundo in villa qua et pater eius[k] obiit ipse[l] cum planctu omnium Romanorum[m]. Ceteran[n] de eodem[o] versifice canamus[p].

12. *Item*[q] *de exaltatione Vespasiani Titi*[r] *imperatoris, octavi ab Augusto, versifice dictum*[s].

Tempore[t] Neronis[u] iam Vespasianus habetur*,
Qui[v] post Neronem Rome diadema meretur;
Hic et Ebreorum destruit omne decus.
Imperiosa[57*] manus consurgit[w] Vespasianus;
Filius est[x] * Titus, quem post hunc laude canamus:
Viribus[y] amborum crevit in orbe salus.
Filius atque pater populos destruxit[z] Ebreos;
Pro[58] solo nummo triginta dedit* Phariseos,
Sicut[a] ab hiis* emptus scribitur[b] ipse Deus**.
Annis* terdenis[c] fuit hic Titusque duobus,
Claruit ipsorum super omnia climata robur,
Invisosque Deo perdit uterque reos. *

* s. non existens imperator.
* eius s.
* venales s.
* Iudeis s. ** Christus s.
* s. imperator Vespasianus.

---

* A *addit:*

Apud Francos Agrippa edificat Coloniam civitatem.

Tunc et apud Francos Romanus vixit Agrippa,
Cuius Agrippinam legimus cognomine dictam,
Que modo primatum summa tenere datur.
Fulget Agrippina clero populoque beata,
Grandis, honorata, res regia summa vocata;
Regibus optata sunt sibi iura data.
Laude sui cleri cuperem condigna fateri;
Cum laudare velim, superat me copia veri,
Vixque suis meritis Enneus aptus erit.
Omne decus mundi miranda Colonia fundit,
Inclita metropolis hostes probitate retundit.
Maxima pontifici pallia Roma dedit.
Claviger Ytalicus sub cesare presul habetur,
Quod sit ibi dominus, cancellaria fatetur,
Est ibi pontifici gloria, pompa, decus.
Servat Agrippa magos tres, quos celebre veneramur,
Quos reges Arabum psalmo perhibente putamus:
Carne caput sanum tangitur ore manu.

Cletus papa primus post Petrum.

Istis temporibus fert pontificalia Cletus,
Annis ter senis Rome sedisse videtur,
Cuius doctrine fulget in orbe decus.

Apud Francos Granus princeps Romanus.

Princeps Romanus fuit hoc in tempore Granus,
Qui castrum firmavit Aquis silvis medianum,
Illud Aquisgrani nomen habere damus.

a) *haec desunt* B. C. b) t. — sicut *desunt* E 6. c) gravissimos E 5. d) Iudeorum C 4. e) legimus B. C. f) *ita* B 1. g) gogena D 1. h) moderat. C. i) sui C 2. 4. k) *deest* C 4. l) *deest* B. C. m) fit sepultus *add.* C 3. n) Cetera — canamus *desunt* C 4. o) de Vespasiano et Tito B. p) legantur B 2. q) De Vespasiano imperatore et (filio eius A.) Tito A. B; Item *deest* C 3; De T. et V. C 4. r) et Titi C 2. 3. E 4. 5. 6. 8. s) qui regnat annis 8, menses 12, 22 dies *add.* D 1. t) Tempore — decus *post* salus A. u) Tiberii rex B. C. v) Sed A. w) sedet ordine A. x) est eius Titus q. p. memoramus A. y) Per quos terrarum c. ubique s. A. z) dampnavit A. a) Quo fuerat numero venditus ante d. A; Sic e. ab h. E 3. b) creditur esse E 6. c) viginti A. B. C.

57*) Spec. reg. II, 10. 58) Haec fabulam redolent.

De exaltatione Titi imperatoris[a], *qui regn. ann.* 2 *et m.* 2.

Titus[59] honoratus populo plaudente levatus,
Prorsus Ebreorum legitur punisse reatus;
Clarus in eloquio, lux erat* in populo.
Hic dedit[b] Ebreis eterno tempore luctum.
Perditur[60] *illa dies,* dixit, *que stat*[c] *sine fructu;*
Nil[d] *valet,* inquit, *honor cesaris absque bono*.
Papa fuit Clemens, Tito diadema tenente,
Anni ter terni[e] menses duo quo moriente
Transierant, et ad hec octo duoque dies.**

* Titus s.
* opere s.
* secundus s. a Petro.

Grandis Aquisgrani Francorum gloria regnat.
Grandis erat condam, maior patet esse moderna,
Qua regni sedes imperiumque tenet.
Cum sit Aquis condam sub principe condita Grano,
Stat sub Agrippina, dat iura metropolitano.
Balnea sulfurea que tenet, ecce cano.
Urbis nomen Aquis, quod aquas signare videtur,
Francorum lingua sonat ais, quia sana tuetur
Corpora debilium; fit nova pulpa vetus.
Karlus in hac requie propria statuit recreari,
Sede coronari qua vivere, qua tumulari
Sanxit et hoc reliquis posteritate dari.
Aula rotunda pie prefulget in urbe Marie,
Qua fuit et fiet laus perpetranda sophie;
Cantus ibi celebris nocte fit atque die.
Si de factura tibi sit cognoscere cura,
Marmore structuram similem non credo futuram,
Aurea pictura, plumbea tecta sua.
Dupliciter structa, dupla testudine ducta,
Aula patet populis, duplato corpore dupla,
Et gradibus late scandere summa patet.
Quatuor ascensus fit partibus ordine tensus,
Fit quoque contentus susum iusumque retentus;
Clerus utrique lari stat ratione pari.
Karolus aptavit, rex Attila[f] fana paravit,
Otto reformavit, Fredericus honorificavit;
Aurea capsa patet, qua modo Carlo iacet.
Cuius in altari meruerunt membra sacrari,
Moreque vulgari reverenter ibi venerari,
Semper adorari laude, canore pari.

** A *addit:*

Cronica.

Apud Francos fit castrum Noviomagum.

Iam Noviomagum Francorum clima canamus,
Quod Iulius primus coluit, nunc Vespasianus
Innovat, et Titus filius, ampla manus.
De Noviomago pulchro libet edere pago,
Qua variatus agro fluvius rigat omnia Gualo;
Hec aqua fit raro transilienda vado.
Fluminis elata sunt litora rupe levata.
Aula[g] columpnata stat desuper arte locata,
Circuitu lata prata rigantur aqua.
Pulcrior aspectus non creditur orbe repertus.
Hanc Gaius Iulius prius edificasse refertur.
Omnia que vidit subdita fecit ibi.
Karolus ornavit, quam cesar ibi reparavit;
Attila vastavit, Fredericus ea renovavit.
Amodo qui veniat rex ea facta regat.

a) T. post Vespasianum patrem suum B 1; De exaltatione Titi p. V. p. s. B 2; imp. *deest* E 1; q. — 2. *desunt* C.
b) H. ubi Iudeis tribuit per secula l. A. c) fit A. d) Nec A. e) ter deni E 5. f) Attilia A 1.
g) Aura A 1.

59) V. Spec. reg. II, 11. 60) Isidorus.

13. *De[a] exaltatione Domitiani imperatoris, noni[b] ab Augusto, qui regn. ann.* 15.

Otto III, 19. Annoc ab Urbe condita 825, anno autem abd incarnatione Domini 83, Domitianus, nonus ab Augusto, Tyto fratri suo succedit. Iste suos tam occisione quam exiliis inique tractavit. Romanum exercitum aput Iermanos et Dacos incaute perdidit. Istee in tantam vesaniam devenit, quod deum et dominum se iusserit appellari. Ad similitudinem Neronis in christianos movit persecutionem. Ipse Iohannem euguangelistam, ultimum tunc apostolorum, in Patmos insula exilio relegavit. Ubi etiam scripsit Apocalipsim. Domitianus in palatio suo occisus anno 15.[f] imperii sui, dedecorose legitur fuisse sepultus. Cui[g] Nerva succedit, decimus ab Augusto[h].

Item[i] de eodem Domitiano versifice[k].

Titi[61] Germanus nunc regnat Domitianus,
Perfidus, insanus[l], sanctis crudelis, amarus,
Perdat ut ecclesias, mittit ubique manus.
Davitica de stirpe[m] viros* postquam superavit, * Iudeos s.
Amodo ne reges[n] fierent, omnino necavit:
Sic genus illorum prorsus honore cadit.
Sevus in imperio, tu, Domitiane tiranne,
Mittis in exilium, populo plangente, Iohannem;
Tu male[o] discedis*, clarior ille redit. * turpiter s. occisus.

Nota, quod Eusebius dicit moriente Lino tempore Tyti sucessisse in cathedra Petri Anacletum. Alii vero dicunt Clementem, quod et nos tenemus.

Rex*·[p] annos sex atque decem vixisse notatur. * Domitianus s.
Tunc et Anacletus Rome sedisse putatur,
Grecus ab Athenis, clarus[q] in Urbe fuit.
Vixit Anacletus annis Rome duodenis,
Atque dies septem, cum mensibus ordine denis,
Post et Alexander nomine papa venit.*

14. *De[r] Nerva imperatore[s], decimo ab Augusto, qui regn. ann.* 1.

Domitianus obit, set[t] Nerva fit actor honoris,
Qui[62] cito lege fori damnavit gesta[u] prioris*, * s. Domitiani.
Nec patitur regis gesta maligna coli.

---

* A *addit:*

Apud Francos edificatur Traiectum super Renum contra Frixones.
Nunc gentem Frixonum Romana potentia querit,
A quibus et fisci mandat vectigal haberi;
Denegat hoc Frixonum[v] terra rebellis ei.
Urbem Traiectum statuit tunc Roma parari,
Ut possent Frisones belli statione domari,
Qua maris occeani litora Renus adit.
In mare proiecto Reno dum carmina necto,
Urbi Traiecto nichilominus organa flecto,
Cuius et occeano litora iuncta cano.
Navigio plena tenet urbs ea litora Reni,
Planicie leni campi iunguntur ameni,
Qua maris occeani multa carina vehit.
Distat ab occeano trinis urbs illa dietis,
Que sine vinetis agris nitet undique letis,
Turget et innumeris piscibus ipsa rethis.
Piscis et allecis ibi fit quasi copia fecis,
Quorum massa necis rumpit moderamina retis:
Retibus impletis, suscipe, si qua petis.
Transitus ille maris datur Anglis rite parari,
Anglica Lindonia breviter solet inde vagari,
Navis iter peragit nocte dieque pari.
Omne solum patrie quod Renus ab equore cingit,
Presulis et cleri Traiecti copia stringit,
Et maiora satis presul honore capit.
Quicquid ab Anglorum regno vehit unda bonorum
Et fera gens Frisonum manibus deservit eorum,
Servit et Alsatia, Mosa, Musella, Magus.

a) *haec desunt* B; De Domitiano imperatore C 4. b) octavi D 1. E 5. 6; q. r. a. 15 *desunt* C. c) A. ab inc. D. 83. ab U. a. c. 825. C 4. d) *deest* B. e) p. in t. etiam v. C 4. f) vicesimo D 1. g) Cui — Augusto *desunt* C 4. h) Cetera de Domitiano versus exponunt *add.* B; sub hoc signo ℇ÷3 *add.* B 1. i) De Domitiano imperatore A; De D. i. qui fuit frater Titi B; De eodem C 3; I. de D. C 4. k) dictum *add.* C 2. D 1. l) in sanctos Domini c. A. m) prole A. n) f. r. A 1. o) moriens cedis A; decedis E 1; mane de celis E 5. 6. p) Hic A. q) natus et ipse A. r) *haec desunt* C 4. s) i. cuius tempore Iohannes euangelista (*deest* B) ab exilio revocatur (est revocatus B) A. B; et de papa illius temporis *add.* A; q. r. a. 1 *desunt* C. t) o. Nerve f. culmen h. A. u) et acta A; facta C 4. v) Frixonum *corr.* Frisonum A 1.

61) V. Spec. reg. II, 12. 62) Cf. catal. imperatorum infra.

Fama Iohannis* adest, vir[a. 63.**] ab exilio*** revocatur.
Omne, quod instituit rex impius*, evacuatur,
Omne[b] malum reicit Nerva, quod ille tulit.
Imperium Nerve spatio preciditur anni;
Tempore cuius erat celebris doctrina Iohannis*.
Nunc et Alexander papa beatus adest.
Annis ter senis viventis[c.]* tempore plenis,
Mensibus et septem sua[d] tempora presul* ademit,
Hiis tamen ad requiem tres superadde dies.*

* euangeliste s. ** s. Iohannes. *** i. ab insula Patmos.
* Domitianus s.
* euangeliste s.
* pape s.
* Alexander s.

15. *De Traiano imperatore,* 11.[e] *ab Augusto, qui regn. ann.* 19.

Sic Stephanus requiem papa beatus habet[e].

Sub Valeriano[f] fit Sistus papa secundus,
Grecus erat genere, doctissimus, ore facundus,
Postque[g] duos annos facta resolvit humo.
Mensibus undenis pervixit[h] sexque diebus.
Cuius temporibus Laurentius assus habetur;
Iam[i] reddunt cesis lumina* signa crucis[k]. **. * per Laurentium s. ** s. per Laurentium.

33. *De*[l. 97] *Valerio imperatore*, 27. *ab Augusto.*

Valerii[m.*] Dionisius stat tempore presul. * imperatoris.
Mensibus undenis annisque duobus habetur,
Insuper ad requiem sex superadde dies.
Cesar Valerius[n] sex mensibus*, octo diebus, * s. et.
Fertur ab istoriis Romanis sistere[o] rebus;
Pace bona tenuit quicquit in Urbe[p] fuit.

34. *De*[q] *Claudio imperatore*, 28.[r] *post Augustum*[s].

Otto III, 40. Anno ab incarnatione Domini 274. Claudius[t], 28. post[u] Augustum, consentiente senatu fit imperator. Iste Gothos, qui[v] iam per 20[w] annos Illiricum[x] et Macedoniam fuerant pervagati, bello repressit atque incredibili strage delevit. Unde clypeus ei aureus et statua equestris decernitur a senatu. Anno autem imperii sui secundo morbo correptus diem obiit. Cui Quintilius frater suus[y] ab exercitu substitutus, 17. imperii sui die vitam finivit[z].

Treb. Poll. 30 *tyr.* [Inter[a] predictos imperatores et[b] cesares fuerunt extraordinarii multi imperatores et cesares, quorum quedam[c] nomina hec sunt: Quietus cesar, Odenatus[d] cesar, Balista[e] cesar, Erodes[f] cesar, Meonius cesar, Balista cesar, Valens[g] cesar, Piso cesar, Hemellianus cesar, Alexander cesar vel Alexandrinus, Saturninus cesar, Tetricus[h] senior, Tetricus iunior cesar, Herennianus[i] cesar, Timolaus cesar, Celfus cesar[k], Zenovia cesar[k], Victorianus cesar, Titus cesar[k], Censorinus cesar[k], Claudius[l] cesar[l*]. Istorum[m] omnium gesta non scripsi, quia eos a cathalogo imperatorum autenticorum exclusos inveni; nomina vero eorum[n] propterea posui, ne forte me plenitudinem istoriarum lectores non totam inspexisse et explorasse putarent.]

De[o] *eodem Claudio versifice narratur, qui regnat*[p] *annis* 12.

Claudius[98] imperii solio residere meretur;
Adversus Gothos armis sua[q] regna tuetur,
Unde per Illiricum contulit arma secus.
Bella[r] per Illiricum dum Claudius anpla moveret,
Gothus in arma ruens[s], quasi despicit arma timere,
Dimicat[t.*] et teritur, mira[u] pericla ferens. * s cum Claudio.
Claudius imperio datur annis stare duobus.
Nunc[v] etiam Felix sedet annis papa duobus,
Terque[w] duos menses, adde duosque dies.

35. *De*[x] *Aureliano*[y] *imperatore*, 29.[z] *ab Augusto, qui regn. ann.* 5.

Otto III, 41. Anno ab incarnatione Domini 276. Aurelianus, 29. ab Augusto, suscepit imperium. Iste cum esset vir bellicosus, circa Danubium Gothos diversis ac magnis preliis vehementer depressit. Iste[a] etiam terminos Romani[b] imperii restauravit in occidente. Deinde in oriente digressus, reginam Genobiam, que, occiso marito suo Odenato,

a) Tunc V. — annum *supra ante* Nam q. A 1. b) bono A. c) Insuper ad vitam A. d) dierum C 4. e) B 1 *in marg. add. sed delevit:* Tempore Valeriani defuncto papa Stephano, Sistus Rome successit. f) Temporis illius C. g) que *deest* A 1. h) vixit quoque A. i) Et A. k) B 1 *in marg. add. sed del.:* Temporibus Valerii papa Sistus Rome, in Cartagine autem Cyprianus martirio consumantur. Tunc pape Xisto successit Dionisius. l) De Galerio imp. et papa sui temporis A. B; *rubra deest* C 4; Valeriano E 5. m) Galerii A. B. n) Galerius *corr.* Valerius B 1. o) vivere A. p) orbe C 3. 4. q) *haec desunt* B 1; De C. i. C 4. r) 30. E 5. 6. s) ab Augusto C 3. E 8; qui regnavit annis 12 *add.* E 8. t) Cladius D 1. u) ab Augusto C 3. 4. v) *pergit* D 1. w) 30 E 8. x) *deest* D 1. y) eius C 4. z) Cetera versus dicunt *add.* B; sub hoc signo ÷O÷ B 1; infra sub hoc titulo B 2. a) *haec desunt* B. C. b) vel E 1. 5. c) omnia D 1. d) Donatus D 1. e) cesar Basista E 8. f) E. c., M. c., B. c. *desunt* E 5. 6. 8. g) *deest* D 1; cesar Valens, cesar Piso, c. Hemel. E 8. h) Tertius E 5. i) Hermannus E 1; Heremianus E 6; Heremmanus E 8. k) *deest* D 1; cesar Z., cesar V., cesar T., cesar C., cesar Cludius E 8. l) Glaudius D 1; Cludius E 8. l*) *deest* D 1. E 8. m) Cesarorum istorum nomina non E 8. n) *deest* D 1. o) De C. imp. et papa sui temporis A; De C. i. B; De eodem versifice C 3. E 8; Item de Cl. C 4; De Cl. v. qui *etc.* E 6. p) regnavit E 5. 6. q) qui C 4. r) Bella — moveret *desunt* D 1. s) ruit q. nescius a. A. t) vincitur E 8. u) dampna A. v) Nunc — duobus *desunt* C 4. w) Fertque decem m. papa A. x) *haec desunt* B; De A. i. C 4; q. r. a. 5. *desunt* C. y) Aurelio C 2. D 1. E 1. 5. 6. z) 30. E 5. 6. a) Ipse B. C 2. 4. D 1. E 1. b) *deest* C 4.

97) Quid hic sibi velit Valerius, ignoro. 98) V. Spec. reg. II, 30.

BSB

Syriam usurpaverat, in potestatem redegit. Itaque tam orientis quam aquilonis victor existens, Romam reversus, Urbem muris firmioribus honoravit. Item in Gallia [Francigenarum[a]] super fluvium Ligerim civitatem Aurelianam nomine suo construxit. Ecclesie Dei benignus prius apparuit; quam in fine vehementer afflixit. Ante oculos eius fulmen de celo cecidit[b], omnibus hominibus[c] terrefactis. Ipse autem paulo post anno imperii sui 5.[d] submergitur in Tyberi[e]. *Otto III*, 41.

36. *De[f] eodem Aureliano[g] imperatore versifice, et de papa sui temporis.*

Suscipit[1] imperium vir pessimus Aurelianus,
Ecclesie tormenta parans, erat heresianus;
Mergitur in Tiberi, cessat iniqua manus.
Annis quinque malus tunc[h] vixerat Aurelianus,
Papaque Romanus nunc presidet Euticianus,
Annis ter ternis cui pia vita manet.
Adde decem menses, quatuor adde[i] dies.

37. *De[k] Tacito imperatore*, 30. *ab Augusto, qui regnat anno* 1.

Anno ab incarnatione Domini 281. Tacitus, 30. ab Augusto, suscepit imperium. Qui in Ponto sexto mense occisus est. Post quem dum Florianus partem imperii invaderet, tertio mense, ex quo id[l] usurpaverat, occisus est apud Tarsum[m]. *Otto III*, 42.

Item[n] de Tacito imperatore versifice[n], et papa sui temporis.

Tacitus[2] unius tulit[o] anni iura corone.
Euticianus erat sub eodem tempore[p] Rome.
Vita brevis Taciti[q] sub brevitate sonet.
Annis ter ternis prefatus papa resedit,
Atque[r] decem menses, quibus illi clerus[s] hobedit,
Bis binosque dies plus sua vita dedit.

38. *De[t] Probo imperatore*, 31. *ab Augusto, qui regn. ann.* 7.

Anno ab incarnatione Domini 282. Probus, 31. ab Augusto, adeptus imperium, barbaros, qui Gallias occupaverant, fortissimo bello devicit. Ipse autem anni imperii sui septimo a militibus apud Firmium[u] in turri serata interficitur. Cui succedit Carus, anno ab incarnatione Domini 288., natione Narbonensis, ab Augusto 32. *Otto III*, 43. *c.* 44.

39. *De[v] Caro imperatore*, 32. *ab Augusto, qui regnat annis* 6, *et de papa sui temporis.*

Carus[3] bella gerens, Persarum parte remota,
Vincit, et est regio Persarum subdita tota.
Fulmine percutitur, dum premit ipsa loca.
Suntque[4] sui nati gladio[x] post pauca necati;
Carinus, Numerianus sunt ambo vocati *;
Post annos quinque Carus ab orbe cadit.
Gaius papa sedet undenos circiter annos,
Menses bis binos ipsi[y] iungamus ad annos,
Insuper et[z] vite iungimus octo dies.

40. *De[a] Maxentio imperatore*, 33. *ab Augusto, et[b] de papa sui temporis.*

Cesar[c. 5] septenis Maxentius imperat annis,
Cuius et abscisum Tiberis caput abstulit amnis,
Dum[d] Constantinus rex ingulasset eum.

---

* B 1 *in marg. addit:* Numerianus occisus a principe Apro, Carinus autem a Diocletiano.

a) *deest* B. C. b) descendit E 8. c) o. qui aderant E 4. d) 6. B. C. *Otto.* e) Cetera versifice legantur *add.* B; in hoc signo ÷o B 1; infra in hoc e. t. B 2. f) De Aureliano imperatore et papa sui temporis A. B; et de p. s. t. *des.* C 2. D; Item de A. C 4; De e. v. C 3. E 8; imp. v. *desunt* E 6. g) Aurelio B 2. D 1. E 3. 4. 6. h) nunc imperat A. i) atque C 3. 4. k) *haec desunt* B; q. r. a. 1 *desunt* C; De T. primo C 4; Item de E 1. l) *deest* C 4. m) Cetera versus dicunt *add.* B; in hoc signo B 1; infra in hoc e. t. B 2. n) De T. imp. et p. s. t. A. B; et p. s. t. *des.* C 2; De eodem versus C 3; De eodem C 4; *rubra deest* D 1. E 5. 6; It. de eodem v. E 1; De e. et p. s. t. E 8. o) anni fert A. p) cesare B. q) regis A. r) Adde A. s) mundus A; cl. *e corr.* B 1. t) *haec desunt* B; q. r. a. 7 *desunt* C; De P. i. C 4. u) Sirmium B 1. *Otto;* Firmum C 4. v) De C. imp. et p. s. t. A; De C. i. B. C 4; qui — temporis *desunt* C; et d. p. s. t. *des.* D; de *deest* E 6; s. t. *desunt* E 1. x) duo fulminis igne cremati A; g. p. p. n. *e corr.* B 1. y) pape numeremus a. A. z) ad requiem A. a) De M. imp. et p. s. t. A; De M. i. B; De M. C 4. b) et d. p. s. t. *des.* C. D 1. c) Vix modo s. A. d) Nam C. dux iugulavit A; Cost. B 1.

1) V. Spec. reg. II, 31. 2) V. Spec. reg. II, 32. 3) V. Spec. reg. II, 33. 4) Hieronymus. 5) Imperatorum ordinem turbavit, Diocletiano et Maximiano, quos prius supra Maximini loco posuerat, nunc post Maxentium insertis.

Qui iugulavit eum, suscepit in Urbe coronam;
Pro nece regis ei tribuit diademata Roma,
Taliter[a] imperium tunc habuisse sonat.
Meltiades nunc papa sedet Rome tribus annis,
Octo dies mensesque duos iungamus ad annos,
Magnus[b] in ecclesiis, maior in orbe fuit.

EXPLICIT[c] PARTICULA XXI. PARTICULA XXII.

1. *De[c*] Maximiano[d] et Diocletiano imperatoribus[e], qui regnant annis 20, et[f] de papa sui temporis, et de Constantino[g] Magno.*

Otto III, 45. Anno ab incarnatione Domini 290. Diocletianus[h], ab Augusto 33., ab exercitu imperator creatur. Qui paulo post Maximianum ex cesare socium sibi et parem fecit imperatorem, Constantium[i] vero et Galerium cesares creavit. Iste et ille Constantius, qui ex uxore[k] Theodora, privigna[l] ipsius Maximiani predicti, genuit sex filios, ex[m] Elena vero[n] sua[o] concubina genuit Constantinum. Hanc Elenam quidam ex patria Treverorum [in[p] Francia] oriundam asserunt. Alii[6] vero[q] de regno Persarum; ubi ipse[r] Constantius[s] ad tributa colligenda transmissus eam legitur contigisse[s]. Imperatores autem Diocletianus et Maximianus in ecclesia Dei persecutionem decimam a Nerone per 11[t] annos immanissimam sevius et crudelius aliis omnibus protraxerunt. Ubi quot milia christianorum interierint, non posset litteris explicari. His temporibus imperatores beatum Mauritium in Gallias ad expugnandos hostes imperii cum legione sua destinaverunt. Qui, a beato Marcello papa cum legione sua christiana benedictione percepta[u], simul cum imperatore Alpes per montem Iovis transcendit[v]. Cumque apud [villam[w]] Othodorum[x] ad idolatriam, sicut ibi mos fuerat[y], vocarentur[z], ipse suique omnes Christum confitentes, dum sacrificia idolorum agere rennuunt, martirio coronantur. Paucos tunc ex ipsa legione fugientes Romani insequuntur. Ex quibus iuxta fluvium Renum novem occidunt in opido quod Buuna vocatur [prope[a] Coloniam in Francia], Gerionem[b] vero cum sociis suis 330[c] in suburbio Colonie [id[d] est] Agrippine urbis occiderunt. Similiter etiam Victorem cum 340 sociis in[e] urbe sub Colonia, olim Troia, nunc vero Santis vocata, interfecerunt. Constantius ab Alemannis prius victus, secundo prelio tam acriter vicit, ut 70 milia hostium ibi cesa numerentur. [Diocletianus[f] ita
Otto l. c. ditavit suos amicos, ut paupertatem evaderent, nec tamen[g] possent[g*] divitiis superbire.] Cum igitur imperatores ecclesiam mirabiliter afflixissent, ambo iudicio Dei in dementiam versi, imperii dignitatem refutant, habitumque imperialem deponunt, Diocletianus in Nicomedia, Maximianus vero Mediolani, anno 20. imperii Diocletiani. His diebus pape Marcellino succedit[h] Marcellus. Cui cito successit Eusebius papa. Post quem paulo post Meltiades
c. 46. Rome papatum suscepit. Relicto imperio ab augustis, Constantius et Galerius, qui eorum cesares erant, imperium inter se in[i] duo diviserunt. Galerius quidem Illiricum, Asiam et Orientem retinuit[k]; Constantio autem Italia, Gallia et Africa in sortem devenit[l]. Iste Constantius erga omnes homines erat clemens et erga Deum religione utebatur. Cultores Dei libenter[m] venerabatur. Qui in Britannia moriens filium Elene Constantinum in Gallia imperatorem constituit[n].

Tunc[o. 7] Dioclecianus princeps cum Maximiano,
Imperium tenuere simul, nullo mediano,
Unus eis fuerat questus et una manus[p. *].
Sanctis[q] ambo simul[p] reparant per climata bellum,
Et simul in Christum satagunt conferre[s] duellum,
Perdunt[t] ecclesias, scripta beata cremant.
Hii reges primi[u] gemmas[v] in veste tulerunt,
Nec prius in panno[w] gemme coriove[x] fuerunt,
Purpureos* reges ante fuisse ferunt.
Rex[y] Diocletianus sedet annis bis duodenis,
Et[z] Marcellinus tribus annis papa resedit,
Atque duos menses per quoque quinque dies[a].

* i potestas.

* tantum s. purpuratos sine gemmis.

a) Ille suum dominum marte necasse ferunt A; Taliter — sonat *e corr.* B 1. b) Utilis e. vita beata f. A. c) *ita* E 8; Part. XXII. *in marg.* E 5; *indicatur etiam* E 4; *nec tamen* E 1. c*) *rubra deest* B. d) Maxentio C 3. e) i. supra memoratis C 2. 3, *ubi cetera desunt*; De D. et M. C 4. f) et — imp. *desunt* D 1. g) Constantio m. imperatore E 8. h) Dioclit. D 1. E 6. 8 *semper*. i) Constantinum C 3. 4. D. E 8 *et ita deinceps*. k) u. sua B. l) privigni C 2. 4; privignus C 3. m) et ex E. B. C. D. n) *deest* D 1. o) uxore *(rec. manu in loco raso)* sua C 4. p) in F. *des*. B. C. q) *deest* B. C 2. r) *deest* B. C. D. s) *erasum* C 4. t) decem E 8; per christianos C. u) accepta C 4. v) *erasum* E 6. w) *deest* B. C. x) Theodorum C 3. y) erat C 4. z) vocaretur C 2. 3. 4. a) p. C. in F. *desunt* C; Franciam B 2; *corr.* Francia D 1. b) Gereonem C 3. 4. E 5. c) 430 E 5. d) id est *desunt* B. C. e) in suburbio Colonie C 4. f) *haec desunt* B. C. g) tm̄ (tantum) D 1; inde E 6. 8. g*) possint E 1. h) sucedit B 1. i) in d. *desunt* C 4. k) tenuit C 4. l) venit C 4. m) *deest* C 4; C. D. l. v. *desunt* C 3. n) *hic desinit Pars* XV, *incipit* XVI. C; Part. XVI. Imperium transfertur ad Grecos C 3; Capitula particulae XVI. *add.* C 4. *et postea rubram:* Hic imperium Romanum transfertur ad Grecos per Constantinum. o) *haec iam supra exhibent* A. B. C; De eodem versifice *rubram add.* E 1; Diocl. pariter cum A. p) *e corr.* B 1. q) Hii contra Christum reparant speciale duellum, Undique christicolis agitant per c. b. A; Ambo simul Christo r. B. C. s) sanctos agitant mortale d. B. C. t) Quos cum morte premant s. A. u) primum B. C. D; Hii duo sunt primi qui g. A. v) genmas B 1. w) pannis B. C. x) vel veste A. y) *deest* A 1. z) Tunc A. a) quindeciesque dies A; q. diem B. C. D 1.

6) Nicephorus; cf. Baronii Ann. 306 XII sqq. 7) V. Spec. reg. II, 34.

2. *De[a] Maxentio[b] imperatore, filio Maximiani[c]*, 34. *ab Augusto.*

Milites pretorii Maxentium, de[d] quo supra diximus, Maximiani imperatoris filium, Rome imperatorem augustum creaverunt. Cuius pater Maximianus, qui iam imperii dignitatem reliquerat, cum audisset Constantinum Gallis imperare, transit in Gallias, intendens Constantinum dolo circumvenire. Qui a filia sua, uxore Constantini, proditus, et a Constantino fugatus, in Massilia est occisus. Galerius autem imperator dum in christianos per decem annos persecutionem crudeliter exerceret, tandem a Domino castigatus, dissolutis introrsus visceribus, vermes superius eructabat. Desperatus itaque a medicis, penas illiusmodi iudicio Dei in ultionem sibi datas esse cognovit. Unde et a persecutione christianorum iussit cessari. Ipse autem paulo post cum eodem dolore vitam finivit. Interea Maxentius imperator Rome nimiam severitatem in civibus exercebat; atque inter alia facinora uxores senatorum aliorumque nobilium Romanorum[e] violenter ad suam libidinem rapiebat eisque publice abutebatur. Ipsos senatores, obiecto eis falso crimine, proscribebat. Magicis artibus utebatur in tantum, ut pregnantes feminas eviscerari preciperet et locum infantis in ventre prospiceret. Ibique factis precantationibus magicis, futura sibi faciebat predici. Igitur adversus eundem sceleratissimum tyrannum Constantinus iam amicus factus christianorum, cum a Romano populo clam vocaretur, et ipse ad hoc preparasset exercitum, erat anxius atque sollicitus, quo modo sine gravi hominum strage Maxentium vinceret. Nocte autem soporatus, signum crucis igneo fulgore nitentis ad orientem per visionem in celo conspexit. Atque admiratus quid hoc esset, dum causam perquireret, angelos ad se[f] audit loquentes: *O Constantine, in hoc*[g] *vinces.* Mane autem facto, vocat ad se milites christianos, et cognito, illut signaculum[h] christiane fidei fuisse, gavisus est valde super visione, frontem[i] suam signo crucis Christi munivit, seque futurum christianum promisit, si victoriam obtineret. Orabat autem, ut sine strage Romanorum civium a Deo victoria prestaretur. In quo etiam Deus eum[k] mirabiliter exaudivit. Cum enim Maxentius naves iuxta pontem Milvium in modum muscipule ad decipiendum ignarum militem callide collocasset, Constantino autem[l] iam in prelio apparente, Maxentius[m] de victoria omnino desperasset, cito, quasi spiritu maniaco[n] incitatus, urgentibus hostibus ad pontem Milvium fugit, et in ipsa machinamenta navium, que hostibus preparaverat, repente prosiliit; ibique in Tiberi submersus, vitam finivit. Nullus preter eum ex utroque exercitu legitur in eodem prelio periisse. Cumque Constantino Rome cum ingenti gaudio pararetur triumfus, iussit non sibi, set domino Ihesu Christo victoriam recognosci. Crucem autem in curru triumfali precepit constitui et adorari. Postea[o] Constantinus a Silvestro est babtizatus. Quod[p] autem de lepra eius legitur, [quibusdam[q]] videtur apocrifum, quia in nullis libris[r] autenticis neque in cronicis reperitur[s]. Nota[8], quod annit[t] a tempore Petri apostoli principis apostolorum usque ad Silvestrum papam sunt[u] 299 et 12[v] dies. Melziade[w] autem papa[x] mortuo, successit Silvester, a quo in basilica Lateranensi babtizatus est Constantinus. Rursus etiam, sicut in multis ac diversis cronicis legimus[9], sicut etiam istoria tripertita innuere videtur[10], ab Eusebio Nicomediense episcopo in villa que dicitur[y] Aquilona [Constantinus[z]] rebabtizatus[x] fuisse[x] narratur. Tres quoque filios eius postea[x] eodem errore legimus deviasse.

Otto IV, 1.

Cetera de Maxentio versibus proponuntur[a]. Alia plura de Constantino scribimus, que[b] presenti pagina supponuntur.

3. *De[c] Constantino Magno imperatore*, 35.[d] *ab Augusto.*

Constantinus factus christianus, pacem omnibus ecclesiis[e] reddidit. In quo facto[f] Licinius[g] augustus[g*], collega eius, consensit. Ambo itaque imperatores communiter legem faciunt, ut Christus, qui Urbem a[h] tirannide Maxentii liberavit, ab omnibus colatur. Item ipsi ambo Galerio Maximino[i] imperatori, qui tunc Orientem tenebat, super eadem causa scripserunt. Galerius autem in tabulis eneis prius edictum perpetuum dederat, ut christiani ubique punirentur. Recepto vero amborum edicto imperatorum, consensit; et ne amplius[k] pro fide christiana aliquis puniretur, per omnia loca scripto[l] imperiali precepit. Reddidit[m] etiam causam, quia christiani quanto magis puniuntur tanto plus[n] crescunt. Mandat etiam, ut ad cultum deorum nullus nisi[o] propria voluntate cogatur. Post pauca Galerius Maximinus Licinio[p] augusto, rupto fedele, bellum indicit[q]. Ex qua causa multis tam urbibus quam provinciis profligatis, tandem venitur[r] ad prelium. Ubi cum Galerius exercitum suum fundi conspiceret, turpiter aufugit[s]. Inde reversus ad propria, omnes sacerdotes suos tamquam deceptores interfecit. Postea cum gravissimis morbis a Domino se affligi perciperet et mortem cerneret inminere[t], sera penitentia motus[u], Deum christianorum confitetur, et pro eo scribit[v] hoc modo: *Imperator*[w] *cesar Galerius, maximus, Germanicus, Sarmaticus, pius, felix, invictus, augustus*[x]. *Indesinenter curam provincialium nostrorum gerentes*[y], *utilitatibus*[z] *eorum consulentes, que ad commune et publicum bonum spectant, numquam desinimus providere. Unde cognitum esse omnibus non dubito, quod ex decreto augustorum imperatorum Diocletiani et Maximiani, parentum nostrorum, ab officialibus imperii*[a] *prede et direptiones multe sunt facte. Igitur, ut in posterum omnis metus*[b] *christianis et ambiguitas auferatur, huius nostri edicti lege sanccimus, ut omnibus hominibus innotescat, licere omnibus hiis qui christianam sectam religione venerantur*

Otto IV, 2.

a) *haec desunt* B. C 4; 34. ab A. *desunt* C 2. 3. b) Maximiano D 1. c) Maximini E 5. d) de q. s. d. *desunt* B. e) *deest* C 4. f) se venientes vidit et loq. C 4. g) h. signo C 4. h) signum E 8. i) et f. B; frontemque C 4. k) illum C 4. l) *deest* E 5. m) et Max. D. E. n) demoniaco C 2. 3. o) posteaque a C 4. p) Quod — reperitur *in* B 1 *post addita videntur.* q) *deest* B. C. r) *deest* E 6. s) Nota annos a beato Petro usque ad Silvestrum *rubram addit* C 4, *qui pergit:* Notandum autem quod. t) quot anni sunt *corr.* quod anni B 1. u) *e corr.* B 1. v) 10 C 4. w) Meltiade E 1. 6. x) *deest* C 4. y) v. quadam E 8. z) *deest* B. C. a) prep. D 1; exp. E 8. b) versus dicent C 4; q. in fine libri requiras et hic ponas sub hoc signo ☞ B 1, *ubi sequentia desunt (codicis fine deperdito)*; Alia — supponuntur *desunt* B 2. c) *haec desunt* B 2. C. D 1. d) 37. E 6; 34. imp. E 8. e) christianis E 8; *in* D 1 *parte folii abrupta haec aliaque desunt.* f) f. christiano L. E 1. g) Liginius E 5; Lucinius ag. B 2. E 5. g*) *deest* C 4. h) M. a t. B 2. i) Maximiano C 3. E 8; Maximo i. Maximino E 6. k) al. p. f. c. ampl. B 2. l) i. edicto C 4. m) Reddit E 6. n) magis C 4. o) *deest* E 5. p) Lucin. E 1. q) indixit C 3. r) vertitur C 4. s) affugit B 2. E 6. t) sibi i. C 4. u) ductus C 4. v) scripsit E 6. 8. w) G. c. augustus imp. m. C 4. x) *deest* C 4. y) gentibus E 6; gerentibus E 8. z) et u. C 4. a) *deest* B 2; impiis D 1. b) motus E 5.

8) V. Catal. pontif. supra p. 26. 9) Cf. Hieronymum et Catal. pontif. Roman. supra l. l. sub Felice II. 10) In historia tripertita, quam Otto affert, Constantinum Nicomediae baptizatum esse narratur.

per nostre indulgentie largitatem, ut unusquisque quemadmodum vult et prout animo libet, religioni christiane sollempnitatique[a] *deserviat. Set et*[b] *domos orationis*[c]*, id est dominicas edes, pro voluntate eorum*[d] *permittimus. Illud*[e] *etiam hac lege sanccimus, ut, si que domus vel agri*[f] *vel quelibet predia ex bonis christianorum anteg ac*[h] *imperatorum iussionibus ad ius fisci fuerint*[i] *sociata, si qua conparata*[k] *etiam ab aliquo sunt vel distracta vel dono donata*[l]*, hec omnia in antiquum ius christianorum precipimus revocari*[m] *et propriis dominis universa restitui.* Respice[n], lector, hec[o] fuit mutatio dextere Excelsi. Post hec[p] Galerius propter[q] diversos morbos ac diuturnos luce oculorum privatus, finem vite recepit[r]. Licinius[s] autem imperator, collega Constantini, qui prius christianis sese benignum exibuit, omnes christianos a palatio exclusit, et persecutionem omnibus[t] intemptavit. Contra quem Constantinus exsurgens[u], vicit eum preliis[v] diversis, primo in Pannonia, deinde sepius terra marique devictum ad deditionem coegit, tandemque[w] occidit. *

---

* B. C. D *addunt:*

Hic[x] *transfertur imperium a Roma in*[x*] *Bizantium.*

c. 3. Igitur Constantino absque socio monarchiam obtinente, ecclesia diutissime tribulata respirat, plena in omnibus pace recepta. Tunc Constantinus generalissimum fecit edictum, ut per totum mundum christiana religio teneatur. Tunc imperator Silvestro Romano pontificiy regalia insignia concessit; et ipse, ut maiorem ecclesiis daret quietem, curiez tumultum amovit, seque cum omni pompa sua Bizantium in regionem Grecorum transvexit. Ex qua donatione videtur Romane ecclesie Roma cum Italia et Gallia fuisse a Constantino collata. Imperii vero fautores asserunt, Constantinum non ita regnum dedisse, set Romanos pontifices tamquam summi[a] Dei sacerdotes ob divinam reverentiam in patres elegisse, ut ab eis debeant benedici eorumque aput Deum orationibus[b] adiuvari. Adiciunt etiam adprobationem, quia Constantinus, cum inter filios suos orbem divisisset, uni dederit[c] Orientem, alteri[d] Occidentem, et tertio Tholomaidam[e] cum Babilonia[11]. Quam rem honestus princeps non fecisset, si regna occidentalia, cum quibus et Italia conprehenditur, ecclesie contulisset[f]. Theodosio etiam aliisque multis religiosis imperatoribus Romam cum regnis occidentalibus in sortem venisse ac tenuisse affirmant. Ad hec imperiales disputatores euangelia inducunt, ut illud: *Redditeg que sunt cesaris cesari, et que sunt Dei Deo.* Item: Dominus ipse tributum pro seh et pro Petro persolvit. Paulus etiam dicit: *Cui honorem, honoremi; quia omnis potestas a domino Deo est.* Hec[k] dicens ipse Paulus tunc non[l] Petrum intellexit in verbo, set inpiissimum[m] Neronem, qui totius orbis tenebat imperium. Introducunt etiam Augustinum dicentem: *Quo iure possides villam, divino aut*[n] *humano? Divino, quia Domini est terra et plenitudo eius. Si humano? Ergo a regibus. Si dicis: Quid mihi et regi? respondet: Quid tibi et possessioni?* Ecclesie autem defensores ita respondent: Christus ecclesiam suam mundanis[o] possessionibus, que regalia dicuntur, voluit honorari. Non est credendum, quod Deus ecclesiam suam, quam sanguine suo redemit, cui misit Spiritum sanctum[p] paraclitum de celis, aliquo spiritu erroris decipi permisisset, ut ea que non debuit possideret. Multi enim viri probate vite regalia actenus tenuerunt, qui cum hiis regnum Dei acquisisse creduntur. Aliis etiam modis quam plurimis[q] posset probari, quod et Constantinus ecclesie regalia iuste contulit, et ecclesia licite suscepit. Si enim queritur, unde reges hec habeant[r], respondent: *Dei ordinatione et electione populi.* Quod si Deus hec tribuendo regibus iniuste non fecit: quanto magis iuste fecit Deus ordinando, ut a regibus, quibus ipse dedit, ad personam ecclesiasticam transferrentur[s]? Sicut Deus voluntatem populi ad ordinandum regem sub uno consensu disponit, ita etiam principis voluntatem ad largiendum ecclesie regalia provocavit. Cor[t] regis in manu Dei, omnisque potestas a Deo est. Ergo et ecclesie potestas in terris [sicut et in celis[u]] a Deo est. Igitur et Deus regem[v] habere regalia iuste disposuit[w], et princeps iuste dedit ecclesie, et ecclesia licite[x] digneque suscepit. Ego autem, ut de sensu meo loquar: Utrum Deo magis placeat gloria et exaltatio ecclesie, que hoc tempore est, aut humiliatio, que primitus fuerat, confiteor me ignorare. Videtur quidem multis[y] primus ille status sanctior, iste[z] felicior. Assentio autem matri nostre sancte Romane[a] ecclesie, que fundata est supra petram, id est Christum; credo quod credit, sentio quod sentit, estimo possidenda que possidet. Quod enim[b] ecclesia nullo errore decipi possit, inde credendum est, quia porte inferi non prevalebunt adversus eam. Quod autem fides eius manet in eternum, inde credendum est, quia dixit Christus: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua.* Cetera super hiis questionibus maioribus nostris solvenda relinquimus. Pauca[c] tamen versifice adhuc de Constantino dicemus.

Matth. 22, 21. *Rom* 13, 8. 1. *Luc.* 22, 32.

a) que *deest* E 5; sollempnitatibusque C 5. b) set ut B 2; et ut C 4. D 1; etiam E 8. c) orationum B 2. C. D. *Otto.* d) e. faciant C 4. e) Quod E 8. f) ager E 1. g) aut C 3; Domini E 6; autem E 8. h) *i. e.:* antehac; hac C 3. 4; hoc E 1. i) fuerant E 1. k) comperta E 5. l) data E 8. m) revocare E 6. n) Respiciat l. hanc mutationem C 4. o) hic E 1. p) hoc E 1. q) per E 6. r) accepit C 4. s) Lucin. B 2. E 1. t) *deest* E 6. u) cons. C 3. v) d. p. E 5. w) t. o. *desunt* E 8. x) Hic — Bizantium *desunt* B 2. x*) *deest* C 4. y) *deest* C 3. z) c. sue B 2. a) summos C 4. b) peticionibus C 3. c) dedit B 2. d) a. dedit B 2; a. dederit C 4. e) Tholomaidem C 4. f) non c. C 4. g) R. ergo C 4. h) se solvit et P. C 4. i) *deest* B 2. k) Hoc C 4. l) nunc C 3. m) inpavissimum D 1. n) an C 4. o) mundanis — suam *desunt* C 4. p) *deest* C 4. q) pluribus C 3. r) habebant C 3. s) transferretur C 3. t) C. enim C 4. u) s. et in c. *desunt* B 2. C. v) d. h. regalia regem recte d. sive iuste B 2. w) disponit C 3. x) iuste liciteque C 4. y) *deest* C 4. z) et i. C 3. a) *deest* C 2. D 1? b) tamen C 4. c) Pauca — dicemus *desunt* B 2. C 4. *Eadem et ipsi versus desunt* D 4.

11) V. versus infra.

Item[a] *de eodem Constantino imperatore* 34.[b] *ab Augusto.*

Rex[12] Constantinus, si scribere[c] vera velimus,
Verus christicola fuerat sub[d] tempore primo;
Novit[e] et hoc oriens occiduusque sinus.
Annis[f] bis denis rex cum diademate[g] sedit.
Eusebius binis[h] annis tunc papa resedit,
Insuper et mensem, ter quoque quinque dies.
Sub Constantino Silvester[i] papa notatur,
Fertque quater senis minus anno pontificatum,
Atque decem menses fert[k] totidemque dies.
Babtizavit eum Silvester; idemque fatemur,
Arrius hunc post hec corrupit, et inde dolemus,
Scismate namque suo conmaculavit eum.
Hoc[l.*] fuit in villa, quam rite vocant Aquilonam,
Quando rebabtizans* fedaverat ipse coronam:
Scripta tripertita testificantur ita[13].
Presulis Eusebii manibus Nicomediensis,
Turpe tulit lavacrum rex, turpia docmata sensit,
Tres quoque filioli sic sapuere sui.
Rex Constantinus[m] proceres ex[n] Urbe Latinos*
Duxit[o] ab Ytalia, fierique[p] coegit Achivos*,
Constituens Romam rebus et arte novam*.
Transtulit imperium Grecis[q] tribuitque favorem,
Dans alienigenis, quem Roma tenebat, honorem,
Italam[r] destituens, Grecula regna colens[s].
Cardinis imperii tunc partibus enumeratis,
Terna tribus tribuit* regalia climata natis,
Tresque* tribus iubet hiis[t] participare datis**.
Occiduos[u] primo, Grecos dedit ille secundo,
Ternus habet Babilon Tholomaidaque iure rotundo,
Taliter instituit quicquid in orbe fuit.

Ipsis temporibus crux sancta reperta levatur,
Elena[w] sancta fuit, cuius studiis veneratur,
Ut sit in omne latus crux benedicta capud.
Cum[x] Constantino Marcus quoque papa resedit,
Cui binis annis populus Romanus hobedit,
Octo sibi menses adde decemque dies.
Inter Silvestrum* Petrumque** dies numerando,
Colligo ter centum minus uno circiter annos,
Si numerando decem iungo duosque dies.

* babtisma s. secundum Arrium.
* se s.
* s. Romanos.
* s. Grecos.
* s. Constantinopolim.
* s. Constantinus.
* s. filios suos. ** s. partibus.
* s. papam. ** s. apostolum.

4. *De*[y] *tribus filiis Constantini, qui*[z] *regn. ann.* 24, *Constantino, Constantio*[a] *et Constante,* 35.[b] *ab Augusto.*

Anno ab incarnatione Domini 341. Constantinus, filius Constantini, suscipit imperium, cum duobus fratribus suis, *Otto IV,* 6. Constantio et Constante, 35. ab Augusto. Iste a quodam presbitero, Arrii discipulo, deceptus, in Arrianam heresim incidit. Arrius eodem tempore ab Alexandro episcopo ab urbe Alexandria propter suum errorem erat eiectus. Eusebius autem episcopus Nicomedie, qui Arriano[c] veneno erat infectus, imperatori Constantino iuniori suadet, ut concilium celebretur et Arrio ibi audientia concedatur. Itaque tam Arrius quam Alexander ad concilium in palatium Constantinopolitanum vocantur. Ubi Alexander tota nocte in oratione persistens, causam ecclesie Domino commendabat. Mane facto, Eusebius Arrium ad ecclesiam vocat. Qui dum eundo illuc humane necessitatis causa ad secessum declinat, iusto Dei iudicio viscera, quibus fetidum errorem portabat, in locum fetidissimum evisceratus, per inferiorem corporis[d] meatum emisit et mortuus est. Fautores[e] Arrii cum pudore et confusione fugerunt. Attamen rem gestam imperatori celantes, per eunuchos cesaris contra catholice fidei doctores insurgunt. Post paucos

a) De C. imp. et de p. s. t. A. B; De e. C. augusto 34. ab Augusto C 3; De eodem C. C 4; imp. qui regnat annis 20, ab Augusto 24. et de papis sui temporis D 1; Item *deest* E 1; Item de eodem imp. et de papa s. t. E 8. b) 38. E 6. c) vera referre A. d) pro A. e) Noverat h. A. f) A. viginti plus uno tempore s. A. g) diademade *corr.* diademate B 1. h) bis D 1. E 8; Eusebius — resedit *desunt* E 6. i) Sivelster B 1. k) stat A. l) In villa fuit hoc que dicitur Aquilona(l)ris. Presulis — Nicomediensis, Quando baptizat parte dolente bona. Eusebius Nicomedie sub carmine tandem Arrianista manens vitam pervertit eandem: Scripta — ita. Rex A; Scismate — sapuere sui *e corr.* B 1. m) R. Cost. *e corr.* B 1. n) in fraude A. B. C. o) D. ab Y. f. c. *e corr.* B 1. p) quos esse c. A. q) Danais dedit ille f. A. r) *e corr.* B 1. s) fovens A. t) h. p. d. *e corr.* B 1. u) Primus habet Danaos, dat Romula regna s. A; Primus habet Romam G. d. i. s. *e corr.* B 1. w) Plena E 1. x) Sub A. B. y) *haec desunt* B. z) q. r. a. 24. *desunt* C; *post* Augusto *ponit* D 1; scilicet *add.* C 2. 3. D 1; cum *add.* E 8; C. qui regn. ann. 24, Constantino et Constante 35. ab Augusto E 5. a) *deest* E 1. 5. 6; Constantio, Constantino C 2. 4. D 1. b) 35 — Aug. *desunt* C 4. c) umano C 8. d) *deest* C 4. e) F. autem C 4.

12) V. Spec. regum supra II, 36. 13) Haec ex Spec. reg. retinuit, quamvis Historia tripertita III, 12 neque de rebaptizato Constantino neque de villa Aquilona loquatur.

Otto IV, 6. dies Alexander moritur. Cui Athanasius est substitutus. Qui ferventis ingenii et in negotiis ecclesiasticis vigilantissimus, non solum contra hereticos subtilis, set etiam contra imperatorem stetit pro ecclesia fortissimus agonista[a]. Cuius virtutes et labores et[b] fructus qui scire desiderat, legat istoriam tripertitam.

[De[c] vita et errore Arrii[d].

Quia de[e] errore Arrii fecimus mentionem, ratio suggerit, ut etiam de vita eius aliquid explicemus. Arrius igitur[f] presbiter Alexandrine[g] urbis fuit et magister scole sub beato Petro tunc[h] ibi pontifice. Qui Petrus cum fuisset comprehensus et in carcerem missus, apparuit ei dominus Ihesus Christus cum scissa[i] tunica et dilacerata. Cui[k] cum catenatus assurgeret, diceretque: *Domine, quid est hoc, cur talem video te?* respondit Dominus: *Arrius me scidit. Vide, ne illi*[l] *communices.* Ignorabat tunc Petrus eius errorem. Passo vero illo Petro, in Alexandria sedem pontificalem suscepit Achilis[m], post quem Alexander. Sub quo error Arrii manifestus et pervulgatus est. Hac de causa collecta est sinodus Nicena[n], in qua 318[o] patres convenerunt. Ubi[p] etiam affuit Constantinus imperator. Ibique vesanus error Arrii ipso imperatore subscribente dampnatus est. Arrius vero, sicut supra taxavimus, omnia viscera tunc in ultione[q] Dei effudit.]

Constantinus dum contra Constantem fratrem suum bellum informat, iuxta[r] Alsam fluvium non longe ab Aquilegia
Otto IV, 7. a ducibus eius occiditur. Constantius, occiso Constantino, solus Orientem tenuit. Constans autem tenuit Occidentem. Itaque heretici Arriani metuentes, ne forte, si Athanasius adeundi principem acquireret facultatem, ipsum imperatorem catholica fide ac[s] religione imbueret, ipsi ad imperatorem prius accedentes, circumveniunt eum, mentientes Athanasium esse virum sceleratum et flagitiosum, hostendentes ei manum cum brachio cuiusdam Arsennii, quam dicebant Athanasium ad exercendam artem nicromanticam[t] instinctu demonum a corpore ipsius Arsennii abscidisse[u]. Ad hec iussu cesaris sinodus aput Tyrum congregatur. Ubi Athanasio ducto in causa, astitit predictus Arsennius, habens utramque manum. Quo comperto, hereticorum mendatia cognoscuntur, et ipsi mirabiliter erubescunt. Nec tamen Constantius imperator et ipsi heretici a persecutione Athanasii[v] quiescunt; immo eum ad fratris sui[w] Constantis imperium transire compellunt. Ipse autem ab imperatore Constante satis humane susceptus et honorifice habitus et in cathedram suam postea potenter remissus est. Mansit autem tunc ibi[x] in ecclesia Treverorum cum Maximo eiusdem ecclesie episcopo. In quo loco fidem catholicam, scilicet *Quicumque vult,* scripsisse asseritur.

Eo tempore Liberius ab imperatore Constantio in exilium truditur, et Felix suus diaconus ei ab hereticis subro-
c. 8. gatur. Inter hunc Liberium et Silvestrum medius sedit papa Iulius. Isdem temporibus Victorinus retor et Donatus gramaticus Rome clari habentur. Floruerunt tunc in ecclesia Dei gloriosi pontifices Paulinus Treverensis, qui Maximo successit, Dionisius Mediolanensis, Eusebius Verzellensis et Ylarius Pictavensis. Qui omnes propter testimonium fidei catholice in exilium tunc missi fuerunt. Ex quibus Ylarius scripturarum suarum variis monumentis Gallicanam ecclesiam adhornavit.

Constans imperator adversus Saporem regem Persarum vario eventu novem[y] prelia gessit. Novissime autem in-
c. 9. discrete congressus, fugit; et postea in opido Elenau[z] iuxta Ispaniam dolo principis nomine Magnentii occisus est. Idem Magnentius aput Augustudunum invasit imperium. In Illirico vero milites quendam Veteranionem senem creant imperatorem. Constantius interea fratrem[a] intendit ulcisci. Unde Veteranionem[b] primo purpuram deponere compulit. Postmodum etiam cum eo acriter dimicavit. Magnentius autem victus aput Lugdunum se ipsum occidit; et frater eius Decennius, quem ipse in Gallia cesarem creaverat, laqueo se ipsum suspendit. Cetera de tribus filiis Constantini Magni et de Arrio pauca[c] versifice ponimus[d].

Item[e] de eisdem[f] filiis Constantini versifice narratur.

Cum[14] Constantino Constans[g] tenet omnia frater,
Catholicos qui persequitur tota feritate;
Regibus* Eusebius** Arrianista placet.
Contra catholicos dum disputat Arrius arte,
Nature secreta petens, divertit ab arce,
Qua male dum crepitat, viscera pressa crepant.
Presul Athanasius et Ylarius absque* ruina
Ordine catholico reparant modo docmata[h].* prima[i],
Ordo quibus cleri catholicandus erit*.
Constans cum fratre sedet annis bis[k] duodenis.
Magna salus cleri tunc Marcus papa resedit,
Cuius et ecclesiis regula[l] docma dedit.
Hic octo menses et binos perficit annos,
Bisque decem vixisse dies presul venerandus
Fertur et in populo mira dedisse suo[m].

Iulius archatum Constante sedente beatus[n]
Undenis Rome tenet annis pontificatum,
Ter ternos menses papa decemque dies.

* s. fratribus. ** s. episcopus Nicomedie.

* s. post mortem Arrii.

* s. Christi catholica.

* ex tunc s.

a) athleta C 4. b) et f. *desunt* C 4. c) *haec desunt* B. C. d) Caput de vita Arrii D 1. e) de vita et E 8. f) ergo E 1. g) Alexandrie E 8. h) Allexandrie episcopo et pontifice E 1. i) Ch. conscissa D 1. k) C. Petrus cum E 1. l) illum D 6. m) A. p. q. *desunt* D 1. E 1. 6. n) Nicea E 1; in cena *corr.* Nicena E 6. o) 319 D 1. p) Ibi E 1. q) ulcionem E 1. r) iuxt B 1. s) ac r. *desunt* C 4. t) nicromantię C 4. u) abcid. B 1. D 1. v) non *superscr.* B 1. w) s. C. *desunt* B 1. x) *deest* C 4. y) *deest* C 3; novo eventu C 4. z) elevari C 3. a) f. suum C 4. b) v. senem C 2. c) subsecuntur C 4. d) in hoc signo ⁝ *add.* B 1; infra e. t. hic proxime B 2. e) *deest* E 5; De Constantino (*superscr.* s. filio Costantini B 1) et Constante imperatoribus (Constantio B) et de papa sui temporis A. B; De eisdem f. C. C 3; De fil. C. C 4; De eisdem tribus f. C. v. E 8. f) eodem et E 6. g) Costans B 1. h) poemata E 8. i) B 1 *in marg. add.*: die Lune. k) iam C 4. l) regia E 6, *ubi* d. d. *desunt.* m) deo E 6. n) Est etiam Iulius nunc sub C. (Costante B 1) b. A. B; Papa sedet Iulius C. s. b. C 2. 3.

14) Cf. Spec. regum supra II. c. 37.

Constans[a] cum fratre semper fuit Arrianista.
Exilio Iulium papam transmisit ob ista[*].
Constans[b] morte perit, papa solutus erit.
Nunc quoque gramatice summus Donatus in arte
Iheronimo cum discipulo docet edere partes:
Nos quoque discipulos condecet esse suos.

[*] i. propter errorem.

6. *De[c] Iuliano apostata imperatore* 36. *ab Augusto[d].*

Anno ab incarnatione Domini 364.[e] Iulianus post Constantium suscepit imperium, ab Augusto 36. Constantius eum[f], dum adhuc viveret, creaverat cesarem. Qui prius ab imperatoribus fuerat clericus et lector ordinatus; set postea a militibus seductus, cingulum militare suscepit. Iulianus a Constantio cesar creatus, cum de Germanis et Alemannis magnifice triumfasset et elatus de prosperis successibus[g] in quoddam templum intrasset, corona, que ibi pendebat, cecidit forte super caput ipsius[h]. Quo viso, milites per hoc signum predicant sibi imperium a diis auguriatum. Hoc itaque augurio et priori prosperitate levatus, Iulianus imperii nomen usurpat[i] ac fidem Christi omnino contempnit. Constantius[k] interea contra Persas parat exercitum, set fraude Iuliani comperta, Romam ad civile bellum revertitur; set non pervenit, quoniam in ipsa via diem suum clausit, anno sui imperii 24. Iulianus igitur augustus creatus, prima fronte quasi facta predecessorum suorum arguens, precepit ab exhiliis episcopos revocari. Deinde arte potius quam violentia ecclesias debilitare intentat. Nam quasi religionis intuitu, dicebat clericos a ludis et[l] a militia, postremo ab omni terrena possessione arcendos, tamquam eos, quibus lex euguangelica dicit: *Nisi qui renuntiaverit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.* Templa paganorum precipit aperiri. Fastigia imperialia, ut sunt coci, eunuchi, tonsores, et cursus publicos equorum et mularum tamquam philosofus imperat amputari. Lectionibus nocte vigilando atque scribendo, in die vero in senatu scripta sua recitando operam dabat. Unde et philosofos prorsus anplexus, solus post Iulium [Cesarem[m]] imperator filosofus dicebatur. Scriptis autem suis imperatores suos predecessores et etiam christianos admodum lacerabat. His diebus erant in ecclesia Dei episcopi religiosi et clarissimi Miletus Antiocenus, Maris Calcedonensis, Basilius Cesariensis, Gregorius Nazanzenus. Ex quibus prefatus Maris episcopus Calcedonensis, dum Iulianus Fortune sacrificaret, restitit ei in faciem. Qui philosofica moderantia usus suaviter arguit episcopum, his verbis: *Neque Galileus tuus te potuit a cecitate curare.* Cui sic respondit Maris episcopus: *Ego pro cecitate mea gratias ago Deo meo, quia hoc in me propterea factum est, ut te impium apostatam non viderem.*

Ut IV, 10.
c. 9.
c. 10.

Item[n] de Iuliano.

Iulianus secundum Pictagoram dicebat, in se spiritum Alexandri Magni requievisse. Ipse quoque ad instar Alexandri totum orbem sibi subiugare pararat. Qua intentione dum cum exercitu ad expugnandam Persidem pergeret et in eundo Basilio Cesariensi episcopo sueque ecclesie minaretur post peractum bellum Persarum in reversione sua mortem inferre[o], ipse, dum in prelio vertitur, telo de celo misso penetratur. Qui dum telum ab alto contra se venire videret, non corde penituit, set obstinatus Christo improperavit, dicens: *Vicisti Galilee, vicisti.* Solebat enim Christum semper Galileum vel Nazareum[p] vocare. Legitur autem in vita sancti Basilii[15], quod Deus sanctum Mercurium, cuius arma tunc in ecclesia Cesariensi pro memoria eius pendebant, in prelium ad occidendum Iulianum misisset. Nam et ipsa arma in illa die in ecclesia a[q] populo requisita ibi[r] non erant; die vero sequenti in ecclesia more solito[s] sunt inventa sanguine humano conspersa et tamquam de prelio nuper reversa. Que omnia inferius versifice posuimus[t], ut in eis lector magis delectaretur[t]. Verumtamen quia Porfirius et Calixtus aliique ipsius Iuliani fautores sapientiam, pietatem atque filosophiam eius predicant et commendant et iniquitates eius silentio[u] pretereunt, nos, qui veritatem sine adulatione vel odio prosequimur, de Iuliani flagitiis subscripta eius opera nefanda narramus.

V. s. Bas.
Otto l. c. c. 10.

Post mortem [enim[v]] Iuliani simulacra magica arte instituta inventa sunt[w].* Cumque mortuus fuisset Iulianus, et impio pius imperator [Iobianus[x]] successisset, ingredientes principes in templum, viderunt mulierem per capillos suspensam, extensas manus habentem. Cuius uterum aperuerat Iulianus, ut in epate ipsius mulieris inspiceret, si de Persis posset victoriam adipisci. Hoc nefas inventum est in loco qui dicitur Carris. In Antiochia vero plurimas arcas aiunt in palatio fuisse repertas humanis capitibus plenas et in puteis multorum submersa corpora virorum. Unde et[y] in Antiochia tam christianos quam paganos in teatris et plateis de morte Iuliani sceleratissimi mirabili tripudio omnis[z] populus[z*] asseritur exultasse. Iobianus[a] [imperator[b]] tamen[c] corpus Iuliani in Tarso Cilicie honorifice sepelivit. Quod corpus, sicut in vita sancti Fabiani legitur[16], rex Persarum Sapor nomine iusserat excoriari, et de ipso corio, colore coccineo colorato, cathedram sibi ad improperium Romanorum parari. Cetera[d] de Iuliano versus insinuabunt[e].

c. 11.

*) B. C *addunt:* Socrates in Tripertita istoria narrat, hec dicens.

a) Costans — esse suos *post delevit* B 1; *desunt* B 2. b) Costans B 1. c) Item de E 8; De I. a. et i. C 4. d) qui regnat annis 2. *add.* D 1. e) 366. C 4. f) *deest* C 4. g) eventibus C 4. h) eius C 3; f. s. c. eius c. C 4. i) sibi usurpavit C 4. k) C. autem i. D 1. l) et *deest* C 3; a *deest* C 4. m) *deest* B. C. n) I. de I. *desunt* B. C 4. D 1; Item *deest* E 6. o) *deest* D 1. p) Nazarenum C 3. 4; vel N. *desunt* E 6, *ubi* Galileum *post suppletum.* q) a p. *desunt* C 2. 4. r) inventa non sunt C 4. s) suo C 4. t) ponimus — delectetur C 4. u) *deest* C 4. v) *deest* B. C. w) et inv. B. C. x) *deest* B. C. D; Iobinianus E 1; Iovianus E 5. y) *deest* C 4. z) omnes populos E 8. z*) t. prefatus scriptor asserit B. C. D. a) Iobinianus C 4. E 1. b) *deest* B. C. D. c) autem C 3; autem tamen E 1; tam E 6. d) C. de I. v. i. *desunt* C 4. e) in hoc signo ✠o *add.* B 1; dicent hic inferius B 2.

15) auct. Amphilochio, Act. SS. Iuni II, p. 744. 16) Vita quae affertur S. Fabiani vel Floriani nondum quod sciam edita est. Similia leguntur in chron. S. Benedicti, SS. III, p. 696.

Item[a] *de eodem Iuliano imperatore* 36. *ab Augusto.*

Dum* capit imperium Iulianus apostata Rome,
Rennuit a Domino cognoscere iura[b] corone,
Demonibus potius subdere colla volens.
Templa Ierosolimis odio Christi reparari* — * s. in odium Christi.
Iussit, Ebreorum populos hinc inde vocari,
Lege facit Moysi[c] sanguine thura dari.
Dedecus[d] in[e] Christi templum iubet ordine sisti;
Cumque parant templum prisca statione magistri,
Illico Iudeis obviat ira Dei.
Templa tremunt, pavimenta ruunt, et tigna* sub illis — * i. ligna edificii.
Ignibus e celis pereunt exusta favillis[f],
Exiliunt lapides, area sola manet.
Igneus ex templo globus est emissus in illos,
Incendens homines, vestes, caput atque capillos,
Astantesque viri iure cremantur ibi.
Hec* ne fortuitu mala provenisse putentur[g], — * s. mira.
Signa crucis confixa sibi gestare videntur*, — * s. Iudei in vestibus suis.
Gestant Iudei corpore signa Dei*. — * i. crucis.

Rex* abit ad Persas, ubi dum pugnare paratur, — * s. Iulianus.
Sancti Mercurii mucrone cadens penetratur,
Sicut[h] et his titulis gesta reporto tibi.

Noverat* ipse sibi bellum campestre parari**, — * s. rex. ** s. contra Persas.
Ad quod dum properat, fertur plerumque[i] minari,
Exitium patrie[k] Basilioque* dari. — * s. episcopo Cesariensi.
Ibo reversurus, dixit, *satagamque redire**, — * a prelio s.
Basilium tunc pontificem mandabo perire,
Et populum pariter me remeante die.
Territus antistes* populum vocat, atque precatur, — * s. Basilius.
Sancta Dei genitrix patriam sibi quo tueatur.
Audit et in celis verba sonare Dei.
Dixit enim Christus: *Iulianum perdite regem,*
Prorsus enim sanctam satagens[l] *disperdere legem,*
Imperat, ut populi docmata sancta negent.
Mittite Mercurium, secum pugnare duello, **
Quippe minatus erat, si posset vincere bello,
Perdere tunc populum Basiliumque meum.* — * episcopum s.
Ensis in ecclesia clippeusque manere solebat*. — * s. tunc.
Quo bene Mercurius vivens sua bella gerebat*, — * s. olim.
Nunc ibi* nec clippeus nec suus ensis erat. — * s. in ecclesia pendens.
Hec quia sic desunt, potuit cognoscere presul,
Vindice Mercurio regem fore corpore lesum,
Sicut et audierat voce tonante Ihesu.
Interea quidam vir de certamine* venit, — * Iuliani s.
Hic ait: *Advenit** *miles de culmine celi* — * in prelium s.
Mercurius, regi vulnera leta dedit.
Arma* per ecclesiam[m] populus dum bellica querit**, — * s. sancti Mercurii. ** s. in die belli et post.
Sanguine regali* poterant conspersa videri, — * s. Iuliani.
Que medio cleri nemo videbat* heri**. — * s. in ecclesia. ** s. ante bellum.

---

* A. B. C *ita:* Clericus[17] imperium suscepit apostata[n] Rome,
Cui Iulianus erat baptismatis ordine nomen;
Ille scelus patrie pravus ubique fovet[o].
Ipse Iherosolimis iam templa iubet reparari*, — * s. in odium Christi.

** B 1 *in marg. addit, quae* B 2 *recepit:* Nota, quod sanctus Mercurius olim miles arma sua in ecclesia Cesariensi reliquerat, que tunc ibi pendebant, set in die belli non poterant inveniri. Ipse enim Mercurius ea detulerat et cum eis Iulianum occidit. Die namque sequenti inventa sunt iterum in ecclesia recenti sanguine maculata.

a) De imper. I. apostata et papa sui temporis (XXXVI. B.) A. B; Item de Iul. C 3. 4; It. de e. I. i. versifice demonstratur C 2. D 1. b) vita E 6. c) Moysy B 1. d) Sic odio B. C (Sic *corr.* Hic C 4). e) *deest* D 1. f) capillis *mox corr.* favillis B 1. g) putantur E 6. 8. h) hec nece sanctorum sic meruisse datur A; Sicut — tibi *e corr.* B 1. i) plurimumque C 4. k) p. pontificique dare A; p. B. dari *e corr.* B 1. l) satagit C 4. m) ecclesias p. Dei b. A 1. n) aposteta B 1. o) fuit C 4.

17) Ita Spec. regum II, 38.

Sic per Mercurium deus interimit Iulianum,
In sanctos Domini furientem more ferarum,
Sicut et in scriptis gesta priora canunt.

Fluxit et a latere* validus de vulnere torrens, * Iuliani s.
Quem manibus cesar* spargebat in aera longe, * Iulianus s.
Attonitusque magis, dum moreretur, ait:
O Nazarene, vicisti, magne, minorem;
Ecce triumphanti proprium tibi reddo cruorem.
Sic miser interiit, tartara regna colens[a].

7. *Item[b] de Iuliano, quomodo rex Persarum fecit eum excoriari, sicut legitur in vita sancti Fabiani[c].*

Regis Romani cesum corpus Iuliani
Persarum rex Sapor ibi[d] iubet excoriari,
Cumque sibi corpus protraheretur, ait:
Hoc corio[e] faldistorium nobis ad honorem* * i. catedra.
Fiat, ut eterno sit Roma[f] subacta pudore,
Legeque[g] mancipii serviat ipsa dolens[h].
Sit[i] species corii, rubeo vicina colori,
Indeque sit cathedra conformis[k] et apta decori,
Unde dolens poterit Roma rubore[l] mori.

Post[18] annos binos Iuliani vita recedit,
Damasus Yspanus tunc Rome papa resedit,
Annos bis septem qui sibi fine dedit.
Hiisque* duos menses superadde diesque decenos; * s. annis.
In quibus hereticos detestatur Manicheos[19],
Post quoque Siritius papa repressit eos.
Annis quindenis idem quoque papa resedit,
Mensibus undenis Manichea volumina cedit,
Quos et ab[m] ecclesiis depulit ipse Dei[n].

8. *De[o] Iobiano imperatore,* 37.[p] *ab Augusto, qui regnat menses*[q] 8.

Anno[r] ab incarnatione Domini 366.[r], Iuliano mortuo et milite posito in summo discrimine, Iobianus[s], natione Pannonius, vir christianissimus, votis omnium petitur ad imperium. Qui dum se christianum esse et ob hoc gentilibus diceret se imperare non posse, ipsi se pro eius amore christianos esse firmabant[t]. Iobianus[u] itaque 37. ab Augusto imperator creatur. Iste propter pericula Romani exercitus fedus cum Sapore rege Persarum, Romanis quidem inglorium, sed tempori instanti perutile, composuit. Ubi tradito quodam oppido cum superiori parte Mesopotamie, militem caute redemit. Deinde princeps catholicus episcopos a Constantio in exilium missos revocavit. Templa idolorum claudi precepit eorumque sacerdotes fugavit. Post hec Athanasium episcopum, ut eum catholica fide imbueret, scripto rogavit. Qui sub sigillo et consensu omnium episcoporum Egypti scripsit, et misit ei fidem Niceni concilii, id est *Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, creatorem* etc. Has litteras imperator gratanter suscepit et fidem catholicam edictis imperialibus roboravit et, ut omnes, qui sacras virgines raperent aut violarent aut qui eas impudice aspicerent, capite punirentur, mandavit. Postea eum in Antiochia Athanasius vidit et de fide catholica plenius informavit. Imperator autem in domo nuper calce delinita, cum essent prune apposite, nocte suffocatus est, etatis sue anno 30.[v], imperii sui mense octavo. *Otto IV, 14.*

Cetera[w] versifice gesta referre placet[x].

De[y] eodem Iobiano imperatore, 37. *ab Augusto*[z].

Gloria[20] Romulei solii fit nunc[a] Iobiani.
Mente[b] Deum coluit, nec culmine regnat inani,
Sicut et hiis titulis fistula nostra canit.

a) fovens B. C. D. b) *haec desunt* B. C 4; Item *deest* C 3; It. de eodem I. apostata q. *etc.* E 1; *In* B *in margine legitur:* In passione sancti Floriani scripta sunt hec et nos inde accepimus. c) Floriani E 1. d) rex more boum A. B. C. e) corium A. B. C. D; vald. C 3; c. semper erit C 2. f) pallida Roma A. g) Moreque A. h) michi A. B. C. i) Fit facies A; Fit C 4. E 1; Ut C 3. k) nostro satis a. A. l) dolore A. B. C. m) ab exiliis A; ab ecclesiis *e corr.* B 1. n) suis A. B. C. o) *haec desunt* B; De Iobiniano i. C 4. E 1; Ioviano C 2. D 1. p) 33. E 6. q) annis D 1. r) Anno — regnat a. 11 *(de Valentiniano) desunt* E 6. s) Iobinianus C 4. E 1. t) firmabat B 1. u) *deest* E 8; Iobinianus E 1 *semper.* v) 23 B 1; 33 B 2. C. *Otto.* w) C. v. g. r. p. *desunt* C 4. x) infra eodem t. *add.* B 2. y) De I. (Iohanne A) imp. et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede (presbiteri *add.* B) A. B; De eodem Iobiano (Iobiniano C 4) C 3. 4; Ioviniano E 1. z) versifice *add.* E 8; imp. versifice subinfertur C 2. a) plena Iohannis A; fit — canit *e corr.* B 1; fit Ioviniani C 4; Ioviniani E 1. b) Imperat in Domino multis feliciter annis, Munere namque Dei gloria cessit ei A.

18) Lib. pont.; v. Cat. pont. supra p. 26. 19) Lib. pont. similia non nisi de Siritio refert. 20) V. Spec. reg. II, 39.

Dum rogat hunc* populus Romanum sumere sceptrum, * Iobianum s.
Cultor, ait, *Christi sum, vobis prorsus ineptus:*
Christum[a] *credo Deum, vos reprobatis eum.*
Cetus ait: *Cupimus propter te credere Christo,*
Quem[b] *dudum reprobasse*[c] *pudet pro rege sinistro**; * s. Iuliano (*ita etiam* C 4).
Idola despicimus, te duce presto sumus.
Te decet imperium, tibi nos diadema paramus,
Nos etiam iam christicolas te rege notamus,
Suscipe, dum petimus te, tibi nosque damus.
Vita[d] fit ipsius* vix[e] mensibus octo notandus, * Iobiani s.
Congrua christicolis multumque nociva tyrannis.
Tunc quoque Siritii presulis hora fuit.
Annis Siritius ter quinque sedere notatur,
Mensibus undenis plus temporis annumeratur,
Insuper et vite ter dedit octo dies.

9. *De*[f. 21] *Foca cesare* 38. *ab Augusto.*

Focas ter denis feliciter imperat annis,
Sub[g] quo tres pape Rome fuerant venerandi,
Primus Anastasius prefuit ille pius.
Annis his binis sub Foca cesare vivit*. * Anastasius s.
Ad[h] cathedram Petri post Innocentius* ivit, * s. papa.
Annis ter quinque presul et iste fuit
Atque duos menses, vigintiquinque diebus.
Tertius est Zosimus cum[i] Foca cesare presul,
Viginti menses fert totidemque dies.

10. *De*[k] *Valentiniano imperatore*, 38.[l] *ab Augusto*[m].

Otto IV, 12. Anno ab incarnatione Domini 367. Valentinianus cum fratre Valente[n], natione Pannonius, stirpe mediocri oriundus, animi vero et corporis magnitudine commendabilis et moribus urbanus, ab Augusto 38.[o], consensu militum in Nicea sumpsit imperium. Iste, dum Iulianus augustus tenplum ingrediens Fortune sacrificaret, ministrum sacrificii pugno percussit. Propter quod Iulianus eum, cui talia displicebant, a militie dignitate removit. Deus autem iustus iudex, qui dixit: *Centuplum accipies,* pro militia ei reddidit imperium. Valentinianus Valentem fratrem suum
c. 13. elegit ad imperium. Anno imperii sui quarto Gratianum filium suum fecit imperatorem. Eo tempore apud Attrebatas vera lana cum pluviis mixta visa est a nubibus descendisse. Valentinianus[p], Auxenti Mediolanense episcopo defuncto, convocato episcoporum sinodo, suadet alium ordinari. Ubi Anbrosius presens[q] adhuc catecuminus ab omnibus postulatur. Unde imperator eum babtismi gratiam primitus consecutum precipit presbiterum[r] ordinari. Interea impe-
c. 14. rator Valens, cum primitus catholicus esset, suasu Eudoxii episcopi Constantinopolitani, et ab uxore propria seductus, incidit in[s] heresim Arrianam, et ad hoc iureiurando se alligavit, atque a prefato episcopo Arriano est iterum baptizatus. Eo tempore Valentinianus fortissimam gentem Saxonum, Francorum terminos invadentem, bello repressit. Ipse autem imperii sui anno 11. apud[t] Brictionem opidum diem obiit. Cetera[u] de Valentiniano versus habent[v].

Item[w] *de Valentiniano versibus enarratur, qui*[x] *imperat annis* 5.

Imperat[22] ecce Valens cum fratre Valentiniano;
Gothorum socii fiunt* sub docmate vano: * anbo s. fratres.
Arrianista suis cesar uterque fuit.
Hos* mala Gothorum lex legibus auxit eorum; * s. imperatores.
Istria* rura colunt, maculant diadema decorum, * s. provincie nomen est.
Expoliant patriam diripiuntque forum.
Annis undenis vixisse Valentinianum,
Scribimus, et fratris* annos quasi quinque notamus. * s. Valentis.
Hereticos ambos[y] dicimus atque malos.

Nunc Celestinus* ter ternis presidet annis, * papa s.
Adicitur[z] mensis, bis quinque dies numerandi,
De quibus in serie demitur una dies.
Hiis quoque temporibus stat Sistus[a] papa secundus,
Annis ter denis[b] viget eius docmate mundus,
Plusque decem residet presul et octo dies.

a) verum A; Chr. *e corr.* B 1. b) Quem — sinistro *des.* D 1. c) reprobare E 5. d) Vita Iohannis erat d. A; V. f. i. *e corr.* B 1. e) duodenis utilis annis A. B. C; triginta perutilis annis D. f) De F. imperatore et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede (presbiteri *add.* B) A. B; De F. imp. C 4; Item de E 1. g) Cum C. h) *hic versus deest* E 8. i) sub A. B. C. D. k) *haec desunt* B; De V. i. C 4. l) 39. C 3. E 5. m) qui regnat annis 11. *add.* D 1. n) Valentiniano *corr.* Valente B 1. o) 39. B. C 2. 3. p) *deest* E 8. q) preses B 1. r) pr. *corr.* episcopum C 4. s) *deest* C 4. t) Brictione oppido C 4. u) C. d. V. v. h. *desunt* C 4. v) in hoc signo ⁘ *add.* B 1; hic proxime infra e. t. B 2. w) De Val. (Valentino B) imperatore et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede A. B; De eodem versus C 3; I. d. V. C 4. x) *deest* E 5. 6; qui — 5 *desunt* C 2. E 1. y) ambo B 1. 2. z) Addatur his A. a) Sixtus C 4. b) ternis A 1.

21) Miro sane errore Phocas huc translatus est. 22) V. Spec. regum II, 40.

11. *De*[a] *Valente imperatore,* 39.[b] *ab Augusto.*

Anno ab incarnatione Domini 373.[c] Valens, 39. ab Augusto, Orientis[d] rexit imperium; Gratianus autem et frater *Otto IV,* 15.
eius iunior Valentinianus in Occidente[e] regnabant. Valens itaque, ut diximus Arrianus, legem dedit, ut monachi ad militiam cogerentur[f]. Unde multi monachi per Egyptum terreni regis contemnentes imperium, martirio coronantur. Valens per artem nicromanticam perscrutatur, quis post eum sit regnaturus. Arte demoniaca sunt ei littere iste quatuor[g] demonstrate, Θ[h] e d a.[22*] Ipse autem ab illo die omnes, quos istas litteras in capite nominis abere[i] potuit repperire, precepit occidi. Unde factum est, ut Theodosius[k] comes, pater Theodosii, qui postea imperium tenuit, ab eo preciperetur occidi. Qui prius baptismi gratiam apud Cartaginem consecutus, percussori sponte iugulum prebuit. Interea Gratianus imperator catholicus apud Argentarium Gallie opidum[l] cum pauco Romanorum detrimento 30 milia Alemannorum bello prostravit.

Eo tempore controversia oritur in regno Gothorum inter Fridigernum[m] et Atalaricum. Fridigernus[n] cum esset *c.* 16.
debilior, ab imperatore Valente auxilio impetrato, Attalaricum in fugam convertit. Unde Fridigernus amore Valentis imperatoris cum gente sua fidem Arrianam suscepit.

Eo[o] tempore Gulfias[p] Gothorum episcopus litteras Gothicas adinvenit[q], et per eas in suum ydioma litteras divinas convertit. Non multo post tempore Gothorum elapso, gens terribilis Hunorum[r] advenit. Que gens secundum scripta Iordanis ipsorum interpretis et actoris ex incubis et meretricibus est procreata, infra Meotidas paludes, que sunt in confiniis Asie et Europe. Hec gens conductu unius cervae transmeantis transivit inaccessibiles prius illas paludes. Ubi usque adeo gentem Gothorum perterruit, ut rex Gothorum Hermanaricus[s], qui multas iam gentes devicerat, timore Hunorum se ipsum interfecisset, anno etatis sue 110. Gothi post mortem regis sui Hermanarici animo fracti, a Valente imperatore petunt habitationes. Quas imperator eis largitur in Tracia. Ubi Gothi a quodam duce ad convivium dolo invitati, cum ipsi priusquam venirent dolum presensissent, omnes[t] qui eos invitaverant morte consternunt, et tota ipsa regione igne ferroque destructa, diffunduntur ubique. Contra quos Valens [imperator[u]] procinctum parans, ab Antiochia movens, penitentia ductus, episcopos catholicos precipit[v] ab exilio revocari. Pugna in Tracia inter Gothos et Romanos conseritur. Ubi dum Romanus fugit exercitus, imperator Valens, sagitta sauciatus, in cuiusdam parvissime villule casam[w] ingreditur[x], ut latens[y] [ibi[z]] vitam reservet. Quem insequentes Gothi, simul cum casa[a] igne consumunt, anno imperii sui 15, post mortem vero fratris sui anno 4. Mortuo Valente, Gratianus, qui cum eo regnabat, cum fratre suo Valentiniano iuniore tenet imperium. *c.* 17.

12. *De*[b] *Gratiano imperatore,* 40.[c] *ab Augusto, qui regnat*[d] *annis* 6, *et de papa sui temporis.*

Cesar[23] Romanus diadema tenet Gratianus.
Tunc erat Ambrosius sub Christi docmate clarus;
Martini Turonis extitit ampla salus*. * i. salutifera eius vita.
Qui cupit Ambrosii per docmata sanctificari,
Qui sibi Martini miracula vult numerari,
Non ego sufficio, viderit ille magis.
Annis bis ternis[e] vixit cesar Gratianus.
Tunc Pontianum papam vixisse notamus;
Hunc annis quinque menseque stare damus[f].

13. *De*[g] *Teodosio imperatore,* 41.[h] *ab Augusto, qui*[i] *regnat annis* 3[k].

Anno ab incarnatione Domini 383. volens[l] rei publice suo tempore subvenire Gratianus[l], Theodosium, natione *Otto IV,* 17.
Ispanum, virum fortem et religiosum, purpura induit et imperatorem Orientis creavit. Theodosius tam virtute quam prudentia gentem Gothorum devicit et Atalaricum regem Gothorum Constantinopolim ad se vocavit. Ibi tunc Atalaricus obiit. Gens autem Gothorum, visa mansuetudine principis, voluntarie se ipsam imperio Romano subposuit. Teodosius Archadium filium suum socium imperii elegit. Gratianus a Maximo in Britania imperium usurpante occiditur, et frater eius Valentinianus ab Italia fugatur; qui ad Teodosium veniens, benigne[m] receptus est.

[Item[n] *de Theodosio imperatore.]*

Anno ab incarnatione Domini 388, Gratiano interfecto, Theodosius, 41. ab Augusto, imperium Romanum solus *Otto IV,* 18.
obtinuit. Erant tunc in ecclesia Dei viri sanctissimi Martinus Turonensis episcopus, Anbrosius[o] Mediolanensis, Severinus Coloniensis episcopus, Ieronimus presbiter, Augustinus caticuminus a beato Ambrosio tunc baptizatus. Teodosius contra predictum Maximum tyrannum movens exercitum, in partibus Aquilegensium occidit eum. Deinde cum filio suo Honorio parvulo Romam venit. Ibique rem publicam ordinavit. Valentiniano regnum Occidentis reliquit. Ipse autem Constantinopolim remeavit. Porro Valentinianus dum in Galliam revertitur, fraude cuiusdam Arbogasti et

a) *haec desunt* B; 39. ab A. *des.* C 4. b) 40. C 3; 38. E 1. 5. 6. c) 382. C 4. d) Gratianus o. r. i. et fr. regnabat C 4. e) Oriente C 3. f) cogantur C 4. g) *deest* E 8. h) o e d a C 3. 4; o t d e D 1. E 1. 5. 6; o t l th e E 8. i) *superscr.* B 1; *deest* C. D. E. k) Teod. B 1 *hoc loco.* l) civitatem C 4. m) Fridrig. C 4 *semper.* n) Fid. B 1. 2. o) Eo — tenet imperium *deest* D 1. p) Gulfras C 3; Gulfas C 4; Golfias E 1; Gulphias E 6. q) invenit C 4. r) Hunnorum E 5 *semper.* s) Hermaricus C 4 *semper.* t) eos o. B. C. D. u) *deest* B. C. v) precepit C 4. E 5. w) gazam C 3. x) fugit B. C. y) latitans B 1; litteris C 4. z) *deest* B. C. a) gaza C 3. b) De G. i. et (de *add.* B) p. s. t. et cronica Bede (*add.* presbiteri A) A. B; De G. i. C 4. c) 41. C 3. d) regnavit E 1. 5; qui — temporis *desunt* C. e) denis E 8. f) patet A. B 1. C 2. 3; iubet C 4; placet B 2, *ubi hi versus post Theodosii historiam scripti sunt; sed in fine additum:* Omnia ista ponenda sunt in titulo Theodosii ante versus. g) *haec desunt* B; B 1 *sequentia cum precedenti narratione prosaica iunxit, sed in fine notavit:* Omnia ista ponenda sunt in titulo Teodosii *(e corr.)* ante versus in hoc signo ⁘; De Th. i. C 4. h) 42. C 3. i) q. r. a. 3 *desunt* C. k) 4 D 1. l) est autem Gratianus ab Augusto 40. (50. B 1; 42. C 2) Gratianus v. B 1. C 3; Gratianus suscipit imperium. Est a. G. ab A. 40. Gratianus v. r. p. s. t. s. Th. C 4. m) benignne B 1. n) *haec desunt* B. C. o) A. M. S. C. e. *desunt* C 4.

22) Graecos literas Θ E O Δ, quos Otto posuerat, deformavit Gotifredus. 23) V. Spec. regum II, 41.

Otto IV, 19. Eugenii, ut quidam asserunt, laqueo est suspensus. Eugenius ab Arbogasto imperator ibi creatur. Quidam dicunt, Valentinianum pre nimio dolore hoc genus mortis sibimet intulisse. Morte Valentiniani comperta, Teodosius contra Eugenium tyrannum parat exercitum. Tunc etiam scripsit in Egyptum ad Iohannem monachum Eutropium eunuchum, et eventum rei a viro ipso[a] sanctissimo requisivit. Cui vir beatissimus plenam victoriam promisit. Teodosius[b] confisus in Deo[c] pergit et Gothos contra tyrannos ante se premittit. Quorum decem milia ab Arbogasto interimuntur. Procedit imperator, et cum in Alpibus hostibus occurrisset, ibique Arbogastus in eminentiori loco positus meliorem pugnandi opportunitatem videretur habere, Teodosius tota nocte prostratus in precibus, mane in Domino confisus, congreditur et gloriose triumfat. Ibi Eugenius captus occiditur. Arbogastus[d] interfecit se ipsum. Teodosius autem, rebus omnibus bene dispositis, anno undecimo post mortem Valentiniani aput Mediolanum vitam finiens, in Domino requievit. Cetera[e] de Teodosio versibus explicamus.

De[f] Teodosio imperatore versifice narratur.

Fulget[24] Teodosius diademate post Gratianum,
Concilium reficit Constantinopolitanum[g],
Arrius insanus spernitur* ore, manu. * i. damnatur.
Fanaque templa ruunt nunc prorsus et idola cessant,
Arria scriptura perit, igne manuque repressa,
Docmata catholica cesaris aula parat*. * secundum Athanasium et Ilarium et Eusebium.
Vixit Teodosius annis quasi bis duodenis,
Atque duos ultra. Lucius tunc papa resedit,
Tres annos vivit, mensibus octo sibi;
Insuper adde decem pro ratione dies.
Constantinopolim[g] fertur capud ecce Iohannis.
Scriptaque Iheronimi, que multis contulit annis,
Betlehemita domus misit* in omne solum. * per Ieronimum s.

14. *Item[h] de Teodosio et Archadio imperatoribus, qui regnant annis* 13.

Archadius[24] cum Teodosio diademate fulget.
Ecclesie nunc catholice censura resurget,
Ordo bonus cleri nunc capud orbis erit.
Scribitur Archadius annis quater octo sedere.
Cornelius papa tres annos fertur habere,
Insuper adde decem de ratione dies.
Fama Iohannis ita tunc claruit anachorita,
Ut foret audita defunctis reddere vitam;
Constantinopoli[i] sunt sua menbra sita.

15. *De[k] Archadio et Honorio fratribus imperatoribus.*

Otto IV, 19. Anno ab incarnatione Domini 390. Honorius Occidentis et frater eius Archadius Orientis post mortem patris sui Teodosii sortiuntur imperium, ab Augusto 42.[l], adhuc Damaso papa Rome, Teofilo in Alexandria, Iohanne Ierosolimis, Flaviano Antiochie et Nectario Constantinopoli [episcopis[m]] presidentibus. His diebus quidam monachus nomine Dirimachus ab Oriente Romam veniens, dum ludum gladiatorum tamquam insaniam sedare voluisset, a circumstantibus est lapidibus obrutus et necatus. Quo comperto, Honorius[n] eum inter beatos martires censuit computari et pro eadem causa ludum gladiorum[o], ne anplius sic fieret, interdixit.

16. *De[p] Iohanne Grisostomo[q].*

Otto IV, 19. Eo tempore Iohannes Grisostomus, qui[r] cognominatur os aureum, apud Constantinopolim episcopus est ordinatus. Temporibus Honorii et Archadii viri sanctissimi Martinus et Anbrosius de hoc seculo migraverunt.

c 20. Gothi, cum ab imperatoribus munera, que tempore Teodosii accipere consueverant, habere non possent, consilio Rufini patricii discedunt a curia et regem sibi creant. Rufinus postmodum detectus, propter commissum dolum ante portas urbis Constantinopolis decollatur. Caput eius cum manu et brachio eius dextro[s] ad improperium et ludibrium per omnes vicos urbis circumfertur. Archadius, vir mitis et quietus, anno 14. post obitum patris sui Teodosii vitam finivit, et imperium Orientis filio suo octenni[t] Teodosio reliquit, Antemio prefecto tunc ipsum puerum regente. Ipse etiam Antemius muro fortissimo regalem cinxerat urbem. Cetera[u] de Honorio et Arcadio versus habent[v].

a) *deest* B. b) Th. ergo C 4. c) Domino p. c. t. et g. ante C 4. d) A. vero s. i. interimit C 4. e) C. d. T. v. e. *desunt* B. C 4. E 8. f) De T. imp. et papa sui temporis et cronica Bede (*add.* presbiteri B) A. B; De eodem v. C 3; It. de Th. C 4; Item de eodem Th. i. v. n. C 2. D 1; De Th. v. dicemus i. E 1; De eodem E 6; It. de eodem v. E 8. g) Cost. B 1. h) De Archadio et Teodosio imperatoribus et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica (Bede *add.* B) A. B; De Th. et A. C 4; q. r. a. 13. *desunt* C; Item *deest* E 1. i) Costantinopolim *corr.* constantinopoli B 1. k) *haec des.* B; De A. et H. C 4; fr. *deest* C 3. l) secundo loco B. C; secundo E 6. m) *deest* B. C. n) Hnorius B 1; H. imperator C. o) gladiatorum C 4. p) *haec desunt* B; Item de C 3. E 1. q) Cris. C 3. 4. E 1. 5. 6. r) q. c. o. a. *desunt* C 4. s) destro B 1. t) octeni B 1; ostem B 2; octendi D 1; ceteni E 8. u) C. d. H. et A. v. h. *desunt* C 4. v) in hoc signo ÷⊖÷ *add.* B 1; infra in hoc eodem titulo B 2.

24) V. Spec. regum II, 42. 43.

Item[a] *de Archadio et Honorio imperatoribus, qui regnant annis* 15.

Cesar[25] Honorius imperat omnibus Archadiusque.
Magnus in Epiro legitur[b] tunc signa dedisse
Presul[c] Donatus, forma[d] beata patrum.
Namque sputo datur ille suo superasse[e] draconem;
Expuit in faciem serpentis* ea statione[f], *i. draconis.
Ut sibi nec virtus nec modo vita foret.
Ponderis in carne serpens* datur hic habuisse, * i. draco.
Quod satis octo boum iuga ducere non potuissent.
Tunc[g]* Augustini docmatis hora** fuit. * s. hoc tempore. **s. in orbe predicando.
Nunc veniunt Huni*, Gothi**, veniunt et Alani***; * i. Ungari. ** i. Guascones. *** i. gens Servorum quorum regio hodie dicitur Servia.
Gallia conteritur*, Parisius, Aureliani; * s. ab illis gentibus.
Ve fuit Ispanis, Gallia pressa cadit.
Tempore quindenis tunc vixit Honorius annis.
Simplicius papa totidem tunc vixerat annis,
Addeque plus septem de ratione dies.

16a. *Honorius*[h], *defuncto Archadio, imperat*[i] *solus.*

Anno ab incarnatione Domini 412. defuncto Archadio, Honorius, ab Augusto 43, tenet imperium Occidentis. *Otto IV*, 21.
Gothi cum rege suo Alarico, dum Honorius esset Ravenne, per Dalmatiam et Venetiam digressi, in confinio Emilie [et[k] Aquilegie] castrametantur, terram ad inhabitandum superbe ab imperatore poscentes. Addunt etiam, quia, si aliter[l] habere non possent, ipsi ultro tollerent. Imperator, accepto consilio, terram circa fines Ispanie, que tunc imperio erat rebellis, tradidit eis. Ad quam possidendam dum Gothi proficiscuntur, Stilicus patricius, socer Honorii, eos fraudulenter insequitur, prelioque cum eis commisso, militem perdit; ipseque aufugit. Hac de causa Gothi ad iram permoti, ad Emiliam, unde venerant, subito revertuntur; totaque ipsa provincia igne ferroque vastata, ad urbem Romam procedunt. Quam etiam trepidantem irrumpunt. Datisque preceptis, ne ecclesie violentur, aliquantis Urbis partibus concrematis, predam mirabilem tollunt. Interea papa Innocentius, ne penas ipsius Urbis aspiceret, tamquam Lot iustus remotus a Sodomis, Ravenne morabatur. His diebus pagani improperabant christianis, dicentes, Romam temporibus paganorum crevisse, christianorum autem tempore decrevisse, eique propter christianitatem insolita pericula imminere. Ob quam causam beatus Augustinus tunc composuit librum de civitate Dei[m]. Orosius tunc istorias suas texuit. Ieronimus ecclesiasticam istoriam ab Eusebio episcopo Cesariense compositam transtulit.

Hec autem tam terribilis irruptio Urbis facta est per Alaricum regem Gothorum anno ab Urbe condita 1164, anno autem ab incarnatione Domini 415. In eadem preda Guandalorum soror Honorii Placidia capta est, quam Ataulfus postea est in matrimonium sortitus. Interea quidam princeps Constantinus imperium Galliarum invadens, Constantem filium suum monachum cesarem fecit. Set paulo post pater[n] apud Arelatum, filius vero apud Viennam regno vitaque privantur.

Gothi Romanorum victoria glorificati, per Canpaniam, Apuliam et Siciliam in Africam ire proponunt. Cumque in confinio Brictiorum incaute sese mari committunt, multos[o] ex sociis perdiderunt. Rex Atalaricus[p] eorum [in[q] fluvio civitatis Consenze[r] quorumdam dolo submersus], tunc ultimum diem clausit. Quem Gothi in tantum dilexerunt, ut amnem nomine Barentum iuxta civitatem Cosenziam de alveo derivarent, ipsoque rege Alarico cum multis militum copiis ibi sepulto, omnes captivos, qui huius facti conscii erant, occiderent, et postea ampnem ad suum alveum revocarent. Gothi propter mortem Atalarici[s] redire proponunt, atque Ataulfum regem sibi creantes, Romam redeunt, ibique ea que reliquerant depopulantur. Ataulfus vero rex Gothorum, amore uxoris sue Placidie, que erat soror Honorii imperatoris, a finibus Romanorum discedit, et in[t] Gallia prope civitatem Narbonensem, ubi hodie villa sancti Egidii dicitur, in loco qui usque hodie palatium Gothorum vocatur, consedit supra Rodanum fluvium; a quo loco per Constantium comitem postea pulsus, in finibus Ispanie cum Gothis resedit[u].

His diebus sub Innocentio papa corpora sanctorum Stefani protomartiris et aliorum sanctorum[v] revelata sunt *c.* 22.
Luciano presbitero, sub Iohanne episcopo Ierosolimitano[w]. Non multo post tempore, sub Bonifatio, qui Zozimo successori Innocencii fuerat substitutus, Ieronimus presbiter obiit anno etatis sue 91. in Betlehem. Defuncto papa Bonifatio, Celestinus sedit in Urbe[x]. Hucusque Orosius cronica sua perduxit.

Honorius[y] 31. imperii sui anno, quorum duos cum patre, tredecim cum fratre, reliquos cum filio fratris sui[z] regnaverat, Rome obiit[a].

De[b] *Honorio secundo et Teodosio secundo imperatoribus versifice*[c].

Rursus[26] Honorius et Theodosius imperat aula.
Gothica pessima gens rapit omnia flumine Sauna*, * s. in Burgundia.
Guandalus* Ispanos opprimit ense malo. * i. Sclavi, qui in lingua Teutonica vocantur Guinidi, in Latina autem Guandali.

a) *rubra deest* A; De Honorio et Archadio imp. et de papa et cronicam Bede B; qui r. a. 15 *desunt* C; De eisdem C 4; Item *deest* E 1; Item de eisdem qui regnant a. 15 versifice E 8. b) stat episcopus et facit ipse A; l. t. s. d. *e corr.* B 1. c) Dictus A. d) signa colenda satis A; f. b. p. *e corr.* B 1. e) mactasse A. f) ratione A 1. g) *hic versus e corr.* B 1. h) *haec desunt* B. D 1; Solus H. d. A. i. C 3; H. solus imp. C 4. i) regnat E 6. k) *haec desunt* B. C. D. *Otto.* l) gratis B. C. *Otto;* que g. h. n. possunt C 3. m) E 1 *addit rubro scripta:* Nota, quo tempore factus est liber Augustini de civitate Dei; E 6: Nota Orosium. n) *deest* C 3. 4. o) multis B 1. 2. p) *ita vel* Athalaricus (Athararicus E 6) *hoc loco codd. quos vidi omnes.* q) *haec desunt* B. C. r) Consentie E 1. s) Alarici C 4; Hatalarici E 6. t) in G. *desunt* C 4. u) cons. C 4; E 1 *addit rubro scripta:* Nota sancti Steffani revelacionem. v) *deest* C 4. w) Constantinopolitanense E 8. x) u. Roma C 4. y) H. imperator C. z) *deest* B. C 4. a) Cetera versus habent *add.* B. C; in hoc signo ⸗ B 1; infra e. t. hoc proxime B 2. b) De H. et T. imp. et de papa sui temporis et cronica Bede A. B; De H. et Th. i. versus C 3; De H. et Th. i. C 4. c) *deest* E 8.

25) V. Spec. regum II, 44. 26) V. Spec. reg. II, 45.

Occupat et captam violat gens Gothica Romam;
Destruit ecclesias; torpescit in Urbe corona;
Omnia diripiunt que valuere bona.

Rex triginta tribus Teodosius imperat annis.
Tunc non pervixit presul Sisinnius annum,
Prestat parva decem vita* duosque dies.

* Sisinnii s. pape.

16b. *Item[a] de Theodosio iuniore imperatore.*

Otto IV, 23. Anno ab incarnatione Domini 426.[b] Teodosius iunior, 44. ab Augusto, patruo mortuo, solus habet imperium. Huius virtutes in tripertita istoria omnibus suis predecessoribus preferuntur. Inter quas et hec commemoratur, quod ad[c] instar Alexandri Magni, dum in exercitu fervore solis et pulveris atque itineris nimietate fatigatus nimia siti[d] laboraret, poculum aque iocundissimum sibi oblatum, ne ipse[e] pre aliis solus haberet potandi refectionem, bibere recusavit[f]. Tempore istius floruerunt Iohannes Cassianus heremita, qui Collationes patrum conscripsit. Et sanctus Iermanus Altisiodorensis episcopus. Hucusque Theodoritus episcopus et Socrates et Solomenus[g], viri disertissimi, ystorias produxerunt. Que postmodum in unum volumen redacte et a Cassiodoro senatore per Epifanium scolasticum a Greco in Latinum translate, a tribus memoratis actoribus[h] tripertite istorie sunt nominate.

c. 24. Tempore istius imperatoris Theodosii iunioris Guisogothi, id est Australesi[i] Gothi, habitabant in Galliis. Ostrogothi vero, id est Australes[k] Gothi, ex quibus Avares, id[l] est Ungari Pannonii, et Longobardi descenderunt, transeunt Danubium. Ostrogotthi[l'] prius in Pannonia fuerant commorati, postea in Tracia per 48 annos habitaverunt, deinde ad Occidentem[m] venerunt. Guandali autem, sociatis sibi Germanis, cum duce Modigisilo, Ispanias occupaverunt. Eo tempore Bonifatius comitatum Africe ab imperatore accepit. Qui in Ispaniam transiens, Guandalis[m] totam Africam subiecit. Qui universam terram vastantes, urbem Iponensem, cui tunc[n] preerat beatus Augustinus, obsidione precingunt. Beatus autem Augustinus, ne urbis sue videret excidium, migravit ad[o] Dominum, etatis sue anno 76. Romani autem tradentes Guandalis[p] tertiam partem Africe, pacem cum eis fecerunt. Rex autem Guandalorum[p] Guisericus Arrianus christianos affligens, episcopos in exilium misit; et invadens Cartaginem, multis divitiis et ornamentis ecclesiasticis spoliavit.

c 25. Anno imperii Theodosii iunioris 30. terremotus orribilis Constantinopoli fuit; propter quem ibi divine commutationis[q] cantatum est primitus: *Ayos[r] o theos yschyros eleyson ymas,* hoc est: *sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.* Hoc canticum dum a toto populo cum[s] suo episcopo caneretur[t], ilico terremotus cessavit. Unde ab imperatore et sorore eius Pulcheria tunc preceptum est promulgatum, ut hoc canticum per totum orbem de cetero caneretur[u].

His diebus Athila Hunorum rex, occiso fratre suo Bleda, Traciam et Illiricum cepit vastare. Cui Teodosius, datis septem milibus libris, promissis etiam singulis annis mille libris, a suis finibus exire persuasit. Ipse vero Teodosius paulo post aput Constantinopolim diem suum finivit, 41. imperii sui anno, anno autem post mortem patrui sui 26. Cetera[v] de Teodosio isto versus narrabit, et alia sibi contenporanea[w].

De[x] eodem Teodosio imperatore versifice narratur.

Teodosio[27] solo regnum retinente minore,
Transit[y] ab Ispanis gens Guandala plena furore,
Africa conteritur, totaque capta dolet.
Catholicus fuerat* populus qui[z] dicitur Afer, * in Africa s.
Beda[28] dicit hoc. Afrorumque fidem subvertit Guandalus acer,
Unde fides Christi pauca[a] remansit ibi.

Sub specie Moysi[b] loquitur nunc demon Ebreis,
Devote qui suscipitur satis a Fariseis,
Qui dare dona Dei pristina* spondet eis. * i. in terra repromissionis.
Insula Creta fuit, qua[c] predicat ille* futura, * demon s.
Omnia que narrat, promittit eis valitura,
Spondet eis patriam conciliare suam.
Per mare transite, sicco pede, dixit*, *abite,* * demon s. ad Iudeos.
Atque Iherosolimam, me preveniente, redite;
Omnia que scribi vultis, habetis ibi.
Cumque per equoreos fluctus conducit* Ebreos, * s. demon.
Turba* simul sequitur; spes magna fovet Fariseos; * Iudeorum s.
Inpetus equoreus concito claudit eos.

a) *haec desunt* B 1; Item de eisdem C 4; Item *deest* E 8. b) 427 B; 416 E 6. c) *deest* C 4. d) nimium C 4. e) i. p. a. *des.* D 1. f) E 1 *addit rubro scripta:* Nota, quo tempore et a quo conscripta et vita sanctorum patrum. g) *ita codd. omnes quos vidi praeter* C 4, *ubi recte* Sozomenus *scribitur.* h) *ita* E 6; aut. B 1; viris *post suppl.* C 4. i) austraules D 1; astrales E 6; *lege:* occidentales. k) *ita* B; occidentales C. D. E; i. e. a. G. *desunt* E 8. l) i. e. U. P. *desunt* B. l') *deest* C 3. m) Wadalis B 1. 2; Vandalis D 1; Wandalis C 4. E 6 *saepius.* n) *deest* C 4. o) adn̄m B 1. p) *ita* C 3. E 1. 5. 8. q) divina communitione B 1; divina comonicione B 2. r) *ita* B. C 3. E 8; agios D 1. E 6; agyos C 4. E 1. 5. s) Proculo *add.* B. C. *Otto.* t) cantaretur C 4. u) De Attila *add.* D 1; Nota tempus Athile primum E 1. v) Cetera — contemp. *desunt* C 4. w) in hoc signo ☧ *add.* B 1; infra e. t. hoc proxime B 2. x) De solo T. i. et de papa sui temporis et cronica Bede A. B; De Th. C 4; v. n. *desunt* C 3; eodem *deest* E 1; narratur *deest* E 6. 8. y) *hic versus deest* C 4. z) quem dicimus *corr.* qui dicitur B 1. a) nulla A; *e corr.* B 1; parva C 4. b) Moisy B 1. c) cui B. C.

27) V. Spec. reg. II, 46. 28) Bedae chron. de 6 aetatibus mundi.

Parsque reservata, quam non maris obruit unda,
Fit cito catholica Christi babtismate munda;
Cetera* que periit piscibus esca fuit. * s. pars Iudeorum.

17. *De[a] Martiano et Valentiniano imperatoribus[b].*

Anno ab incarnatione Domini 453. Martianus consilio Pulcherie, sororis Teodosii iam defuncti, 46. ab Augusto, imperium Orientis suscepit, adhuc regnante Valentiniano in Occidente, qui erat 45. ab Augusto. Martiano igitur et Valentiniano imperatoribus[c], Atila rex Hunorum, subiugatis sibi fortissimis gentibus Ostrogothorum et Gepidarum aliisque diversis populis, totam Macedoniam, Mesiam et Achayam et Traciam pervagatur. Odiebat autem Atila Romanos propter antiquam eorum dignitatem. Odiebat etiam Guisogothos propter eorum fortitudinem. Utrosque etiam obprimere intendebat. Set ambas gentes simul invadere, Romanos scilicet et Guisogothos, non volebat. Timebat enim, ne adversus eum utrique sociarentur. Unde et eos[d] per suam versutiam ab[e] invicem seiungere, et[f] in alterutrum concitare conabatur. Proinde Valentiniano Romanorum[d] imperatori in dolo scribebat, se contra Romanos agere nolle, set contra Guisogothos. Scribebat etiam Guisogothis, nichil contra eos agere, set contra Romanos. Eutius[g] autem tunc[d] patricius Romanorum fraudem Atile precognoscens[h], Teoderico regi Gothorum ex persona Valentiniani imperatoris scribit, monens[i] diligenter, ut contra Atilam immanissimum tyrannum, totius orbis invasorem, ipse cum Romanis conveniret[k]. Igitur Atila[l] indicit Guisogothis bellum. Guisogothi autem[m] per legatos rogantes Romanos, Eutium[n] patricium accipiunt in auxilium. Hic Eutius[o] autem, ascitis sibi Francis et Sarmatis et Burgundionibus, Saxonibus, Ripariolis, Brionibus, multisque Celtice ac Iermanice[p] nationibus, Guisogothis succurrit. Atila vero cum Aldarico rege Gepidarum et Vialamire rege Austrogothorum innumerisque regum[q] nationibus movet procinctum. Itaque in campis Catalaunie uterque exercitus sedet. Atila in interioribus visceribus[r] pecorum per fitones eventum rei perquirit; seque vincendum intelligit [per[s] augurium]. Set ex altera parte[t] principem omnium potentiorem esse casurum, in fedissimis presagiis auguriisque presensit. Atila pugnam agreditur, Romani tunc eminentiorem locum habebant. Itaque ab hora nona usque in noctem acerrimum bellum protenditur. Teodericus autem rex Guisogothorum[u], sicut Atila in auguriis previderat, in bello occubuit. Atila vero in fugam versus, victum se prodidit, set noctis beneficio potuit occultari. Mane facto, Guisogothi[v] regem suum requirunt. Set mortuo invento, iterum in hostes irruere cum Turismundo, filio regis occisi, disponunt. Eutius[w] autem[x] patricius, timens, ne forte, si Huni penitus delerentur, Gothi extunc in nimiam gloriam elevati Romam obprimerent, dicit ad Turismundum, filium Teoderici: *Si fratres tui mortem regis cognoverint, regnum invadent. Tu ergo velociter domum revertere, ne in solio regni debeas a fratribus preveniri*[y]. Taliter a patricio seductus iuvenis, relictis hostibus, domum festinanter abivit. Deprehensum est postea, quod Atila viribus suorum destitutus, de subselliis suorum ignem sibi magnum preparaverit. In quem, si in[z] eum hostes irruerent, volebat[a] immergi. Refert eorum scriptor Iordanis, quod in eodem famosissimo prelio ceciderint 165 milia ex utraque parte, exceptis 15 milibus, qui in congressu Francorum et Gepidarum priori[b] nocte corruerunt. Turismundus, occisi Teoderici regis[c] filius, a suis rex creatus, consilio Eutii[d] patricii Tolosam civitatem suam ingreditur. Atila, recedentibus Guisogothis[v] securus iam factus, versus Romam iter convertit, et in via obsidione cingit urbem Aquilegiam, metropolim Venetiarum. Quam longo tempore obsessam, cum vincere eam se posse non crederet atque de recessione[e] iam cogitaret, quadam die circa muros urbis deambulans, videt ciconias pullos suos parvulos ex[f] nidis extra civitatem portantes. Ubi advocans[g] milites, ait: *Iste aves futuram civitatis cladem perpendunt, propter quod etiam filiolos exportaverunt*[h]. Hec aiens, milites ad eversionem loci fortius animavit. Unde instructis machinis variisque tormentis, urbem repente[i] devicit et usque adeo desolavit, ut prioris forme edificii[k] vestigia non valeant inveniri. Asserunt multi, quod urbem[l] vacuam invenerit, quia cives per mare, quod est eis contiguum, reliquias sanctorum in Venetias cum omni subpellectili navigio detulerunt. Ibique deinceps perpetuo habitantes, Veneti, quasi advene[29], sunt nominati. Unde inter Gradenses, qui priores ipsius loci fuerant habitatores, et Aquilegenses de patriarchatu usque hodie controversia versatur. Exercitus Atile ibi tantus fuit, quod suis clipeis aggerem ad similitudinem rotundi montis ob futuram memoriam Atile conportavit. Alii vero dicunt, eum per cesarem Iulium fuisse[m] coniestum. Ego[n] montem illum vidi meis temporibus bene munitum et inhabitatum. Atila postmodum talibus elatus eventibus, omnes Venetias circueundo vastavit. Atque in Liguriam procedens, Mediolanum et Papiam crudeli animadversione[o] depopulatus est. Atila de Liguria tendit[p] Romam. Cui Leo papa longe occurrit, et, ne Urbi noceat, precibus impetravit. Illud etiam Atilam ab Urbis accessu maxime refrenavit, quod Alaricus, prior rex Gothorum, postquam Romam expoliavit, subitanea morte decessit. His itaque de causis Atila frenum retro convertit et ad propria remeavit. *Otto IV, 26.* *c. 27.*

Interea Valentinianus virtutem Eutii prefecti emulatus, eum cum Boetio senatore precepit occidi. Eapropter et[q] ipse paulo post ab inimicis est interfectus, anno imperii sui[r] 30. Quo mortuo, Maximus uxorem eius[q] Eudoxiam sibi copulavit et imperium usurpavit. Deinde Guisericum regem Guandalorum ad Urbem vocat. Romani Guandalorum adventu perterriti, ulciscuntur in Maximum, eumque necantes in minutissima frusta decidunt. Ipsi autem metu Guandalorum fugientes, Urbem relinquunt. Gisericus[s] rex Urbem quasi vacuam ingreditur. Papa Leo ingredienti occurrit in porta, eumque ab incendio Urbis et occisione civium[t] abstinere precatur. Rex barbarus Urbem ingressus, omnem predam rapuit, Eudoxiam cum duabus[q] filiabus abduxit, atque per dies 15 in Urbe moratus, ab in- *c. 28.*

a) *haec desunt* B. b) *deest* C 4. c) imperantibus B. d) *deest* C 4. e) ab i. *desunt* E 8. f) *deest* E 8. g) Euticius *corr.* Eutius C 4 *et ita infra*; Ecius E 1; Euticius E 5; Ethicius E 6. h) cogn. C 4. i) induens E 8. k) convenirent B 1. l) A. dum hoc modo procedere non posset G. bellum (b. G. B 2) aperte indicit B. n) *deest* B. m) Euticium *hoc loco* C 3; Euthitium E 6. o) E. autem *desunt* B; Euticius C 3; Euthicius E 6. p) Germanie B; Iermanie C 3. 4. q) *deest* C 4. r) *deest* B. s) *haec desunt* B. C. t) *deest* C 4. u) Guiseg. B 1 *hoc loco*; Guisig. C 3 *semper*. v) Wisog. B 1. w) Etius C 4; Ecius E 1; Euthicius E 6. x) *deest* E 6. y) preveniaris C 4. z) si in e. *des.* E 5 si *postea add.*; in e. *des.* E 8. a) voluit C 4. b) p. n. *desunt* E 8. c) *deest* C 4. d) Ecii E 1; Euthicii E 6. e) reversione C 3; recessu E 6. 8. f) ex n. *des.* E 8. g) advocat C 3; advocatis militibus C 4. h) exportant C 4. i) *deest* C 4. k) edificii *corr.* edificiorum B 1. l) u. eam C 4. m) esse C 4. n) Gottefredus *superscr.* B 1; Godifredus B 2; Gotfridus C 2. 3. o) animi adversione C 2. 3. D 1. E 1. p) contendit C 4. q) *deest* C 4. r) *deest* E 8. s) Guis. C 3. 4. E 5. 6. 8; Geis. E 1. t) c. compescit C 4.

29) Ottonis narrationem Gotifredus corrupit.

Otto IV, 28. cendio et occisione civium abstinuit, sicut papa rogavit[a]. Facta est hec secunda ab Alarico[b] Romane urbis captivitas per violentiam Vandalorum anno ab Urbe condita 1204. Postea Gisericus[c] filio suo Transmundo filiam Valentiniani principis in matrimonium copulavit. Atila vero ab Ytalia in patriam reversus, nuptias celebrat, et eadem nocte per fluxum sanguinis de naribus inebriatus expirat[d]. Iste est Atila metus orbis, flagellum Dei, superbus incessu, oculos furiosos circumferens, amator belli, manu propria tenperatus, consilio validus, supplicantibus exorabilis, propitius cunctis in fide receptis, forma brevis, pectore lato, minutis oculis, capite grandiore, rara barba, canitie conspersus, simus naso, colore tetro. Actore[e] Iordanis scribit, in exercitu eius fuisse quinquies centum milia[f]. Item[g] Atila ipse[h] undecim milia virginum aput Coloniam simul martirio coronavit, Nicasium episcopum Remis occidit. Martianus imperator paulo post a suis fraude necatur, anno imperii sui 7.[i]

Item[k] *de eodem Martiano imperatore versifice.*

Nunc[30] cesar Martianus stetit ordine primus.
Nunc rex Gothorum dat prelia Teodoricus*, — * s. in terra Catalauna, que est circa Aragonam.
Quem timet Italicus pro feritate situs.
Optinet* Ispanos belloque premit Catalanos**, — * s. Teodericus. ** i. Aragonenses.
Sibilieque* faro posuit tentoria pravo, — * s. in finibus terre Yspaniarum.
Omnia diripuit vulnere[l], marte, manu.

Sex annis Martianus* vixit numerandis. — * imperator s
Primus papa Leo viginti prefuit annis;
His* menses denos iungito bisque duos[m]. — * s. annis.

Simplicius Rome post primum papa Leonem* — * papam s.
Suscipit ecclesie digne recolendus honorem;
Annos quindenos vita beata fovet.
Adde dies septem, quibus hic non vixit inepte.
Felicis pape post annos exprime septem,
Undenos menses, octo[n] decemque dies.

[Cronica[o] Bede.]
Tempore Felicis fuerat rex Teodoricus,
Impius, inpatiens, Gothorum ductor iniquus,
Nomine christicola*, vir scelerosus erat. — * Arrianus s.

Gelasius papa stat tempore Teodorici,
Et sub Zenone Gothorum docmata vicit*, — * s. removit ab Urbe.
Annis bis binis, mensibus octo fuit;
Ter ternosque dies detulit ad requiem.

18. *De*[p] *Leone Bissa Grecorum imperatore*[q].

Otto IV, 29. Anno ab incarnatione Domini 440. Leo Bissa aput Constantinopolim Orientis suscepit imperium, 47. ab Augusto. Qui filium suum Leonem socium imperii elegit. Occidentis vero imperium Maronianus[r] aput[s] Ravennam accepit. Qui iuxta Tastonam[31] civitatem quarto regni sui anno occisus est. Post hunc Severus sine iussu augusti aput Ravennam tunc[t] regnum invasit. Qui etiam quarto anno Rome diem obiit. Leo imperator Zenonem, generum suum, Orienti prefecit. Leo imperator cum Ostrogothis pacem componens, Teodoricum, filium Teodemari, scilicet[t] Veronensis, de quo Teotonici sepissime miram[u] narrant audatiam, obsidem recepit, cum octo[v] esset annorum. Leo Leonem, filium Zenonis generi[w] sui, qui Orientem tenebat, imperatorem fecit. Ipse autem obiit 11. imperii sui anno. Zeno imperator Orientis Romam veniens, a populo et a senatu gratanter receptus est.

19. *De*[x] *Zenone imperatore*, 47.[y] *ab Octaviano*[z] *Augusto.*

Otto IV, 30 Anno igitur ab incarnatione Domini 476. Zenon, natione Ysaurus, 47.[a] ab Augusto, imperium sortitur. Porro Occidentale imperium[b], id est Romanum, nepos eius[32] tenuit. Quo a regno pulso, Orestes patricius filium suum, Augustulum[d] dicendum, imperatorem Occidentis creavit. Interea Odoacer[e], natione Rutenus[f], ex ultimis finibus Pannonie cum Turcilingis[g] et Cyris et Erulis gentibus[h] ad invasionem Romanorum movit exercitum. Cui dum Orestes patricius in terminis Ligurie occurrit, visa manu eius, perterritus fugit, et in Tycinum se contulit. Quem Odoacer insecutus, capta urbe [Papia[i]] occidit, atque inde per totam Ytaliam milite fuso, regium nomen usurpat. Iste Odoacer[k] a terra sua egressus, dum inferiores[l] Noricas partes vel Pannonie superiores transiret, virum Dei Severinum,

a) C 4 *addit rubro scripta:* Nota Romam ab Alarico rege Wandalorum bis esse captam totam et prorsus exspoliatam. b) A. rege C 4. c) Guis. C 3. 4. E 1. 5. 6. 8. d) C 4 *addit rubro scripta:* Nota mortem Atile et qualitatem corporis eius. e) *deest* B 1. f) Nota tempus 11 mil. v. et martirium earum *add. rubro scripta* C 4; Nota Atilam (Athilan E 6) *add.* E 5. 6. 8. g) *deest* B. C. h) *deest* B. C. i) Cetera de Martiano versus habent *add.* B. C; in hoc signo ÷O÷ B 1; infra e. t. B 2. k) De M. i. et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede (presb. *add.* A) A. B; It. d. e. M. versus C 3; I. de M. C 4; Item *deest* E 1. 6; I. de e. v. E 8. l) vulnere m. *desunt* C 3, *spatio vacuo relicto.* m) *sequentia desunt* D 1, *folio amisso.* n) adde C 4. o) *ita* A 1. p) *haec desunt* B. q) *deest* C 3. r) Maur. B. C. D. s) a. civitatem R. C 4. t) *deest* C 4. u) *deest* B. v) 7. C 4. w) generum suum C 4. x) *haec desunt* B; De Z. i. Gr. C 4. y) 48. C 2. D 1; 44. E 1. 6; 43. E 5. 8. z) *deest* C 3. a) 48. C 2. 4. b) *deest* B. d) Augustum B. C. e) Odeacer D 1. E 8; Odeiacer E 5 *et ita infra.* f) Rugus B. g) Turcilinguis B 2; Turcilignis C 3. E 5. 6; Turcilingnis E 1; Turalignis E 8. h) gentilibus C 4. i) *deest* B. C. k) Odeacer *hoc loco etiam* E 6. l) per inf. B. C. D. *Otto.*

30) V. Spec. regum II, c. 47. 31) *Dextonam* Otto. 32) *Nepos* Otto.

Ravennatum[a] episcopum, qui verbum Dei predicans ad radicem montis cellam construxerat, adiit, eumque de eventu *Otto IV*, 30.
rerum consuluit. Qui spiritu profetie omnia, que post evenerunt, ei predixit.

Augustulus[b] predictus, filius Orestis patricii, patre suo eodem[c] patricio iam occiso, et patria capta ac devastata, imperialem purpuram sponte deposuit, undecimo mense regni sui. Odoacer, iam nullo sibi resistente, urbem Romam ingreditur ut hostis, sibique subiectam tamquam rex ubique disponit. Postremo, cum tota Ytalia servitio suo per quatuordecim annos mancipata fuisset, tamquam dominus eam gravi servitute depressit[d]. Ceterae de Zenone et[f] de papa versifice narrantur[g].

De[h] Zenone imperatore versifice narratur.

Zeno[33] pater patrie dum regna paterna teneret,
Inclitus[i] eius erat Leo filius unicus heres*,
Militia validus, prelia sepe gerens.
Ille necem quesisse patris falso reputatur*;
Zeno pater, cui dicta* patent, iubet ut moriatur,
Mater ab oppositis obviat arte satis.
Carcere detento mater tristissima nato*
Curat ei similem iuvenem subponere* fato.
Filius evadit clam*, set et ille cadit.
Estimat ergo pater morti subcumbere natum*,
Servat eum* mater ficta specie monachatum:
Annis ter quinis clausus habetur ibi*.
Filius ipse Leo* vulgi ratione vocatur,
Precipitur*, quicumque *Leo* dicat moriatur;
Permanet edictum cum feritate ratum.
Annis quindenis dum sic Leo clausus habetur,
Astrologis[k] cum gramaticis satis arte docetur,
Philosofus iuvenis* totus in arte fuit.

Nutrit avem* mater humano more loquentem,
Plangere que didicit iuvenem cum matre dolente:
Heu Leo, mi nate, gloria nostra iacet.
[Sitacus[l] ut didicit iuvenis iam dicere nomen,
Ponitur ante patrem, depromat ut ipse Leonem,
Prima sit ut capitis pena loquentis avis.]
Pascalis[m] mensa Zenone* sedente paratur,
Sitacus[n] in medio* plangit, luctus renovatur:
Heu Leo, dixit avis, *cur, Leo nate, peris?*
Claro sermone dum nominat ipse* Leonem,
Corda ducum[o] pietate movet renovatque dolorem,
Et regina sedens* plorat, ut ante solet.
Zeno miratur, cur turba ducum lacrimatur;
Querit, et iratus, que causa, quis ille reatus*,
Qui modo primatum turbat utrumque latus.
Mater* ait: *Cognosce magis te, Zeno, timeri***;*
Cur ploratp, cur turba dolet, timet ipsa fateri,
Noscere si mavis, iam tibi narrat avis.*
Zeno refert: *Tu, queso, michi monstra*[q] *rationem,*
Quem iuvenem deplorat avis tua, quemve Leonem;
Viscera namque mea sitacus iste movet.
Edictum, quod protuleras, ait illa, recedit;*
Te solum, si forte velis, sententia ledit;*
Esse michi licitum dicere Zeno dedit.*
*Nosce tuum natum falso** dampnasse relatu*[r];*
*Vivere monstratur***, qui creditur esse necatus;*
Tu pater, hic natus, me genitrice datus.
Pulcrior est Venere, sapiens, validissimus armis,
Summis principibus carus, spes unica parvis,
Quem decet imperium iam retinere tuum.
Si cupis ergo duces pascalia festa tenere,
Me[s] *michi vel tibi te letum si queris habere,*
Ablue peccatum, rem pietate gere.
Esto pater feritate carens, serva rationem,
Mitte, pater, natum dignare vocare[t] *Leonem;*
Ipse Deus iubet hoc, curia tota monet.

* s. Leo nomine.

* accusante s. eum patriarcha Constantinopolitano
* falsa s. ex auditu.

* s. Leoni.

* s. ad decollandum iubente patre filium occidi.
* s. ingenio matris.

* Leonem s.

* in monasterio s.

* s. in monasterio.

* s. nomine.

* a patre.

* s. sitacum (psitacum C 4).

* imperatore s.

* mense s. imperatoris.

* s. sitacus.

* s. in mensa.

* s. sit.

* s. regina. ** s. ab omnibus istis principibus tuis qui non audent tibi nominare Leonem.
* s. sitacus.

* Responsio regine.
** quod nulli liceat nominare Leonem.
* s. tua, quia tu eum primus nominasti.
* s. Leonem. — Nota quia rex dederat edictum, ut nullus nominaret Leonem; quia vero ipse prior eum nominavit, iam licitum est omnibus nominare.
** te s.
*** Leo s.

a) Ravenatum B; Ravennatem C 2. 4. b) Augustus B. C. c) scilicet *add.* C 2. 3. d) Ista omnia scribenda sunt in titulo Zenonis *add.* B (B 1 *add. sed erasit:* ante versus). e) Cet. — narrantur *des.* C 4; autem *add.* B 1. f) et de p. *desunt* B. C. g) proferantur B; in hoc signo *add.* B 1; in hoc etiam titulo B 2; p. versus habent C 2. h) De Z. i. et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede (presbiteri *add.* B) A. B; De eodem C 3; De Z. i. C 4. i) Grandis erat iuvenis sibi f. A; I. e. e. l. *e corr.* B 1. k) astrologi seu gramatici A; cum *e corr.* B 1. l) *haec desunt* A. B. C. m) Victima (i. sollemnitas B 1) pascalis A. B. C. n) Psit. C 3. E 1. o) Corda que dum E 5. p) ploret B. q) mostra B 1. r) reatu C 4. s) *hic versus deest* C 4. t) vocare dignare E 5. 6. 8.

33) V. Spec. reg. II, c. 49.

Cessat ut illa[a] loqui, primatum curia surgens
Dat pedibus* prostrata preces regemque perurgent,
    Tum prece tum lacrimis, gaudia ferre suis.
Motus ad[b] ista pater, dum curia tota rogaret.
Esse michi natum, dixit, *non ipse putarem**;
    Si Leo nunc vivit, obto petita dare. *

* imperatoris s.

* quia putabat eum fuisse mortuum diu.

Annis bis denis Zenonis gloria sedit[c].
Alter Anastasius tunc Rome papa resedit;
Annus ei spatium* solus in Urbe[d] dedit,
Undenos menses* vicesiesque[e] diem.
Symacus est papa sub[f] principe Teodorico;
Sedit et Ormisda sub eodem presul iniquo.
Nunc et Anastasii cesaris hora venit[g].

* vite s.

* etiam s.

20. *De Anastasio imperatore*, 48.[h] *ab Augusto.*

Otto V, 2. *cf. IV*, 32.

Anno ab incarnatione Domini 491. post primum regem Francorum Pharamundum [filium[i] Priami Troyani], regnabat super Francos Glodoveus. Cuius tempore Zeno imperator moritur, anno imperii sui 20[k]. Cui succedit Anastasius, 48. ab Augusto. Coniugem autem accepit Ariagnem. Regnante igitur Anastasio in Oriente, Teoderico [Gothorum[l] rege] Arriano Romam premente, Simacus et Laurentius pro papatu in[m] Urbe contendunt. Cui controversie cum effusione sanguinis multorum tam clericorum quam laicorum tribus annis protelate[n], Teodericus sinodo convocata, finem imposuit. Nam Simachum, saniori consilio electum, in papatu firmavit; Laurentium [vero[o]] depositum in civitate Luceria[p] fecit episcopum. His temporibus rex Guandalorum[q] Transmundus, Giserici[r] filius, propter fidem catholicam 320[s] episcopos in insulam Sardiniam exilio tradidit. Ipsis diebus in Africa quidam Olimpius Arrianus, sedens in balneo, dum superbe blasfemaret in Christum, igneo gladio est de celo percussus. Alius quidam cum ab Arriano quodam episcopo babtizaretur, dicente ipso episcopo: *Babtizo te in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto*, ilico aqua tota[t] de fonte disparuit. Hoc viso, his qui babtizandus[u] erat ad catholicam ecclesiam confugit et babtismum suscepit. Interea imperator Anastasius Glodoveo regi Francorum per epistolas obtulit consulatus ordinis dignitatem. Ipse vero imperator ab heresi Euticiana propter ammonitionem pape[v] Ormisde non recedens, imperii sui anno 28. fulmine ictus interiit. Glodoveus autem rex Francorum anno 30. regni[w] sui vita decessit, et Lotarium filium suum cum tribus aliis filiis reliquit. Qui regnum inter se diviserunt[x].

Item[y] *de Anastasio imperatore*[z] *versifice narratur.*

Cesar Anastasius Gothos[a] ad bella perurget.
Hereticus[b] Teodericus nunc opprimit Urbem;
    Nec potuit* Gotos tollere marte suo.
Nunc[c] duo pontifices sub[d] eisdem sede tirannis*
Laurentus[e.]* Simachusque sedent plenis tribus annis,
    In quibus errorem Gothica turba fovet*.
Catholicas[35] nunc ecclesias gens Guandala claudit,
Cuius et errori regio devicta subaudit,
    Fana per ecclesias Arrianista parat.
Transmundus rex ipsorum*, feritatis amicus,
Pontifices dedit exilio, transgressor iniquus:
    Centum pontifices carcere Sardus* habet.

* Anastasius s. imperator.

* Gothis s.

* i. Laurentius.

* sub Simacho s. et Laurentio.

* Gothorum s.

* s. in Sardinia (*ita etiam* C 4)

Blasfemare Deum dum cernitur Arrianista*,
Fulgure de celis mox lingua peruritur ipsa;
    Hec ubi lingua luit, cetera turba fugit.

* quidam s. episcopus Arrianus.

[Cronica[f] Bede[36].]

Dum babtizare quendam cupit Arrianista*,
Unda parata sibi* subito disparuit ipsa,
    Obstupuit iuvenis, consuluitque[g] sibi*.

* quidam s. episcopus.

* s. in fonte babtismi.

* i. factus est christianus.

---

* B 1 *addit in margine:* Nota, quia tempore istius Zenonis imperatoris inventum est corpus sancti Barnabe in Cipro et cum eo euangelium quod Matheus propria sua manu conscripsit.

a) ista C 4. b) ob B. c) venit A. B. d) orbe C 2. 3. 4. E 1. e) vicesimumque d. E 6. 8; vicesimum quoque E 5. f) cum C. g) fuit C 3. E 6. 8. h) 48. ab A. *desunt* C 4. i) *haec desunt* B. C. k) 17. B. C. l) *desunt* B. C, *ubi:* T. vero. m) i. u. *desunt* C 4. n) sunt p. E 1. 5. 6; sunt a. p. E 8. o) *deest* B. C. p) Lucerina B 1; Lucerna B 2. C 2. 3; Lucernaria C 4; Lucera E 1. q) Wand. B 1. r) Ges. E 1; Guis. E 5. s) 220 C. t) *deest* C 4. u) bapt. — et *desunt* E 4. 5. 6; quod baptismum suscepturus erat a catholico episcopo b. s. E 1. v) *deest* E 5. w) a. imperii sui 30. C 4. x) Cetera versus dicunt sub hoc signo B 1; C. v in hoc e. t. B 2. y) De A. i. et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede (presbiteri *add.* B) A B; Item de A. C 3. 4; Item *deest* E 5; De eodem A. imp. 48. augusto v. dictum E 8. z) *deest* C 6. a) in G. bella A; per G. b. B. C. b) Annis ter senis minus uno vixit in orbe A; Hereticus — Urbem *e corr.* B 1. c) Hii A; N. *e corr.* B 1. d) ipsis patuere t. C. e) Ordine triginta vixerunt et tribus annis A; Laurentus (i. Laurentius) S. s. p. *e corr.* B 1; Laurentius C 4. E 5. 6. 8. f) *ita* A 1. g) consiluitque B 1.

35) V. Spec. regum II, c. 50. 36) Haec non Beda, sed Isidorus refert; v. Spec. reg. II, . 50.

BSB

21. *De[a] Iustino imperatore*, 50. *ab Octaviano[b] Augusto.*

Anno ab incarnatione Domini[c] 519. in Francia regnante Lothario, filio Glodovei, cum tribus fratribus suis, *Otto V, 3.* Iustinus senex, natione Ysauricus vel Illiricus, 50. ab Augusto, suscepit[d] imperium, consentiente senatu. His diebus rex Hildericus, filius Transmundi, quem mater eius Eudoxia docuit esse catholicum, universos episcopos in exilium a patre suo relegatos benigne revocavit. Iustinus imperator etiam zelo catholice fidei hereticos persequebatur. Ad quem Teodericus Arrianus Iohannem papam transmisit[e], denuntians, quia, nisi Iustinus a persecutione Arrianorum cessaret, ipse christianos vellet affligere. Iustinus precibus pape Iohannis inclinatus, assensit, ipsumque papam cum honore dimisit. Quem Teodericus statim[f] in vinculis positum fame et inedia extinxit. Item Teodericus Simachum[g] et[h] Boetium prius necari preceperat. Propter que scelera Teodericus ab hac luce[i] subito raptus, imperii sui anno 30. disparuit; et iuxta dialogum beati Gregorii a quodam sanctissimo heremita visus est a Iohanne papa[k] et Simacho, quos ipse occiderat, in Etna monte corporaliter in ignem precipitari. Quod autem quidam dicunt, ipsum Teodericum fuisse Hermenrico[l] Veronensi[m] et Attile contemporaneum, non est verum. Constat enim, Attilam longe post Hermenricum fuisse, Teodericum [filium[n] Hermenrici] etiam longe post mortem Attile, cum esset puer octennis, Leoni imperatori in obsidem [constat[o]] datum fuisse. Teodericus [rex[p]], dum ei mors immineret, filium filie sue Amalsuinde, nomine Athalaricum, puerum decem annorum, Gothis[q] principibus commendavit; cui et imperium tunc Rome reliquit; exortans Gothos, ut senatum et populum Romanum benigne tractarent[r] et[s] principem Orientis propicium sibi facerent. Iustinus autem filio sororis sue Iustiniano[t] relinquens imperium, 8. imperii sui anno migravit a seculo[u].

Item[v] de eodem Iustino imperatore versifice narratur.

Iustinus[37] senior meruit nunc sede levari;
Iussit pontifices et[w] ab exilio revocari,
Ecclesias aperit*, flumine, rure, mari.
Iustinus septem feliciter imperat annis.
Tempora nunc veniunt pape numeranda Iohannis;
Hic annos binos vixit in orbe suo.
Addere ter ternos[x] menses curemus ad annos
Octo decemque dies etiam ratione notandos,
Nunc quoque Gotthorum fervet in orbe dolus.

Tertius[y] est Felix Iustini tempore papa,
Quatuor annorum cui tempora sunt reputata,
Insuper et menses tres ratione vacant.
Et Bonifatius est Iustini tempore presul,
Annorum cui binorum vix tempus habetur,
Vigintique dies dat[z] sibi digna quies.

* s. clausas a Gothis.

22. *De[a] Iustiniano[b] imperatore*, 51. *ab Augusto.*

Anno ab incarnatione Domini 527.[c] Iustinianus[d], ab Augusto 51, sumpsit imperium, regnantibus[e] in Francia *Otto V, 4.* adhuc filiis Glodovei. Iste christianissimus imperium quasi iam mortuum prudentissime suscitavit, rem publicam reparavit, de Persis per Bilisiarium patricium magnifice triumfavit. Leges ante editas nimietate diffusas in compendium conformavit atque inter[f] alia infinita ecclesiarum beneficia ecclesiam sancte Sophie, id est sapientie divine, que est Christus filius Dei, in Constantinopoli miro opere et ornamento construxit[g]. Regem Erulorum nomine Craten convertit et babtizavit. Tunc etiam rex Hunorum Garda et cum eo mulier quedam vidua ex principibus Hunorum et alii gentis illius centum milia baptismi gratiam receperunt. Rex itaque Atalaricus[h] cum matre sua Eudoxia in tuitionem Iustiniani imperatoris suscipitur. Atalarico [rege[i]] post pauca a[k] suis occiso, mater eius Theodatum suscepit in regnum[l]. Qui postea ingratus et perfidus eam in balneo strangulavit. Iustinianus[m], Guandalis[n] ab Africa prorsus eliminatis, Africam in Romanam provinciam reformavit. Theodatus, traditor et strangulator[o] uxoris, penas Iustiniani metuens, Agapitum papam ad imperatorem pro petenda indulgentia et pace transmittit. Qua impetrata[p], fecit se ab ipso pontifice ad fidem catholicam revocari. Ubi et ipse pontifex diem suum[q] functus, dum per portam regie urbis eius feretrum portaretur, cecus quidam tacto feretro fuit illuminatus. Post hec Basiliarius[r] patricius Theodatum[s] ob commissum in uxore scelus occidit et Guitegisium, post Theodatum regnum invadentem, captum ad imperatorem transmisit atque totum regnum Gothorum, quod Iordanis actor eorum per duo milia annorum et anplius stetisse commemorat, tunc finivit. Atque per eum sub Iustiniano tam Wandalis ab Africa quam Gothis ab Ytalia extirpatis, utrasque provincias in pristinam Romanorum subiectionem reduxit[t]. Hucusque Iordanis episcopus, natione Gothus, ut ipse testatur, sua cronica et Gothorum istorias protelavit. Basiliarius

a) *rubra deest* B; De I. i. C 3. 4; *pergit* D 1. b) *deest* E 8. c) *deest* B 1. d) susepit B 1. e) misit C 4. f) *ita recte* B; statim — Simachum *desunt* C. D. E. g) *superscr.* B 1. h) cum Boetio C 4. i) vivus *superscr.* B 1; *et ita* B 2. k) *deest* C 4. l) Hermir. C 4; Hermanr. E 6, *et ita infra.* m) *deest* B. n) *haec desunt* B. C. o) *deest* B. C; c. in obsidionem E 5. p) *deest* B. C. q) *deest* E 5. r) R. diligerent B. C. D. s) et — Iustiniano *desunt* D 1; pr. or. — sue *des.* E; O. p. s. f. Iust. a. fil. *des.* C. t) Iustino C. u) Cetera versus habent *add.* B. C; in hoc signo ÷O÷ B 1; infra in hoc e. t. B 2. v) De I. imp. seniore (s. i. B) et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede A. B; De e. v. C 3; De I. i. C 4; I. i. *desunt* E 6; I. de e. v. E 8. w) *deest* A 1. x) terrenos *corr.* ter ternos B 1. y) Ternus E 5. 8. z) addimus ad numerum A; dat s. d. q. *e corr.* B 1; dant C 2; *corr.* dat C 4. a) *haec desunt* B; De I. i. C 3. 4. b) Iustino E 5. 6. c) 526. C 4. d) Iustinus C 3; Iustianus E 5. e) regnatibus B 1. f) *deest* C 4. g) C 4 *addit rubro scripta:* Nota Constantinopolim nunc edificatam ecclesiam sancte Sophie per imperatorem Iustinianum. h) Atalaricum B 1. i) *deest* B. C. D. k) o. a. s. E 5; a suis *des.* E 8. l) virum E 8. m) Iustianus C 3. n) Wand. B 1. o) strangulato B 1. p) impetrati B 1. q) *deest* C 4. r) Bisiliarius E 1 *et ita infra.* s) Thedat. B 1; Theod. — B. patricius *bis scripsit* E 1. t) C 4 *addit rubro scripta:* Nota finem regni Gothorum per Iustinianum imperatorem.

37) V. Spec. reg. II, c. 51.

Otto V, 4. patricius[a] cum Teodeberto, filio Glodovei, fratre Lotharii, qui[b] cum 200 milibus Italiam invaserat, bellum commisit et rogantibus Francis pacem concessit atque sine damno Romani militis Italiam exire persuasit. Interea Parthi totam Siriam et urbem Antiochiam invadunt et depopulantur. Quibus occurrens Bilisiarius[c] patricius Guandalorum et[d] Gothorum [fit[e]] triumfator, [nam[e]] vicit et a terminis Romanorum [eos[e]] repressit. His diebus Gothi cum rege suo Totila tumultuantes in Italiam iter deflectunt.

23. *Quo[f] tempore Lombardi habitabant in Ungaria[g].*

His[h] temporibus[i] gens Lombardorum[k], que ab insula Scantia[l], quam alii vocant Scathinaviam[l*], a qua etiam primi Gothi egressi fuerunt[m], cum Alboino rege suo in Pannonia habitabant. Qui non multo post Italiam occupaverunt, sicut postea dicemus, Bilisiarius[n] patricius in Ytalia manens, precepto Theodore auguste Silverium papam invitus in exilium misit[o]. Priscianus[p] tunc libros gramatice artis ad Iulianum consulem et patricium a Cesarea scripsit[q]. His etiam diebus beatus Benedictus abbas regulam monasticam scripsit. Iustinianus princeps egregius, re publica suo tempore satis sublimata, anno 39. imperii sui diem obiit. Hucusque Victor episcopus Turonorum cronica sua perduxit. Ceterar de Iustiniano et de pontificibus sui temporis versifice proferamus[s].

Item[t] de eodem Iustiniano imperatore versifice[u].

Suscipit[39] imperium pro tempore Iustinianus,
Cuius et officio legalia iura[v] petamus;
Iure suo regimur, nam sua iura damus.
Eius ab imperio gens Guandala victa fugatur,
Omne decus Domini virtute sua reparatur,
Gaudet et ecclesia pace manente sua.
Per[w] triginta duos vitam deduxerat annos.
Hic[40] quoque cum Gothis conflixit sepe tirannis;
Gotthorum princeps Athalaricus adest*.

* s. eo tempore.

Hiis modo temporibus fuit alter papa Iohannes;
Vixit et Agapitus[x] Rome tunc presul amandus.
Hii duo dum fuerant, Atthalaricus erat.
Presul uterque fuit annis quasi bis duodenis.
Gothorum regis Teobaldi copia venit,
Ille per Italiam pessima gesta dedit[y].

Vivit adhuc magnus, quem scripsi, Iustinianus,
Silverium papam cum[z] quo modo commemoramus,
Octo sibi menses vivere rite damus.
Silverius sine decreto fit Iustiniani;
Teobaldus* simul et Gothi nunc heresiani
Ipsum* constituunt; cesaris** ira salit[a.***].
Dum Teobaldus* obit, commotus Iustinianus
Imperat, ut Gothi, quos noverat heresianos,
Cedat[b] ab Italia pernitiosa manus.

* rex s. Gothorum.
* s. papam Silverium. ** Iustiniani s. *** contra Gothos.
* s. rex Gothorum.

Vigilius papa vixit cum[c] Iustiniano,
Vivere sex annis quem tempore commemoramus,
Vigintique dies, plus quoque quinque damus.

Nunc rex Gothorum capitur dictus Guitigous[d].
Iustinianus eum missum* sibi morte malorum
Iudicat, et gladio pertulit ille forum.

* s. captum a suis.

Pelagius papa fuerat cum[c] Iustiniano,
Annis bis binis quem vivere commemoramus,
Plusque decem menses de ratione damus.

Pelagius papa cum vellet in Urbe sacrari,
Pontifices ad sacra duos peragenda vocavit;
Hii duo sufficiunt ad sacra, canon ait.

a) *e corr.* B 1. b) q. tunc cum E 8. c) Basiliarius C 3. 4. E 6. 8. d) et G. *desunt* E 5. 6. 8. e) *deest* B. C. f) *haec desunt* B. C. g) Ytalia E 1; Hungaria E 5; Ungariam E 6. h) Eisdem B. i) diebus C 4. k) Longab. B 2; Longob. E 5. 8; Longuob. E 6. l) Scamia E 5; Scanna E 6. 8. l*) Scanthinaviam voc. C 4. m) fuerant C 4. n) *ita* B; Basiliarius C 3. 4. D 1. E. o) Vigilio quoque successori suo similiter fecit *add.* B. C *cum Ottone.* p) C 4 *praemittit rubro scripta:* Tempora Prisciani grammatici sub Iuliano consule et patricio. q) C 4 *addit rubro scripta:* Nota, quo tempore scripta sit regula s. Benedicti. r) Cetera — proferamus *desunt* C 4. s) sub hoc signo ⁝ *add.* B 1; infra e. t. B 2. t) De I. i. et papa sui temporis et cronica Bede A. B; De e. v. C 3; De e. I. C 4; Item *deest* E 1. 6. 8; eodem *deest* E 6. u) Grecorum E 5. 6. 8. v) iusta petuntur C 4. w) Sede eius binis sua tempora pertulit annis A; Per — annos *e corr.* B 1. x) A. sub eodem p. A. B; residens tunc (nunc C 3) C. y) gerit C 4. z) sub eo nunc A. B. C. a) furit C 4. b) Cedant I. C 4. c) sub A. B. d) Guitignus C 3; Witegogus C 4.

39) V. Spec. reg. II, c. 52. 40) Cf. Isidorum, qui tamen de Athalarico, Teobaldo et Guitigoo regibus nihil refert.

Sicque Ferentinus[a], sic presul adest Perosinus,
Presbiter* Andreas*, hii tres tenuere triclinum,
Non fuerant plures, nec tibi narro minus*.

* et s. de Hostia.
* s. consecratores pape.

Tertius est cum Iustiniano papa Iohannes;
Hic modo bis senos sub[b] cesare vixerat annos,
Undenos menses vicesiesque diem.
Cronica Bede. Nunc[41] acies quasi pugnantes super ethera vise**
Sunt, velut ignite, multeque videntur ubique*;
Quid sit et unde venit, nec recitare licet.

* per aera s.

24. *De[c] Iustino[d] iuniore imperatore Grecorum[e].*

Anno ab incarnatione Domini 567. regnante in Francia Hilperico, filio Glotharii[f], cum tribus fratribus, Iustinus iunior, Iustiniani nepos, natione Trax, 52. ab Augusto, imperium, ab Euticio patriarcha coronatus, suscepit. Iste ecclesias ab antecessore suo institutas multa largitione ditavit. Huius diebus pax inter Romanos et Persas rumpitur. Imperator autem ad Aretham regem Indorum Iulianum transmisit. Qui eum, sicut hic describimus, ornatum invenit. Stabat itaque rex [Indorum[g]] pene nudus, habens circa lumbos tantum cincturam et linea vestimenta auro contexta, et circa ventrem indumenta scissa, margaritis preciosis conserta; in brachiis habebat quinos circulos[h] et aureas armillas, in capite pannum gemmis ornatum, in collo torquem aureum. Super quatuor elefantis, rotis quatuor, curru excelso innitebatur stans. Scutum parvissimum deauratum cum duabus lanceolis in manu tenebat. Quem cum Iulianus[i] contra Persarum regem[k] armasset, reversus est. Item Iustinus, misso Narse[l], cum auxilio Longobardorum, Totilam regem Gothorum interfecit, et Gothos de Ytalia radicitus exstirpavit. Et Buccelinum principem regis Francorum, ad devastandam Italiam missum, occidit; atque Sindoaldum regem Brendonum, qui de comitibus Odoacri adhuc in Italia supererat, suspendio peremit. Itaque cum Narses, deletis omnibus barbaris, Italiam in statum pristinum reduxisset, Romani, ut assolet, eius prosperis successibus[m] invidentes, aput augustum atque aput uxorem eius accusabant. Quamobrem imperator misit Longinum ad occupandum locum eius in Ytaliam. Sophia quoque augusta furore muliebri succensa, Narsen sicut eunuchum inter mulierculas suas ponendum et more mulierum sibi serviturum minabatur. Que omnia Narses gravissime ferens, Neapolim se contulit, missaque legatione, Longobardos in Italiam vocavit. Quorum adventum ignee acies in celo, teste Gregorio, precesserunt, et vise sunt a multis, que et futuram effusionem sanguinis indicabant. Ex tunc Roma non solum provincias Transalpinas, set et ipsam Ytaliam, que ab illo tempore a barbaris, quos Longobardos vocamus, inhabitatur, amisit. Porro Iustinus imperator Tyberium comitem in filium adobtavit et cesarem legit. Cum vero se moriturum cognosceret, vocato ad se Euticio[n] pontifice et senatu, Tyberium ex cesare fecit augustum. Ipse autem 11. imperii sui anno diem[o] obiit.

Otto V, 5.

De[p] eodem Iustino versifice, et de papa sui temporis.

Iustinus[42] minor imperii dum sede sederet,
Ungaricos proceres secum decrevit habere*,
Adversus Ligures prelia* multa gerens.
Vigilogus rex Gothorum tunc prelia gessit,
Ispanos feritate sua gladioque repressit,
Qua multas urbes dissipat atque tenet.
Surgit Pelagius nunc Rome papa secundus,
Germine Romanus, discretus et ore facundus,
Set sine Iustini lege* resedit ibi.

* in Italia s. contra Ligures.
* Tunc s. venerunt Longobardi in Italiam.
* i. decreto.

Nam[43] Lombardorum violenta manus populorum
Igne, fame, gladio partes premit Italicorum,
Urbs erat obsessa Romuleumque solum.
Tantaque[43] nunc orbi pluviarum copia cedit,
Quod populus iam diluvium consurgere credit;
Destruxit pontes, plurima dampna dedit.
Nunc minor[q] undenis Iustinus presidet annis.
Tunc primus Benedictus erat presul venerandus,***
Uno[r] plus* mensem[s] sexque decemque dies.

* s. quam Iustinus vixit.

---

* B 1 *in marg.:* Nota duos episcopos et unum presbiterum papam Pelagium Rome consecrasse. C 4 *in marg.:* Nota duos episcopos sufficere ad consecrationem Romani pontificis, ubi necessitas postulat.

** B 1. 2 *in marg.:* Nota miracula in aere visa.

*** A *addit:* Amnis bis binis stat pia vita sibi.

a) Ferotinus et A; Ferentinus sic *e corr.* B 1. b) cum C. c) *haec desunt* B. d) Iustiniano E 1. e) *deest* C 3. 4. f) C. regis C. g) *deest* B. C. h) quinque anulos E 8. i) I. ille E 1. k) nomine eunucho C 2; r. eunucho C 3. E 1; r. eunuchum *corr.* eunuchi C 4; r. eunichio *corr.* eunicho D 1; r. eunuchum E 5. 6. 8. l) eunucho *add. sed del.* B 1; *add.* C 4. m) succesibus B 1. n) Eutucio B. o) *deest* C 3. p) De I. minore (maiore A 1) imp. et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede A. B; Item de I. versus C 3; Iustino *deest* E 8; *rubra deest* C 4. q) m. u. I. p. a. *desunt* E 8. r) Anno E 1. 6. s) mense C 2. 3. E 1.

41) Haec apud Bedam non leguntur; sed Paulus Diac. h. Lang. II, 7 similia refert. 42) V. Spec. reg. II, 53. 43) Lib. pont., v. Cat. pontif. supra p. 27.

Mira[44] fames Ligures et belli copia pressit, *
Primaque Lombardis super illos gloria cessit;
A[45] longis barbis nomina fama trahit.

25. *De[a] Tiberio Constantino imperatore[b] Grecorum.*

Otto V, 6. Anno ab incarnatione Domini 576. Tiberius Constantinus[d], natione Trax, ab Euticio[e] patriarcha coronatur. Qui ab Augusto 54.[f] imperavit. Iste dum in palatio suo deanbularet et crucem in pavimento sculptam videret, dixit: *Elevetur signum crucis hoc a pavimento. Crucem enim Domini debemus adorare, non pedibus conculcare.* Qua sublata, iterum aliam crucem ibidem sculptam invenit. Qua rursus inde sublata, tertiam iterum crucem ibi sculptam aspexit. Quapropter ibidem profundam foveam fieri iussit, ubi fodiendo multum aurum invenit. Similiter postea mortuo Narse patricio, in puteo quodam[g] aurum plurimum est inventum. Que omnia imperator more suo pauperibus erogavit. Item imperator, Italia tunc a Lombardis vastata, sub papa Benedicto, multas naves ab Egypto frumento honustas Romanis fame[h] laborantibus misit. Persas per ducem Mauritium gloriose devicit, quem postea sibi generum et cesarem fecit. Item Hilperico regi Francorum mirifica dona transmisit. His diebus Gregorius Romane ecclesie archidiaconus a papa Pelagio Constantinopolim missus[i], Moralia Iob Leandro descripsit; atque Euticium, ipsius urbis episcopum, de fide resurrectionis errantem, coram imperatore correxit. Tiberius autem, substituto sibi in inperio genero suo Mauricio, anno imperii sui 6. in pace quievit. Cetera[k] de Tiberio versus habent[l].

De[m] eodem Tiberio imperatore et de papa sui temporis versifice.

Tiberius cum Pelagio nunc presule sedit.
Gothica[46] gens tandem proprio* se vulnere cedit;
Sic sibi tunc finem turba maligna dedit.
Cesar sex annis*, undenis** papa quiescet°;
Undenos menses pape subiunge* diesque,
Insuper ad requiem iungere quero diem.

* i. mutuo.
* s. vixit. ** s. sed vixit.
* plus s.

26. *De[p] Mauricio imperatore[q] et de papa sui temporis.*

Otto V, 7. Anno ab incarnatione Domini 583. Mauritius, ex Capadocia oriundus, primus de genere Grecorum, ab Augusto 55.[r], imperat. Huius diebus beatus Gregorius imperatoris consensu suscepit pontificatum Romanum. Tunc sanctus Columbanus Scotus, Luxuviensis abbas, persecutione[s] compulsus, in civitatem Italie Bobium venit, ibique obiit. Tunc Romericus in monte suo[t] Romerico nobile cenobium sanctimonialium fecit[u]. Tunc etiam in Suevia sub diocesi Constantiensi ecclesia sancti Galli valde honorabilis constructa est, eo vivente, cum esset abbas, ut dicitur, 400[v] monachorum. Qui omnes sancti esse creduntur, uno solo excepto Ebruino. Qui, dimisso tunc ordine monastico, factus est maior domus[w] in regno Francorum per Brunihildam reginam, set nequissimam feminam; cuius instinctu ille Ebruinus ecclesiam Dei est persecutus et quosdam martires fecit. Brunihilda tamen pro his peccatis dignam penam portavit. Ipsa namque a rege Glothario ad caudas equorum indomitorum ligata et tracta, finem miserabilem, set dignum accepit. Mauritius imperator, dum beatum papam[x] Gregorium[y] persequi non cessaret, anno 24.[z] imperii sui videt in visione monachum ante se stantem cum gladio vibrato, dicentem sibi: *Ecce, tu morieris.* Quo viso perterritus, culpamque suam cognoscens, pape Gregorio et episcopis atque abbatibus religiosis humiliter scripsit, ut aput Deum suis precibus impetrarent, quod Deus eum pro suis culpis non in futura, set in presenti vita puniret. Ipse quoque id ipsum apud Deum multis lacrimis exorabat. Cum ergo Deus ad ecclesie petitionem imperatorem vellet audire, videt imperator in somnis se coram Crucifixo aput eneam portam palatii stare vocemque terribilem audire: *Date Mauritium, date Mauritium.* Et iterum: *Ubi vis, o tu Mauriti, reddam tibi mala que fecisti, hic, an in futuro?* Cumque ille respondisset, dicens: *Non in futuro,* iussit eum cum uxore et liberis et cum omni sua cognatione ad Focam duci et tradi. Mane facto, Filippo genero suo ad se vocato, somnioque narrato, ait: *Numquit Focam illum cognoscis?* Ille respondens: *Iuvenis est,* inquit, *et temerarius.* Nuntii interea, quos ad viros Dei Mauricius miserat, tunc reversi, similia responsa ab eis in somnis[a] visa renuntiabant[b]. Itaque exercitus a Mauritio missus, dum eius[c] avaritia fame laborarent, in seditionem versi, Focam sibi creant[d] imperatorem. Quod audiens Mauritius, prefate visionis presagium esse percepit. Focas insecutus Mauritium, iuxta Calcedonam eum culpam suam recognoscentem cum uxore et filiis secundum visionem predictam decollavit. Cetera[e] de Mauricio versus habent[f].

Item[g] de eodem Mauricio et de papa sui temporis.

Tempore Mauritii Rome diademate functi
Catholice[46] sunt ecclesie baptismate iuncti
Gothorum populi, munere dante Dei.

---

* B *add. in marg.:* Nota quando Lombardi primo intrant Ytaliam.

a) *haec desunt* B. b) 54. *add.* B 2. d) Costant. B 1. e) Eutitio B 1. f) *ita* B. C 3. D 1. E; 53. C 2; 52. C 4. g) *deest* B. h) Rome l. C 4. i) *deest* C 4. k) C. d. T. v. h. *desunt* C 4. l) in hoc signo ⁘ *add.* B 1; infra e. t. B 2. m) De T. i. et de p. s. t. et cronica Bede B; De T. i. et de p. et c. A 1; It. de e. C 3; De e. T. et p. s. t. C 4; De e. T. i. versifice et de p. s. t. E 5. 6; De e. versifice et d. p. s. t. E 8. o) resedit C 4. p) *haec desunt* B; De M. i. Grecorum C 4; *rubra deest* E 5 *(spatio vacuo relicto).* 6. q) 55. *add.* E 8, *ubi* et d. p. s. t. *desunt.* r) 54. C 2; 53. C 4. s) a p. C 4. t) *deest* C 4. u) in regno Lotharingie *add.* C. v) 400 *corr.* 300 B 1; 300 *Otto.* w) id est primus post (*deest* C 4) regem *add.* C 2. 4. x) *deest* C 4. y) *deest* C 2. z) 19. B. C. *Otto.* a) somniis C 4. b) renuntiabat B 1. 2. c) d. per e. avaritiam B. C. D; propter eius avariciam E 1. d) cesarem creant C 4. e) C. de M. v. h. *desunt* C 4. f) in hoc signo ⁘ *add.* B 1; infra proxime in hoc e. t. B 2. g) De M. imp. et p. s. t. A. B; et cronica Bede *add.* B; De eodem versus C 3; It. de M. C 4; eodem *deest* E 1; De M. et de p. s. t. E 6; De e. vers. et d. p. s. t. E 8.

44) Lib. pont., v. Cat. pontif. l. c. 45) Hist. Langobardorum. 46) Isidorus.

Mauritii tempus viginti perficit annos,
Insuper annus erit* recto numero numerandus; * Mauritio s.
Cum[a] quo Gregorii vita beata fuit[b];
Tresque decemque simul regit* annis pontificatum. * Gregorius s.
Urbis et orbis honor per eum digne relevatur;
Annis* sex menses iungo decemque dies. * pape s.
Gregorius sub[c] Mauritio dum sede levatur*, * s. per electionem.
Contempnit sedem, devitat pontificatum,
Iussu* Mauritii[d] cogitur** atque venit. * tandem s. invitus. ** postea s.
Iste*·[47] Iob exposuit, lustravit et Ezechielem, * s. Gregorius.
Docmate pastorum prefulget et in Daniele[e];
Ipse cathalogus[f] est, ut sua Roma tenet.

27. *De*[g] *Foca imperatore.*

Anno ab incarnatione Domini 603. Focas, 53.[h] ab Augusto, imperium sortitur, habens uxorem Leontiam[i] nomine[k]. *Otto V, 8.* Iste primo patricii cuiusdam[k] strator fuit, postea miles, ad ultimum imperator. Anno imperii eius secundo beatissimus papa Gregorius migravit ad Dominum[l]. Tunc[m] tercius Bonifacius papa impetravit[n] a Foca, ut ipsius auctoritate Romana ecclesia caput omnium diceretur ecclesiarum. Nam Constantinopolitana ecclesia[o] se primam — puto propter regni sedem illuc translatam — inscribebat. Post hunc alius Bonifacius quartus a beato Gregorio precibus ab[p] eodem Foca[q] augusto[r] obtinuit, ut templum a Domitiano imperatore constructum, quod Pantheon vocabatur, ecclesie Dei datum in honorem omnium sanctorum dedicaretur[s]. His diebus Cosdroas Persarum rex Orientem pervagatus, multas Romanis provincias abstulit, ac vivifice crucis vexillum ab Ierosolimis asportans, in[t] solio suo, ubi se ut deum adorari fecerat, posuit. Focas autem cum multa scelera et homicidia perpetraret, ab Heraclio[u], Heraclii patricii pretoris[v] Affrice filio, vocatu Prisci patricii generi sui, 8. imperii sui anno interficitur. Cetera[w] [de[x] Foca et de papa] versibus explicentur[y].

Item[z] *de eodem Foca versifice.*

Foca sedet cesar, restaurat et undique lesa;
Agmina Lombarda sub eo sunt plurima cesa,
Et dedit ecclesiis pace sedere suis[a].
Imperio Foce Lombardus ab Urbe fugatur,
Tuscia, Spoletum virtute sua revocatur*·[48], * s. in potestatem imperatoris et auferuntur Lombardis.
Pax erat Italicis set recidiva satis.
Octo sedens annis Focas tenet imperiatum.
Nunc Fabianus[b] sub[c] Foca papa vocatur,
Anni solius cui modo vita favet[d].

Tertius est papa Bonifatius ille benignus, *
Qui[49] petit a Foca munus per secula dignum;
Ut sedes Petri prima* sit, ille dedit. * in orbe s.
Prima* prius fuerat Constantinopolitana[e], * s. sedes ecclesiarum.
Est modo Romana, meliori docmate clara,
Petrus enim princeps[f] docmata prima parat.
Octo capit menses vite Bonifatius iste*, * papa s.
Bisque decem numerando dies pro tempore siste,
Sic tempus pape sub brevitate cape.

Quartus cum[g] Foca Bonifatius ille notatur,
Annos tres, octo menses cui vita paratur;
Viginti quinque post superadde dies.

Foca[48] Bonifatio dat Panteon* ante[h] sacrari, * i. Sanctam Mariam rotundam.
Qua cuncti statuere Dei sua fana parari,
Idola constitui, pinguia thura dari.

---

* B 1 *in marg.:* Nota, quis constituit Romanam sedem primam esse in toto mundo.

a) Sub A. B. C. b) venit A. B. C. c) cum C. d) Maurutini A 1. e) Huius et ecclesie gloria magna sedet A. B. C; dedit *corr.* sedet B 1. f) cathologus E 1. 6. 8. g) *haec desunt* B. h) *ita* D. E; 55. B. C 2. 3. *Otto;* 54. C 4; 56. *e corr. rec.* E 5. i) Leentiam B. C; Leuntiam E 8. k) *deest* E 8. l) adnm B 1; C 4 *addit rubro scripta:* Nota, quo tempore Romana ecclesia dicta est caput omnium ecclesiarum per Focam cesarem sedente papa Bonifacio III. Rome. m) A quo B. *Otto.* n) b. impetra *e corr.* B 1; papa *deest* B. o) *deest* B. p) ab e. *desunt* C 4. q) *deest* B. *Otto.* r) *deest* E 5. 6. 8. s) E 1 *addit rubro scripta:* Nota, quo tempore Romana ecclesia dicta est caput omnium ecclesiarum. t) et in E 1. 6. 8. u) Eraclio *superscr.* h B 1; Er. C 1. 3. 4. D 1. E 1. 6. v) p. A. f. v. p. *desunt* E 5. 6. 8. w) Cetera — explicentur *desunt* C 4. x) *haec desunt* B. C. D; d. F. imperatore E 1. y) in hoc signo ⁘ o *add.* B 1; infra e. t. B 2; Horum diebus beatus Venerus venerabilis monacus et sacerdos in insula Tyri gloriosam vitam ducens migravit ad Dominum *add.* E 8. z) De F. cesare et (de *add.* B) papa sui temporis et cronica Bede A. B; *Rubra deest* C 3; De F. imperatore C 4; De e. F. imperatore v. E 1; vers. *deest* E 5; Item *deest* E 8. a) sua C 4. b) Sabinianus A 1. c) sub eodem A. B; preclarus C. D. d) fuit A. B. C. D. e) Cost. B 1. f) pr. est caput ecclesie A. B. g) sub A. B. h) esse A. B.

47) Lib. pont.; v. Cat. pont. supra l. c. 48) Cf. Cat. pont. l. c. 49) Lib. pont.; v. l. c.

Hec domus inmunda* sacra benedicitur unda, * olim s.
Demonis* existens[a] fit sancta Maria Rotunda, * s. existens quondam.
Primaque demonii nunc manet aula Dei.
Papa Deusdedit cum[b] Foca cesare sedit,
Cui ternis annis populus Romanus hobedit,
Vigintique dies plus sibi vita dedit.

Iste[50] fuit Focas* cum seditione levatus**, * s. cesar. ** s. in imperium.
Milite fautore regnat, nolente senatu,
Tunc pars nobilium perdidit* ense caput. * p. Focam s.
Nunc gens Persarum, Romanis subdita pridem*, * s. usque tunc.
Iam[c] transgressa fidem, populus non permanet* idem**, * s. in subiectione. ** s. cum Romanis.
Prelia permiscet*; Roma caduca silet. * cum Romanis s.
Cum fuerit domina, perdit gens Romula Persas.
Sic et Ebreorum sunt* prelia prisca[d] reversa, * tunc s.
Romanus populus perdit* utrumque solum. * s. eo tempore.

28. *De[e] Eraclio[f] imperatore Grecorum.*

Otto V, 9. Anno ab incarnatione Domini 612. Eraclius, occiso Foca, a Sergio patriarcha coronatus, 56.[g] ab Augusto, sortitur imperium, regnante in Francia Glothario[h], filio Hilperici. Iste anno imperii sui secundo genuit filium Eraclium Constantinum[i] ex Eudoxia. Mortua vero Eudoxia, filiam sororis sue Martinam incestuose sibi copulavit, et ex ea filiam Eraclonam suscepit. Hucusque[k] Ysidorus episcopus istoriam suam perduxit. Anno imperii sui 8. dum Eraclius a rege Persarum Cosdroe pacem peteret nec impetraret, ipse quarto postea anno[l], qui erat imperii sui 12., exercitum movet in Persidem[m]. Eundo autem in ponte Danubii cum filio Cosdroe[n] habuit singulare[o] conflictum. Quo ibidem occiso et parte exercitus ipsius tunc ad christianitatem conversa, processit atque omnem Persidem devastavit. Cosdroem in celo aureo tunc una cum cruce Domini sedentem occidit, et lignum sanctum inde accepit. Inde reversus Constantinopolim[p] cum triumfo, postea crucem Ierosolimam reportavit. Ubi in introitu ipsius porte miraculum magnum apparuit; quod miraculum[q] ego versificer[r] in fine capituli huius annotavi. Ab illo tempore exaltatio sancte crucis cepit ab ecclesia celebrari. His diebus Anastasius quidam in Perside, magus prius[r*], postea christianus et monachus, cum aliis septuaginta martirium sub iudice Marzabona pro fide Christi suscepit a Persis. Cuius tunica postea quidam demoniacus indutus, curatus est. Huius corpus Eraclius de Perside absportavit[s]. Eo tempore Machomet, quem Saraceni hodie colunt, natus de stirpe Ismahelis, patre gentilis, matre Iudeus, legem[t] suam predicabat. Eisdem diebus, mortuo Glothario rege Francorum, Dagubertus, filius eius, satis puer erat; quem Arnolfus maior domus, qui tunc[u] maior domus[v] erat, educavit. Idem Arnolfus postea Metensis episcopus fuit. Iste Dagubertus in Francia solus regnabat. Set fratri suo Heriberto circa Ligerim fluvium paucas urbes et pagos dimiserat. A Glodoveo enim usque ad istum Dagobertum regnum[w] Francorum inter diversos fratres varie divisum, et inter filios filiorum confuse et inequabiliter regnatum erat. Terminus autem regni Francorum erat iam ab Yspania usque Pannoniam, habens in uno fine Aquitaniam, ex[x] alio autem capite ducatum Baguarie, qui protenditur usque Ungariam. Aquitaniam quidem in occidente, Baguariam in oriente[y] habebat rex Francorum. Dagobertus itaque unicus rex Francorum leges Baguaris dedit. Qui dum, patre suo Glothario adhuc vivente, cum Saxonibus bellum inisset, ab eis graviter est vulneratus. Unde postulato et accepto a patre auxilio, iterum cum Saxonibus pugna congreditur. Quibus gloriose victis atque fugatis, universam Saxoniam sue dicioni subiecit, omnesque illius gentis masculos, qui gladio Daguberti statura fuerant longiores, eius imperio legimus tunc fuisse peremptos. Eo tempore beatus Cunibertus Coloniensis erat episcopus. Eraclius interea a Sergio patriarcha seductus, heresi Euticiana inficitur; insuper fit mathematicus et astrologus. Tunc per constellationes cognovit, quod homines circumcisi essent eius imperium vastaturi. Existimans autem homines illiusmodi esse Iudeos, missis ad Dagubertum legatis, omnes Iudeos postulat iussu regio babtizari. Quod etiam impetravit. Ipse quoque Eraclius de Iudeis sui imperii similiter fecit. Non multo post Agareni, qui omnes sunt circumcisi, imperium eius invadunt. Qui[z] cito Eraclii missum contra se exercitum perdunt. Eraclius econtra apertis portis Caspios educit homines sevissimos, quos Alexander Magnus propter eorum immanitatem super mare Caspium olim conclusit, et cum istis adversus Agarenos imperator bellum instaurare proponit. Angelus autem Domini eadem nocte, dum mane fuerant pugnaturi, de imperatoris exercitu 52 milia interfecit. Unde fractus animo imperator, ex dolore fit tumidus et in ydropisim versus, anno imperii[a] 47. emisit spiritum. O iudicia Dei[b] iustissima! Quia Eraclius per virtutem et signaculum victoriosissime crucis gloriosissime triumfaverat, postea Dei [et[c] ipsius] crucis oblitus, magis in auguriis quam in divino auxilio confidebat, ab Agarenis, qui nec inter viros fuerant computandi, meruit infeliciter superari. Ceterad de Heraclio et de cruce atque de Cosdroe versibus exponamuse.

a) ecclesia A; xistens *e corr.* B 1. b) sub A. B. c) Prevaricata A; I. t. *e corr.* B 1. d) *e corr.* B 1. e) *haec desunt* B; De E. C 4. f) E. iuniore C 2. 3. g) 55. C 4. h) Loth. B. C, *et ita infra.* i) Cost. B 1. k) C 4 *praemittit rubro scripta:* Huc usque Ysidorus episcopus ystoriografus suam perduxit ystor. l) *deest* C 4. m) e. m. i. P. exercitum movet B 1; in P. m. e. B 2. n) Cosdroa C 4. D 1; Cosdra C 3. E 5. 6. 8. o) *ita* B 1. 2. C 3. D 1. E 6; singularem C 4. E 1. 5. 8. p) Cost. B 1. q) *deest* B. r) v. subiunxi in f. c. h. C 4. r*) pridem et p. C 4. s) *ita* B 1; C 4 *addit rubro scripta:* Nota, quo tempore Machomet legem suam in gentibus cepit primitus predicare. t) lege sua B. u) postea *corr.* tunc B 1. v) m. d. *desunt* C 4. w) regno — diviso B. x) et B. y) *e corr.* B 1. z) Quos dum Eraclius misso exercitu cogitat cohibere, 50 milia de suo exercitu perdidit B. C. *Otto.* a) i. sui B. C 4. b) domini C 4. c) et i. *desunt* E. d) Cetera — exponamus *desunt* C 4. e) in hoc signo ⸗ *add.* B 1; infra e. t. B 2.

50) Isidorus.

29. *Item*[a] *de Eraclio et de exaltatione sancte crucis et de*[b] *papa sui temporis.*

Eraclius[c] stat magnificus, diademate summus.
Gothorum[50] rex mirificus[d] regnat Sisimundus*, * s. christianus.
Multos Iudeos subdidit ille Deo.
Expedit Eraclii iam cesaris acta fateri,
Qui crucis et cleri studuit loca, iura[e] tueri,
Pro cruce quanta gerit, sermo canendus erit.

Urbs bona Davitica, modica sub pace quieta,
Fertur ab antiqua Persarum gente petita,
Marte requisita, crux latitabat ita*. * in Ierusalem s.

Cosdroes* iratus disponit, ut urbs capiatur; * s. rex Persarum.
Urbs[f] ubi pugnatur, capitur populusque ligatur,
Cumque crucem rapuit, Persica gens habiit.
Cosdrois aula fuit valida testudine plexa,
Intus habens latera gemmis auroque retexta,
Qua velud etherea sidera fixa micant.
Sub specie* celi potuit domus illa videri, * i. ad similitudinem celi.
Desuper instituit currus quandoque moveri,
Unde ferens strepitum[g] fulmina ficta dedit.
Celibe* mentita sedet impius arce petita, * i. celo fictitio.
Cum cruce quesita* putat illic vivere vita, * s. et posita ibi.
Nec metuit mortem, dum resideret ita*. * s. cum cruce Domini.
Filius* ex ipsa patris feritate patrissat, * s. regis Cosdroes.
Acriter admissa fert prelia, sanguine mixta,
Militibusque suis in loca sancta ruit.

[h]Obviat Eraclius, reprimens virtute superbum,
Ponteque Danubii celebrat cum rege* duellum, * s. cum filio Cosdroe.
Et virtute crucis diripit arma ducis.
Inpius[i] occisus cadit hic*, set credere** visus, * s. rex filius Cosdrois. ** s. Christo.
Devictus[k] populus rediit, babtismate nisus,
Miles* et ipsius credidit in Dominum. * i. exercitus Persarum.

Signa iubet cesar* per climata Persa moveri, * i. Eraclius.
Cosdroes absconsus memorati tecmine celi*, * s. fictitii.
Deditus interiit, celica ponpa perit.
Amputat Eraclius regis* caput ense malignum, * s. Cosdroe.
Obsequium dignum recipit venerabile signum[l.]*, * s. sancte crucis.
Ad loca Davitica* cum cruce signa micant. * s. Ierusalem.
Montis Oliveti, victorum munere freti,
Dum portas penetrare putant* cum cesare leti, * christiani s.
Porta fit ut paries*, turba repulsa redit**. * s. clausa muro. ** s. retro.
Affuit angelicus pro cesare sermo venustus:
Nolo, quod augustus gemmis procedat honustus,
Intrantis Christi sit memor ipse sibi.* * s. quondam per portam illam.
Auferat ornatus, humilis pede progrediatur,
Eraclii manibus iam crux benedicta feratur.
Porta reformatur, spes via larga datur.

Sufficit Eraclii breviter narrasse decores.
Me[m] vocat ad reliquos regum mea Musa labores,
Karolus et reliqui grandia gesta movent.

Imperat Eraclius annis quasi ter duodenis,
Quo crucis et cleri celeberrima gloria venit,
Illa recordatio perpetualis erit.

Temporis[n] Eraclii nunc papa sedet Severinus[51],
Artibus edoctus pater est ad docmata[o] primus,
Fertque[p] duos* annos ipse[q] duosque dies. * s. habet.

a) De E. imperatore et p. s. t. et cronica Bede A. B; Item C 4. b) *deest* C 3. c) Eradius A 1. d) magnif. C 4. e) mira D 1. f) Urbs — plexa *desunt* C 4. g) *e corr.* B 1. h) Cronica de exaltatione sancte crucis illo tempore *rubram add.* A. i) Nec tamen A; I. *e corr.* B 1. k) Crismate linitus A; D. p. *e corr.* B 1. l) lignum B. D. E 5. m) *hic versus deest* C 4. n) Papa sub Eraclio n. erigitur S. A. B; T. H. succedit papa S. C 2. 4; Tempore E. tunc p. s. S. C 3. o) domata B 1. D 1. p) Vita A; F. *e corr.* B 1. q) quatuor adde d. A; i. d. *e corr.* B 1.

50) Isidorus. 51) Ordinem turbavit; v. Cat. pont. supra p. 28.

Presul Honorius est sub eodem tempore[a] magnus;
Ipse duodenos in vita perficit annos,
Mensibus undenis, lux quoque dena venit.
Temporis[b] Eraclii quartus[c] fuit[d] ille Iohannes,
Multa per ecclesias[e] argenti munera[f] pandens[52].
Post annum solum[g] fertur inisse polum.

Temporis[h] Eraclii Theodorus ordine sedit,
Qui post sex annos et menses quinque recedit,
Octo decemque dies plus sibi vita dedit.
Constantinopoli[i.53] tunc Pirrus[k] erat patriarcha,
Quem probitate sua Theodorus* ille cohartat,
Romane sedi quod famulator erit[l].
Gesta sue partis* anathemate[m] Pirrus** ademit,
Romano se pontifici subponere venit,
Annis perpetuis sponsio* talis[n.**] erit.

* s. papa.
* s. Constantinopolitane. ** s. patriarcha.
* s. subiectio Grecorum sub dominio Romanorum. ** secundum illam professionem.

Temporis[o] Heraclii Mauritius ordine sedit,
Constantinopoli[p], cui Paulus presul* hobedit;
Tunc sibi[q.*] Romana docmata** papa dedit[53].

* i. patriarcha.
* s. patriarche. ** i. decreta.

Sex annis vivit Mauritius* ordine rerum
Et mensem, spatio* viginti quinque dierum;
Tempora pontificum[r.*] sic numeranda ferunt.

* s. papa.
* etiam s.
* predictorum s.

Eugenius papa sub eodem tempore[s] sedit,
Vita duos annos peragens[t], a sede recedit;
Adde duos menses, ter dabis octo dies.

30. *De[u] Eraclio Constantino[u*] imperatore[v], filio[w] magni Eraclii, et cronica sui temporis.*

Otto V, 10. Anno ab incarnatione Domini 639, regnante in Francia Dagoberto, Constantinus Heraclius, Heraclii filius, 57. ab Augusto, regnum adeptus, 4. imperii sui mense fraude noverce sue Martine Pirrique patriarche veneno necatur. Ipsaque cum filio[x] suo Heraclona regnum usurpans, per duos annos tenuit. Mutilatis ergo naribus filii sui[y] matrisque ipsius lingua abscisa, Constans, Constantiniani[z] Heraclii filii filius, a senatu imperator creatur. Pirrus quoque patriarcha, sceleris illius[a] actor[b], in exilium truditur, et in locum eius Paulus subrogatur. Hic est Pirrus, qui cum Cyro Alexandrino episcopo heresim[c], que duas in Christo voluntates negabat, condidit. Cetera versus habent[d].

Item[e] de eodem Constantino tertio[f].

Tertius accedit cesar Constantinianus[g],
Papaque Romanus residet nunc Vitalianus.
Grandis in ecclesiis fit per utrumque* salus.

* s. dominum.

Octo tulit cesar pro vita temporis annos,
Papa quater senos annos[h] ratione notandos,
Et menses septem vixit et octo dies.

Papa Deodatus sub eodem tempore[i] venit,
Annis bis binis et bino mense recedit[k],
Quinque dies ultra tunc sua vita dedit.

Papa Dionisius[54] sub eodem rege* notatur,
Annis quinque sedens et[l] menses quinque moratur[m],
Octo diebus ei plus quoque vita datur.

* Constantiniano s.

Agapitus[55] papa sub eodem tempore[n] sedit,
Post annos binos et menses octo recedit,
Bisque dies septem plus sibi vita dedit[o].

a) cesare (s. Eraclio B 1) A. B; ipse cum cesare C. b) *tres sequentes versus desunt* C 2; Papa sub Eraclio q. A. B; Tempore C 3. c) caput E 6. d) fit papa C 3. 4. e) per ea E 1, *ubi sequentia* — Theodorus ordine sedit *desunt*. f) pondera C 3. g) s. transiit ad Dominum A. B. h) Papa sub Eraclio A. B. i) Costantinopolim *corr.* Constantinopoli B 1; Constantinopolim C 3. E 6. k) primus A 1. l) erat E 6. 8. m) nunc Pirrus anathematizat se fore subiectum Rome promittit ad ista A; anathemate — venit *e corr.* B 1. n) facta fuit A; t. e. *e corr.* B 1. o) Papa sub Eraclio A. B. p) Constantinopolim *corr.* Constantinopoli B 1. q) Cui sua A; T. s. *e corr.* B 1. r) pontificis A; *corr.* pontificum B 1. s) cesare A. B. t) faciens finita A; p. a s. *e corr.* B 1. u) *haec desunt* B. u') Constantiniano D 1. E 8. v) *deest* E 6. w) filio — temporis *desunt* C 4. x) fio B 1. y) *deest* B. z) Constantini *corr.* Constantiniani B 1. a) *suppl.* B 1; ipsius illius E 1. b) *ita* E 6; autor B 1. c) *deest* C 4. d) C. v. h. in hoc signo ÷O÷ *post add.* B 1; h. infra e. t. hic proxime B 2; C. v. h. *desunt* C 4. e) De tertio C. imp. et p. s. t. et cronica Bede A. B; De Constantiniano i. C 4; Item *deest* C 3. E 1. 8; Constantiniana E 1. f) versifice *add.* E 8; versifice narratur C 2. g) Cost. B 1; Constantinus E 5. h) s. sub eodem tempore venit E 8. i) cesare A. k) resedit A 1. l) post A. B. m) putatur A. B; notatur C 2; *hic versus deest* C 4. n) cesare A. B. o) datur *corr.* dedit B 1.

52) V. Cat. pont. supra p. 28. 53) Lib. pont.; v. Cat. pont. l. c. 54) Donus, Lib. pont. 55) Agatho, Lib. pont.; Agatus, Cat. pont. supra l. c.

31. *De[a] Constante imperatore, filio Constantiniani[b], et[c] cronica sui temporis.*

Anno ab incarnatione Domini 642. pulso cum matre Heraclona, Constans, Constantiniani[d] filius, 58. ab Augusto, regnavit. Hic cum in eandem quam avus suus Heraclius heresim fuisset lapsus, Martinum papam, eo quod Paulum patriarcham, Pirrum et Cyrum habita synodo excomunicasset, aput Cersonam in exilium misit; ubi multis miraculorum signis refulgens, migravit ad Dominum. Porro Constans, congregata sub Vitelliano[e] papa sinodo, heresim abdicavit, ac beato Petro mire magnitudinis euangelia, auro cooperta, gemmis[f] ornata, misit. Ipse vero non multis post diebus Italiam a Longobardorum potestate eripere volens, per equora[g] navigando, Tarentum applicuit. Post Beneventum veniens, omnes pene civitates, quas Longobardi inhabitabant, cepit. At[h] civitatem Nuceriam[i] ad solum usque prostravit; deinde accepta obside sorore Rumaldi, scilicet[k] Grimaldi[l] regis filia, Neapolim iter flectit. Inde ad Urbem iter tendens, Vitellianum papam in 7.[m] miliario obvium cum clero et populo habuit; ac ita honorifice Romam ingressus, beato Petro pallium auro textum obtulit[n]. Cogitabat autem imperium ad Urbem retransferre[o], eo quod Constantinopolitanos, qui ei de sacrilegio in Martinum papam commisso consilium dederant, tamquam hereticorum fautores exosos haberet. Huius diebus beata Gerdrudis virgo, Pipini Grossi[p] filia, beato fine quievit. Dagoberto quoque mortuo, Glodoveus[q], filius eius, successit. Nam alius[r] filius[s], Sigibertus[s*] scilicet, dum adhuc viveret, Austrasiam reliquerat; eumque Cuniberto Coloniensium presuli et Pippino Grosso[t] commendaverat. Constans imperator Eraclius ab[u] Urbe digressus, Siciliam ingreditur. Ubi per sex annos moratus, fraude suorum in balneo occiditur, anno imperii sui 8. Quo mortuo, milites quendam [virum[v]] Mitium nomine[w] imperatorem creaverunt[x]. Hoc comperto, Constantius, Constantiniani[y] filius, intravit Siciliam, et Mitium cum interfectoribus patris sui occidit. Rebusque in Esperia compositis, Constantinopolim[y] redit. Cetera[z] de Eraclio Constante versus habent[a].

De[b] eodem Constante imperatore Eraclio et de papa sui temporis.

Temporis[c] Eraclii fertur Leo papa sedere,
Annos vita decem mensemque refertur habere,
Pollet in[d] eloquio[56], scripta beata ferens.

Temporis Eraclii[e] nunc papa venit Benedictus,
Ter ternos menses vivit, tumuloque relictus,
Octo dies tenuit, quos sibi vita dedit.

32. *De[f] Theodosio imperatore, filio Constantis Eraclii[g], et cronica sui temporis.*

Anno ab incarnatione Domini 670. Teodosius Constantinus[h], filius Constantis[h] Eraclii, cum duobus suis filiis[i], Eraclio et Tyberio, 59. ab Augusto, sortitur imperium. His diebus Ansgisus[k], [pater[l] Pipini Grossi], filius beati Arnulfi Metensis episcopi, qui maior domus primus[m] fuerat, in regno Francorum dignitatem maioris domus adipiscitur. Constantinus Teodosius anno imperii sui 17. vitam finivit. *Otto V*, 12.

33. *De[m*] Iustiniano imperatore, filio Teodosii, et[n] cronica sui temporis.*

Anno ab incarnatione Domini 686. Iustinianus, Teodosii Constantini[h] filius, 60.[p] ab Augusto, imperat. Iste composuit pacem cum Sarracenis, et Africam ab eis liberatam imperio Romano subposuit. *Otto V*, 13.

34. *Hic[q] incipit progenies omnium Karulorum[r] ab Angisio[s], filio Arnolfi[t] episcopi Metensis, qui[u] prius fuerat[v] dux Francorum et maior domus.*

Eo tempore [Grossus[w]] Pippinus[x], filius Ansgisi[y], factus maior domus, totum regnum administrabat Francorum. Cuius Pippini Grossi ab hoc[z] loco in antea anni et gesta ponuntur[a] in catalogo regum Francorum. Reges enim Francorum a temporibus istius Pipini Grossi [filii[b] Ansgisi], qui erat maior domus, omnibus regni negotiis et honoribus denudati[c], nomine solo regnabant. Econtra maiores domus curam et fortitudinem regni tenebant. *Otto V*, 13.

Iustinianus[d] a Leontio patricio, quem ipse per tres annos in vinculis tenuerat, naso et labro mutilatur. Qui Leontius per tres annos occupat imperium, ipso imperatore mutilato interim in[e] exilio detento. Post illos tres autem annos Tiberius, qui cognominatur Absmarus, eidem Leontio similiter nasum abscidit, eundemque in monasterium trusit, atque ipse regnum usurpatum septem annis detinuit. His diebus sub Sergio papa septima synodus Aquilegie congregatur. Iustinianus[f], quem Leontius patricius prius mutilaverat, per adiutorium Torbellis regis Bulgarie urbem Constantinopolim[g] captam recepit et postmodum per sex annos tenuit. Iste tunc cepit Tiberium et Leontium. Quos *c.* 14.

a) *haec desunt* B. b) Constantini C 3. E 5. 6. c) e. c. s. t. *desunt* C 4. d) Constantini *corr.* Eraclii Constantiniani B 1; Eraclii Constanniani B 2; Constantiani C 3. e) Vital. C 4. E 1, *et ita infra.* f) gemmisque m. o. C 4. g) equor *corr.* equora B 1. h) ac C 3; et C 4; ad E 1; a civitate Nuceria E 4. 5. 6. 8. i) Luceriam B. C 4. *Otto.* Lucernam C 3. k) *deest* B. *Otto.* l) Grimoaldi C 4. E 1; Grumadis E 6; Grumaldi E 8. m) 6. B. *Otto.* n) Nota hoc *add.* B 1. o) transf. C 3. 4. p) *superscr.* B 1; gafli B 2. q) Clodov. B. C 4. E 5. 6. 8. r) alio filio *(Otto) corr.* alius filius B 1. s) f. eius C 4. s*) Sigiberto *Otto.* t) *superscr.* B 1. u) ad urbem B. D 1. v) *deest* B. C. D. *Otto.* w) *deest* B. *Otto.* x) creant. Quo C 4. y) Cost. B 1. z) Cetera — habent *desunt* C 4. a) in hoc signo ☩o *add.* B 1; infra e. t. B 2. b) De papis sub Eraclio constitutis A. B; Item de e. et d. p. s. t. C 3; De eodem C. i. C 4; De eodem versifice E 8. c) Ecce sub Eraclio fertur A. B; Eraclio regnante datur C. d) hic C 4. e) istius C 4. f) *haec desunt* B. g) E. et c. s. t. *desunt* C 4. h) Cost. B 1. i) *deest* B; fratribus *Otto.* k) Angisus C 4. l) *haec desunt* B. C; *post* imperium *ponit* D 1. m) prius B. C *recte.* m*) *haec desunt* B. n) et c. s. t. *desunt* C 4. p) 61. B. q) *haec desunt* B. r) Car. D 1; regum K. E 6. s) *ita* D 1. E 5; Angifio C 3; Angiso C 4. E 1; Angisi E 6. t) Arnolfi D 1. E 1. u) qui — domus *desunt* C 4. v) fuit d. et m. d. Fr. C 3. w) *deest* B. C. D. x) *deest* C 4. y) Angisi C 4. E 6; Angissi E 8. z) *deest* E 6. a) ponentur B. D. b) f. A. *desunt* B. C. c) nudati C 4. d) ustianus E 6. e) *deest* E 6. f) Iustianus E 6. g) Cost. B 1.

56) Lib. pont.; v. Cat. pont. supra p. 28.

Otto V, 14. etiam in catenis positos per plateas trahi precepit[a], universo populo post eos clamante sic: *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.* Ipse etiam colla eorum calcans, ad ultimum decollavit eos. Alios quoque, qui perpetrate factionis erga eum rei[b] extiterant, diversis penis fecit[c] cruciari. Item quotienscumque de naribus mutilatis guttam reumatis stillantis tergebat, totiens aliquem illorum necari precipiebat[d]. Ipse etiam Gallicinum patriarcham, erutis oculis, Romam in exilium misit, et Cyrum abbatem, qui ei necessaria ministraverat, fecit patriarcham, atque Tiberium, filium Ciri, consortem regni sibi constituit[e]. Deinde Philippicum[f], quem ipse[f*] in Ponto relegaverat, comprehendere voluit. Philippicus[g] vero ab exercitu imperator creatus, sexto miliario ab urbe Constantinopoli pugna commissa, Iustinianum occidit, filium quoque Iustiniani[h] fideles Philippici necaverunt.

35. *De[i] Philippico[k] Constantinopolitano imperatore, et[l] cronica regum Francorum per idem tempus.*

Otto V, 15. Anno [igitur[m]] ab incarnatione Domini 714.[n] Philippicus[o], 63.[p] ab Augusto, imperium accepit. Tunc in Francia solo nomine iunior[q] Dagobertus regnabat. Pippinus vero Grossus maior domus omnem regni honorem et potestatem habebat. Eo tempore populus Romanus statuit, ne carte[r] ipsius Philippici[s] in[t] ecclesia vel etiam[u] iussa eius[v] Rome reciperentur, cum esset hereticus, neque nomen eius inter missarum sollempnia recitaretur. Iste cum in die sancto pentecosten egressus a balneo post meridiem lecto cubaret, a Rufino et[x] Teodoro, per auream portam ingressis, comprehensus necatur[y] post annum et 11 menses, ex quo ceperat regnare.

36. *De[y*] Anastasio imperatore, et[z] cronica sui temporis.*

Otto V, 16. Anno ab incarnatione Domini 714. Artemius, qui mutato nomine dictus est Anastasius[a], 64.[b] ab Augusto, accepit imperium, et tribus annis regnavit.

Tunc mortuo rege Francorum[c] Dagoberto iuniore et Pipino Grosso[d], Karolus[e] Martellus[f], filius Pipini Grossi[g] ex Alfeida [natus[h]], qui fuit avus Karoli[e] Magni, factus est maior domus; qui regnum Francorum per 27 annos administravit, regibus adhuc, set[i] sine honore[k] et utilitate, ibi manentibus. Iste Karolus[e.l] Martellus, Regimfridum quendam[m] regnum invadere volentem multis bellis pressit, Baguariam et Sueviam subiugavit, Guasconiam, Saxoniam[n] et[o] Fresiam devicit, Sarracenorum 385[p] milia [in Yspania[q]] occidit. Igitur dum regnum Francorum multis modis sub bellicosissimo principe Karolo Martello augmentaretur, imperium vero Grecorum minueretur, milites adversus Anastasium imperatorem creant Teodosium, licet[r] invitum. Qui conserto prelio Anastasium vicit et presbiterum fecit eum[s] ordinari.

37. *De[t] Teodosio imperatore secundo, et cronica sui[u] temporis.*

Otto V, 17. Teodosius[v] iste sortitus imperium, 65.[w] ab Augusto, uno anno imperavit. Cui succedit Leo, 66.[x] ab Augusto,
c. 18. manente adhuc in Francia Karulo Martello.

38. *De[y] Leone imperatore Grecorum[z].*

Otto V, 18. Iste 66.[a] ab Augusto imperator, vocatus Leo, imagines Domini iussit incendi, et sanctos sue iniquitati resistentes decollari. Inter quos passa est sancta Teodoxia[b], cuius corpus adhuc integrum[c] Constantinopoli cum ingenti veneratione servatur. Gregorius papa cum vidisset imperatorem Leonem iniquum et incorrigibilem, totam Ytaliam a suo imperio discedere persuasit[d]. Eo tempore reliquie sancti Augustini de Sardinia in Papiam a Luprando[e] rege Lombardorum deportantur. Tunc etiam Beda venerabilis presbiter in pace quievit. His diebus Sarraceni Constantinopolim per triennium obsidione cinxerunt tandemque sine victoria recesserunt. Rome quoque 300 milia per
c. 19. pestilentiam tunc[f] perierunt. Leo imperator imperii sui[g] anno 4. moritur. Cui succedit filius eius Constantius.

39. *De[h] ultimo [Theodosio[i]] Constantino[k] imperatore Grecorum.*

Otto V, 19. Teodosius igitur Constantinus[l] imperat anno ab incarnatione Domini 742, 67.[m] ab Augusto. Iste maleficus[n] sacrificabat demonibus, patre suo deterior factus, luxurie et omni immunditie deditus, ecclesiam Dei affligebat. Unde etiam suis iniquitatibus ipse et pater eius meruisse videntur, ut eorum regnum divideretur[o]. Anno imperii illius[p] Leonis primo, Karolus Martellus, filius Pipini Grossi, moritur, relictis tribus filiis Karlomanno, Pipino[q] et Grifone. Quorum Grifo minor inquietus, a fratribus aput Alverniam captus et detentus in prelio, cum uxore sua Suanichildar[r] in quodam castello permansit.

Ceteras[s] versifice pagina nostra refert[t].

a) fecit C 4. b) ei E 6. 8. c) fecerunt E 8. d) fecit C 4. e) fecit C 4. f) Philippum C; Filipic. E 6 *hic et infra.* f*) et ipse E 6. g) Philippus C 3. 4. h) *deest* C 4. i) *haec desunt* B. k) Philippo C 3. E 5. 6. 8. l) et cronica sui temporis *add.* E 1; et — tempus *des.* C 4. m) *deest* B. C 2. 3. D 1. n) 713. B. C. *Otto.* o) Philippus C 3. p) *ita codices quos vidi omnes*; 61. *ed.* q) *deest* E 8. r) littere C 4; nec arte E 1; necare E 6; neccare E 8. s) Philipici B 1. E 5; Filipici E 6. t) in e. *desunt* B. u) *deest* B. v) e. R. *desunt* B. x) *deest* E 6. y) cecatur B. C 3; excaecatur C 2. *Otto.* y*) *haec desunt* B. z) et c. s. t. *desunt* C 4. a) Anest. B. b) 62. *ed.* c) *deest* B. C 4. d) Groso B 1. e) Carol. B 1 *his locis.* f) Mantellus C 3; Marcellus C 4. E 1 *semper.* g) Grosi B 1. h) *deest* B. C. i) *deest* C 4. E 8. k) h. et *desunt* C 4. l) *deest* E 8. m) *deest* B 1. n) Sassoniam B 1. o) *deest* E 4. p) CCC. IIII. viginti et quinque E 6. q) *desunt* B. C. r) *deest* C 4. s) *deest* C 4. t) *haec desunt* B; De Th. II. C 4. u) s. t. *desunt* D 1. E 5. 6; sec. et c. s. t. *desunt* E 8. v) Iste T. B; Theod. igitur 65. ab A. s. i. C 4. w) 65. ab A. *desunt* B; 63. *ed.* x) 64. *ed.* y) *haec des.* B. z) *deest* C 4. E 1; i. Gr. *desunt* C 3. a) 66. ab A. i. v. *desunt* B; 64. *ed.*; Leo 61. ab A. i. factus im. C 4. b) Theodosia E 6; Theudosia E 1. c) incorruptum c. i. v. s. C 4. d) suasit C 4. e) Liup. C 4; Lip. E 6. f) *deest* C 4. g) *deest* E 6. h) *haec desunt* B. i) *deest* C. D. k) Constantio C 2. 4. l) T. i. C. imp. *desunt* B; Constantius i. i. C. D; Constantinus igitur i. C 3; C. ergo i. E 1. m) 65. *ed.*; 68. C 4; 66. E 8. n) maleficiis D 1; E 1. 2. 5. 8. *Otto.* o) minueretur B 1. *Otto*; minuentur B 2. p) eius C 4. q) Nano *add.* B. C. D. r) Suanhilda C 4; Anichilla E 1; Anichilda E 6. 8. s) Cet. v. p. n. r. *desunt* C 4. t) sub hoc signo ⁂ *add.* B 1.

Item[a] *de eodem Theodosio imperatore versifice et de papa sui temporis.*

Teodosii* vita fuit annis bis duodenis,
Cuius et ecclesiis ornatus* tempore venit,
Hic et ymaginibus ordine stare* dedit.

Gregorius cum[b] Teodosio stat papa secundus,
Annis ipse decem fuit Urbis et orbis alumpnus,
Ter ternos menses, ter tulit octo dies.

Tempore Gregorii presul Bonifatius extat*,
Sede Magantina miracula plurima prestat,
Gratia babtismi Teutona regna tulit[c.]*.

* s. imperatoris.
* in thesauris et vestibus s.
* s. in ecclesia.
* in Iermania s.
* s. tunc.

40. *Incipit*[d] *prohemium de origine regum Francorum et*[e] *qualiter*[f] *vel quo tempore Franci in toto Occidente Romanum imperium obtinuerunt*[g].

Superius promisisse me[h] memini narraturum, qualiter Franci, quorum facimus hic mentionem, in Galliam venerunt, et qualiter a Romanorum principatu seiuncti, in propria sua autoritate et potestate manere ceperunt.

Tempore igitur[i] quo Eneas post Troie destructionem in Italiam venit, Priamus iunior, nepos magni Priami ex sorore, et cum eo Antenor, Troianorum princeps, cum 13 milibus [armatorum[k]] per mare Illiricum in Venetias venerunt. Ibique Paduam civitatem edificantes, in qua hodie ipse Antenor honorifice sepultus more regio invenitur, per Meotidas paludes in Sithiam[l] regionem sedes suas posuerunt, civitatem Sicanbriam edificantes; unde etiam Sicanbri sunt nominati[m]. Cum autem, toto orbe in provinciam Romanorum subacto, ipsi etiam inter alios subacti fuissent, elapso tempore Iermaniam occupaverunt; ubi etiam Iermani[n] de cetero sunt vocati. Deinde cum imperator Valentinianus impugnatos Alanos et inter Meotidas paludes receptos delere non potuisset, edictum protulit, ut gens, quecumque Alanos vinceret ac deleret, per decem annos proximos libera esset ab[o] omni tributo. Quare Iermani, ipsius glorie cupidi, adversus Alanos movent exercitum, eosque vincunt et omnino extinguunt. Unde et[p] per decem annos liberi a tributo fuerunt; et propter eandem victoriam a Valentiniano imperatore Franci, id est feroces, sunt perpetuo apellati. Expletis autem[q] decem annis, dum Romani a Francis solita tributa repeterent, Franci ob[r] ipsam libertatem[s] effrenes iam facti, ipsum tributum solvere rennuerunt. Habuerunt autem inter se principes antiquos, ut dixit[t], Priamum [tertium[u]] et Antenorem [tertium[u]]. Quapropter dum a Romanis contra eos pugnatur, occiso in prelio Priamo [tertio[u]] rege eorum, in partes regni Turingie se contulerunt cum principibus suis, filiis scilicet Priami et Antenoris nomine[v] Marcomede et Sunone[w]. Porro defuncto Sunone[w], communicato consilio, filium Marcomedis nomine Faramundum regem sibi creaverunt. Leges quoque per actores[x] suos Guisogastaldum[y] et Salagastum compositas ex tunc habere ceperunt. A Salagasto illo lex Salica nomen accepit[z]. Qua lege usque hodie Franci utuntur, qui etiam Salici nuncupantur. Mortuo autem[v] Faramundo, filius eius Crinitus successit, a quo Francorum reges Criniti sunt apellati. Hiis temporibus Francia crescere, Roma[a] autem minui cepit, ut supra dixi. Gentes enim, que subacte Romanis fuerant, iam[b] per se ipsas[c] regnare didicerunt. Romani e converso, qui semper imperaverant, servire gentibus cogebantur[d]. Gothi enim[e] cum [iam[e*]] ipsam Urbem essent depopulati, ultra Ligerim fluvium in Gallia consederunt. Burgundiones[f] quoque[e] iuxta Rodanum habitaverunt. Qui et ipsi paulo post reges habere ceperunt. Sic etiam Franci, Reno transmisso, Romanos, qui illic habitabant, fugaverunt. Postea captis urbibus Tornaco et Cameraco, atque inde paulatim progressi, Remis, Suesonam et Aurelianum et Coloniam, que tunc dicebatur Agrippina, Treverim, ac pene totam Galliam atque Iermaniam, ab Aquitania usque in Baguariam[g], sibi vendicant atque subiciunt. Glodoveo[h] rege Francorum defuncto, Miroveus[i], filius eius, a quo Franci Miroveii[i] sunt apellati, successit in regnum. Quo moriente, Hildericus successit. Qui dum luxuriose viveret, a suis expellitur a[k] regno, et ad regem Turingorum Bisinum nomine secessit[l]. A quo humaniter receptus, uxorem suam Bisinam[m], reginam pulcherrimam, latenter tetigit. Postea idem Hildricus iterum in regnum Francorum per interventum amicorum suorum receptus est. Post cuius vestigia secuta[n] est Bissina regina. Que, interrogante Hildrico rege, ad quid venisset, respondit: *Ad te venio, tecum permansura.* Tenuit itaque rex eam pro uxore, et genuit ex ea filium Glodoveum. Set dum Hildricus expulsus a regno in Turingia, ut diximus, moraretur, Egidius quidam Romanus loco eius substitutus est in regno Francorum. Post octo[o] annos Hildericus revocatus in regnum, urbem Agrippinam invadit, et eiectis inde omnibus Romanis qui Egidio favere videbantur, suos fautores imposuit[p] Francos. Unde et eandem urbem, que usque in illut tempus dicebatur Agrippina, precepit propter incolatum

cf. G. Fr. c. 1.
Otto I, 25.
Otto IV, 32.
cf. G. Fr. c. 2.
Otto l. c.
cf. G. Fr. c. 6. 7.
Otto l. c.

a) De T. i. et p. s. t. et cronica Bede A. B; It. de Th. C 4; v. et d. p. s. t. *desunt* C 3; Item *deest* E 6; I. de e. et p. s. t. v. E 8; vers. *deest* E 1. 2. 5. 6. b) sub A. B. c) *partis* 16. *finis* C; Incipit Particula XVII. de Karolo Martello, patre Pipini Nani avi videlicet Karoli Magni, usque ad Fridericum et Heinricum sextum. De Leone imperatore et papa sui temporis et cronica Bede. De gente Gothorum tempore Leonis imperatoris et de Karolo Martello duce Francorum, patre Pipini Nani. De primis Longobardis *add.* C 3; Incipiunt capitula particule VII[e] X[e]. C 4; Explicit particula vicesima secunda E 8. d) *haec desunt* B 1; Capit. 11 de origine regum Francorum id est Theutonicorum sive Iermanorum B 2; Incipit p. in XVII. part. De *etc.* C 3. 4. e) *deest* D 2. f) et qūō E 1; qual. ipsi Fr. E 5. 6. 8. 9. g) Particula XVII. *add.* C 3; Imperium transfertur ad Francos *add.* C 3. 4. h) *deest* B 1. D 2. i) *deest* B. k) *deest* B. C. l) Sithia regione B. m) E 6 *alia manu in margine et inter lineas multa adiecit de Francorum historia.* n) *deest* D 2. o) a tr. C 4. p) *deest* C 2. 4. E 5? q) *deest* B. C 4. r) ad E 6. 8. 9. s) licentiam C 4. t) diximus B. u) *deest* B. C. v) *deest* B. w) Symone E 6. 8. 9. x) *ita* E 6; autores B 1. y) Gvisogaldum C 4. z) cepit habere C 4. a) Romani a. decrescere C 4. b) *deest* C 4. c) i. leges habere ceperunt et per se regnare. R. C 4. d) ceperunt post *add.* C 4. e) *deest* B. e*) *deest* B. C. f) Burgod. E 6; Burgond. E 8. g) Baug. E 6. 8. h) Clodeo *corr.* Clodoveo B 1, *et ita* B 2. C 2. 4. E 6. i) Mer. C 2. E 6. k) a r. *des.* E 8. l) successit C 3. 4. D 1. 2. E 1. 8; succesit E 6; accessit E 9. m) B. nomine C 4. n) cuta — rege *desunt* E 6. o) 7 C 4. p) i. F. *desunt* E 8.

Otto IV, 32. Francorum perpetuo Coloniam appellari. Mortuo autem Egidio, filius eius Siagrius in civitate Suesona regnavit. Hildericus rex vita decedens, Glodoveo filio suo regnum dimisit. Iste Glodoveus primus christianus fuit inter reges Francorum, a beato Remigio babtizatus. Siagrius, filius Egidii, dum contra Glodoveum regnare aut certare non posset, secessit ad Alaricum regem Guisogothorum [in[a] Guasconiam]. Qui Alaricus nonus erat ab Alarico magno rege Gothorum, a quo supra diximus Romam captam et depopulatam [fuisse[b]]. Siagrius a Glodoveo reposcitur. Alaricus ei eum remittit. Qui remissus, necatur; omnesque Romani, qui tunc in Galliis habitabant, ita sunt exterminati, ut nec unus posset in omnibus Galliis reperiri. Videntur michi Franci in illis temporibus linguam Romanam, qua usque hodie utuntur, ab illis Romanis, qui ibi habitaverant, didicisse. Que autem lingua eis prius fuerit[c] naturalis, nos[d] ignoramus. Itaque Glodoveus, subiugatis[e] Alemannis, iam christianus factus, Gothis et Aquitaniis bellum indicit. Quo dum pergeret, votum vovit beato Martino aput Turonum, qui iam 112 annos post obitum suum[f] habebat [et[g] equum suum optimum ei dedit]. Cumque triumfasset in Gothos et Alaricum eorum regem occidisset, reversus Turonum, gratias egit Deo et beato Martino, ditata etiam[h] tunc ecclesia sancti Martini, equum suum, quem prius iturus[i] ad prelium dederat sancto Martino, per suam pecuniam redimere[k] volens, centum solidos custodi ecclesie pro equi ipsius redemptione transmisit. Equus vero stetit immobilis. Hoc audiens[l] rex, considerat, beatum Martinum illut equi pretium parvipendisse. Quare et alios centum solidos insuper pro equi redemptione porrexit. Quibus datis, velociter secutus est equus et regi representatus[m]. Unde fertur dixisse Glodoveus: *Sanctus Martinus est bonus auxiliator, set carus negotiator.*

cf. G. Fr. c. 17.

[Item[n] de Glodoveo.

Glodoveus iste habuit Glodosindam[o] in uxorem, filiam regis Burgundionum. Que cum esset christiana, coniuncta est ei adhuc pagano; et in prima nocte cum introhisset[p] in thalamum, petiit a rege hoc donum, ut ipse tribus vicibus flexis genibus ante lectum suum oraret, ut daretur ei per celestem gratiam cognoscere suum creatorem. Genuit autem ex eo filios tres, quos omnes baptizari fecit, patre[q] adhuc pagano manente. In quodam autem prelio cum gente Suevorum[r] commisso victus rex et fugatus, in ipsa fuga vovit Deo christianorum, quod si inde sine confusione posset redire, ad voluntatem regine reciperet christianitatem. Hoc dicto, victores Suevi per divinum miraculum in fugam vertuntur, et Glodoveus victor efficitur. Dum autem rex a sancto Remigio baptizatur, angelus Domini prebet ei oleum quo ungatur. Quod oleum usque hodie in unctione regum Francorum habetur et in perpetuum reservatur. Iste, sicut superius diximus, est Glodoveus primus rex Francorum baptizatus a sancto Remigio in civitate Remensi. Cuius filii et nepotes ac pronepotes regnaverunt in Frantia usque ad Pipinum Nanum, patrem Karoli Magni. Tunc Hildrico rege Francorum inutili et ignavo monachato et in claustrum intruso[s], Pipinus per electionem Francorum rex factus et patricius Romanorum per Zachariam papam vocatus est.]

Hec omnia de origine Francorum ponimus[t] in hoc loco, sub titulo Leonis imperatoris [Grecorum[u]], cuius temporibus Greci dominium Rome omnino perdiderunt, et Franci imperium Romanum [Rome et[v]] in Occidente habere ceperunt. Primo quidem per Karolum[w] Martellum[x], quem Pippinus Grossus[y] maior domus genuit ex Alfeida ducissa occulto coitu[z], deinde per Pipinum Nanum, filium ipsius Carli[a] Martelli, postea per Karolum Magnum, filium Pipini Nani, primum imperatorem Francorum, deinde per Ludoicum, filium Karoli, et deinceps usque in presentem diem, sicut in posterum per distincta capitula suis locis[b] et temporibus, autore Deo, referemus[c].

41. *De[d] ultimo Leone imperatore[e] Grecorum, cuius temporibus imperium Grecorum ad Francos est devolutum, et de Romanis pontificibus illius[f] temporis, et cronica diversorum[g].*

Cesaris imperium nunc fertur adesse Leonis.
Hic modo quindenis[h] annis fert lora decoris,
Ultimus est ipse, quem[*] sua Roma colit.
Gregorius sedit cum[i] cesare papa Leone,

[*] s. quia tunc est imperium translatum ad Francos per Karolum Magnum.

a) *desunt* B. C. D. b) *deest* B. C. c) fuerat E 6. 8. 9. d) n. i. *desunt* D 2. e) subiugatis — Gothis *desunt* D 2. f) *deest* C 4. g) et — dedit *desunt* B. C. h) *deest* E 8. i) iturum E 6. 8; iterum E 9. k) eum r. E 6. l) audito C 4. m) pres. C 2. 3. n) *haec desunt* B. C; It. de Gl. *desunt* D. E 5. 6. 8. o) Glodoissem E 6. p) introissent E 1. 6. 9. q) p. autem a. D 2. r) Slanor. D 2 *et ita postea.* s) incluso D 2. t) ponenda sunt sub B 1; ponenda s. t. sunt L. i. B 2. u) *deest* B. C; Gregorum E 5. v) *desunt* B. C; et *deest* E 5? 8. w) Kalum B 1; Karlum B 2; Carlum D 1. 2. x) *deest* B 1; ducem Francorum *add.* B. C. y) *deest* C 4. z) concubitu C 4. a) *ita* B 1. D 1. E 5. b) l. et *desunt* C 4. c) Hoc autem capitulum sub hoc signo in presenti pagina ponatur ÷⊖÷ B 1; Hoc autem capitulum hic ponitur B 2. d) De L. imp. et papa sui temporis et cronica Bede (secundum Bedam presbiterum A 2) A. B; De L. u. i. G. c. t. i. transfertur ad Fr. C 4; Particula XVI. *add. in marg.* B 2. e) rege D 2. f) i. t. *desunt* C 3. g) *deest* B 2. h) sedecies (i. sedecim B 1) ductis A. B. C. D. i) sub A. B.

Annis rite decem Romanum gessit honorem,
Menses ter ternos plus sua[a] vita fovet.
Insuper ad requiem pertulit octo dies.

Carlo Martellus dum[b.*] Francia regna regebat[c], * s. tunc.
Pipinus Nanus dux tunc cum patre* sedebat, * duce Carlo Martello.
Plurima Gothorum bella frequenter erant.

Grecorum reges hucusque licet memorari,
Quos loquor Italie tunc imperio dominari,
Nunc et in Italia Greca corona cadit[d].

Vertimur ad Francos, quorum virtute tueri
Itala gens poterit[e] securaque Roma teneri;
Carlo Martellus tutor et auctor[f] erit[g].
Pipinus Nanus fieri rex inde meretur,
Qui post Martellum papalia iura tuetur,
Fit quoque patricius, fert et in Urbe decus[h].
Carulus[i.*] imperium poterit post ista** mereri, * s. Magnus, filius Pipini. ** opera s. Pipini.
Cuius et ecclesia poterit[k] virtute tueri;
Eius ab imperio Greca corona perit[l.*]. * s. in Italia.

42. *De[m] genealogia Karoli Magni a[n] tempore[o] attavi sui Pipini Grossi, et qualiter ipsa proienies obtinuit regnum Francorum[p]. Que postea sortita est Romanum imperium et totum orbem.*

Anno ab incarnatione Domini 710. mortuo Dagoberto minore rege Francorum, filius eius parvulus in tutela Pipini Grossi, qui erat maior domus, remansit. Qui[q] etiam post pauca per insidias quorundam periit. Tunc Grimoaldus, filius legitimus Pipini Grossi, regnum usurpans, a consanguineis Dagoberti regis defuncti captus est, et tamdiu in arta custodia detentus, donec ibi mortuus est. Eodem tempore pars illa Gallie, in qua est Sequana[r] fluvius et Ligeris, vocabatur Gaudina. Ubi duo reguli fratres ex consilio matris[s] invadunt regnum Francorum[t], cum ibi tunc[u] rex non esset. Et primo impetu [Guarmatiam[v] invadunt, ubi a Francis bello repressi, iterum reparatis viribus civitatem] Maguntiam obsidione cingunt. Ad hec[w] Franci, regem non habentes, Karlum Martellum[x], filium Pipini Grossi ex[y] Alfeida, regem facere decreverunt. Qui coronam quidem recipere rennuit, set vexillum eorum contra Gaudinos suscepit, et cum regibus prefatis prelio[z] conserto, utrumque[a] manu sua [in[b] prelio] occidit; atque cum ipsa victoria procedens, Remis et Parisius omnemque Gaudinam provinciam subiugavit. Tunc idem Karlo Martellus perpetuo decreto constituit, illam provinciam Gaudinam [eo[c] nomine] non nominari, set Francigenam appellari. In lingua vero Teutonica iussit [eandem[d] provinciam vocari nomine suo Carlingam[e], et] eos homines nomine suo vocari Carlingos, sicut a cesare Cesaria dicitur[f]. Quod vocabulum omnes Teutonici usque hodie servaverunt. Dicunt enim: *vado[g] in Carlingam, venio de Karlinga, homo ille Karlingus est*, et[h]: *linguam habet Karlingam.* In[i] lingua autem Latina vocant eos Francigenas [quasi[k] genitos a Francis]. Teotonicos vero occidentales, id est cis citraque Renum, Francos vocant. Terram quoque ipsam Franciam a Francis[l] dicunt. Franconiam quoque a quodam duce eorum Francone vocare [eam[m]] consueverunt. Itaque de ipso Karulo Martello, qualis fuerit et quot filios reliquerit, dicamus.

a) t. addita A. B. C. b) tunc A; dux F. *e corr.* B 1, *et ita* C. D. c) tenebat C 4. d) cedit C 4. e) peterat E 6. f) actor D 2. g) erat E 6. h) A *addit rubricam:* Qui tunc ecclesiam liberavit secundum Bedam. i) Carlus *corr.* Carulus B 1. k) voluit A; p. *e corr.* B 1. l) cadit E 8. m) *haec desunt* B. n) a t. a. s. P. G. *desunt* C 4. o) temporibus C 2. 3. p) et postea Rom. C 4. q) Qui — periit *desunt* C 4. r) Secana D 1. 2; Sequa E 5. 6. s) *deest* E 6. 8. t) id est Teutonicorum super Renum fluvium *add.* C 2. 4. u) *deest* C 4. v) urbem Warm. C; G. — viribus *des.* B. w) Adhuc C 4. x) s. ducem Francorum *superscr.* B 1, *recepit* B 2. y) natum ex C. z) bello C 4. a) u. regem C. b) in p. *desunt* B. C 4. c) eo n. *desunt* B. d) eandem — Carlingam et *desunt* B. e) Carolingiam C 4; Carlinguam E 6. 8; C. et e. h. n. s. v. *desunt* E 8. f) Cesariani dicuntur B; Cesarge E 6. g) vadunt in Carlingiam C 4; v. Carlingiam — Carlingia E 6. h) et nomen habet Karlingam *add.* E 1. i) In — Francigenas *desunt* D 2. k) q. g. a F. *desunt* B. l) F. et Franconiam a B. m) *deest* B. C 4.

43. *Item[a] de Karlo Martello.*

Anno[b] igitur ab incarnatione Domini 714. maior domus erat iste[c] Karolus[d] cognomine Martellus. Qui pater Pipini Nani fuit et avus Caroli Magni. Qui dux et maior domus Francorum existens, natus ex Alfeida ducissa per concubinatum ex patre duce Pipino Grosso, sua prudentia omnes[e] Gallias et Ispanias vicit et subiugavit et ecclesiam Romanam[f] atque Italiam a Gothis liberavit; ipse[g] primus decimas ecclesiarum consensu pape Zacharie militibus dedit in[h] feudum pro ecclesie Dei necessitate. Eo tempore Beda presbiter obiit 9.[i] Kalendas Iunii; qui[k] multa scripta ecclesiis contulit.

Karlo Martellus[l] reliquit duos filios, Pipinum et Carlomagnum[m], qui simul duces et maiores domus Francorum dicebantur. Set post annos 4 Carlomannus fecit se monacum [in[n] monte Sirapti prius et postea] in monte Cassino. Pipinus [vero[o]] per papam Zachariam ex electione Francorum factus[p] est rex Francorum, Hildrico ignavo rege[q] per Francos tunc[r] monachato[s] et[t] in monasterio[u] misso. De Pipino vero natus est Carolus[v] Magnus. Cetera[w] versus habent de Leone imperatore et Karulo Martello[x].

44. *De[y] primo adventu Gothorum in Ytaliam tempore[z] Leonis imperatoris Grecorum, quando Karlo Martellus Ytaliam a Gothis liberavit[z].*

Cesare Grecorum diadema tenente* Leone, — * s. in Grecia.
Plaga venit Rome, pax deperit a regione,
Gothica nam rabies prelia dira movet[57].
Ad scelus edoctos peperit Guasconia* Gothos, — * s. quia in Guasconia regnabant.
Copia[a] Gothorum genus est speciesque malorum,
Viribus ipsorum preda fit omne solum.
Marte premunt Ligures, pariunt hinc inde dolores;
Tuscia conteritur, sentit quoque Roma furores,
Itala terra dolet, mors erat ante fores.
Roma requirit opem; Leo* non dedit; inde Quirites — * s. imperator Grecus.
Amodo per Francos satagunt has tollere lites*; — * i. bella Gothorum.
Teutonici[b] veniunt*, Francica[c] signa nitent. — * Romam s. in auxilium.
Gregorio papa totoque petente senatu,
Karlo Martellus* committere bella vocatur, * — * s. dux Francorum.
Liberet ut patriam, munus ab Urbe datur*. — * s. decime ecclesiarum.
Militis ad pretium decimas res publica donat.
Papa vocat proceres, veniant defendere Romam,
Hiis* dedit ecclesia tunc decimata bona. — * s. militibus.
Copia Gotthorum Martelli marte fugatur,
Roma reformatur, pax ecclesie reparatur,
Gloria Francorum fulget in Urbe capud.

45. *De[d] morte et sepultura Karli Martelli et[e] de filio eius Pipino Nano cum duobus fratribus suis[e].*

Otto V, 19. c. 20. Anno ab incarnatione Domini 743. defuncto Karulo Martello et sepulto eo[f] in Ligurie civitate, que vocatur Aquis, Pipinus, [filius[g] eius] dictus Nanus, et frater eius Karlomannus[h], cum tertium

---

* A 1 *addit in margine:* Nota, quod iste Karollus cognomine Martellus pater Pipini Nani fuit et avus Karoli Magni, qui dux et maior domus Francorum existens.

a) *haec desunt* B; Item *deest* C 3. b) *in* B 1 *prima manu scriptum erat:* Nota, quod iste Karolus c. M. pater — natus est Carlus Magnus, *quod postea mutavit:* Anno ab inc. D. 714. m. d. iste K. c. M. Qui *etc.* c) *deest* E 8. d) i. prefatus K. C. e) et o. E 6. 8. 9. f) *deest* B. g) et i. B. C. h) in f. *post superscr.* B 1; feodum E 6. i) 8. E 6. 8. k) q. m. s. e. c. *post add.* B 1. l) tellus *e corr.* B 1. m) *ita hoc loco* B 1. 2. D 2. E 6. 8 *et infra;* Kalomagnum *post corr.* Kalomannum E 5; Karolum magnum E 9. n) *haec desunt* B. C. o) *deest* B. p) f. e. r. F. *desunt* E 6. q) r. Francorum E 6. r) *deest* B. C 4. s) monacho C 2. 3. t) *deest* C 2. 4. u) monasterium C 2. 3. v) Carlus *corr.* Carolus B 1; Karlomannus C 4. w) Cetera — Martello *desunt* C 4. x) sub hoc signo ☩ *add.* B 1; infra in hoc e. t. B 2. y) De gente Gothorum t. L. imp. (*superscr.* s. Grecorum B 1) et de Carlo Martello duce Francorum patre Pipini Nani A. B; qui tunc ecclesiam liberavit a Gothis secundum Bedam *add.* B. z) tempore — liberavit *desunt* C 4. a) corpore *corr.* copia B 1. b) *deest* D 2. c) Francia C 3. E 6. 9. d) *haec desunt* B. e) et — suis *desunt* C 4; et de filiis suis et de papa sui temporis D 2. f) *deest* B. C 3. 4; et s. eo *des.* E 6. g) f. e. *des.* B. h) Karlomanus B 1; Carlomagnus *vel* Karlomagnus D 1. 2. E 6. 8 *saepius*; Karolus magnus E 9.

57) De Langobardis Romam infestantibus cogitare videtur; sed res valde turbavit.

fratrem eorum Grifonem tamquam hostem suum a regno fugassent, regnum inter se dividunt. Carlo- *Otto V,* 20.
mannus accepit Austriam[a] et Alemanniam[b] et Turingiam, Pipinus autem Burgundiam et Neustriam atque Provinciam [cis[c] Rodanum] sortitur. Deinde multis preliis ab eis contra hostes commissis, anno ab incarnatione Domini 746, quando Vuldense[d] monasterium fundabatur, Karlomannus fratri suo Pipino omnem terram relinquit, et ipse monasticum habitum in monte Sirattie[e], ubi olim latuit beatus Silvester, per papam Zachariam assumit; et inde propter nimiam hominum frequentiam ad montem Cassinensem[f] se transfert, et clericus factus ibidem, vite finem expectavit. Ibi [etiam[g]], sicut dicitur, aliquando porcos[h] custodivit. Ibique in[i] introitu ecclesie beatam sepulturam accepit.

46. *His[l] temporibus Pipinus dux Francorum factus est patricius Romanorum.*

Anno ab incarnatione Domini 751. cum in regno Francorum, regibus solo nomine regnantibus, maior domus *Otto V,* 21.
omnem regni administrationem ac potestatem haberet, et ecclesia a[m] Gothis atque a[n] Longobardis afflicta instanter a Francis auxilia postulasset, Pippinus dictus Nanus, cum esset maior domus, ad Zachariam papam legatos suos, Burchardum scilicet[o] Guerzeburgensem[p] episcopum et Folradum capellanum suum, gratia sciscitandi transmisit, et quid de regno Francorum ei videretur agendum, quesivit. Papa itaque, melius esse illum regem, qui regni totius curam et potestatem habet, quam illum, qui solo nomine rex est, remandavit. Stabat enim in rege sola nominis umbra, in Pipino vero potestas et dignitas efficaciter apparebat[q]. Erat tunc Hildericus rex ignavus et inutilis ex antiquorum regum Francorum genealogia, qui [reges[r]] a Miroveo, filio Glodii[s], omnes Mirovei fuerant apellati. Qui [etiam[r] omnes[t]] inane regis nomen habebant[u]. Reversi[v] sunt igitur Pipini ab[w] Urbe legati, [et omnis Gallia consilio pape Zacharie libenter consensit].

47. *Hoc[x] tempore Pipinus fit rex Francorum.*

Anno [igitur[y]] ab incarnatione Domini 752. autoritate pape Zacharie Pippinus a Bonifatio Maguntino archiepiscopo *Otto V,* 22.
aliisque regni principibus in civitate Suesiona in regnum eligitur. Sequenti anno papa Zacharia defuncto, Stefanus papa successit[z]. Qui cum ab Agistulfo[a] rege Lombardorum multa [mala[b]] pateretur, Pippino a prelio Saxonum revertenti, ubi etiam de morte fratris sui Grifonis nuntium recepit, occurrit in villa que dicitur Carisius, rogans eum, ut ecclesie Romane succurrat. Cetera[c] versus habent[d].

48. *De[e] Gothis et de[f] Lombardis, a quibus Pipinus ecclesiam Romanam et totam Ytaliam liberavit.*

Marte prius Gothis procul a regione remotis,
Gens venit Hunorum*[58], Ligurum contraria votis, * i. e. Lombardorum.
Omnibus Italicis pernitiosa locis.
Hec gens[h] bella gerens dum dimicat hoste minante,
Femina pugnando crines sibi porrigit ante,*
Barbaque mentita* pendula pendet ita. * i. capilli sub specie barbe.
Mirantur[i] Ligures longas sub pectore barbas,
Cumque vident barbas, metuunt quasi bestia larvas;
Gens Ligurum timuit, cessit et arma[k] dedit[l].
Sic Longobarda meruit gens illa vocari;
Nisa super Ligures hoc ingenio* dominari, * s. barbarum.
Vicit et Apuliam, litore, rure, mari. **
Papa coartatur, Leo cesar* ad ista** vocatur; * s. Grecus. ** s. mala.
Spes ibi[m] nulla datur, rex Francorum rogitatur*, * s. a papa ut veniat.
Set neque rex* venit, cum foret umbra caput**. * s. Francorum. ** i. rex vilissimus et quasi umbra principis.

---

* B 1 *add. in marg. manu* 2: Nota, quod Huni, qui et Longobardi, cum Italiam venissent pugnaturi cum Italicis, feminas in acie posuerunt armatas, capillos earum ante pectus ponentes in modum barbe. Unde et extunc Longobardi vocantur.

** A. B. C *add.:* Rex Lombardus erat* Luprandus in urbe Papia, * tunc s.
Qui gravat ecclesiam, Romam premit usque[n] Sutriam,
Nec patitur patriam pacis habere viam.

a) id est Osterrich *add.* C 2. b) id est Sueviam *add.* C 2; Sueviam *add.* C 3; et A. *des.* D 2. c) c. R. *desunt* B. d) Vild. E 6. 8. e) Serapti C 4; Sirati D 1; Sirapti D 2. E 9; Siracti E 1; Cisrapi E 6. f) Cassinum C 4. g) *deest* B; Ibi — porcos *in loco raso* B 1. h) pecudes E 6. 8. i) et in E 8. l) *haec desunt* B; P. f. c. d. F. et p. R. C 4. m) *deest* E 6. n) *deest* C 4. o) *deest* B. p) Wirzb. C 4; Guergeb. E 6; Guerceb. E 8; Guerteb. E 9. q) *deest* D 2. r) *deest* B. s) Glodii *corr.* Glodovei E 1; Glodovei E 5. 8. 9; Clodovei E 6. t) *deest* B. C. *Otto.* u) habebat B 1. C 4. E 5. 8. 9. v) Reversis i. — legatis, anno B *(reliqua desunt).* w) ad urbem C 4. x) *haec desunt* E 6. y) *deest* B. C 4. z) ei s. C 4. a) Augusto C 4. b) *deest* B. *Otto.* c) C. v. h. *desunt* C 4. d) h. sub hoc signo ÷⊖÷ *add.* B 1; infra e. t. hic proxime B 2. e) De primis Lombardis (Longobardis B 1) et de Pippino (Pipino B 1) duce Francorum qui ecclesiam ab eis liberavit A. B; De G. et Lonbardis a Pipino repressis C 4. f) *deest* C 3. E 1. 8. h) *e corr.* B 1. i) Miratur longas hominum pars altera b. A; Miratur B 1. 2. C 4. k) arcon E 6. 8; L. l. s. p. *e corr.* B 1. l) C 4 *addit rubro scripta:* Nota, unde Lombardi (*corr.* Longob.) primitus sunt appellati. m) ubi C 4. n) atque C 3.

58) Langobardos Hunos nominasse videtur, quia e Pannonia egressi sunt.

Hildricus tunc ignavus regnasse videtur,
Qui neque Francorum regnum virtute tuetur,
Nec bene regales[a] novit habere lares.
Pipinus dux Francorum sua regna tueri
Curat, et ipse domus maior censetur haberi, *
Rex˙ et patricius˙˙ qui cito magnus erit.

˙ Francorum s.
˙˙ s Romanorum.

[a˙] Pipinus[59] dux Francorum tunc regna regebat,
Regis et officium plene sub rege tenebat;
Rex ibi tunc vacuo nomine vilis erat.
Coram principibus dum rex in sede sederet,
Nil ibi preciperet, nisi dux prius ille iuberet,
Iura, potestatem dux erat ipse gerens.
Rex erat Hildricus, qui tunc regnasse putatur,
Umbra fuit regis, non rex, si iure notatur;
Francia si poterit, non erit umbra caput˙.

˙ s. Francorum.

Tunc rex Luprandus regnabat in urbe Papia,
Opprimit et Romam, simul et papam Zachariam
Et nimis ecclesiam perdere semper yhat[b].
Dum[60] regimen regni Francorum Nanus˙ haberet,
Rex tamen Hildricus vacuus vilisque sederet,
Nanus apostolico scripserat ista ferens[c]:

˙ s. Pipinus.

Nota scripta Pipini ducis ad papam Zachariam.

Si cupis ecclesias[d] *regni virtute iuvari,*
Precipias regem validum fortemque levari;
Robur ad hec patrie nos[e] *retinemus,* ait.
Nam rex Hildricus, cui nomen Francia prestat,
Iam[f] *quasi non extat, cui non datur ulla potestas,*
Nudum nomen habet, set michi terra favet.
Scribe, pater, Francis, pete, suggere, precipe semper,
Ut faciant regem patria gladioque potentem;
Nam nichil auxilii principis umbra facit.
Littera papalis Francis[g] celeberrima venit;
Erigitur solium, Pipino gloria˙ cedit,
Quippe sibi regnum Francia tota dedit.
Hildericus factus monachus caput ipse totondit,
Seque monasterio sub religione recondit,
Sic fortuna fuit, sic rota versa ruit.
Sede Magantina regem˙ Bonifatius˙˙ ungit;
Regis[h] ad obsequium se Francia subdita iungit,
Ad regem Nanum cedit ubique salus.
Sic probitate sua regnum Pipinus adegit,
Corpore[i] qui minimus res ad meliora redegit,
Et melius reliquis subdita regna regit.
Eius sponsa fuit grandis pede[k] nomine Berta:
Venit ab Ungaria, set Greca matre reperta,
Cesaris Eraclii[l] filia namque fuit˙.
Ex hac mistura fit summa corona[m] futura:
Karolus est Magnus, quem Berta fuit paritura,
Stirps divisa prius iungitur arte sua˙.

˙ s. Pipinum. ˙˙ s. archiepiscopus.

˙ s. mater Berte.

˙ s. inter Iermanos et Romanos, qui olim omnes a Troia venerunt.

Nota[n], Troianam propaginem in duo genera regum quondam fuisse divisam, id est in Eneam et Priamum iuniorem. Eneas venit in Italiam, a quo omnes Romani reges et imperatores exierunt. Priamus vero [iunior[o]] ivit in Iermaniam, a quo omnes Iermani sive Teutonici[p] reges nati sunt. Iste itaque due progenies a Troia venientes in unum Karolum

---

* B 1 *in marg. manu* 1: Maior domus dicebatur Pipinus dux Francorum, qui tunc factus rex genuit Carolum Magnum.

a) regale n. h. decus D 1. 2. a˙) A *addit rubrum:* De consuetudine regni Francorum quomodo Pippinus dicebatur maior domus. b) hytat *corr.* hyhat B 1; hiat C 3; *deest* E 6. c) suo A; f. *e corr.* B 1. d) ecclesiam *corr.* ecclesias B 1. e) dextera nostra tenet A; n. r. a. *e corr.* B 1. f) Nomen habet vacuum, sibi non d. A. B; Res quasi funesta c. C 2. 3. g) Franciam *corr.* Francis B 1. h) *hunc versum post suppl.* B 1. i) Corporeque m. rex A 2; rex A 1. k) grandipede D 1. l) Heradii A 1; Eradii D 2. m) f. c. A 1. 2. n) *haec* B 1 *manu* 1. *in margine,* B 2 *post* propago parente. — Troiana progenies in d. g. r. q. fuit divisa C 4. o) *deest* B. p) *deest* D 2.

59) V Spec. reg. II, 62. 60) V. Spec. regum II, 64.

Magnum concurrunt, cum sit Teutonicus[a] patre et Romanus sive Grecus a matre Berta, [sicut[a*] inferius versibus exprimitur].

In[b.61] duo divisa Troiana propago parente
Iungitur in Berte Pipini semine ventre;
Semine Pipini Troia fit una[*] sibi.
Si modo Teutonica[c] Romanaque germina queres,
Gemma parentele stat Carolus unicus heres,
Romuleus matre, Teutonicusque[c] patre.
Pipini regis digressio scripta quiescat,
Contra Lombardos Pipini gesta patescant;
Qualiter ecclesiam iuverit[d], ecce canam[e].

[*] i. unita.

49. *Item[f] de Pipino, qualiter fit[g] rex Francorum per papam Zachariam.*

Anno ab incarnatione Domini 754. Pippinus per Stefanum papam a fidelitate Hildrici predicti Francorum regis cum omnibus Francie principibus est absolutus. Tunc etiam[h], Hilderico tonsurato et monachato atque in monasterium[i] detruso, Pippinus regalem recipit unctionem. Eo tempore finem accepit regnum Miroveorum[k]. Incipit autem[l] regnum Karulorum. Qui Grecorum imperium Rome postea obtinuerunt. Ex hoc etiam facto Romani pontifices mutandi regnum trahunt autoritatem. Pipinus igitur extunc regnum Francorum nomine et re laudabiliter gubernavit[m]. *Otto V*, 23.

Anno autem[o] ab incarnatione Domini 755. Pipinus rogatus a papa Stefano, contra Agistulfum regem Longobardorum movet exercitum et Italiam intrare disponit. Cum autem Longobardi per angusta montium positis ante se ad tuitionem validis muris defensionem[p] sibi parassent, Pipinus, occisis ex eis plurimis, murorum claustra confregit, et pertransiens[q], in plano Lombardie resedit. Austulfus[r] rex in Papiam se colligit; ubi a Pipino obsessus, 40 obsides dare atque[s] insuper iurare compellitur, ne Romanam ecclesiam anplius infestaret. Ubi Stefano papa honorifice cum militia Francorum Romam remisso, ipse in Franciam remeavit[t]. Hoc anno Bonifacius Maguntinus archiepiscopus, qui ecclesiam Fuldensem aliasque multas fundaverat, a Fresonibus, quibus predicaverat, martirio coronatur. *Otto V*, 25.

Cetera[u], si qua placent, versibus acta patent[v].

50. *De[w] obitu Luprandi regis Lombardorum et de Agistulfi regis exaltatione et de primo introitu Pipini[x] in Ytaliam.*

Luprandus[*] moritur; Astulfus sede[**] levatur[62],
Cuius et ecclesia graviore furore gravatur,
Eius primatu Roma perire datur.
Aurea Romanus sibi[*] ferre tributa iubetur[**];
Romanus presul nusquam sua iura tuetur,
Greci dissimulant[*], nec sua regna iuvant.
Nunc prece Pipinum repetunt ad prelia, primum
Vincere Ticinum[*], regemque repellat ad imum,
Liberet Italiam Romuleumque sinum.
Venit, et obsedit, regem[*] pariterque coegit[y],
Reddere[z] Romanis que[a] tunc Astulfus[b] abegit;
Gratia fit regi[*], qui loca sancta regit.
Visitat almificam Pipinus in agmine Romam[63],
Nec tamen in Roma voluit gestare coronam,
Fit modo patricius, nomen honorque tonat.
Inde Magantinas patrie remeavit ad hedes,
Regia Francorum que tunc erat inclita sedes[63],
Qua Iermanorum[c] gloria summa sedet.

[*] s. rex Lombardorum. [**] s. rex.

[*] Agistulfo s. [**] s. duos aureos pro singulis capitibus Romanorum.

[*] s. imperator Leo.

[*] s. Papiam.

[*] Agistulfum s.

[*] Pipino s.

a) *deest* D 2. a*) s. i. v. e. *desunt* B. C; exprimimus D 2; s. eciam i. suo loco v. e. E 1; inferius *deest* E 6. b) *in* A. B 1 *cum versibus praecedentibus arcte haec iuncta erant.* De eodem *rubro scripta praemittit* C 4. c) *deest* D 2. d) uicerit *e corr.* C 4. e) Part. XXII. *hoc loco iterum in margine* E 5. f) *haec desunt* B; Item *deest* D 2. g) fuit E 5. h) *deest* D 1. 2. i) monasterio truso C 4. k) Mer. E 6. l) *deest* E 8. m) Part. XXIII. E 2; Explicit particula XXIII. Pipinus movet exercitum contra Agistulfum regem Lombardorum, qui intrat Ytalliam. Part. XXIV. *add.* E 8. o) *deest* C 3. E 6. 9. p) d. s. p. *desunt* B. q) pertransies B 1. r) Agist. E 6. 8. s) ins. etiam C 4. t) cedit C 4. u) Cetera — patent *desunt* C 4. v) Respice hoc signum ∴ *add.* B 1; ut hic e. t. B 2. w) De afflictione ecclesie a rege Astulfo et liberatione eius per Pipinum A. B; De o. L. r. L. id est exalt. Aistulfi C 4. x) *deest* E 1; P. regis E 6. y) resedit A 2. z) Solvere A; Redere *e corr.* B 1; *hic versus deest* E 6. a) quecumque superbe (superbus B) adegit A. B. b) Aust. C 3. E 1. 9. c) *ita* D 1; Germ. *koc loco* B 1.

61) V. Spec. regum II, 64. 62) Ratchisio successit. 63) Fabulas vendit auctor.

Dum rex Luprandus regnaret in urbe Papia,
Papa prius[a] dictus* sua fata tulit Zacharias, * i. supradictus.
Annis vita[b] decem, bis quoque mense sedet.
Ter senos numerando dies superaddis ad annos,
Erigitur Stephanus Rome presul venerandus[c],
Cuius et a studiis pax rediviva fuit.

51. *De[d] secunda rebellione Agistulfi[e] regis et de[f] secunda[g] victoria Pipini super eum[g*].*

Lib. pont. Rex Longobardorum Agistulfus post Pipini discessionem, ruptis promissionibus, adversus ecclesiam sevior solito apparebat. Unde Pipinus iterum cum fortitudine Ytaliam ingreditur; rursusque Agistulfus in Papia obsessus, omnia
Otto V, 25. corrigere fortioribus promissionibus et pluribus obsidibus coartatur. Insuper ecclesie Ravennam cum quibusdam aliis urbibus coactus est resignare. Ipse autem Pipinus in Galliam est reversus. Sequenti anno Grecorum regno, sicut supra taxavimus[h], decrescente, Francorum autem regno plurimum iami sublimato, legati Constantini augusti[k] de Grecia cum magnis muneribus ad Pipinum venerunt aput Compendium. Tassilo quoque dux Baguarorum cum suis principibus tunc regi Pipino fidelitatem et subiectionem exhibuit. Post hec etiam Saxones gravissimo bello Pipinus[i] devicit et tributarios fecit. Non multo post Guaifarium[l] magnum Aquitanie ducem prelio[m] pressit et obsides dare coegit. Iterum dux Guaifarius ab Aquitania, Thassilo etiam dux a Baguaria incipiunt rebellare. Pippinus post diversa prelia Guaifarium interfecit. Thassilonem quoque[i] sufficienter oppressum[o] subiugavit. Deinde Turonis infirmatur Pipinus, et Parisius deportatus, anno 14. a die qua in regem unctus est, anno vero[p] ex quo post patrem suum acceperat principatum 24.[q] diem obiit, relinquens duos filios, Karolum et Karlomannum[r].

Ceteras[s] versifice pagina nostra refert[t].

Item[u] de eodem versifice narramus[v].

Dum[64] putat Astulfi scelus evasisse senatus*, * i. Roma.
Rex Lombardorum* mox ad graviora paratur, * s. ipse Astulfus.
Nullaque iam requies eius ab arte datur.
Papa sub[w] Astulfo[x] queritur tormenta moveri,
Vita petit* cleri Pipini more tueri: * a Francis s.
Si modo tardus erit, Roma repressa perit.
Alpibus evectus celeri Pipinus yhatu,
Milite congreditur; Astulfus marte fugatus,
Urbe sua clausus, querere pacta datur.
Iurat, et obsidibus sua questio tota ligatur,
Ammodo si papa Lombarda peste gravatur,
Auferat obsidibus regia* pena caput. * i. Pipinus.
Pace reformata, Petro* datur hostia grata**, * s. sancto. ** s. a Pipino.
Francia Bracata* loca visitat illa beata, * i. Teutonica.
Et redit in patriam, pace manente rata.

52. *De[y] exaltatione Desiderii regis Lombardorum[z] et de[a] Rachisio adversario eius.*

Astulfi[65] regis dum vita die breviatur,
Rachisius frater* monachus regnare paratur, * s. regis Agistulfi defuncti.
Cui Desiderii* pars inimica fuit. *regis s. adversus eum[b].
Divisis populis, et regibus hiis* tribulatis, * s. Rachisio et Desiderio regibus.
Arma premunt armis, et pluribus inde necatis,
Oppositis cuneis pugnat uterque satis.
Nunc Desiderio Stephanus dat papa favorem,
Iurat et ille* sibi, non ledere prorsus honorem, * Desiderius s. pape
Quem super Italicos papa tenere solet.
Rachisius cedit monachus, pars altera* sedit, * s. Desiderius.
Gens Ligurum Desiderio reverenter hobedit,
Nam sibi subsidii tempora papa dedit.

a) supradictus A; p. d. *e corr.* B 1. b) ipse C 4; iuxta C 3. c) memorandus C 4. d) *haec desunt* B. e) Aistulfi C 4 *semper*. f) *deest* C 4. g) *deest* E 8. g*) s. e. *des.* C 4. h) diximus C 4. i) *deest* C 4. k) ag. D 2. l) Gunif. C 2. 3. 4; Gaif. E 6; Gaifarius E 9, *et ita infra*. m) bello C 4. o) oppresum B 1. p) vero — principatum *desunt* E. q) 26. B; 22. C 4. D 1; 23. C 2. 3. r) Karlomagnum D 1. E 6. 8 *semper fere*. s) C. v. p. n. r. *desunt* C 4. t) v. Respice hoc signum ÷⊙÷ *add.* B 1; infra e. t. B 2. u) Item (*deest* A 1) de Aistulfi persecutione et Pippini liberatione A. B; De eodem C 3. E 6; Item de e. C 4; Item *deest* E 1. 8. v) *deest* D 2. E 8. 9. w) Presul ab A. B. C. D. x) Aust. E 1. 9. y) De Desiderio rege L. et de Stephano papa B. z) Longob. C 4. E 5; et — eius *desunt* C 4. E 1. a) *deest* E 6. b) *in margine scriptum erat:* s. regis contra eum tunc erecti B 1.

64) Cf. Cat. pont. supra p. 29. 65) Cf. Lib. pont. et Cat. pont. l. l.

Rara fides Liguris; violat rex* federa pacis; * Desiderius.
Federis ante dati* iam nexibus evacuatis, * inter papam s. et Desiderium.
Concutitur gratis papa dolore satis.
Hec* ubi Roma sapit, doluit rebus variatis, * mala s.
Stat* quasi fracta ratis vel preda parata piratis, * Roma s.
Undique quassatis rebus et igne datis.

EXPLICIT PARTICULA XXII.[a] INCIPIT PARTICULA XXIII.

1. *Karolus[b] Magnus erigitur in regnum Francorum, mortuo[c] Pipino.*

Anno ab incarnatione Domini 768, imperante adhuc in Grecia Constantino[d] quinto[e], Karolus Magnus, *Otto V, 26.*
filius Pipini Nani, regnum dividit cum fratre suo Karlomanno[f], et incipit regnare. Iste primo loco Hunaldum, qui, occiso duce[g] Guaifario, bellum in Aquitania renovabat, ad Lupum ducem Guasconie fugavit, et postmodum tam ipsum quam Lupum in deditione accepit. Inde sequenti[h] anno in Guormatia generali curia celebrata, limina[i] apostolorum causa orationis visitare disponit. Anno tertio regni eius Karlomannus, frater eius, moritur, et uxor eius cum filiis ad Desiderium regem Lombardorum confugit. Karolus itaque iam solus regnum adeptus, Saxoniam cum exercitu ingreditur, omnibusque ferro et igne vastatis, acceptis[k] obsidibus, revertitur. Dehinc rogatu Adriani pape Italiam ingreditur, et Desiderium Longobardorum regem Ticini obsidione inclusit. Ibique dimisso exercitu, Romam orationis gratia pergit. Inde reversus, urbem [Papiam[l]] fatigatam ad deditionem compulit regemque captivum abduxit[m] [cum[n] uxore[o] et filia]. Inter hec Saxones, absentia regis elati, fide postposita, contigua terre sue loca depopulantur[p]. Porro rex, subacta Italia, reversus in Franciam, tripertito ordine militum Saxoniam ingreditur, incendiisque vastata terra, predam immensam diripuit, et non multo post regressus, denuo ab eis obsides accepit. His diebus Constantinus persecutor 35. imperii sui anno mortuus est, eique filius suus Leo[q] successit, et[r] Grecorum monarchiam per sex annos satis debiliter tenuit in Grecia.

2. *De[s] Leone imperatore Grecorum, et[t] cronica ipsius temporis.*

Anno [igitur[u]] ab incarnatione Domini 776, Leo, 66. ab Augusto, imperium Grecorum[v] accepit. Hic primo *Otto V, 27.*
visus est mitior; unde et principes filium eius imperatorem postulant. Per idem tempus Saxones, more suo non semel, set sepe pactum mentientes, Karolus diversis preliis pressit, ac plurimis ex eis fidem christianam accipere persuasit. Porro Leo imperator 5. imperii sui anno moritur.

Cetera[w] versifice gesta referre placet.

3. *Item[x] de Pipino[y] et de[z] generatione ipsius[a] versifice narramus[b], et quomodo Karolus vocatus[c] est in auxilium Romane ecclesie in Ytaliam[d].*

Pipinus moritur, consurgit Karolus acer,
Natus in[e] Ingeleheim*[66], cui[f] Berta fit[g] Ungara mater * s. prope Maguntiam (nomen loci est p. M. A2).
Pipinusque pater: cronica vera patent.
Dupla fuit iuveni* mensura pusilla parentis, * Karulo s.
Maior erat probitas, species, audacia mentis,
Fama fuit celebris, gloria multa nimis. *
Nunc moritur Stephanus memoratus papa secundus,
Annis quinque suo viguit sub docmate mundus,
Insuper in finem pertulit octo dies.

Tertius accedit Stephanus Rome venerandus,
Quem Desiderius perturbat ubique tirannus,
Temporis exigui vir modo papa fuit.

---

* A *addit:*
Uxor ei Desiderii fit filia regis,
Quam cito desprevit, patrem quoque marte[h] subegit[i],
Sicut in hiis titulis cronica scripta legis.
Quae B 1 *postea delevit.*

a) XXIIII — XXV. E 8; Particula XXIII *in margine* E 1; *indicatur etiam* E 4. 9; *nec tamen* E 5. 6. b) *haec desunt* B. c) m. P. *desunt* C 4. d) Cost. B 1. e) *post add.* B 1. f) Karolo magno E 6. 8. g) *deest* E 1. 6. h) in s. C 4. i) lumina E 6. 8. k) inde *add.* B. C. D. l) *deest* B. C. m) adduxit B 1. n) *haec desunt* B. C. o) u. sua D 1. 2. p) pop. B. C. q) *deest* E 3; loco E 6. 9. r) et — Grecia *post add.* B 1. s) *haec desunt* B. t) et de c. C 3; et c. i. t *desunt* C 4; i. t. *desunt* E 8. u) *deest* B. *Otto.* v) *post add.* B. w) C. v. g. r. p. *desunt* C 4. E 6; C. v. g. r. pl. Respice hoc signum in altero folio ubi scriptum est Pippinus moritur ⟨⋯⟩, et ibi scribe hec omnia *post add.* B 1; placet in hoc e. t. B 2. x) De morte Pipini et de nativitate Caroli Magni B; De Pipino et eius generatione C 4. y) P. imperatore D 2. z) *deest* C 3. E 6. a) eius C 3. b) *deest* E 4. 8; v. n. *desunt* E 6. c) *deest* E 8. d) Ytallie partes E 8; in Y. *desunt* E 1. 2. e) *deest* C 4. f) cum C 4. g) fuit E 6. 8. h) morte A 1. i) subagit A 2.

66) Haec primus Gotifredus retulit; cf. Hahn, Sur le lieu de naissance de Charlemagne, p. 30 sqq.

Nam tribus hic annis et menses quinque[a] resedit,
Ter senos superaddo dies, quibus ipse recedit.
Cui Desiderius tempora torva dedit.

Erigitur post hunc Adrianus papa beatus,
Cui Desiderius perturbat pontificatum.
Hic et opem Karli pressus ubique petit.
Vixit[b] Adrianus viginti quatuor annis,
Addo decem menses denosque dies numerandos,
Insuper et septem sic superaddo dies.

Karolus egregius[c] papalia scripta relegit.
Scribit ei papa mala que Lombardus* adegit,
Et[d] petit, ut Christi conferat arma gregi.
Francorum proceres pariter cum rege rogantur,
Ut simul ecclesiam virtute sua tueantur,
Actaque Pipini commemorantur ibi.
Fertur ad hec procerum sententia talis haberi:
Si velit ecclesia Francorum marte[e] tueri,
Karolus imperio preficiendus erit[67].
Nam labor est vacuus sic Italiam superari,
Ni maneat* princeps, qui possit ei dominari,
Gestet et imperii iura colore pari;
Qui tenet archiva[f]*, que sepe cadunt recidiva**,
Tempora passiva* sibi sunt, set pauca dativa**,
Nam mala castigat*, nec tamen ipsa ligat**:
Sit* rex Francorum Rome dominus dominorum**,
Imperium teneat, terram premat Italicorum,
Atque super Danaos* auferat omne solum.

Regis opem precibus dum Roma[g] per omnia querit,
Dum petit ut patriam dignetur ab hoste tueri,
Dicit, ut imperium tollat* ut alter** heri.
Rex* ait: *Ytalicos ego[h] rennuo ferre labores,*
Ni simul Ytalicos habeam constanter[i] honores,
Qui michi si fierent, pax valitura foret.
Prelia Pipini perpendo mei genitoris,
Quanta super Ligures probus intulit arma doloris,
Nec tamen abstinuit turba renisa dolis.*
Non valet Ytalica sine principe terra teneri[k],
Si requiem cleri cupitis sine rege tueri,
Qui fuit error heri, cras quoque maior erit.
Nil valet archatus, dum nullus eo dominatur;
Nec valet imperium, nisi cesaris ense regatur,
Subiectam patriam regia norma parat.*
Roma potens viguit, dum cesar in Urbe resedit*,
Publica res crevit, gens Ytala pace quievit,*
Terra suis dominis digna tributa dedit.
Tempora que memini si Roma cupit reparari,*
Aut Desiderii regis scelus evacuari,*
Expedit imperii que peto iura dari.*

* i. Grecos.
* s. Karolus. ** s. Grecus.
* Karolus s.
* s. a persecutione ecclesie.
* vel pena.
* verbi gratia. ** olim s.
* s. tunc.
* s. antiqua.
* s. si vult.
* michi s. (s. dominium universum A).
* i. principatus. ** i. rebellantia.
* i. laboriosa. ** i. acceptabilia vel quieta.
* s. vincendo. ** s. tenendo.
* s ergo ** i. imperator.

a) quinque — Desiderius *desunt* C 4. b) Vixit — dies *desunt* A; *in marg. manu* 2 *suppl.* B 1. c) egrius *corr.* egregius B 1. d) Prebeat auxilium re pereunte suum A; Et — gregi *e corr.* B 1. e) lege A; *corr.* marte B 1. f) archana C 4. g) R. miserrima A; p. o. *e corr.* B 1. h) ego — Ytalicos *desunt* E 6. 8. 9. i) cost. B 1. k) reniti C 4.

67) Haec fabulosa sunt.

Rex ubi verba dedit, populus* petit arma moveri, * s. Romanus.
Iura sui cleri petit, optat et ipse* tueri, * papa s.
Nam Desiderii Roma furore perit.
Curia Francorum precibus consentit eorum,
Tollat ut imperium victoria Teutonicorum,
Stringat et Ytalicum fiscus ubique solum.
Signa movent proceres, rex precipit arma parari,
Transit* et ad Ligures, quibus ammodo vult dominari; * Karolus s.
Set Desiderius prelia dira parit[a].

Campus*·[68] aput Ligures Mortaria rite vocatur, * * s. inter Papiam et Verzellas.
Rex* ubi congreditur**, Ligurum pars victa fugatur, * Karolus s. ** cum Desiderio s.
Sic Desiderii* copia terga dedit. * regis Lombardorum.
Pro nece multorum, que facta fuit*, populorum * in illo s. campo tunc.
Dicitur illorum Mortaria nomen agrorum,
Qua peregrinorum stat modo grande forum.
Tunc duo consocii* meritis vitaque beati, * s. principes Caroli[b].
Amis* et Amilius parili sunt marte necati; * duo s. princip.
Karulus[b*] hiis tribuit digna sepulcra satis.

Obsidet egregiam[c] modo rex* cum rege** Papiam, * s. Carolus. ** s. Astulfo.
Et iubet ut gladiis Francorum subdita fiat,
Reddat et ecclesie que male rapta[d] tenet.
Urbs nimis obsessa dolet, igne fameque repressa,
Vulnere defessa[e], Lombarda superbia cessat,
Et licet invita, clausa* remansit ita. * s. obsessa.
Dux[69] ibi mirandus tenuit vexilla Rollandus,
Sic et Oliverius sotia probitate notandus,
Hos pro rege duces tunc habuere* truces**. * s. super Papiam. ** i. principes ibi

Visitat interea regina[f] potentia Romam,
Nec modo cesaream voluit captare coronam;
Orat, et ad Ligures signa reversa volant.
Karolus Ytaliam, postquam remeavit ab Urbe,
Visitat et superat fiscoque subesse perurget,
Reddit et ecclesiis predia digna suis[g].
Rex Desiderius, quem marte recluserat intus*, * s. in Papia.
Traditur exilio pariter cum coniuge vinctus[h],
Cuius[i] Aquisgrani* carcere vita cadit**·[70.]**. * nomen est urbis Caroli. ** s. quia mortuus est ibi.
Dum[k] Desiderium regem rex Carolus angit,
Ante ducentenis et quinque fluentibus annis
Ytala Lombardis subdita terra fuit[l].

---

* B 1 *add. in marg. manu* 2: (N)ota, quod fuit bellum (ap)ut Mortariam (int)er Karolum et (De)siderium. (Est) autem locus (iste) inter (Pap)iam (et V)er(zellas).

** A *addit:*
Vixit Adrianus viginti circiter annos
Atque duos ultra mensesque duos numerandos,
Insuper in fine bis tulit octo dies.

a) gerit C 4. b) principes s. Caroli Magni B 1 *in marg.* b*) *ita hoc loco* C 4. c) egriam *corr.* egregiam B 1. d) rata tenent *corr.* rapta tenet B 1. e) defensa *corr.* defessa B 1. f) *i. e.* regia; miranda A; *corr.* r. B 1. g) *e corr.* B 1. h) *e corr.* B 1. i) Ductus Aq. vel sine fine canit A. k) Tempore quo D. sic (si A 2) K. a. A; Dum — angit *e corr.* B 1. l) B 1 *manu* 2. *addit:* In hoc loco ponenda est de istoria Lonbardorum totum illud quod in fine libri ultimo folio est annotatum sub hoc signo ☞. *Sed desunt codicis fine deperdito.*

68) Cf. Acta Amelii et Amici apud Vincentium, Spec. hist. XXIII, c. 162—169, et quae Acta SS. Oct. VI, p. 124 sqq. collecta sunt. 69) Cf. G. Paris, Histoire poétique de Charlemagne p. 415. 70) V. Cat. pont. supra p. 29.

4. *Incipit*[a] *ystoria Lonbardorum, qui prius Winuli vocabantur*[b].

Paul. I, 2. 3. c. 4. Duo[c] duces Lombardorum ab insula Scatinavia[d] fuerunt, Ivor scilicet et Gion[e]. Quorum mater fuit Gammara sapientissima. Isti tunc egressi, in finibus Oceani maris sub rupe que[f] vocatur Altissimon septem viros a longissimis temporibus ibi positos inveniunt[g] dormientes, Romano more pretiose vestitos et tam vestibus quam corpore incorruptos. De quibus cum[h] unum quidam [viri] vestibus expoliare[k] temptasset, tangentis eos manus protinus aruerunt; propter quod alii omnes amplius eos attingere non temptaverunt. Locus autem[l] et ipsa provincia et c. 5. populi illi Winuli[m] vocantur, et[71] crudis carnibus vescuntur, et sanguinem bibunt, sicut ystoria Lonbardorum testatur. Crudis etiam et ispidis coriis bestiarum, quasi cervis[n] consimilibus, induuntur; et numquam sine arcu tenso et sine sagittis incedunt. Omni tempore nives habent, et[o] in[p] quibusdam locis eorum tempore estivo dies clara[p*] in medio noctis nostre habetur, et[r] quasi tunc sine noctibus[s] esse videntur. Dum aput nos est solstitium, sol tamen ibi non videtur. Dies ibi minores sunt quam alibi, set noctes longiores; quia scilicet, c. 7. quanto ibi a sole longius discedit[t], tanto sol ipse terre vicinior apparet et umbre longiores excrescunt. Lonbardi[u] a Scatinavia[v] exeuntes cum ducibus supra dictis, in regione Scoringa aliquamdiu consederunt. Illo tempore[w] Anbrietasius[72] dux Vandalorum vicinas quasque[x] provincias bellis premebat. Unde multis elatus victoriis, nuncios ad Guinulos[y] mittunt[z], ut vel Guandalis[a] tributa persolvant aut se preparent ad bellorum certamen. Sic Ibor[b] et Angio duces Guinulorum simul cum Gambara matre sua deliberant, melius esse armis tueri libertatem quam tributorum solutione libertatem c. 8. fedare. Mandantque Guandalis per legatos[c], se pugnaturos[d]. Refert Toclacus[e.73] ystoriografus antiquitatis fabulam ridiculosam, quod Guandali accedentes ad ydolum suum Godam, victoriam de Guinulis postulaverint[f], illeque responderit[g], se illis victoriam daturum, quando[h] primum orientem solem conspexisset. Refert econtra, Gambaram ad deam[i] nomine Feriam, uxorem[k] Godam[l], tunc accessisse, et pro Guinulis[m] victoriam ab ea postulasse, eandemque deam Feriam consilium dedisse, ut mulieres Guinulorum crines suos dissolutos ante faciem suam ponerent, et primo mane cum viris adessent, seseque[n] pariter videndas versus fenestram, per quam Godam eas aspiceret, collocaret[o]. Quod et factum ita[p] fuisse refertur[q]. Quos cum [deus[r]] Godam sole oriente inspiciens vidisset, dixit: *Qui sunt hii*[s] *Longibardi?* Cui deat Feria respondit dicens, ut, quibus ipse nomen tribueret, [equum[u] erat ut] victoriam etiam condo- c. 9. naret. Itaque Guinulis, sicut aitur[v], sic victoriam concessit. Hec quidem fabulosa[w] dicta videntur[x]. Verum autem[y] nomen Lonbardorum est: a longa barba ferro intacta Longobardos eosdem Guinulos appellari. In lingua enim Guinulorum lanc id est longa, bart id est barba interpretatur[z]. Got[a] autem, quem [deum[b]] Gotam[c] adiecta littera dixerunt, ipse est qui aput Romanos dicitur Mercurius, et tunc ab universis Iermanis ut deus adorabatur. Unde usque hodie got in Teutonico latine dicitur deus. Guinuli igitur etiam hodie Longobardi[d] di- c. 10. cuntur. Commisso[e] igitur[f] decies cum Guandalis prelio, et[f] pro libertate contendentes, Guinuli victores fiunt. Qui c. 11. magna postmodum fame coacti in eadem provincia Scoria, animo sunt consternati. De qua egredientes, dum in Moringam provinciam[f] transire disponerent, Assipidi eorum iter inpediunt, denegantes[g] transitum per terminos suos. Porro cum Longobardi magnas hostium copias cernerent et pro suorum paucitate cum illis congredi non auderent, tandem necessitas consilium adinvenit. Simulaverunt enim Longobardi, se in castris suis habere Cinocefalos, id est homines[h] canina[i] capita habentes. Quos etiam devulgant[k] aput hostes pertinaciter preliari[l] et humanum sanguinem bibere, atque si hostem non possint attingere, proprium sanguinem potare[m]. Hiis hostes auditis, timidique[n] effecti, bellum, quod in- c. 12. dixerant, committere formidabant. Habebant tamen aput se virum fortissimum, de cuius viribus omnimodis confidebant. Quem solum pro omnibus obiciunt pugnaturum, mandantes Longobardis, ut unum eorum illi opponerent, qui cum eo pro omnibus singulare iniret certamen, ea scilicet conditione, ut, si Longobardorum pugil eum[o] vinceret, ipsi transitum liberum optinerent, si vero[p] alter[q] vinceret, ipsi sicut venerant repedarent. Ad hec homo quidam de genere servorum Longobardorum se optulit pro omnibus pugnaturum, ea quidem conditione, ut, si vicerit, libertati donetur. Longo- c. 13. bardi gratanter quod postulat pollicentur. Itaque cum servus hostem vicisset, Longobardi in Mauringam pervenientes, transeunt in Rugulandam. Ubi modicum commorati, procedunt in provinciam Anthap, et inde in terram Bathaib[r]; c. 14. deinde in Burganidam[s], quam per annos aliquot possederunt. Interea mortuis duobus ducibus Longobardorum, Ibor[t] scilicet[u] et Agione[v], ipsi sibi[w] regem creaverunt[x]. Regnat igitur Agilmunt[y], filius Agionis[z], de proienie Guinulo- c. 15. rum, qui aput eos nobilior habebatur. Iste super Longobardos annis 33 regnavit. Huius temporibus quedam meretrix uno[a] partu enixa septem infantes, crudeliter omnes in piscinam proiecit necandos. Rex autem Agilmunt equo residens, dum in piscinam forte venisset, asta quam ferebat miseros tangebat infantes. Quorum unus extenta manu astam appre-

a) *haec desunt* B 2. b) dicebantur C 4. c) D. d. L. *desunt* B 2, *spatio vacuo relicto.* d) Arguaria B 2; Scannavia C 3; Scant. C 4. e) Amgio E 6. f) sub r. altissimo B 2; altissima C 2. 3. 4; Altismon E 6; Altisimon E 8; altissimo E 9. g) invenerunt C 3. D 1. 2. E 8. h) dum C 4. i) *deest* B 2. C. k) spoliare C 4. l) a. ille B 2. C 2. D. m) Winidi B 2; Winnuli C 4. n) coriis C 4; c. et c. E 6. o) *deest* B 2. p) *deest* C 4. E 6; q. eis t. C 3. p*) *deest* C 4. r) et — videntur *des.* E 8. s) nocte v. E 6. t) disgreditur D 1. u) L. i. Guinidi B 2. v) Santin. C 4. w) *deest* B 2. x) quoque C 4. y) *ita* B 2 *saepius*; Winnulos C 4 *semper*, C 3 *passim.* z) mittit C 3. D 1. E 1 *e corr.* a) Guandilis B 2. b) Ivor et Gion C 4; Amgio E 6; Augio E 9. c) nuntios D 2. d) p. se (*deest* D 2) potius quam servituros B. C. D. *Paulus.* e) Todasus C 3; Totaclus E 6. f) postulaverunt C 3. E 1. 6. 8. g) respondit E 1. 6; respondent E 8. h) q. p. o. s. c. *desunt* E 6; quos p. oriente sole *Paulus.* i) d. n. *desunt* B 2. k) u. scilicet C. l) Godan D 1. E 1. 5. 9; Gotam D 2, *et ita post.* m) Winolis D. E 1. 6, *et ita post.* n) seque C 4. o) collocarent C 3 *recte. Sed* collocaret, *quod reliqui codices quos vidi habent, auctor scripsisse videtur.* p) *deest* E 6. q) factum est C 4. r) *deest* B. C. D. s) illi B 2; isti C 4. t) *deest* B 2. u) *haec desunt* B. C. v) dicitur C 4. w) fabula B 2; fabulose D 1. x) Quare dicuntur Lombardi *in marg. add.* D 2. y) *deest* C 4. z) dicitur C 4. a) Votam B 2. C 4; Votan C 3. 4. b) *deest* B 2. C. c) Gotan B 2. C 4. E 1; Goton C 3; Godan E 5; Godam E 6. 8; Godon E 9. d) Lonbardi D 1. e) *plura folia desunt* E 2. f) *deest* B 2. g) eis *add.* B. C. D. *Paul.* h) *deest* C 3. i) canicia E 6. 8. k) div. C 3. 4. E 5. 9. l) prelia gerere, h. B. C. D. m) bibere C 4. n) credulique B. C. D. *Paulus;* que *deest* E 6. o) non C 4. p) sin a. B. C. D; si autem a. E 8. q) a. illum B. C. r) Bethaip E 1. 8; Bethaib E 6. 9. s) Burgandam B 2. C 2; Burdandam C 3; Burgundiam C 4. E 9; Burgandiam E 8. t) Ior C 4. u) *deest* C 3. E 6. v) Angione C 2. E 5? w) *deest* E 6. x) creant C 4. y) Agilmuth C 4, *et ita infra.* z) Agilonis C 4. a) in uno E 8.

71) De Scritefennis Paulus loquitur. 72) *Ambri et Assi duces* Paulus. 73) Toclacus ille ex verbis Pauli *hoc loco* ortus est.

hendit. Rex misericordia motus et rem altius admiratus, mox illum ab aqua levari precepit atque per nutricem summo[a] studio mandat alendum; eumque a piscina que dicitur lama eum[b] Lamis appellavit. Qui cum crevisset, factus est iuvenis bellicosus multaque virtute notatus, ita ut, defuncto rege Agilmundo, ipse regnum laudabiliter gubernaret. Interea[c] dum Longobardi ab omni hoste securos se[d] esse[e] putarent, Bulgari eos medio[f] noctis invadunt, regem Agilmundum cum magna parte suorum occidunt regisque unicam filiam captivam deducunt. Longobardi, postea resumptis viribus, Lamisionem supra memoratum regem sibi constituunt. Qui mox in Bulgaros arma convertit. Primo igitur bello cum Longobardi terga vertissent, rex Lamisio eos confortat, servis bene pugnantibus libertatem omnibusque premia larga promittit. Unde omnes animati in hostes Bulgaros manus convertunt, omnes pene prosternunt, spolia[g] et arma infinita diripiunt et gloriosissimum habent triumphum. Extunc et Longobardi ad exercenda prelia semper audaciores esse ceperunt. Rege Lamisione defuncto, qui secundus regnavit, Letha[g*] pro eo regnavit. Qui tertius eorum rex cum 40 annis regnasset, succedit[h] ei filius eius Gildehoc[i], quartus a primo rege eorum. Quo defuncto, quintus rex Gedehoc[k] regnum suscepit. Paulo post Longobardi a finibus illis egressi, transeunt in Rugulandam, id est[l] in[m] patriam Rugorum[m*]. Ubi propter terre fertilitatem aliquandiu remanserunt[n]. Interea moritur rex Gedehocus[o]. Cui succedit Classo[p], filius eius. Defuncto[q] quoque rege Classone[r], filius eius Guado[s] succedit, septimus rex Longobardorum. Tunc egressi de Rugulanda, habitaverunt[t] in campis patentibus, quos lingua eorum felda vocabant[u]. Ibique tribus annis manserunt. Defuncto Guadone[v], succedit Gualtaris, filius eius, in regno octavus. Omnes autem reges illi fuerunt adelingi, id est de nobiliori prosapia, que aput illos dicitur adelinga. Gualtaris[w] rex cum septem annis regnasset, obiit. Cui succedit Aldoinus nonus in regnum; qui Longobardos in Pannoniam perduxit. Iste Aldoinus[x] habuit filium Alboinum, militem audacissimum. Qui, dum Gepidorum rex contra Lonbardos pugnaret, filium regis Gepidorum uno gladii ictu extinxit et de eisdem Gepidis gloriose triumphavit. Eo tempore Iustinianus imperator legum multiplicitatem abbreviavit[y] et imperium in diversis partibus orbis mirifice dilatavit; sicut in tractatu eiusdem, cum[z] de aliis imperatoribus scriberemus, satis est enarratum. His[a] diebus beatus Benedictus abbas[b] erat aput locum qui dicitur Sublacum[c], et paulo post transiit ad montem Cassinum. Mortuo Aldoino rege Longobardorum, filius eius predictus Alboinus, quem genuit Rudilinda[d] regina, vir[e] bellicosissimus et per omnia strenuus, succedit patri in regnum, decimus regum Lonbardorum. Iste accepit in uxorem filiam Glotharii[f] regis Francorum nomine Glotesindam[g]; de qua genuit unam tantum filiam nomine Albisindam[h]. Obiit interea Turismundus[i] rex Gepidorum; cui succedit Cunimundus in regnum. Qui, rupto cum Lonbardis federe, bellum cum eis potius quam pacem elegit, ut antiquas patris sui iniurias et fratris sui necem vindicaret. Itaque rex Alboinus cum Avaribus, qui prius Huni[k], set postea Avares a regibus sunt appellati[l], perpetuum fedus composuit. Deinde ad indictum sibi Gepidorum prelium properavit. Dum Gepidi ad bellum procedunt, Avares, sicut cum Albuino[m] condixerant, Gepidorum regnum invadunt. Quo audito, Gepidi in angustiis positi et animo consternati, ex consilio suo eligunt cum Lombardis prius pugnare, deinde Hunos, id est Avares, a patria removere. Igitur Gepidi et Lonbardi bellum[n] committunt. Hoc prelio Gepidi usque adeo sunt extincti[o], ut nec unus ex[p] eis nuntius remaneret. Albuinus in eo prelio regem Gepidorum Cunimundum occidit, et de testa capitis eius scifum[q] ad bibendum paravit. Hoc genus scifi aput illos dicitur scala, latine autem dicitur patera. Albuinus filiam Cunimundi occisi nomine Rosimundam deduxit captivam. Quam quia Glotosindar[r], filia regis[s] Glotharii, prior scilicet uxor sua, iam obierat, ipsam captivam in suam perniciem, sicut[t] postea patuit, duxit uxorem. Ex illo tempore Lombardi supra modum ditati et exaltati, Gepidi vero, quasi extincti, perpetue servituti Hunorum, id est Avarorum, sunt mancipati. Igitur cum circumquaque frequens Longobardorum victorie personarent, Narsis cartularius imperialis, qui tunc preherat Ytalie, bellum adversus Totilam regem Gothorum preparans, cum iam pridem Longobardos confederatos haberet, legatos ad regem Albuinum direxit, quatinus ei pugnaturo cum Gothis auxilium[u] ministraret. Tunc Albuinus ei exercitum[v] direxit, qui[w] Romanos adversus Gothos iuvaret. Quibus susceptis, Romani cum Gothis bellum committunt. Quibus usque ad internicionem pariter cum Totila suo rege deletis, honorati multis muneribus victores ad propria remearunt. Extunc Romani Longobardorum amici in Pannonia semper[x] fuerunt. Igitur Narsis, deleta gente Gothorum et hostibus[y] Romanorum in diversis mundi partibus superatis, invidiam sibi aput Romanos contraxit. Romani eum aput Iustinianum imperatorem et aput Sophiam imperatricem falsis delationibus gravissime accusabant. Iustinianus imperat, ut Narsis ab Italia discedat et Constantinopolim redeat, Longino prefecto loco eius in Ytalia constituto. Sophia quoque regina contra eum gravissime commota, minas ei gravissimas inferebat, dicens, eundem Narsem eunucum ita se velle deprimere, ut in lanificio et in tela texenda eum[z] cum aliis mulieribus vivere oporteret. Ad que verba Narsis eunucus dicitur respondisse, quod talem telam ei ordiretur, quam ipsa omnibus vite sue temporibus[a] complere non posset. Itaque hodio metuque exagitatus, [Narsis[b]] in Neapolim Campanie civitatem secedens, legatos mox ad Longobardorum gentem dirigit, mandans, ut pauperrima Pannonie rura desererent et ad Ytaliam cunctis refertam divitiis[c] possidendam venirent; simulque multimoda pomorum genera aliarumque species rerum misit[d] eis, quarum Ytalia fertilitate letatur. Hiis et aliis dictis Longobardorum animos Narsis ad intrandam[e] Ytaliam vehementer allexit. Longobardi legationem leti suscipiunt, de futuris comodis extolluntur et ad intrandam Ytaliam preparantur. Eodem tempore

Paul. I, 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 25. c. 26. c. 27. *II,* 1. c. 5.

a) n. eum m. B 2. b) l. eumque E 1; *deest* C 4. D 1. c) Ita E 6. d) *deest* B 2. e) *deest* C 4. f) in m. D 1. g) sp. et a. i. d. *desunt* E 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. g*) *deest* D 2. h) successit E 1. 6. i) Gildoech C 4. k) Geldehoc B 2. C 3. D 1. 2. E 6; Gedoech *corr.* Gildoech C 4; Gildehoc E 1; Gildeo E 8. l) id est *des.* C 4. m) *deest* E 6. m*) Iugorum E 1. 6. 8. n) resederunt C 4. o) Gedeoctus B 2; Geldehoc C 3; Gedeochohus C 4; Gedeohocus E 6; Godeocus E 8; Godehocus E 9. p) Clafo B 2; filius C. C 4; Claffo E 9. q) Defuncto — f. eius *desunt* C 3. r) Clafone B 2. E 8; Glaussone E 5; Claffone E 9; C. f. e. *desunt* E 5. s) Gado E 6; Gaudo E 8. t) habitabant C 4. u) vocaverunt C 4. v) Gadore E 6; Guadore E 8. w) Gualteris D 1. x) Auduinus B 2. y) abr. B 2; adbr. C 3. 4. D 1. E 6. z) eius dum C. a) Hisdem B 2. b) *deest* C 4. c) Sublacus C 4. E 1; Sublatum C 2. 3. E 6. 8. 9. d) Rutilanda B 2; Rudilanda C 4. e) *deest* E 1. f) Gotharii B 2. E 5; Lotharii C 4. g) Glotsuind. B 2. C 4; Glohtsuind. C 3; Glothosind. E 5; Glotisind E 9. h) Abbissindam D 1; Abis. D 2; Albissindam E 1; Abbis. E 9. i) Turisundus B 2; Turisindus C 2; Turissindus C 4. k) Uni B 2. l) dicti sunt a r. C 4. m) Alboino C 3. 4. E 5. 8 *saepius, postea etiam* Albin. n) prelium C 4. o) e. nec u. e. e. n. remansit E 8. p) *deest* E 6. q) sibi siffum B 2; cifum C 3. E 5; sciphum C 4; scivum D 1; ciphum E 1; cyfum E 9, *et ita infra.* r) Glotoinda B 2. C 2. 4; Glothsuinda C 3; Gotisinda E 6; Glorisinda E 8. s) r. Francorum E 6. 8. 9. t) s. p. p. *desunt* D 2. u) aux. ad bellum committat E 9, *ubi reliqua desunt.* v) auxilium E 8. w) quod E 5. 6. 8. x) *deest* E 8. y) hostibusque C 4. z) *deest* E 8. a) diebus C 4. b) *deest* B 2. C. c) bonis C 4. d) m. e. *desunt* B 2; s. misit m. p. g. a. s. r. q. Y. f. l. C 2; r. q. Y. f. l. misit C 4; misit eis *desunt* C 3. e) dirrimendam E 8.

Paul. II, 6. ignee acies in aere apparuerunt, Ytalie sanguinem, qui postea effusus est, coruscantes. Alboinus rex Lonbardorum, intraturus Ytaliam[a], ab omnibus[b] amicis suis Saxonibus petit auxilium, ut spatiosam Ytaliam cum pluribus possessurus intraret. Ad quem de Saxonibus 20 milia virorum[c] cum uxoribus et filiis, cum Longobardis perpetuo mansuri, venerunt. Hoc audientes reges Francorum Glotharius[d] et Sigibertus[e], Suevos et alias gentes in locis, unde Saxones
c. 7. exierant, collocaverunt. Alboinus sedes suas, id est Pannoniam[f], amicis suis Hunis[g], id est Avaribus, ea conditione reliquit, ut, si Longobardos aliquo tempore regredi oporteret, liceat eis ad suas possessiones in Pannoniam remeare. Habitaverant[h] Longobardi in Pannonia annis 42. A qua egressi sunt[i] mense Aprili, indictione secunda, cum uxoribus
c. 8. et liberis Ytaliam[k] possessuri. Anno ab incarnatione Domini 588. Alboinus [rex[l] Winulorum, qui et Lonbardorum] ingressus Ytaliam aput Forum Iulii[m] circa Venetias, nepotem suum Gisulsum[n] primo loco ducem constituit
c. 10. eique illas Ytalie partes commisit. Eodem tempore moritur Glotharius rex Francorum, regnum[o] Gallie[p] inter filios eius quadrifarie dividit[q]. Quorum primus Aribertus sedet Parisius, secundus Gutrannus[r] sedet Aurelani[s], tertius Hilpericus aput Senones[74] tenet sedem Glotharii patris sui, quartus Sigibertus sedet in urbe Metensi. Rome tunc erat papa Benedictus, in Aquilegia[t] vero Paulus erat[u] patriarcha. Qui metu Lonbardorum ad Gradum in Venetia[v] [ubi[w] nunc est ecclesia sancti Marci] cum omni thesauro sue ecclesie et cum suppellectili[x] confugit. Eodem tempore Avares, qui et Huni sive Ungari, audita morte regis Francorum Glotharii, super filium eius Sigibertum arma convertunt. Quibus ille in Turingia occurrens, iuxta Albim[y] fluvium de eis optime triumphavit illisque postulantibus pacem
c. 12. dedit. Albuinus cum Terguisium[z] pervenisset, episcopus eiusdem[a] ecclesie Felix ei occurrit. Cui rex petenti super
c. 14. omnibus bonis ecclesie privilegii sui firmamenta concessit. Alboinus Veronam omnesque alias Venetie civitates preter Paduam et Mantuam et Montem Silicis vicit. Venetia enim[b] non in paucis insulis, sicut quidam estimant[c], constat, set etiam terminos a finibus Pannonie usque ad[d] Adam[e] fluvium [civitatis[f] Laude] tenet. Probantur[g] hec
c. 18. per libros annales, in quibus civitas Bergamum inter alias civitates Venetie[h] numeratur[i]. Dicitur autem Liguria circa Mediolanum et circa Papiam[k], quasi a legendis leguminibus, quibus omni tempore plus quam alie provincie habundare videtur. Ligurii usque ad fines Suevorum et Burgundionum terminos suos extendunt[l].

5. *Albuinus[m] uxorem suam Rosimundam cogit bibere ex[n] testa capitis[o] patris sui Cunimundi regis Gepidorum, quam[p] ipse in similitudinem[q] scifi[r] fecerat preparari.*

c. 28. Alboinus rex[s] in quadam sua magna sollempnitate in convivio sollempniter residens cum scifo illo, quem de capite Cunimundi regis Gepidorum, socerit[t] sui, sibi fecerat preparari, imperat[u], ut in presentia omnium regine propinetur. Que dum facti sceleris ignara poculum bibitura tulisset, dicit ei rex Alboinus: *Bibe cum patre tuo.* Quo dicto[v], Rosimunda regina magis quam credi valeat[w] contristata, ingenium et animum ad huius sceleris ultionem convertit. Rogat igitur ad hoc perpetrandum ipsius regis pincernam nomine Helmegis et[x] alium militem[y] nomine Speradeum[z]. Erat autem Helmegis nutritius[a] et collactaneus regis, miles fortissimus. Qui dum prima fronte non consensisset, regina subtiliori[b] usa ingenio[c], imperat ancille sue admodum speciose, ut sese pincerne ad coitum sequenti nocte supponat. Quod cum puella semel aut bis peregisset, regina in ipsa[d] nocte, clam remota puella, se ipsam militi ignoranti subiecit, expletaque cum eo libidine, dixit: *Quam feminam me esse existimas[e]?* Ille respondens nominavit puellam. Ait illa: *Reginam me esse cognoscas. Unde, nisi meis dictis parueris, ipso Albuino te feriente, peribis. Elige igitur[f] magis illum occidere mecumque regnare feliciter, quam illo vivente meque te accusante perire.* Ad hec Helmegis pincerna in angustiis positus, quasi invitus sequitur mulieris preceptum, tandemque iniquum consilium pessimum sortitur eventum. Qualiter[g] autem regina et Helmegis pincerna simul cum milite Speradeo[h] hec[f] scelera inchoaverint et terminaverint, qualiter etiam[i] ipsi postmodum perierint, subiecta pagina versibus eroicis explicabit. Quibus perlectis, ad ystorias imperatorum iterum convertemur et de Karulo suisque[k] successoribus ystorias proponemus[l].

a) in Y. intr. C 4. b) a veteribus B 2; vetulis *Paul.* c) *deest* B 2. d) Goth. E 6. e) Sigilb. E 6. 8. 9. f) totam Pann. B. C. D. g) *deest* E 8; H. vel A. E 6. 9. h) H. autem C 4. i) s. Longobardi B 2. k) Y. intraturi et p. C 4. l) *haec desunt* B 2. C. m) s. Aquilegie *add.* B 2. n) Gilfulsum C 3; Gilulfum C 4. o) et r. B. C. p) Francie D 2. q) dividitur B. C. r) Guthranus B 2; Gundrammus C 4; Guntramnus E 1; Gruthannus E 5; Girardus E 8; Guirandus E 9. s) Areani C 3; Aureli *e corr.* C 4; Arelati D. E; Aures E 6. t) Aquileia C 3; Aquileigia E 5; Aquilegie v. partibus erat E 8. u) *deest* C 4. v) in V. *des.* B 2. C 3; ad Venetiam cum C 4. w) *desunt* B. C. x) omni s. B 2. y) Albini C 2. 3; *corr.* Albiam E 1; Albuim E 6; Albuni E 8; Albium E 9. z) Tervisium B 2. C 2. E 1. 9. a) eius C 2. 3. b) autem E 6. 8. c) putant B 2. d) *deest* C 3. 4. e) *ita* B 2. C 3. 4. D 1. 2. E 1. 5; Adan E 6; Aduam E 8; Ladam E 9. f) c. L. *desunt* B; fl. t. Laudensium et Mediolanensium C. g) Probatur hoc C 2. 3. h) *deest* C 4. E 8. i) Quare dicitur Liguria *in marg. add.* D 2. k) Paduam B 2. l) Cetera de Alboino rege et Albisinda filia eius, qualiter eum Rosimunda regina et pincerna regis (regnis B 2) nomine Helmichis in dolo peremissent et quomodo postmodum tam regina quam ipse pincerna per Longinum prefectum Ravenne per divinum iudicium veneno perierunt, versibus addemus *add.* B (2). m) *haec desunt* B 2. n) cum E 4. o) *deest* C 3. E 8. p) quem E 4. 5. 6; quod E 9. q) similitudine E 4. 6. r) cifi preparaverat C 4; pr. *deest* E 1; diligenter f. p. E 8. s) *deest* B 2. t) s. s. *desunt* B 2. u) i. ut *desunt* D 1. v) audito C 4. w) potest C 4. x) et — Helmegis *desunt* C 4. y) *deest* B 2. z) Speraindeum D 1. 2; Supendeum C 3. a) ipsius regis n. et c. B 2. b) subtiliori — regina *desunt* C 4. c) consilio vel ingenio D 2. d) tercia B 2. e) extimas D 1. f) *deest* B 2. g) Qualiter — terminaverint *desunt* C 4. h) Paradeo C 2. 3; Peradeo E 6; Spendeo E 8; Sperandeo E 9. i) *deest* E 6. k) que *deest* B 2. l) explicamus C 4.

74) *Suessionas* Paulus.

6. *Item* [a] *de Albuino et de Rosimunda versifice* [b], *qualiter illa* [b*] *se vindicat et ipsa tandem veneno moritur.*

Anni* sexcenti fuerant post tempora Christi,
Quando per Italiam Lonbardus prelia sistit:
  Lonbardus Winuli[c] nomina prisca tulit*.
Regibus ante novem iam preteritis Winulorum,
Venit in Italiam rex Albuinus eorum:
  Sic Lonbardorum scripta priora volunt[75].
Ducta per Unguariam quondam* Lonbarda corona,
Occupat Ytaliam, sedem tenet urbe Verona:
  Taliter istorie scripta priora sonant.
Primus in Italiam rex Albuinus eorum
Vicit ab Unguaria* bello gentem Gepidorum,
  Interimens regem* diripiensque forum.
Tunc Gepidi caput inde tulit regis Cunimundi,
Sub specieque scifi capitis parat ossa rotundi,
  Victor et inde bibit pocula cara sibi.
Interea sua sponsa prior moritur Glodosunda*;
Filia regis ei Gepidi* fit sponsa secunda,
  Hec* Rosimunda fuit, cuius et arte luit**.
Ipse caput soceri, quem fecerat ense necari,
Arte scifum fieri statuens auroque ligari,
  Vina sue sponse precipit inde dari.
Femina nescisset[d], quod testa paterna fuisset,
Vina nec hausisset[e], nisi diceret[f] impius ipse:
  Testa tui patris est[g]*; cum patre, nata, bibe.*
Dum[h] bibit immunda data vina gemens Rosimunda,
Pectora pessumdat, lacrime vehementer inundant,
  Occisique patris res fit amara satis.
Crimen inauditum regemque perorret iniquum,
Preparat invisum regina necare maritum,
  Dum caput abscisum conperit esse scifum.
Instruit ancillam forma specieque decoram,
Ut sibi pincernam* coitus coniungat in hora.
  Illa quod inplorat perficit absque mora.
Nocte sequente venit regina, loquens mulieri:
Militis huius ego volo te lecto removeri,
  Obto michi fieri, quod tibi fecit heri.
Hec abiit, se prostituit regina latenter,
Ignarum tenet ipsa virum, perpessa libenter,
  Expletisque iocis, incipit ipsa loqui:
Quomodo reginam tu non tetigisse vereris?
Ecce tui regis gladio digne morieris;
  Ni michi credideris, hostia mortis eris.

* s. vocati sunt Winuli, antequam vocarentur Lombardi.

* s. antequam in Italiam venissent.

* i. manens in Ungaria.

* Gepidorum s.

* s. filia Glotharii regis Francorum.

* occisi s. Cunimundi.

* s. secunda. ** occisione s. illius regis.

* s. regis.

---

* A *post versus supra p.* 211 *relatos ita pergit:*

Sic Lombardorum cognoscimus acta priorum.
Rex prior illorum fuit Alcoguinus avorum,
  Ungarici regis dat sibi nata thorum.
Ipse caput soceri, quem iusserat ense necari,
Arte sifum[i] fieri statuens auroque ligari,
  Inde sue sponse fert sua vina dari.

B 1 *in loco raso scripsit manu* 2. *quae edita sunt.*

a) *haec desunt* A. B; Item de eodem rege Alboino C 4; de eodem E 6. b) vers. *deest* E 8. b*) illa *deest* E 4. c) Winili B 1; Winnuli C 3, *et ita post.* d) n. q. *e corr.* A 1; nescit eo A 2. e) Visio nec hāsis A 1; Visio nec hamsis A 2. f) dixerit B 1. g) *deest* A 2. h) *sequentia desunt* A. i) Arte ficum A 2.

75) Haec et sequentia etiam ex Paulo sumpta sunt.

Vir putat ancillam, set vox sonuit Rosimunde,
Unde vir expavit; mulier confortat eundem;
Cepit et ordiri fata[a] futura viri.
Elige quod cupias, duo sunt que conspicis in te.
Aut regem perimes, inquit, *vel rex perimet te;*
Elige sorte fori, vivere sive mori.
Te licet invitum, dixit, *michi quero maritum,*
Rex eris, et regem gladio iugulabis iniquum;
Si michi credideris, concito summus eris.
Dum[b] regina dolet nimium pro morte paterna,
Vindice pincerna cito vindicat acta moderna;
Rege soporato, substulit ille caput.
In pretium mortis tribuit se femina forti[c]
Thesaurosque[d] suos in eum post pauca retorsit,
Indeque post plura preripuere fugam.
Namque[e] Ravenatum ratibus rapuere meatum;
Dux[f] urbis suscepit eos tribuitque teatrum;
Patria tunc illis magna Ravenna fuit.
Cum duce regina clamdestina federa querit:
Si pincerna perit, si morte potest removeri,
Sponsus[g] regine dux ibi solus erit.
Dum pincerna venit, potum parat[h] illa veneni,
Potans prebet[i] ei, simul[k] et potare coegit*,
Femina mecha bibit nota[l] venena sibi.
Illa prius moritur, defungitur ille sequenter[m],
Fraus ibi[n] fraude perit, moritur mors morsa decenter,
Sic[o] gravis ira Dei digna rependit ei[p].

7. *De*[q] *Constantino imperatore Grecorum*, 67.[r] *ab Augusto, regnante in Francia Karulo Magno*[s].

Otto V, 28. Anno ab incarnatione Domini 781. regnante[t] in Francia Karulo[u] Magno, Constantinus, filius Leonis, 67. ab[v] Augusto, in[w] imperium successit Grecorum. Cuius[x] filia Karulo[y] Magno a matre desponsata, alii copulatur. Cuius imperii anno 3.[z] idem[a] Karulus rex Romam veniens, ab Adriano papa honorifice suscipitur. Ibique sancto pasca celebrato, Pipinus, filius eius, in regem Ytalie, et Ludoicus, alius eius filius, in regem Aquitanie unguntur.

c. 29. Ipse autem Karulus, universo Romano populo[b] acclamante, patricius Romanus appellatur. Circa idem tempus Karulo pasca Domini in loco qui dicitur Ingeleheim[c] quarto miliario ab urbe Maguntina[d] celebrante, Tassilo cum maioribus Baguarie principibus venit. Ubi dum accusatus a Baguaris, quod fidem Karulo non servasset, immo Avares[e] ad regnum devastandum duxisset, de hiis et de[f] aliis maiestatis reus et[f] capitali pena[g] plectendus iudicatur. Rex tamen misericordia motus, in monasterio Lauracensi[h], quod ipse construxerat, eum monasticum habitum[i] assumere et de peccatis ibi penitere permisit. Constantinus interea imperator, consilio matris sue Yrene, ut aiunt, non multo post cecatus, imperii[k] sui anno primo diem[l] obiit, regnavitque post eum mater sua 5 annis; unde postquam in

c. 30. manum[m] femine devenerat imperium, dignum erat, ut ad[n] Francos, viros potentissimos, transferretur[o]. Eodem[p] tempore Leo papa tertius anno ab incarnatione Domini 799. post mortem pape Adriani succedens, a Romanis flagitiosissime tractatur[q], ita ut oculis una die bis cecatus, et lingua bis truncatus[76] fuisset[r], et in capella quadam reclusus est[s]. Sequenti[t] nocte[u] a quibusdam fidelibus ad basilicam beati Petri perductus. Ubi virtute Dei oculos et lumen oculorum et linguam cum loquela recepit. Deinde ad regem Karulum transiens, eventum rerum deplorat. Igitur Karulus, subiugatis sibi iam Baguaris et Danis et Saxonibus atque Aquitanis, Nortmannis et Britannis et Pannoniis multisque aliis[v] provinciis, ad urbem Romam ulturus papam tendebat. Leo papa

a) facta C 2. 4. b) Mens dolet interna n. *pergit* A. c) morti A 1; sorti B. C 2. D 1. E 1. 9; scorto C 4. d) Et patulis portis in eum bona cuncta r. A. e) Atque A. f) Rebus adornatum fit eis de more teatrum (reatum A 2), Dux sibi pacifica tempora ferre parat A. g) In solio regni dux sibi sponsus erit A. h) dedit A. i) ūbet A 1; iubet A 2. k) que rennuit illa c. A. l) mota A. m) frequenter A 1. n) ita C 4. o) Nam A. p) Explicit hystoria Lombardorum *add.* E 1. 4. q) *haec desunt* B. r) 67. ab A. *desunt* C 4; 60. C 3. D 1. 2. E 5. 6. 8. s) Karlomanno E 1. t) regnate B 1. u) *ita* D 1. E 5. 8 *saepius.* v) *deest* B 1. w) suscepit i. G. C 4. x) Cui f. Karoli a B. *Otto.* y) *ita hoc loco et* E 1. z) 1. B. *Otto.* a) *deest* C 4. b) p. Romanorum C 4. c) Gelheim C 4; Geleheim E 1; in Gereheim E 6; in Geletherim E 9. d) Maguntia B. C 2. 4. e) id est Ungaros *add.* D 1. f) *deest* C 4. g) sententia C 4. h) Laureac. C 4; Laviac. E 6; Lamac. E 9. i) m. habitu *corr.* habitu m. B 1. k) i. s. *desunt* D 2. l) *erasum* E 6. m) manu C 3. E 6. 8. 9. n) *deest* E 6. o) De Leone papa (3. D 2) *add.* C 4. D 2. p) Eo B. E 9. q) *post add.* B 1. r) tractatus est *add. sed delevit* B 1. s) *post add.* B 1; sit C 4. t) et s. D 1. 2. u) die C 4. v) alii B 1.

76) Ita ex Libro pontif. Gotifredus in Catal. pont. supra p. 29.

prius per legatos in sedem suam restitutus[a], tunc ei venienti ad decimum lapidem occurrit et honorifice eum suscepit. Transactis[b] post hec[c] decem diebus, rex in populo facta comtione[d] causam adventus sui exponit. Ubi Leo papa spontanea voluntate, nullo eum cogente, a crimine sibi obiecto tactis sacrosanctis euangeliis se purgavit. Cetera versus habente. *Otto V,* 30.

8. *Item*[f] *de eodem Leone papa tertio*[g] *versifice, quomodo cecatus est et*[h] *lingua truncatus.*

Prorsus[77] ab ecclesia Ligurum iam peste remota*, * s. per Karolum.
Plebeque Romulea gaudente per omnia tota,
Volvitur ambigua sorte ferente rota.
Papa Leo capitur*, processio dum celebratur, * Rome s.
Corpore conteritur, radicitus exoculatur,
Cecus et[i] orribili carcere papa iacet*. * in capella parvula s.
Substulit* et linguam penitus gens illa maligna, * i. abscidit bis.
Cum foret indigna papalia tangere[k] signa,
Linguam cum rapuit, rursus[l.*] abinde tulit. * i. bis abscidit.
Mane sub aurora res vertitur ad meliora,
Dum populus plorat, dum carcere papa laborat,
Carceris e medio tollitur* arte foras. * s. ausilio fidelium.
Tristior ecclesia dominum cum cernere* querat, * mutilatum s.
Vulnera[m] mortifera reficit clementia vera,
Lumine participat, qui modo cecus erat.
Presul habens oculos videt omnia lumine prisco.
Gloria sit Christo, qui mira patravit in ipso[n],
Quo meruit cecus frontis habere decus!
Obtinet* et propriam linguam[o], redeunte loquela, * papa s.
Audit et ecclesia, papa recitante querelam,
Pollet[p] in eloquio, qui modo mutus erat.
Actorum[q] sceleris, lector, si nomina queris,
Campulus ecclesie primicerius[r.*] ordine cleri, * nota: sincope est in primicerio.
Actor[n] erat sceleris, quem data pena ferit[s].
Nomine Pascalis cantor papeque sacrista* * i. camerarius pape (A).
Sacrilegas dedit insidias, nam perpetrat ista*. * mala s. predicta.
Ambo pares scelere sunt pariterque luent.
Que Leo passus erat, populis tormenta revelat.
Karolus interea suscepit ab Urbe querelam,
Et iubet, ut veniat* presul; et ille meat. * ad eum s.
Hec ubi papa gerit, solacia regia querit*, * a Karulo s.
Multaque Romulei secum tulit* agmina cleri, * secum s in Franciam.
Ultio martirii, quod Leo portat, erit*. * per Carolum s.
Curia Francorum precibus miseretur eorum,
Querit, et ipsorum que sit modo causa laborum.
Stans Leo conqueritur, narrat et ipse* dolum**. * papa. ** s. illorum qui eum cecaverunt (A).
Tempus ut exegit, Leo retulit omnia regi,
Que mala collegit, que Campulus ille peregit.
Conpatitur miseris qui diadema regit*. * s. Carolus.
Corde dolent mites[t], plorant pietate Quirites,
Presulis orribiles properant extinguere lites.
Castra movent proceres, regia signa nitent.
Copia primatum* suscepit ab Urbe senatum**, * Francorum. ** occurrentem eis et pape redeunti a Carulo Romam.
Suscipit archatum sibi papa reconciliatum;
Pax velut obtatur rege iubente datur.

a) restauratus C 4. b) T. etiam E 6. c) *deest* E 6. d) *ita* B 1. D 1; contitione C 3; conventione D 2; conditione E 6. e) C. v. h. *desunt* C 4; in hoc signo ÷ *add.* B 1; infra e. t. B 2. f) De L. p. t. capto et cecato, lingua truncato (truncata, et A) cronica illius temporis A. B; It. de L. q. c. et l. privatus sit C 4; eodem *deest* C 3. g) *deest* D 2. h) et l. t. *des.* D 1; l. mutilatus C 3; truncatus est E 1; t. q. c. e. et l. t. versifice E 8. i) in A. k) tangnere B 1. l) prorsus C 4. m) Vulnere E 1. 6. 8. 9. n) *e corr.* B 1. o) lingua redeunte loquelam A; *corr. ut editum est* B 1. p) Tollit et eloquium C 4. q) *ita* A. E 6. r) princerius C 4. D 1. E 5. 6. 8. s) querit A. t) equites E 6. 8. 9.

77) Lib. pont.; v. Catal. pont. supra p. 29.

Campolus* et reliqui, quos noxia culpa notavit,
Traditur exiliis, quia crimina tetra patravit*.
Presul et ecclesia gaudia longa trahit.

* primicerius s.
* in papa s.

9. *Qualiter*[a] *et quando Karolus Magnus factus est*[b] *Romanorum imperator.*

Otto V, 31. Anno ab incarnatione Domini 801. ab[c] Urbe autem condita 1552. Karolus Magnus 33. regni sui anno a Leone 5 tertio[d] summo pontifice coronatur, omni populo Romano tunc[e] acclamante et laudes imperiales canente[f]. Est igitur imperator Karolus 69. ab Augusto vocatus. Karolus igitur augustus illos qui in papam sacrilegium commiserunt, Canpolum scilicet primicerium et Passcalem sacristam, capitali sententia condempnatos, interventu pape vivere permisit et ad penitentiam agendam exilio relegavit. Porro Irene Grecorum imperatrix, missis legatis[g], pacem inter Grecos et Francos ordinari rogavit. Cum quibus Karolus missis suis nuntiis, Yrene in uxorem sibi postulavit. Cui dum Yrene annuisset, tunc[h] Eutitius[i] patricius presentibus legatis Karoli, fratrem[k] suum Nicefarum fecit imperatorem et Yrene in monasterium trusit. Nicefarus idem factus imperator, legatos suos cum legatis Karoli transmisit, et fedus tunc[l] inter se litteris ac nuntiis firmavere. Rex quoque Persarum Karolum imperatorem muneribus suis tunc honoravit. Cetera[m] de coronatione Karoli versus habent[n].

10. *Item*[o] *de coronatione Karoli Magni versifice.*

Tempore[p] pascali gaudens Leo pace vocari[q],
Dum super altari satagit divina parari[r],
Ordine regali regia metra* canit.
Laudat et ecclesia populo plaudente coronam,
Imperii zonam satis obtulit inclita Roma,
Laudibus imperii fortiter aula tonat.
Rex ubi laudatur, dum cesar in Urbe vocatur,
Cantica miratur, quibus a populo reboatur[s],
Istaque principibus dicta referre datur:

* i laudes imperiales.

Gesta Karoli[78] dicunt hec.
Imperii nomen qui vult michi promere Rome,
*In vacuum promet, nisi nomine conferat omen**,
Nil agitur pro me, ni valitura sonent.
Laudibus imperii tantum nequid orbis haberi;
Effectum cum laude geri res publica querit;
Si laus vana perit, gloria risus erit. *

* i. fortunam.

Gesta Karoli dicunt hec.
Ast quia complacuit populo me laude levari,
Papaque cesarea voluit me sorte sacrari,
Ne videar pavidus, suscipiamus[t], ait.
Quod non Roma tenet, gladio mea dextra requiret;
Obto super Danaos nostras[u] *pretendere vires*[v].
Urbis et orbis opes conferat ista dies.

---

* **A** *addit, quae etiam* **B 1** *habuit sed delevit:*

Imperium cum laude michi si Roma[w] pararet[x],
Effectum cum laude datum gaudenter amarem,
Si nequit ipsa dare, laus data laude caret.
Iudicio veri si querimus ista fateri,
Roma sui cleri nequid aut sua iura tueri,
Non habet imperii ius nec habebat heri.
Si neque regna[y] tenet neque iura[z] probatur habere,
Laude sua nequeo fieri nunc cesaris heres.
Nil mihi proficui nomina nuda ferent.

a) *haec desunt* B. b) sit i. R. C 4; *deest* E 6. c) anno autem ab U. c. B. d) *deest* B. e) *deest* C 4. E 6. f) cantante C 4. g) *deest* E 5. h) *deest* B. C; set C 3. i) Eutius (Eurius B 2) B. C; a. Tunenticius E 1; Uticius E 5; Uncius E 6; a. Timentricius E 8; a. Tunenticius E 9. k) fratrem — Karoli *desunt* E 6. l) *deest* C 4. m) Cetera — habent *desunt* C 4. n) in hoc signo ⊰Θ⊱ *add.* B 1; infra e. t, B 2. o) De Carlo Magno imperatore, quomodo factus est imperator Romanorum, cronica illius temporis A. B; De K. M. c. C 3; De c. K. M. C 4; Item *deest* E 6; De eodem E 8. p) Undique papali A. B. C. q) beari A. B. C. D. r) parare C 4. s) rob. *corr.* reb. B 1; rob. B 2. D 1. E 8; roboratur C 3. D 2; rebeatur E 1. t) suffero sacra dari A, *corr. ut editum* est B 1. u) procerum A. B. C. D. v) prot. *corr.* pret. B 1. w) si R. m. c. l. A 1. x) paret A 2. y) papa A; r. *e corr.* B 1. z) Roma A; i. *e corr.* B 1.

78) Quae intelligat Gesta, non patet. Certe quae narrantur neque apud Einhardum in Vita neque in Annalibus leguntur.

Imperii nomen non rennuo tollere Rome,
Namque super Danaos capiemus iura corone.
Tollere sic nomen curia tota monet.
Karolus imperii suscepit in Urbe coronam,
Cuius et auxiliis reparat* sua tempora Roma,
Sicut et in titulis pagina nostra sonat.

* redeundo s. in pristinam dignitatem.

11. *Karolus*[a] *Rome coronatus cogitat invadere imperium Grecorum*[a*].

Karolus ut fungi statuit[b] diademate mundi,
Pontificis summi manibus decrevit inungi,
Cesareis aquilis nomen honusque tulit.
Clerus ei cecinit, populus sua iura subegit,
Nec tamen imperii tunc plenum culmen adegit,
Dummodo[c] Grecorum rex diadema regit.
Cumque foret magni terroris fama per orbem,
Quod caput Ytalie iam Karolus obtinet Urbem,
Gliscit ut et Romam possit habere novam*.
Non satis est regem* Rome captasse[d] favorem,
Nec putat imperium pleno retinere* decore;
Unde super Danaos protinus arma movet.*
Migrat in Ausoniam[e], pleno petit ista rigore,
Grecus ut imperium sibi deferat absque tenore.
Ille* necem metuens, congrua pacta movet[79].

* s. Constantinopolim (*ita etiam* C 4).
* s. Karolum.
* s. per Romanos.
* Grecus s.

12. *Nicefarus*[f] *Grecorum imperator a Bulgaris occiditur, et Michael gener*[g] *eius erigitur, Karulo iam Rome imperante.*

Anno ab incarnatione Domini 812. Nicefarus Grecorum imperator a Bulgaris publico congressu necatur. Cui gener suus Michahel in[h] regnum substituitur. Iste nuntios Karoli ad antecessorem suum missos honorifice dimisit, suosque legatos cum eis ad Karolum destinavit, et pacem cum eo renovata m[i] firmavit. Is etiam dum contra Bulgaros exercitum ducit, non prosperis usus successibus, revertitur. Cui[k] succedit Leo, filius Bardi patricii, depositoque regno monachus efficitur[l]. *Otto V*, 32.

13. *De*[m] *Leone Grecorum imperatore, iam Karulo Rome imperante.*

Leo, filius Bardi patricii, imperat[n] in Grecia[o]. Cum quo rursus Karolus pacem pertuam hoc modo componit[p.80], ut alter alterius semper frater nominetur et alter ab altero semper iuvetur, Grecus autem imperator[q] Orientem, Karolus vero suique successores habeant Romam cum toto Occidente. Quibus omnibus in pace compositis, Karolus orationis causa Ierosolimam per Constantinopolim transit. Factaque ibi oratione, per Siciliam, sicut dicitur, remeavit; atque inde per Calabriam et[r] Apuliam Romam rediit. Ubi recepta benedictione, in Gallias rediens, aput Aquisgrani ecclesiam beate Marie opere mirifico edificavit. Item Karolus per admonitionem angeli in Yspanias parat exercitum; ubi, ut aitur, per annos 14 laboraviť, plurimas[s] gentes convertit, plurimos amisit. Inde Aquisgrani reversus,

---

* A *addit, quae etiam* B 1 *habuit sed delevit:*

Nam reputat nichilum, nisi signa[t] requirat avorum*,
Ni rex Grecorum subeat iuga[u] Teutonicorum,
Rex quoque Medorum cedat ubique solum.

* s. imperatorum priorum.

a) Qualiter Karolus factus imperator vadit in Greciam et ibi obtinet ius imperiale A. B. a*) regnum Gr. C 3. E 1; Kar. R. c. c. regnum invadere C 4; imp. Romanorum E 6. b) cepit C 4. c) Curia Francorum nunc d. r. A; Nam Leo G. — regit *e corr.* B 1; Nam Leo C; Nammodo D. d) captare C 4. e) Achaiam A; usoni *e corr.* B 1. f) *haec desunt* B 1; Nota pactum inter Karolum et Grecos B 2 *hoc loco;* N. rex Grecie a B. o. C 4. g) g. e. M. E 1. 4. 8. h) *pergit* E 2. i) renovavit C 4. k) Cui — patricii *post* efficitur *habet* B, *ubi* Leo — Grecia *desunt;* Cui — patricii *desunt* C. l) Particula XXIV. *add.* E 1. 2, *sed infra iterum.* m) *haec desunt* B. E 1. Hic nota, qualem compositionem fecit Karolus Magnus cum imperatore Grecorum, ut ambo socii et fratres vocentur et mutuis auxiliis invicem perpetuo adiuventur. De L. G. i. et de Kar. Roman. imperat. C 4. n) imperator C 2. 4. o) succedit Nycefaro *add.* C 4. p) composuit E 1; reformavit E 6. q) *deest* C 4. r) *deest* B. s) plurimasque C 4. t) regna A. u) iura A 2.

79) Cf. Ann. Einh. a. 812. 80) Cf. ib. 814. Sed pacis conditiones sibi finxisse videtur. Hic et sequentibus breviter refert, quae versibus ample ex ore populi vel poetarum scriptis narraverat.

Otto V, 32. post infinitas victorias in palatio Aquisgrani, ubi ipse principalem sedem regni Francorum constituit, finem vite suscepit, anno[a] 46. regni sui, subacte vero Ytalie anno 43, imperii autem sui anno 14, etatis sue anno 72. Sepulturam honorabilem in eadem sancte Marie ecclesia imperiali more sortitus est. [Nostro[b] vero tempore per Fredericum imperatorem canonizatus est et in capsa aurea reconditus super altare sub Otto l. c. Alexandro papa apud Aquisgrani]. Erat autem Karolus, ut quidam scripserunt, corpore amplo ac robusto, statura eminente, apice capitis rotundo, oculos habuit pregrandes et vegetes, nasum paululum excedentem mediocritatem, caniciem pulcram, faciem letam et ilarem. Eloquentia erat copiosus et exsuberans, in cibo tenperatus, in potu tenperatior. Regni eius tunc erat terminus a Bulgaria sive ab Illirico usque ad Ispanos, atque a Danis[c] usque ad[d] farum Sicilie, exceptis adiacentibus regionibus, utpote Boemia, Polonia, Dalmatia, Istria, Venetia, Britannia aliisque provinciis. Cetera[e] versifice gesta referre placet[f].

14. *Item[g] de pactione facta inter Karolum et Grecorum imperatorem versibus explicamus[h].*

Pacta parant reges[i.*], ut frater uterque** vocetur,
Dividit imperium, set honor communis habetur,
Greca tenet* Grecus, fit sibi** Roma vetus.
Unde due summe[k] gestantur in orbe corone;
Si fuit una prius, bine sunt* ordine Rome,
Unus erat cesar, nunc duo iura colent[l].
Unus erat dominus mundi, precelsus honore,
Nunc duo sunt, fratrum dupla[m] ratione decores,
Fratris adhuc* nomen fingere sepe solent**. *
Grecia transegit*, placuit transactio regi;
Consensu Greci Carlus sibi culmen adegit,
Legibus obtinuit, quod quasi preda fuit*.
More suo fratres tali sunt* federe[n] facti,
Ut simul imperium teneant hac pace cohacti:
Roma vetus nostris, set nova* cessit eis.
Consilio, gladio spondetur utrinque[o] iuvari,
Nomine fraterno censetur[p] uterque vocari,
Vult sibi iure pari culmen* uterque dari. **

Nota, quod ista in Gestis Karoli Magni sic scripta sunt[81].

* s. Grecus et Francus. ** s. imperator.
* s. Costantinopolim. ** Karulo s. Italia cum Roma.
* una s. in Italia, altera in Grecia.
* s. nostris temporibus. ** s. in epistolis hinc inde transmissis.
* tunc s. cum Carulo.
* s. priusquam pacisceretur cum Greco
* ambo s. imperatores.
* s. Roma.
* s. imperii.

---

* A *addit, quae etiam* B 1 *habuit sed delevit:*

Sic modo iure tenet* quod tunc violenter habebat;
Grecia iura dedit, quia Grecia iura tenebat,
Unde duo pariter regia sceptra tenent*.
Karlo dedit Rome vitam rehabere priorem,
Ut rediviva foret prisco relevata[q] decore,
Dum viduata dolens nominis umbra foret.

* Carolus s. et successores eius.
* Grecus s. et Francus imperator.

** A *addit, quae etiam* B 1 *habuit sed delevit:*

Karolus egregius, cuius nunc presidet heres,
Regna per Achaiam sibi dum concessa teneret,
Huic bene disposuit, qui* modo sceptra tenet.
Teutonici proceres tanto funguntur honore,
Ut socii regum sint viribus atque decore;
Omnia per proceres cesar habere solet.
Que populus quondam vel forte senatus habebat,
Iura tenent proceres*, ut eis res publica cedat,
Quippe decus quod habent Urbis et orbis erat.

* s Frederico et filio eius Enrico (A).
* i. principes.

B 1 *praeterea in margine habuit sed erasit:* Nota, [quia ..] principes possunt [...]are[r] imperium.

a) anno — Ytalie *desunt* E 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. b) *haec desunt* A. B. C. D. E 1. 2? c) Danais E 5. 8. d) *deest* E 6. e) C. versus C 3; C. v. g. r. p. *desunt* C 4. f) p. in hoc signo ÷⊖÷ *add.* B 1; v. dicentur hic proxime in e. t. B 2. g) De qualitate pacti inter Karolum et Grecos A 2 *hoc loco;* A 1 *post* Roma vetus; B 1 *post addit:* Nota pactum inter K. et G.; De p. i. K. et Leonem C 4. h) *deest* E 4; v. e. *desunt* E 8; versifice D 2. i) patres ineunt A; par. r. *e corr.* B 1. k) d. monocrantur A; m. (i. imperant) *corr.* s. g. B 1. l) colunt C 4. m) ficta A; *corr.* d. B 1. n) ordine C 4. o) utrique C 4. E 5. 8. 9. p) censentur *corr.* censetur B 1. q) revelata A 1. 2; *corr.* relevata B 1. r) creare?

81) Neque in Einhardi Vita neque in Annalibus vel alio antiquiori libro ita leguntur.

15. *De*[a] *quatuor principalibus sedibus imperii Romani.*

Scribere vera volens[b], quot sint loca prima corone,
Quatuor imperii sedes video ratione,
Nomina proponam, sicut et acta sonant.
Primus Aquisgrani locus est*, post hec Arelati**,
Inde Modoetie* regali** sede locari,
Post solet Ytalie summa corona dari*.
Cesar[c] Romano cum vult diademate fungi,
Debet apostolicis manibus reverenter inungi,
Percipietque patrem*, cui loca sancta patent.
Absque manu pape quem pretulit[d] aurea Roma,
Non decet ut capiat monocrator in Urbe coronam;
Celica tunc dona gratia summa tonat[e].
Illud* ab imperio fieri de more fatemur,
Nam[f] placare Deum sacra suscipiendo[g] solemus;
Placat pontificem[h] rex et honore fovet.
Talia * iure fori nulli tribuuntur honori,
Iure poli soli Petri donantur amori,
Nam ratione poli condecet illa coli[i].
Ungit eum presul, set Christus inunctor habetur,
De celis divina manus que corde videtur,
Cui bene rex[k] offert illud[l] et omne decus*. **

* s. regni Francorum.
** s. in provincia cis Rodanum.
* i. Mediolani (D 1).
** s. Lombardorum.
* s. Rome.
* s. spiritualem.
* s. reverentiam exibere Romano pontifici.
* i. reverentia.

---

* Talia — coli *desunt hoc loco* A; *sed infra post* omne decus *ita leguntur:*
Rex ea non homini, sed Christi prebet amori;
Presul iure fori sibi non ascribit honori,
Nec fit iure fori, set fit amore poli.

In B 1 *ita leguntur:*
Talia* non homini, sed Christi dantur amori;
Hec homo iure fori sibi non ascribit honori,
Nam neque iure fori fit, set amore poli.

* i. tales honores.

** *Pergit* A, *ubi post verba:* amore poli:
Unctio non donat, set consecrat ipsa coronam,
Quam licet imponat, quis non pro tempore donat,
Ipse Deus donat, quod diadema sonat;
Non dator existit, set sanctificator in istis,
Nec sua, set Christi fert munera more ministri,
Munera missa Dei porrigit unctor ei.
Respicias Davit, qui dicta prophetica iunxit:
Non ait: *Hunc unxit Samuel,* sed: *Ego Deus unxi.*
Ungere dico Deum, dum benedicit eum.
Quid si Romanus pro tempore papa sacratur,
Numquid papa minor pro hoc unctore putatur?
Non minor aut maior sic reputatur honor[m].
Ponit ei mitram, non mitre significatum[n].
Unctio papatum non dat neque pontificatum.
Celitus omne sacrum credimus esse datum.
Sic puto lege pari regum diadema sacrari,
Non ibi iuvari neque turpia pacta novari,
Nec manus ungentis tunc nova iura parit.
Si nova vel vetera divina volumina volvas,
Si modo Romulea legum sanccita resolvas,
Nulla feres dictis obvia scripta meis.
Lege Deus Moysi regem mandavit inungi,
Quem Iudeorum voluit diademate fungi;
Unxit iure poli, non ratione fori.

a) *haec desunt* C 3. b) Si quis nosse volet A; S. v. ens *e corr.* B 1. c) Totius mundi c. A; C. R. *e corr.* B 1; Romanus E 1. 6. 8. d) protulit C. e) turba sonat A 2. *Sequentes versus habet* B 1 *e corr. in loco raso.* f) Dum A. g) perc. A. h) P. honore Deum dum benedicit eum A. i) loqui E 6. k) b. deferimus istud et A. l) *deest* C 3, *spatio vacuo relicto.* m) homo A 1. n) sanctif. A 2.

Dum sacra pontificis manus hunc* benedicere sistit, * s. regem.
Longa manus Christi sua munera dirigit isti*, * s. imperatori.
Donaque missa Dei porrigit[a] unctor[b.]* ei. * s. papa.
Ungitur* in christum Domini, set eum Deus ungit, * s rex.
Unctio pontificis* dat ei** diademate fungi, * a Deo s. ** regi s.
Est vice papa* Dei, qui benedicit ei. * s. datus.
Testis enim michi psalmus erit,* qui cantica iunxit[c]:
*Inveni Davit servum michi**, *quem Deus*** *unxi;* * s. meum. ** s. ego.
Unxi[d.]*, non *unxit***, littera narrat ibi. * s. ego Deus. ** s. Samuel. Nota a simili: omnia cum Domino.
Ipse quidem Samuel Saul[e] personaliter unxit,
Non legitur*: *Samuel unxit;* set: *Ego Deus unxi,* * s. dictum.
*Ex oleo sancto** *celitus ipse*** *meo****. * s. unxi eum. ** Deus s. *** i. oleo sancto meo.
Sic oleo non corporeo* diadema sacratur, * tantum s.
Materiale tamen oleum sacrare* putatur[f], * s. ad sacramenta.
Pontificisque manus conficit alma sacrum*.** * s. oleum et unctionem regis.
Si queris: Quid papa gerit, quid honoris habebit?
Clavigerum loquor ethereum, cui mundus hobedit,
Terrea[g] cum superis cui Deus ipse dedit.

16. *Karolus[h] pergit peregrinus Ierosolimam per Constantinopolim, set[i] revertitur per Siciliam, Calabriam et Apuliam.*

Karolus[82] Ausonie[k.]* tandem lucratus honores, * s. Grecie.
Inde Ierosolimam subiit cum pace labores,
Iam crucis almifice solvere vota volens.
Visitat illorum vestigia sancta locorum,
Qua natus, qua passus erat Deus ipse deorum,
Qua tulit ethereum virgo Maria thorum.
Rex ut adoravit, Iordane[l] lavandus yavit,
Rebus honoravit regalia menia* Davit, * i. omnia loca Ierosolimitana (A 2).
Tunc regnum Siculi nave reversus adit.

17. *Karolus[m] revertitur a Ierosolimis.*

Dum rate festina[n] regem vehit unda marina[o],
Urbe Panormina portum capit absque ruina,
Omne solum Siculi munera solvit ei.
Karolus hic Siculum recreat* baptismate regem**, * s. convertit predicando. ** i. Sicilie (A 2).
Quem iubet ecclesie Romane sumere legem*, * s fidem catholicam (A 2).
Catholici populi docma tulere Dei.

Sit licet hic unctor Samuel, non derogat unctor,
Plusve minusve, nichil preiudicat unctus et unctor,
Permanet officio functus uterque suo.
Ut precelenti sunt terrea subdita regi,
Qui studio degit, qui Christi iussa relegit,
Terrea det regi, qui diadema regit.

Dum sacra — alma sacrum *desunt.*

Ps. 88, 21. * B 1 *in margine addit:* Oleo sancto meo unxi eum, dicit Dominus. Non ait, quia Samuel u[n]xit eum, quia solius Dei est unctio, set per ministerium hominis.

** B *addit (similia iis quae* A *habet):*

Exemplum a simili.
Unctor* papatum non dat neque pontificatum; * i. consecrator.
Ponit ei* mitram, non mitre significatum. * s. pape
Credimus omne* sacrum celitus esse datum. * s. tam pape quam imperatoris.

a) dirigit *corr.* porrigit B 1. b) victor E 6. 8; *corr.* unctor E 9. c) finxit C 3; dixit C 4. d) Unxi — personaliter unxit *desunt* D 2. e) hunc (s. Davit B 1) B; tunc C. f) probatur B. g) Infima A. h) Quomodo Karolus per Greciam perrexit Ierosolimam A. B; K. p. I. C 4. i) et E 4. 8. k) Achaie gladio A; usonie t. *e corr.* B 1. l) Iordanis E 6. 8; Iordanum E 9. m) K. a Ierusolimis redit per Siciliam navigio *manu 2. add.* B 1; *et ita* B 2; *desunt* A. n) festiva B 1. o) carina C 4.

82) Cf. de hac narratione G. Paris l. c. p. 337 sqq.; sed Gotifredus ab aliis recedit.

Mons ibi * stat magnus, qui dicitur esse Rollandus **,
Alter * Oliverius, simili ratione vocandus **,
Hec memoranda truces constituere duces *.

* s in Sicilia. ** s. nomine, ab ipso Rolando tunc ita nominatus.
* s. mons ibi. ** s. ab Oliverio socio Rolandi.
* s. Rolandus et Oliverius

Mons ibi flammarum, quas evomit, Ethna vocatur *,
Quo * lapis ignitus cum sulfure [a] precipitatur,
Hoc ibi tartareum dicitur esse caput.
Latrat ibi * Silla, dat plurima dampna Caribdis,
Inde rates pereunt, homines merguntur in [b] ipsis *,
Gurgitis unda fari dampna [c] pericla parit.
Karlo videns, loculis [d] que dampna * feruntur ab illis,
Miratur patrias Hetne rutilare favillis,
Urbi Messane dixit: *Amica, vale* *.
[e] Transit ab inde farum, quem gurgite sensit [f] amarum,
Rerum multarum cernens ibi dampna * suarum,
Unde ferunt regem non doluisse parum.
Suscipit hunc Calaber *, properant vexilla potentum,
Omne solum capiunt subita probitate retentum,
Undique cum pace subdita terra iacet.
Inde per Apuliam miranda potentia Romam
Venit, et imperii gestavit in Urbe coronam,
Organa cum cithara, fistula, trumba sonant.
Tunc [83] Aaron, rex Persarum, Karlo remeante,
Muneribus placavit eum, mittens elefantes [g],
Vasaque tunc auri plurima misit ei.

* s. Ethna.
* i. ex quo.
* s. in faro Sicilie.
* locis fari Sicilie (A 2).
* s. ardentibus.
* i. recessit a Messana transiens farum.
* quia raro sine damno transitur (A 2).
* i. populus Calabrie.

18. *Angelus [h] Domini precipit [i] Karulo pergere contra Yspanos.*

Pace data Rome, papa residente Leone,
Karolus ex more diadematis auctus [k] honore,
In patriam rediit, regna paterna * colens [l].
Karolus imperii dum gaudia vult renovari,
Tempore paschali solio sedet imperiali,
Regibus ac ducibus regia dona parit.
Nocte quiescenti loquitur vox celica regi, *
Quem iubet Ispanos Christi subponere legi,
Audit et obstupuit qui diadema regit.
Mane revelata fit regia visio grata *,
Curia laudata satis est [m] ad iussa parata,
Celica mandata stant ratione rata.

* s. in Maguntia.
* s. principibus Francorum.

Dum super Ispanos vult Carolus arma parari,
Gaino * prior comitum dat consilium variari **,
Et requiem petiit tunc super arma dari.
Hinc, ait, *o cesar, nunc ymber et algor habundant,*
Flumina sunt valida, pluvie torrentis inundant,
Asperitas yemis est metuenda nimis.
Parcite principibus, equites yemando quiescant,
Flumina deficiant, glaciesque nivesque liquescant,
Solis in ardore tunc tua signa move.

* vulgo vocatur Galelon. ** i. induciari (A 2).

---

* B 1 *add. in margine:* Nota, quia angelus [84] apparuit Karulo Magno, precipiens ei, ut intret Ispaniam et gentes illas ad fidem Christi convertat.

a) sulfore B 1; fulgore B 2. b) in i. *e corr.* B 1. c) multa C 4. d) oculis C 4. e) Quomodo Karolus imperator de Ierosolimis Siciliam et inde Romam rediit *add.* A. B; Item de eodem C 2. 3. D. f) sentit D 1. g) elefantem A. B. C. h) Karolus ab Urbe et a Ierosolimis reversus, mittit nepotem suum Rolandum in Yspaniam legatum A. B. i) praecepit C 2. D. E 1. 8. 9. k) actus E 8. l) regit C 4. m) *post add.* B 1.

83) Cf. Ann. Einh. 801. 84) Haec cum Karlomagnus-Saga conveniunt; v. G. Paris l. c. p. 261, qui Gotifredi narrationem plerisque aliis antiquiorem non satis attendit.

Si placet, interea legatum mitte potentem[a],
*Qui videat, si forte queat convertere gentem**,
*Ne pereat gladio maxima turba** *tuo.*
Mittere magnificum poteris pro pace Rollandum;
*Eius ego sermone reor populum** *revocandum***.
Si cum pace redit, laus tibi maior erit.
Cessat ut iste loqui, favet inclita curia votis[b].
Karlo tamen metuit* ventura pericla nepotis**,
Ne sua mortiferis traderet* arma locis**.

Surgit, et infremuit plenus feritate Rollandus.
Dixit: *Ob invidiam satagit me tradere Gainus,*
Mens inimica latet, iam maledicta patent.
Ibo, nec orribiles spernit mea dextra labores;
Spero, quod imperio multos referemus honores,
Sit Deus in medio. Dux sua signa movet.
Rex* timet eventum**, sunt namque pericula centum***.
Turba ducum comitatur eum cetusque potentum,
Milia ter[c] dena tunc ducis* agmen erat.
Dux ubi sumit iter, pergunt sine pace* Quirites,
Undique multiplices peperit via pessima lites*,
Bella parant gentes in regione site.
Nocte sub oscura venit angelus, alma figura,
Bella ducis dura predicit* ubique futura,
Spondet et auxilium, ne ducis arma ruant.
Coge tuas acies, ait angelus; *ecce potentes*
Sex video reges hostilia signa ferentes,
Quos ubi marte feris, me duce victor eris.
Dixit, et auratis clipeis* montana refulgent,
Agmina Francorum circundata marte perurgent*,
Vulnera dant strepitum, corpora cesa cadunt.
Agmina* mirandi secuit manus apta Rollandi,
Ense ducis magni reges* periere tiranni,
Ense[d] triumphali deperiere mali.
Quinque ferunt reges aciei fronte fuisse*,
Quos aiunt quinque ducis ictibus hic[e] cecidisse;
Angelus hic lucis protegit arma ducis.
Clarior e celis ferit angelus agmina telis,
Cuius in auxiliis stetit inclita turma fidelis,
Cessit et hostis ei, sorte ferente Dei.
Talia* multorum sunt prelia facta locorum**,
Hoc facit armorum victoria Teutonicorum,
Viribus ipsorum vincitur omne solum.

In Panpilona fuerat tunc summa corona*,
Cui Barzellona regioque[f] subest Aragona,
Atque Terascona sive Girunda[g] bona.
Summus ab hac urbe* rex David ad arma recurrens,
Agmina Francorum belli statione perurgens,
Prelia dira gerit, victus abinde redit.
Pellitur interius* rex David in agmine victus,
Acriter afflictus, quia cum duce* pertulit ictus,
Ante domum* regis dux sua signa regit.

* s. Ispanie.
* s. Ispanorum.
* s. Ispanum ** per eius admonitionem s. ad quietem sicut dixit Gayno (A 2).
* propter pericula illius legationis. ** s. Rolandi.
* s. Rolandus eundo illuc. ** i. in Ispaniarum periculis (A 2).
* s. Carolus ** s. illius legationis. *** finitum pro infinito.
* s. Rolandi.
* s. hostibus ubique oppositis.
* i. bella.
* angelus s.
* s. inimicorum Rolandi.
* hostes s. Rolandi.
* inimicorum s.
* s. paganorum.
* s. contra Rolandum.
* s. sicut illud. ** s. in via illa.
* s. Ispaniarum.
* i. Pampilona.
* s. infra urbem suam.
* s. Rolando.
* s. ante urbem.

a) Rollandum *corr. eadem manu* potentem B 1. b) regis C 4. c) bis A; ter *corr.* B 1. d) *hic versus deest* E 8.
e) i. occubuisse C 4. f) servit seu gens A. A; r. s. *e corr.* B 1. g) Gerunda C 4.

Dux* petit alloquium modica sub pace teneri**.
Rex favet, et causas cur venerit ordine querit.
Seria res agitur, sermo tenendus erit.

* s. Rolandus. ** s. cum rege.

Romulei dux imperii proponit* honorem,
Et iubet, ut tribuat* fiscalia iura coronae.
Hec ubi iussa movet, rex* tumet atque dolet.
Ira movet regem, quia iussa recepit amara;
Ista suis patribus[a] fuerant fiscalia rara.
Rursus in arma ruens bella furore parat.
Solvitur armatis censura brevissima pacis,
Hostis ut ante ducis reicit rex iussa minacis,
Utitur insidiis hostis uterque satis.
Lis patet absque mora, redeunt ad bella priora,
Rex nequit ire foras, preclusus ad interiora*,
Cesaris in patriam Francia signa volant.

* s. in verbo legationis sue.
* s. Davit.
* s. Davit.
* s. urbis Pampilone.

Prelia mirandus tulit infinita Rolandus,
Militis officio precelsus in orbe notandus,
Sidus honestatis, dignus honore satis.

Karlo revertentis recipit vexilla nepotis.
Gens mala* catholicis nimis est contraria votis;
Rex parat hereticis bella referre locis*.

* s. paganorum Ispanie.
* s. Ispaniarum.

Rex iubet imperii victricia signa moveri;
Nec modo se poterint Yspanica regna tueri,
Iudicio celi turba* maligna perit.

* s. paganorum.

Qualiter Ispanos superavit Carolus olim[b],
Huius[c] ego libri titulis subscribere nolim,
Alterius moduli sors dabit illa coli.
Prorsus ab hac cede* mecum, mea Musa, recede,
Mecum leta sede, prolem michi cesaris* ede,
Ad Karoli sobolem[d.*], dactile[e], verte pedem. *

* s. Ispaniarum.
* s. Caroli.
* i. filios.

19. *Ludoicus*[f], *filius Karuli, exaltatur in imperium.*

Anno ab incarnatione Domini 815. Ludoguicus, filius Karoli Magni, quem ipse Karolus adhuc vivens successorem sibi et imperatorem constituit, conperta morte patris, ad palatium Aquisgrani redire festinat ab Aquitania. Ubi consensu omnium principum imperator creatur, 70.[g] ab Octaviano[h] Augusto. Qui primo regni[i] eius[k] anno per delationes quorundam comperit, quosdam regni primates adversus Leonem papam conspirantes interfectos fuisse. Ad quod perscrutandum vocat ad se nepotem suum Bernardum regem Ytalie. Qui Romam pergens, ibique egritudine tactus, statum rei per comitem Heroldum augusto mandavit. Leo quoque papa, missis ad Ludoicum nuntiis, de his que sibi imposita tunc fuerant, se purgavit. Pauco[l] post tempore transacto, Leo moritur, et Stefanus substituitur. Qui statim premissis nuntiis, qui eum ad imperatorem dicerent esse venturum, ilico itinere arrepto, subsequitur. Imperator eum Remis cum honore suscepit. Ubi papa, celebratis missarum sollempniis, Ludoicum Romanorum imperatorem laudibus imperialibus pronuntiavit. Imperator postea Aquisgrani Lotharium filium suum socium imperii legit; alios filios duos reges vocatos, unum Aquitanie, alterum Baguarie prefecit. Set paulo post Bernardum nepotem suum regem Italie cum aliis Italiae civitatibus contra se repperit coniurasse. Adversus quem dum Ludoicus parat exercitum, ille animo fractus occurrit, et tradit[m] se imperatori. Imperator tunc[n] Aquisgrani, data sententia in Bernardum et alios sue factionis coniuratores, cum essent capite puniendi, iussit eos[o] omnes cecari. Deinde filium suum Lotharium[p] in Ytaliam mittit. c. 34. Ubi Lotharius[q], rebus ordinatis, in sancto pasca a Romano pontifice invitatur, et ab eo in imperium coronatur. Postea Ludoicus propter mala uxoris sue opera, ut dicitur, a regno pellitur, et iterum restituitur. Deinde post pauca anno[r] imperii sui 6. diem solvit estremum. Anno ab incarnatione Domini 841. dum Lotharius, filius Ludoici, reversus[s] c. 35. ab Ytalia monarchiam habere proponit, fratres[t] eius Karolus et iunior Ludoicus, imperii dignitate et nomine karere nolentes, Lothario bellum indicunt. Cunctisque viribus regni simul hinc inde contractis, mirabilem habent

Otto V, 33.

---

* B 1 *addit in marg. manu* 2: Nota, quod his diebus Stefanus papa IIII. sedit menses 7. Post quem Pascalis annis 7 sedit et dies 17.

a) paribus C 2. 4. b) idem D 2. c) *hic versus deest* C 4. d) Cesaris ad genitos A. B. C. D. e) *e corr.* B 1. f) *haec desunt* B. g) LXIX. C 2. h) *deest* C 4. D 2; octavo E 6. 8. i) *deest* D 2. k) *deest* E 6. l) Parvo C 4. m) tradidit C 4. n) autem D 2. o) *deest* E 6; o. *deest* E 8. p) Karolum C 4. q) L. s. p. ord. r. a C 4. r) a. i. s. V^to^ *superscr.* B 1. s) *deest* E 6. t) et fr. E 1. 6. 8.

Otto V, 35. congressum aput Fontaniacum. Ubi vires totius regni Francorum usque adeo sunt imminute, ut iam non regnum eorum dilatare, set sua cogitet vix[a] unusquisque contra gentes circumpositas posse tenere. Ibi Karolo et Ludoico vix victoria cruenta et[b] miseranda concessit. Deinde concordia inter se[c] facta, his tribus fratribus sic[d] dividitur imperium: Karolus a mari Britannico usque ad fluvium Mosam partem obtinuit; Lothario a Mosa usque ad Renum fluvium Belgica[e] Gallia cessit, que usque hodie Lotharingia suo nomine solita est appellari; Ludovicus autem a Reno versus orientem omnem Iermaniam, Alemanniam et Baguariam in sorte suscepit[f].

Item[g] de primo Lodoico imperatore[h], filio Karoli, versifice[i] narramus.

Karolus egregium genuit regem Lodoicum[k],
Quem Deus almificum sibi confirmavit[l] amicum;
Lege sua[85] clerus[m] iure vocatur erus.
Hic pater ecclesiam vario prevenit honore,
Veste, domo, cerere cuius fuit acta[n] favore,
Iure suo legitur grandis ubique fore.
Hic proprias habitare domos equitesque tenere
Nos facit et veste varia griseaque nitere;
Nisus et accipiter[o] hac quoque lege sedet*.
Talis[p] honor clero nisi cesare dante veniret,
Grande genus comitum cleri iuga nulla subiret*,
Rustica ne fieret*, nobilitate viget**.
Rex* homo catholicus fovet, auget amatque[q] beatos,
Suscipit et ternos[r] divino munere natos*,
Quos facit et[s] regno participare suo.
Dividit hic[t] proles, subdividit et regiones;
Attamen * imperii Lotharius[u] arcet honores,
Seque duo reliqui sede* carere dolent.
Climate seiuncti sunt, non[v] diademate functi,
Set neque pontificis* manibus scribuntur inuncti;
Ira gravis pueris guerraque magna fuit.
Unus[w] aput Francos Lottharius orbe resedit,
Karolus est alter, cui Sequana* Gallia** cedit,
Climata ** Baguarie sic Ludoicus habet[x].

* s. in clericis autoritate Ludoici imperatoris.
* i. non fierent clerici.
* s. ecclesia. ** s. nobilium clericorum collegio (A 2)
* s. Ludoicus.
* s. Lotharium Karolum et Ludoicum. Quorum Ludoicum fecit post se imperatorem.
* i. imperiali.
* i. pape.
* flumen. ** s. Parisius.

---

* **A** *sequentes quinque versus ita praebet:*

Attamen imperii tenet unus et alter honores,
Sepe duo fratres sic monocrare solent.
Climate seiuncti sunt ambo decenter inuncti,
Imperii cuncti pariter diademate functi,
Una salus pueris unaque pompa fuit.

B 1 *e corr. ut editum est.*

** **A**: Sequana cum Lieri pessima gesta dedit (**B** 1 *e corr. ut editum est*), *et pergit* **A**:

Tunc erat in patria dux inclitus Ugo[y] Capetta,
Cuius ad arbitrium gens Gallica tota relicta,
Ut placuit regi, subdita servit[z] ei.
Dum quasi patricius regimen sub rege teneret,
Traditor egregius regnum meditatur habere,
Membra sui domini cauterianda[a] ferens.
Crure, manu, dorso rex et pede cauteriatur,
Tonsus et abrasus concluditur et monachatur,
Atque cucullatur ludibrioque datur[86].

a) *deest* **E** 8. b) et m. *desunt* **C** 4. c) *deest* **C** 1. d) regnum s. d. **C** 4. e) Bellica Gallica **C** 4. f) **B** *pergit:* Non multo post mortuo Ludoico regnum eius iterum ad Lotharium est devolutum, *sed haec et alia in* **B** 1 *post erasa sunt.* g) De Ludoico imp. f. K. Magni et de duobus filiis suis Karolo et Lothario **A. B**; De eodem Ludewico **C** 3: Item de eodem Karolo **C** 4. h) *deest* **E** 1. 8. i) v. n. *desunt* **E** 8; n. *deest* **E** 4. k) *ita hoc loco* **B** 1; *deest* **E** 4. l) confortavit **A**? **B**. m) clarus **E** 6. 8. 9. n) *ita* **E** 6, *i. e.* aucta. o) ancipiter **A. B. D** 1. **E** 9; aucipiter **E** 7; accipitur **E** 8; Nisus — sedet *desunt* **E** 1. 2. p) Hic honor ecclesie **A. B.** q) amat *deest* **E** 6. r) geminos **A**; t. *e corr.* **B** 1. s) f. imperio **A**; et i. *e corr.* **B** 1. t) hec **E** 5. u) summos habet unus (s. Lotharius **B** 1) **A. B. C.** v) nunc **B** 1; *deest* **B** 2; set non **E** 5. w) *sequentes tres versus desunt* **E** 8. x) Verte hoc folium et in altera parte invenies hoc signum ÷O÷ et illa omnia prosaica hic scribas sub titulo Lotharii imperatoris Diviso Francorum *etc.* **B** 1. y) Hugo **A** 2. z) fuit **A** 2. a) cauterienda **A** 1.

85) De regula canonicorum a. 817. data cogitare videtur. 86) Hic et in sequentibus meras fabulas vendit.

20. *De*[a] *Lothario imperatore, filio Lodoici secundi, et de filio eius Lodoico*[b] *tercio puero imperatore.*

Diviso[b*] Francorum regno, Lotharius, cui, ut dixi, cum Lotharingia Romanum imperium devenerat, 71.[c] ab Agusto[d] imperavit, Theophilo mortuo, filioque eius Michaele aput Grecos in urbe regia imperante. Nortmanni per Ligerim[e] fluvium[f] intrantes, civitates quasdam[g] irrumpunt, et[h] in sabbato sancto pasche episcopum ex more generale baptismum celebrantem cum clericis interficiunt, ac circumquaque diffusi[i], cunctam ferro flammaque vastantes provinciam, Andegavensem quoque ac Turonensem occupantes urbes, beati Martini ecclesiam cremare non verentur[k]. Eo tempore Karolus, cui, ut supra dixi, occidentalia regna in divisione[l] cesserunt[m], capit[n] Karolum[87] regem Aquitanie, ac episcoporum consilio tonsum[o] monachum conversum[p] in monasterio sancti Medardi fecit. Porro Lotharius imperator tribus filiis suis regnum, quod eum contigerat, partitur; Ludoico[q] Italiam cum nomine imperatoris, Lothario Lotharingiam, Karolo Provinciam tradens. Ipse vero, ordinatis omnibus, in Prumiensi[r] monasterio, 16. imperii[s] sui post mortem patris anno, monachus efficitur. Videt[t], ad quantum defectum Romanum[u] imperium devenerit, scilicet[v] ut, in tres partes diviso regno Francorum, tertie partis tertia pars esset eius[w] imperium. *Otto VI*, 1.

21.[x]

Cum igitur Lotharius, deposito cingulo militie, monachus fieret, anno ab incarnatione Domini 855. Ludoicus, filius ipsius[w] Lotharii, serenissimus 73.[y] ab Augusto Octaviano[w] suscepit imperium, tunc in Constantinopoli[z] regnante Basilio, qui occiderat Michahelem. *c.* 2.

B 1 *textu eraso in margine haec habet:*

Nota, quia iste Hugo cognominatus Capetta nervos domini sui regis in brachiis et cruribus cautizavit, ne anplius militaret, et contra eum erexit in regnum filium suum Teodericum, de cuius prole sunt hodie reges Francigene.

A *pergit: Nota, quomodo Francigene imperium perdiderunt et soli Teutonici obtinuerunt.*

Occupat hoc regnum, cum cesaris esset amicus,
Filius Hugonis, patre complice, Teodoricus,
Fraudeque polluitur Gallicus inde situs.
Cumque creant propere falso* diademate regem,
Karolus[88] eicitur, contracto corpore degens.
Quis fratri fratrem* condoluisse neget.
Hec ubi fama datur, Lotharius ipse vocatur,
Ut male patratum properet punire reatum,
Et revelet fratrem, quem periisse patet.
Regia cauterio dum membra perhusta revellant,
Quisque ducum metuit, commissaque crimina celat.
Rex iubet, ut penam crimina morte ferant.
Ultio terribilis ducibus condigna paratur,
Actores scelerum quoscumque fuisse probatur,
Furcaque tunc proceres bis tulit una decem.
Rex fugit intrusus, minime sub cesare tutus;
Agmen quippe ducum furca videt ordine fusum,
Se quoque confusum perditione ducum.
Inde tamen fugiens, fertur potuisse latere,
Tempore post aliquo regnum confixus habere.
Eius adhuc heres Sequana regna tenet.
Karolus a proprio cupiens descendere claustro,
Ipse cucullatus residens, vult pergere plaustro,
Corpore concreto ne veheretur equo.
Karolus[a] assignat, quid[b] gens agat illa maligna,
Et velut indigna fratri sua regna resignat,
Ammodo mundana nulla tenere parat.
Trado tibi, dixit, *regnum, concedo decores,*
Mando, quod ipsa tibi mea Gallia prestet honores.
Sola mihi monachi vita fidelis erit.

* propter traditionem illam (A 2).

* filius Ludoici, frater vero Lotharii (A 2).

a) *haec desunt* B. C 3; De L. f. L. et de f. e. L. puero C 4. b) Lothario E 1. b*) B 2 *praemittit quae* B 1 *infra in margine habet:* Eugenius — dies 20. c) LXX. C 2. d) *ita* B 1 *hoc loco.* e) Liarim (Li *e corr.*) B 1. f) *deest* B 1. g) *e corr.* B 1. h) ac B 1. *Otto.* i) difusi B 1. k) reverentur C 3. D. E 1. 5. 8. l) sortem C 4. m) cesserant B. C. *Otto.* n) c. K. r. A. *e corr.* B 1. o) tonsum *corr.* tonsus B 1. p) Suesione B. C 2. *Otto;* Vesione C 3. 4. q) Lodewico B 1 *hoc loco;* Lodeguico D 1; Lodoico E 5 *semper fere.* r) Prom. C 2. 4. D 1. 2; Prioniensi C 3. s) p. m. p. sui D 1. t) Nota E 8; Verba auctoris *add.* E 1. 2. u) Romanorum C 4. v) *sequentia manu* 2. *scripsit* B 1; sc. *deest* C 4. w) *deest* C 4. x) *rubra et capitis divisio deest in omnibus codicibus; sed vide Indicem.* y) 63. C 2. E 6. z) Cost. B 1. a) Parolus A 1. b) quod — agit A 2.

87) *Pippinum* Otto. 88) Karolo duci, Ludovici Ultramarini filio, Karolum Calvum regem, Lothario Galliae regi Lotharium imperatorem substituit.

Otto VI, 2. Tunc* Karolus, frater eius, qui Galliam pro parte regni acceperat, moritur[89]. Unde Lotharius, frater eius qui regnum tenebat Lotharingie, contra patruum suum Karolum, qui tenebat Aquitaniam, contendit. Interea idem Lotharius abbati Huguberto, fratri scilicet regine uxoris sue, ducatum inter montem Iurum et montem Iovis commisit. Porro rex Ludoicus, alter patruus ipsius Lotharii, qui Iermaniam et Baguariam[a] tenebat, multa prelia contra Slavos magnifice gessit, captumque principem eorum Rastil luminibus privavit. Deinde

c. 3. idem Ludoicus, rex scilicet Iermanorum et Baguarorum, ad regnum Gallie, quod Karolus frater eius in divisione regni acceperat, a quibusdam principibus ipsius Gallie vocatus, in partes illas cum exercitu transiit, et regnum Karoli fratris sui invasit, et[b] usque Senonas processit. Cumque, relicto ibi exercitu, in Iermaniam Baguariamque redisset[c], principes, qui eum illuc[d] invitaverant, in gratiam regis sui redierunt. Unde exercitus Ludoici, qui ibi remanserat, a Gallia exire compellitur.

c. 4. His diebus Sarraceni ex Africa progressi, Beneventanorum[e] regionem, que olim vocabatur Sampnium[f], devastabant. Contra quos imperator Ludoicus, viribus repenteg undecumque contractis, Lotharium fratrem suum in adiutorium invitat. Qui cum exercitu ingressus Italiam, cum inique et enormiter iret, tam ex calore quam morsibus[h] aranearum in penam culparum suarum de gente sua multos amisit. Ipse quoque Lotarius in via morbo correptus, aput Placentiam obiit. Karulus autem rex Gallie, audita morte Lotharii, regnum eius, scilicet Lotharingiam, invadit. Ad hec imperator[90] Ludoicus ipsum regnum Lotharingie cum Karulo patruo suo, habita inter[i] se pactione, divisit. Ita tamen quod[k] Ludoicus imperator Aquisgrani palatium cum sua portione haberet. Non multo post tempore transacto, Adalgisius dux Beneventanus, sub fiducia Grecorum, adiunctis sibi Campanis, Lucanis atque Sampnitibus, Ludoico imperatori rebellare proponit. Imperator itaque collatis copiis Beneventum bello invadit. Cui Adalgisius, in dolo datis muneribus, a finibus suis discedere persuadet. Imperator rediens, omnes civitates Campanie et Lucanie preter Capuam sine gravibus laboribus cepit. Capua etiam[l] deinde capta, et[m] episcopo cum clero portante[n] reliquias ante pedes eius cum lacrimis veniam postulante, in gratiam eos recepit, totamque Campaniam et Apuliam a Grecis mundavit. Paulo post imperator, ex consilio Adalgisi ducis dimisso exercitu Beneventum ingreditur; dux et cives circa meridiem in imperatorem dormientem[o] faciunt insultum, ipsumque cum[p] palatio comburere minantur, nisi iureiurando promittat, se fines eorum amplius non ingressurum. Imperator post hanc ignominiosam pactionem Romam venit. Ibique coram Iohanne pontifice[q], qui Adriano successerat, presente senatu, causam suam exponit; propter quod Adalgisius dux a senatu hostis iudicatur. Imperator a iuramento, quod non sponte, set pro vita servanda fecerat, absolvitur per apostolicum. Quamvis tamen esset absolutus, ad evitandum scandalum non ivit Beneventum. Verumtamen reginam illuc cum exercitu destinavit; Adalgisius perterritus in Sardiniam[91] fugit, et ab ira cesaris declinavit.

Hiis diebus Franci[r] creant sibi regem Ottonem[r], filium[r] Roberti[r].

De[s] *eodem*[t] *filio Lodoici Lothario imperatore supradicto*[t] *versifice*[t] *narramus*[u].

Solus in[v] imperii[*] Lotharius arce resedit,
Totaque[w] Teutonicis Romana[x] monarchia cedit,
Omnibus Ytalicis tunc sua iura dedit[y]. **

[*] s. Lotharius et omnes eius successores Teutonici (A 2).

Tunc rex Danorum[z] babtisma recepit Eroldus[a. 92],
Filius[b] ipsius cum matre puer Manigoldus,
Et reliqui populi crisma tulere sui. ***

---

* *Horum loco habent* B. C. D:
Tunc Lotharius, frater eius, qui Lotharingiam pro parte regni susceperat, accepit uxorem Teobirgam, sororem abbatis Hugoberti. Non multis post diebus Karolus, frater ipsius Lotharii, qui Provinciam[c] pro parte regni susceperat, moritur. E 1. 2: Tunc Lotharius, f. e. qui Lotharingiam p. p. r. susceperat, moritur. Unde L.

** A. B 1 *ex prima recensione addunt:*
Sic stetit imperium sub nomine Teutonicorum,
Legeque[d] perpetua stat gloria maior eorum;
Nunc Deus ipse polum possidet, ille solum.

*** A *addit:*
Dum subit extremum moriens Lotharius annum,
Sequana fert iterum regem revocare tyrannum,
Subtrahat ut domino regia iura suo.
Venit et extortam rapuit cum patre coronam,
Litore quam Rodanus distinguit et unda Saona;
Sic docet ystoria, sic quoque fama sonat.

a) Bauuariam *corr.* Bauariam B 1. b) *deest* E 6; et ad S. E 9. c) processisset C 4. d) *deest* C 4. e) Beneuet. B 1. f) Sapinum E 6; Sarapinum E 8. g) *deest* C 4. h) ex m. E 8. i) i. se *desunt* D 2. k) *deest* D 2. l) *deest* E 6; d. est E 1. m) *deest* E 8. n) portantes D 1. E 6. 8. o) *deest* D 2. p) in C 4. q) papa C 4. r) *deest* C 3. s) *rubra deest* B; B 1 *sequentia in loco raso scripsit, sed etiam partem primae recensionis servavit;* De Lotario primo imperatore A; De eodem L. v. C 3; Item de Lothario C 4; Item de *etc.* C 2. D 1. t) *deest* E 1. u) *deest* E 1. 5. 8. v) *deest* A. E 6. w) Iureque C. D 2; Iureque *corr.* Iuraque D 1. x) Romanaqua A 2. y) Iuraque Teutonicus (Teutonicis C 4) cesar in orbe (urbe C. E 1. 2) d. A. B. C (Iureque T. c. in U. sedit C 3) D 2 E 1. 2; *deest versus* D 1. z) Sclavorum C 4. a) Aroldus *corr.* Eroldus A 1; Heroldus A 2. B 2. C 4. D 1. E 5. 6. 8. 9; Herroldus E 1. b) Uxor et ipsius natus dictus M. A. c) pr. Lothringiam C 3. d) Longoque perpetuo A.

89) In codd. E 1. 2. verba *accepit — susceperant* errore exciderunt; ideo ipse Gotifredus postea correxit, ut editum est, sed etiam sic a vero longius aberravit. 90) rex Germaniae. 91) *Corsicam* Otto. 92) Ludovico imperatore a. 826; de Manigoldo filio nemo praeter Gotefridum refert.

Imperium cum patre suo[*] Ludoicus adeptus,
Ytalie sub patre tenet moderamina rectus[a],
Usque farum Siculi regia signa tulit[b]. *

[*] Lothario s. (Lotario filio Ludoici B 1 *prima manu.*)

22. *De[c] Karulo quarto imperatore Romanorum[d].*

Anno ab incarnatione Domini 874. Ludoicus suavissimus imperator ultimum diem clausit, anno imperii sui 19. *Otto VI, 6.* Eodem anno Karolus, patruus eius senior, occidentalis Francie rex, cum suis Francigenis Romam veniens, imperium[e] a Romanis, ut[f] dicitur, pecunia impetravit. Regnavitque ab Augusto 74. Non multo post frater eius Ludoicus rex Iermanorum et Baguarorum in castro Franconfurt diem obiit. Qui tres filios reliquit, scilicet Karlomannum[g], Ludoicum[h] et Karolum. Porro Karolus imperator, morte fratris sui Ludoicii[i] audita, regnum Lotharingie molitur invadere. Primo itaque loco Aquisgrani palatium occupavit, et usque Coloniam progreditur. Interea Karlomannus, primogenitus Lodoici Baguarorum et Iermanorum regis defuncti, Ytaliam ingreditur, et temptat tollere imperium. Verumtamen frater eius Ludoicus aput Iermanos et Bawaros[k] ceperat iam regnare. Qui cum audisset patruum suum Karolum in fines regni eius, scilicet Aquisgrani et Colonie, introisse, missa legatione a regno eum cedere monet. Quo non cessante, ad pugnam progreditur, et ambo iuxta Renum aput Andernacum preliantur. Karolus in fugam convertitur, multis ex utraque parte prostratis. Post hec Ludoici filii tres, conventione inter se facta, regnum Teutonicum a patre sibi relictum dividunt hoc modo: Karlomannus accipit[l] in portionem Baguariam, Pannoniam, Karintanam[m], Boemiam et Moraviam; Ludoicus accipit[n] orientalem Franciam, scilicet circa Renum, et Turingiam, Saxoniam et[o] Fresiam et[o] Lotharingiam; Karolus accepit in[o] portionem[o] Alemanniam, id[p] est Sueviam, et quasdam civitates Burgundie[q], propter vini copiam.

Karolus interea secundus imperator predictus a[r] Gallia Romam petiit. Indeque rediens, contulit se Papie. Ibi nuntiatur ei, Karlomannum[s], filium fratris sui Ludoici, qui tenebat Baguariam, cum magno exercitu Ytaliam intrasse. Tunc imperator in Franciam redire volens, veneno interiit[t]. Anno secundo Ludoicus, filius Karoli iunioris, qui dicebatur Balbus, obiit[u], relictis duobus filiis, scilicet Ludoico et Carlomanno. Nam tertium eorum fratrem[v], qui postea dictus est Karolus, mater eius tunc[w] in utero iestabat. Cuius regnum Provinciam, quam pater eius Karolus, filius imperatoris Lotharii, in divisione regni pro parte[x] acceperat, Boso, cui [prefatus[y]] Karolus imperator Gallie[z] illam nupera[a] tradiderat, invadit, et primo loco Lugdunum venit [Boso[y]]. Ibique a[b] Lugdunense archiepiscopo in regem Burgundie et[c] Provincie ungitur. Qui a predictis adolescentibus Ludoico et Karlomanno arcetur [atque[d] depellitur].

23. *De[e] nativitate regis Arnulfi.*

Anno ab incarnatione Domini 880. Karlomannus, Lodoici [tertii[f]] filius, cui Baguaria in sortem devenerat, post[g] multos triumfos, quos peregerat, moritur, et in loco Odinc[h] in Bawaria sepelitur[i], relinquens filium ex nobili femina, set non legitima[k]; quem, tamquam de origine Karulorum progressum, Arnulfum vocaverunt. Isti Arnulfo postea *Otto VI, 7.*

Nunc sine Carulea regnabit Gallia prole,
Unde nec inmerito Romanum perdit honorem.
Karolus obtinuit, perdidit illa dolens.

et pergit:

De Ludoico secundo imperatore.

Imperium *etc.* — tulit.

De Karulo tertio et Karulo quarto;
de Karlomanno[l]*, de Arnulfo.*

Nunc duo sunt Karli[93] diverso tempore summi;
Post Karlomannus[94] sumpsit diademata mundi;
Arnoldus sequitur, cui regni gloria cedit.
Post venit Arnulfus, magnus cui mundus obedit.
Cerne, quod istorum stant nomina nuda virorum,
Cronica gestorum non inveniuntur eorum,
Nulla michi referunt nullaque gesta colunt.

* B 1 *addit in margine:* Eugenius papa sedit ann. 4, menses 7, dies 23. Valentinus papa sedit dies 40. Gregorius IIII. sedit ann. 16. Leo papa IIII. sedit ann. 8, menses 3, dies 6. Benedictus III. sedit ann. 2, menses 6, dies 6. Nicolaus papa sedit ann. 9, menses 6, dies 20. *Haec* B 2 *supra posuit, hoc vero loco in margine scripsit:* Nota, quomodo Francigene imperium perdiderunt et soli Teutonici retinuerunt.

a) recptus *corr.* ceptus D 1; reptus E 8; ceptus E 9; moderante receptus E 5. b) tenet E 6. c) *haec desunt* B 1; Item de E 1. d) *deest* C 4. e) et i. E 6. f) R. per omnia i. D 2. g) Karlomagnum D 1 *saepius;* Karolum magnum E 5. 6. 8. 9, *et ita post.* h) et L. C 4. i) *deest* C 4. k) *ita* B 1 *hoc loco.* l) accepit E 1. 2. 5. 6. m) Carintiam C 2. 3; Karinthiam C 4. n) accepit E 1. 6; *deest* E 9. o) *deest* C 4. p) id est *desunt* E 6; et E 1. 9. q) Lotharingie B. C. D. *Otto.* r) a Gallia *post add.* B 1. s) Karlomannus filius B. C 2; quod Karlomannus filius C 3; Karlomanno filium E 5. t) periit C 4. u) interiit C 4. v) *deest* C 3. w) *deest* C 4. x) p. regni C 4. y) *deest* B. C. z) Galliam *in marg. add.* B 1; Gallis C. a) *post add.* B 1. b) apud Lugdunensem urbem ab archiepiscopo C 4. c) *deest* C 4. d) a. d. *desunt* B. C; rep. D. e) *haec desunt* B. f) *deest* B. C; imperatoris E 8. g) pos B 1. h) Otingin C 4; Ôdîng C 3. i) seperitur B 1. k) legitimum D. E 5. l) De K. *desunt* B 1, *ubi:* et de Arn.; *versus sequentes vero erasi sunt.*

93) Karolus Calvus et Crassus. 94) Ludovici Germanici filius, qui imperio caruit.

Otto VI, 7. monarchia cessit. Set Lodowicus orientalis Francie rex, audita morte fratris, Bawariam adiit, eamque sibi subiecit; Arnulfo predicto ducatum Carentane[a] cum castro quod dicitur Mosebur[b] donavit.

24. *De[c] illo rege Karulo, qui a fratribus suis acceperat Alemaniam in portionem.*

c. 8. Anno ab incarnatione Domini 881. Karolus, qui Alemanniam pro portione acceperat, in Ytaliam movet exercitum, totaque Lombardia in deditione accepta, Romam venit. Ubi a Iohanne papa[d] in imperium consecratur, 75.[e] ab Augusto imperatore. Ea tempestate Normanni regnum Lodowici per fluvium Guala navigio ingressi, palatium Noviomagi incendunt; deinde Coloniam et Aquisgrani cum tota illa provincia devastant. Inter hec[f] Ludoicus ipse obiit aput Franconfurt, et in monasterio Lauracensi[g] sepultus est[h]. Normanni autem regis Ludowici morte comperta, securiores effecti, urbem nobilissimam Galliarum Treverim invadunt, et in[i] ipsa cena[k] Domini cum adiacente provincia igne consumunt, et episcopum ipsius urbis occidunt. Deinde preda Francorum honusti ad[l] naves revertuntur. Hec dum in Galliis[m] agerentur, Karolus tertius imperator in Ytalia morabatur. Principes autem tam Gallie quam Iermanie omnes eum precibus pulsant, quatinus, fratre suo Ludoico rege Iermanorum iam mortuo, redeat accipere regnum paternum, et patriam liberet a Normannorum incursione. Qui festinans revertitur, assumptisque Lombardis et Bawaris, Saxonibus[n] et Frisonibus, Alemannis atque Turingis aliisque pluribus, contra Normannos, qui adhuc in regno morabantur, movet exercitum. Itaque Godefridus rex Normannorum christianus efficitur, et ab imperatore de sacro fonte suscipitur. Filiam[o] quoque Lotharii uxorem accipit Gislam[p], et totam terram Frisonum in dotem; et sic a finibus regni cum suis discessit. Anno sequenti Ludoicus, filius Karuli[q] regis Francigenarum, obiit, et in monasterio sancti Dionisii sepultus est; et fratrem[r] suum Karlomannum heredem regni reliquit. Non multo post Karlomannus in venatione ab[s] apro percussus diem obiit. Occidentalis ergo Gallie principibus[t] iam amissis, Karolum imperatorem, qui tunc solus de stirpe Karulorum superesse videbatur, ultro invitant, eique venienti omnes subiciuntur. Paulo post autem
c. 9. idem[u] Karolus imperator corpore et[v] animo in tantum egrotat, ut ab hominibus[w] inutilis habeatur. Propter[x] quod Arnulfus supra memoratus ad imperium ab omnibus est electus anno ab incarnatione Domini 886. Infirmus[y] autem imperator Karolus ad tantam penuriam devenit, ut etiam pane carens ab Arnulfo paucos reditus ad vite solatium gratanter accepisset[z]. Ab hoc tempore usque ad primum Ottonem imperatorem invenimus in imperio confuse fuisse regnatum. Karulo enim isto mortuo, qui 7 annis regnavit, et septimo anno privatam vitam, relicto ymperio, vixerat, imperium diversis modis scindebatur, cum singule provincie singulos reges nitebantur
c. 10. creare. Arnulfo tamen[y] pars maxima cessit. Tunc Ytalia[a] et Lonbardia sibi regem Beringarium Foroiuliensem constituit, et alium regem fecit Guidonem Spoletanum. Rex Beringarius tunc[b] a rege Guidone [Spoletano[c]] pulsus, ad Arnulfum confugit. His diebus gens Ungarorum ex Sithia egressa et a Pincenatis propulsa, in Pannoniam primitus venit, et eiectis inde Avaribus, perpetualiter ibi [usque hodie[d]] permansit. Ista gens Ungarorum illo tempore tam beluina, tam inculta fuisse narratur, ut carnibus crudis ad cibum, humano vero sanguine uterentur[e] ad potum, quemadmodum et Falagi, [id[f] est] Pincenates, usque hodie sanguine bestiarum ad potum
c. 11. et carnibus equorum et vulpium, luporum etiam et gattorum[g] crudis utuntur. Porro Arnulfus totam orientalem Franciam, que hodie Teutonicum regnum vocatur, id est Bawariam, Sueviam, Saxoniam, Turingiam, Fresiam et[h] Lotharingiam rexit, et[i] totum Renum. Occidentalem Franciam vero Odo tenuit Arnulfi autoritate. Post hec Normanni Arnulfi regnum invadunt, et duces sibi occurrentes extinguntk. Arnulfus autem eos postea tanta virtute prostravit, ut
c. 12. viventes pauci remansissent. Deinde anno ab incarnatione Domini 894., compositis omnibus rebus in Iermania[l], Arnulfus cum exercitu Lombardiam ingreditur, captaque civitate Bergamo, comitem Anbrosium in furca suspendit. Unde tota Ytalia perterrita, sue se ditioni subiecit. Arnulfus in Galliam per montem Iovis rediit[m]. Ea tempestate Guido [dux[n] Spoletanus], qui regnum Italie usurpaverat, moritur. Cuius filius Lanbertus Romam veniens, fecit se impe-
c. 13. ratorem vocari. Arnulfus filio suo Cendebuldo[o] spurio[p] tunc donavit Lotharingiam. Deinde Arnulfus a papa Formoso vocatus, iterum Italiam ingressus, Romam venit; quam et armis tunc cepit, et ab ipso pontifice coronatus est et augusti nomen sortitus[q]. Postea eos qui adversus pontificem seditionem moverunt decollari precepit. Reverso ab Urbe Arnulfo, Lanbertus, filius Guidonis Spoletani, qui imperium invaserat, moritur, et Lodoicus, filius Bosonis, a Longobardis ad imperium invitatur. Legi[r] ego Gotifredus[s] in quibusdam gestis Romanorum post Karolum tertium[t], tamquam imperio a Francis ad Lombardos translato, Arnulfum in cathalogo imperatorum non[u] nominari, set[v] Lodoicum ceterosque post ipsum in numero augustorum poni. Alii autem Arnolfum in cathalogo ponunt[w]. Eos[x] autem qui post eum[y] confuse usque ad Ottonem regnaverunt, non imperatores et augustos, set invasores et[z] non augustos appellare consueverunt. Non multo post, mortuo Bosone[b] rege Francorum occidentalium et in ecclesia sancti Dionisii sepulto, Karolus ibi rex creatur. Arnolfus 12. regni sui anno imperator, secundum quod supra taxatum[c] est, diem suum obiit, et iuxta patrem suum Ludoicum aput Odinc[d] in Baguaria sepelitur. Monstratur tamen sepulcrum eius in monasterio sancti Eimerami[e] Ratispone[f].

a) Carintiae C 2; Carinthie C 4. b) Moseburg C 3; Mosebûrh C 4; Moseburch E 1; Moseburc E 5. 6; Mosemburc E 8; Mosbruc E 9. c) *haec desunt* B 1; De i. K. q. Al. in p. accep. C 4. d) III *add.* E 8; in *deest* E 6. 8. e) anno *add.* C 4. f) Interea L. hic ipse E 8. g) Laureac. C 4. h) *deest* E 6. 8. 9. i) *deest* E 6. k) templum *post suppl.* C 4. l) ad n. *desunt* E 6. m) liis agerentur *desunt* E 6, *spatio vacuo relicto.* n) Fres. Sax. C 4; Frixon. E 6. 8. o) Filia B 1. 2. p) *superscr.* B 1; Gisilam C 4. q) *ita hoc loco* C 4. r) f. s. *desunt* C 4. s) *deest* C 4; ab a. *desunt* D 2. t) p. omnibus iam B. u) cum i. B. C. v) et a. *superscr.* B 1. w) omnibus C 3. E 1. 6. x) P. q. *desunt* C 4. y) *deest* D 2. z) acciperet C 4. a) Yt. et L. *superscr.* B 1. b) a rege *des.* E 8; a G. duce Sp. E 9. c) *deest* B. C. D. d) u. h. *desunt* B. C. e) uteretur B 1. C 3. 4. f) i. e. *desunt* B. C. g) catt. C 4. E 1. *alii;* katt. E 9. h) *deest* C 4. i) et t. R. *in marg. adiecit* B 1. k) *ita* B 1. C 3. 4. D 1. E 1. 5. 6. l) *ita hoc loco* D 1. m) redit *corr.* rediit B 1. n) d. Sp. *desunt* B. C; dux *deest* E 6. o) C. *e corr.* B 1. p) *superscr.* B 1. q) s. est C 4. E 6. r) Repperi B. C. *Otto.* s) *deest* B. t) t. imperatorem C 4. u) *deest* C 4. v) et B. C. w) *deest* E 8. x) Eos autem — ad Ottonem *superscr.* B 1; autem *deest* E 4; eosque E 5. y) ipsum C 4. z) et *erasum* D 1; et non a. *desunt* C 3; s. i. et n. a. *desunt* E 7; non *deest* B. C 2. 4. D; in a. E 1; angustos *Otto.* b) Ottone B. C. *Otto.* c) tractatum E 4; dictum E 8; tactum E 9. d) Ôding C 3; Otingin C 4. e) Emmerammi C 4; Merami E 4; merami Ratispone *desunt* E 6 *spatio vacuo relicto;* Emerami E 9; Rat. *deest* D 2. f) Hec omnia ponenda sunt ante titulum Cendebuldi sub hoc signo ⁜, ubi de Cendebuldo versibus pauca dicimus *add.* B 1; De C. versibus dicemus hic proxime e. t. B 2.

BSB

25. *Item*[a] *de rege Cendebuldo, filio Arnulfi imperatoris, versifice*[b] *repilogamus.*

Cendebuldus* erat rex, de non coniuge natus, * s. filius Arnulfi.
Filius Arnulfi regis, regni[c.*] dominator, * s. Lotharingie tantum, set non erat imperator.
Nec tamen imperii tunc diadema tulit*. * erat tamen rex Francorum c*.
Vir fuit impatiens, super omnia deditus irae;
Fertur Agrippinum[96.*] dominum sic[d] fuste ferire, * s. Coloniensem archiepiscopum (Col. episcopum C4).
Presul ut exanimis nocte sit atque die.
Cendebuldus obit, prave feritatis amicus,
Legitimus puer erigitur, dictus Lodoicus,
Eius* erat frater legitimusque** puer[e]. * s. Cendebuldi. ** i. ex legitima uxore.

26. *De*[f] *Lodoico quarto*[g] *puero*[h] *rege Francorum, filio Arnulfi regis*[i] *legitimo*[g].

Anno ab incarnatione Domini 901. Lodowicus, filius Arnolfi, in loco qui dicitur Forheim[k] rex creatur, atque a principibus Lotharingie, qui offensi erant Cendebuldo[l], invitatur ad regnum totius Belgice. Regio enim illa[m] Belgica Gallia[n] appellatur. Quo comperto, Cendebuldus, dum multa mala committeret regnumque multa preda et[n] incendio et cede cruentaret, tandem a comitibus Stefano, Gerardo et Matfrido[o] in bello occiditur. Itaque Lodoicus, Arnolfi filius, regno[p] libere potitur. His[q] diebus Ungari Lombardiam pervagantes, incolas terre sibi occurrentes sagittis suis occidunt, atque provincia crudeliter depopulata, in patriam suam revertuntur. *Otto VI*, 14.

Anno ab incarnatione Domini 905. Ludowicus, filius Bosonis, imperium[r] adeptus, Berengarium expulit. Cumque totius[s] Ytalie regno pro suo arbitrio potiretur, dimisso milite, Veronam cum paucis se contulit. Ubi a civibus captus per traditionem, revocato Berengario, cecatus est. Beringarius extunc regnum Italie cum imperio Romano obtinuit. Circa idem tempus Albertus[t] nobilissimus[u] comes Francorum, nepos scilicet Ottonis ducis Saxonum ex filia, Conradum[v] [comitem[w]] occidit. Qui [Albertus] a quibusdam dicitur[x] Ludoici regis fuisse filius. Propter quod rex predictum Albertum in castro Babenberc, ubi nunc episcopatus nobilis est, bello invadit. Ille vero impotens, cum regi resistere se non posse[y] videret[97], consilium ab Attone[z] Maguntino archiepiscopo postulavit. Archiepiscopus in castrum tunc munitissimum Babenberc adiit Albertum ipsum, eumque ad regis[a] presentiam venire persuadet, data ei dextra, quod eum securum et indemnem in ipsum castrum suum reduceret. Albertus comes, recepta fide et promissione Attonis archiepiscopi, cum eo pergens, a castro suo aliquantulum egressus, ait ad archiepiscopum[b]: *Domine, debuimus in castro prandium sumere, prius*[c] *quam ad curiam regis iremus; oportebit enim nos tota die hac ieiunare.* Cui archiepiscopus: *Recte,* inquit, *locutus es. Revertamur in castrum, et modicum*[d] *comedamus.* Albertus comes verba sacerdotis, que dicebantur in dolo, simplicibus auribus more antiquorum accepit, et in castrum cum episcopo velociter[e] rediens, accepto datoque prandio, nulla[f] alia securitate ab episcopo [iterum][g] requisita, in conductu eius ad regem perrexit. Ubi positus in causa, capitali sententia condemnatur. Condemnatus autem, monet archiepiscopum de facta securitatis sue[h] promissione. Archiepiscopus respondet, se fidei promissionem servasse, ipsumque a castro egressum, sanum et indemnem in castrum suum reduxisse. Tali fraude circumventus ipse Albertus, in eadem curia decollatur. De cuius bonis ecclesia Babenbergensis, ut dicitur, postea constructa, divitiis anpliatur. Si autem Atto archiepiscopus[i], qui pro salute regni hec fecisse asseritur, in hac causa peccaverit, non meo, set auditorum iudicio reservetur. Ego tamen[k] si fecissem, estimarem me etiam Sarracenum conducendo peccasse[98]. Ex istius Alberti sanguine alius Albertus[l] originem traxisse narratur, qui postea marchiam Orientalem, id est vulgariter dictam Osterrich, quam alii dicunt Pannoniam superiorem, ab Ungaris ereptam, Romano[m] imperio adiecit. Ludowicus rex Francie orientalis anno regni sui 12. sine herede decessit. Secundum scripta quorumdam in isto rege Ludoico et in fratre suo Cendebuldo supra memorato Karulorum genealogia finem accepit ad tempus. Unde quidam sic scripsit: *Ultimus Augustorum Rome fuit Augustulus*[n]*; ultimus vero Karulorum in Francia fuit Cendebuldus.* Igitur Ludoico iam defuncto, Otto dux Saxonum[o] ab omnibus petitur. Princeps autem clarissimus Otto[p] tamquam senio gravis rex[q] fieri recusabat[r]. [Quos[s] recusante, Conradus primus[t] accepit imperium].

Item[u] *de eodem*[v] *rege*[w] *Ludoico puero*[x] *versifice narratur.*

Iste puer pietate valens tribus[99] imperat annis.
Ultimus est iste Karlorum germine sanguis;
Attamen a latere germina Karlus habet*. * habet scilicet per sorores et cognatos (A2).

a) De C. imperatore (i. *erasum* B1) spurio A. B; De r. C. f. A. i. C4; Item *deest* E8. b) v. r. *desunt* E8; r. *deest* E4. c) Reni D1. 2. E1. 5. 8; regno dominatur C4. c*) *haec glossa prius quam antecedens scripta est.* d) qui C4. e) sed generante patre A; l. p. *e corr.* B1. f) *haec desunt* B1. g) *deest* C3. 4. h) *deest* D2. i) *deest* C4. k) Forchein C3; Forcheim C4. l) Zuentebald. *corr.* Cendebuld. B1 *hic et infra.* m) Lotharingie *superscr.* B1. n) *deest* C4. o) Mafrido C2. 3. E1; Mahfr. C4; Manfr. E6. 9; Manfredo E8. p) *deest* E6. q) His — revertuntur *desunt* C4. r) regnum C4. s) t. a regno C2; ipsius regno C3; t. regni C4. t) Adelbertus C4, *et ita saepius.* u) nobil. — Qui Albertus *desunt* E9. v) Conradum B1; Chunradum C4 *et ita infra;* Corardum E6. w) *deest* B. C. x) d. frater L. r. f. B. *Otto, apud quem de Conrado sermo est.* y) posset c. D2. z) Ottone C2. 3. a) imperatoris *corr.* regis B1. b) ait archiepiscopo C4. c) prius p. s. quam pergeremus ad c. r. B. C. D; r. eamus E6. 8. 9. d) aliquid E8. e) *deest* C4. f) non r. ab e. a. s. C4. g) *deest* B. C. h) sibi sec. p. C4. i) arciep. B1. k) autem D1. l) *deest* E6. m) Romanis imperiis C4. n) Ag. E6. o) Francorum C4. p) *superscr.* B1. q) *deest* C3. r) Omnia ista scribenda sunt in titulo Ludoici pueri (L. p. *e corr.*). Verte hoc folium et in altera parte invenies in hoc signo ⁘. Iste puer et cetera *add.* B1. s) *haec desunt* B. C. t) postea D2. u) De Lodoico tertio p. imperatore A. B; De e. L. v. C3. v) *deest* E5. w) *deest* D2. E4. 8. x) p. v. n. *desunt* E4; v. n. *desunt* E4. 6; narratur *deest* E8; v. dicetur E1.

96) Treverensem archiepiscopum Ratbodum; Ann. Fuld. a. 900. 97) Otto de rege loquitur. 98) Ottonis verba mutavit. 99) undecim.

27. *De[a] primo Conrado[b] rege post Lodoicum puerum[c].*

Otto VI, 16. Anno ab incarnatione Domini 913.[d] Conradus[e] primus, filius Conradi illius quem occiderat predictus comes Albertus, consilio predicti ducis Ottonis, qui regnum accipere rennuit, consensu omnium Francorum rex creatur; quem quidam asserunt fuisse filium fratris regis Ludoici tunc defuncti, et propterea eum ponunt novissimum omnium[f] Karulorum. Anno regni Conradi[g] primo Ungari ad depopulandam terram rursus effusi, a Suevis et Bawaris iuxta Henum[h] fluvium sternuntur. Postea dux Bawarorum Arnolfus Conrado regi rebellans, cum uxore et[i] filiis ad Ungaros fuga lapsus est.

Conradus rex anno[k] regni sui 7. diem obiit. Eiusque consilio Henricus[l], filius ducis Ottonis, in regnum sub-
c. 17. rogatur anno ab incarnatione Domini 928.[m] Ab[n] illo tempore dicunt quidam, post Francorum imperium[o] fuisse Teutonicorum imperium[o] [primum[p]]. Unde etiam a Leone[q] papa dicunt istum Ottonem primum Teutonicorum regem dictum[q] esse. Nam iste de quo agimus Henricus dux[r] oblatam sibi a summo pontifice imperii[s] dignitatem rennuisse perhibetur; propter[t] quod etiam non numeratur in catalogo imperatorum Teutonicorum. Michi[u] autem multis ex scripturarum autoritatibus patuit, regnum Teutonicorum, quod imperator Fredericus nostro[v] tempore possidet, partem esse regni Francorum. Ibi enim primi Franci fuerunt cis citraque Renum. Que hodie Francia orientalis usque ad terminos Bawarie appellatur. Francia vero occidentalis est regnum illut quod est cis citraque Sequanam et Ligerim fluvios. Que provincia prius dicebatur Gaudina, set a Carulo Martello, avo Karuli[w] Magni, primum[x] Francia vel Francigena, id est a Francis genita[y], est apellata. In lingua vero Teutonica, unde ipse Karlo[z] Martellus fuerat oriundus, vocavit eam nomine[a] suo Karlingam[b], sicut a Cesare Cesarea et ab Alexandro Alexandria nuncupatur[c]. Hoc autem ideo fecit, quia ipse eos suo gladio subiugavit et regno Francorum [orientalium[d]] adiunxit[e]. Alia quedam ratio ad hec[f]
Otto l. c. satis manifesta monstratur. Denique, sicut in superioribus patet, tempore Karoli Magni regis Francorum tota Gallia, id est Celtica et Belgica Lugdunensis omnisque Iermania, que est a Reno usque ad Illiricum, una Francia fuit. Postea vero regno inter filios filiorum diviso, aliut[g] orientale, aliut occidentale regnum Francie[h] dicebatur. Utrumque tamen vocabatur regnum Francorum. In orientali ergo regno Francorum, quod[i] usualiter [ab[k] antiquis] dicitur Teutonicum, deficiente stirpe Karulorum, Henricus primus de gente Saxonum successit in regnum, manente adhuc in occidentali Francia[l], id est Parisius et Remis, rege Karulo[m] quodam, de proienie similiter[n] Carulorum. Istius Henrici filius Otto postea imperium Romanum reduxit ad Francos, quod iam a Longobardis fuerat usurpatum. Et propterea idem Otto forsitan primus rex vel[o] imperator Teutonicorum dictus est, quia ipse primus[p] extra proieniem Karulorum rex de sanguine Saxonum factus, non quidem primus aput Teutonicos regnavit, set primus imperium Romanum a[q] Lombardis ad Teutonicos[r] revocavit, quod a Lombardis fuerat usurpatum. Notanda est autem hic varietas in nominibus regum Francorum, quomodo primitus a Miroveo rege successores eius dicti sunt Mirovei; postea[s] a Karulo Magno successores eius vocati[t] sunt Karuli vel Karlini, ab Ottone vero[u] imperatore dicti sunt Ottones, deinde ab Henrico Henrici[v].

Item[w] de eodem[x] Conrado rege[y] primo, ultimo autem[z] Karulorum[a], versifice[b].

Semine Karlorum iam deficiente virorum,
Surgit Conradus lateris * cognatus eorum **,
Obtinet imperium Teutonicumque solum.

* s. a latere. ** ex parte sororis (A 2).

Conradus rex eximius sedet ordine primus,
Hostibus ingeritur[c], contraria pellit ad imum,
Subiugat Ungaricos[d] Illiricosque sinus.
Conrado primo natus non extitit heres,
Mirantur proceres, quis * sceptra ** meretur habere;
Vita * datur fatis, plebs dolet inde satis.

* s. principum. ** s. imperii.
* s. regis Conradi.

28. *De[e] Henrico primo rege qui cognominatur[f] Auceps.*

Otto VI, 18. Anno ab incarnatione Domini 920. Henricus[g], Ottonis ducis filius, in Francia orientali regnavit, occidentalem Franciam tunc Karulo quodam rege Parisius[h] regente. Quidam Celtici scriptores asserunt, eum primo

a) *haec desunt* B. b) r. C. E 5. c) regem C 3; *deest* C 4. d) 914. C 4. e) Conraldus E 8 *semper*. f) *deest* C 4. g) sui B. C. *Otto*. h) Renum C 3. 4. E 1. 6. 9. i) filiisque C 4. k) *deest* E 6. l) Heinricus C 3. 4 *semper*. m) 915. E 9. n) Ab — papam dicunt *e corr.* B 1. o) regnum B; regnum *supersc.* vel imperium C 4; fuisse — istum Ottonem *desunt* E 9. p) *deest* B. C. q) Leonem papam d. — dixisse B. r) *deest* B. s) regni B 1; regi B 2; *deest* E 6. t) propter — Teutonicorum *post add.* B 1. u) Michi — Teutonicorum *desunt* E 9. v) hoc C 4. w) *ita hoc loco* C 4. x) *deest* E 8. y) est genita. In C 4. z) K. M. *desunt* B 1. a) n. s. *desunt* C 3. 4. E 5. 6. 8. 9. b) Karlinguam E 5. 8. c) appellatur C 4. d) *deest* B. C. e) adiecit C 4. f) hoc C 4; ad h. s. *desunt* E 6. g) aliū B 1. h) *deest* B. i) *deest* E 6. k) *desunt* B. C; ab antiquitus D 2; ab antiquo E 6. l) Francia *superscr.* P. R. B 1; id est *desunt* C 4. m) *ita* C 4. n) *deest* B. C 4. o) v. i. *desunt* B. p) i. rex vel imperator E 8. q) a L. *superscr.* B 1. r) *post* T. *superscr.* Francos B 1. s) p. vero E 5. 6. 8. 9. t) dicti E 6. 8. 9. u) autem C 4. v) Omnia ista scribenda sunt sub titulo Conradi primi. Revolve hoc folium et invenies in altera parte sub hoc signo ☞ Semine Carlorum et cetera *add.* B 1. w) De C. imperatore primo B 1; Item *deest* C 3. x) *deest* C 4. y) *deest* E 1. z) *deest* E 5. 8. a) post Karullum E 8. b) *deest* C 4. D 2. E 6; versus C 3. c) ingreditur E 6. 8. d) Ytalicos Illiricumque sinum A; *corr.* B 1. e) *haec desunt* B. E 1. f) cognominatus E 4, *ubi* auceps *deest;* Particula XXIII. E 5 *in marg.* g) dux Saxonie *superscr.* B 1. h) *superscr.* B 1.

ducem Saxonum tantum fuisse et tunc Karulo subiecisse. Et postea consilio Giselberti ducis generis[a] sui, qui Belgicam tenebat, a regno ipsius Karoli cum omnibus orientalibus discessit et regium nomen assumpsit. Alii dicunt, eum post mortem Conradi primi[c] in regnum ab omnibus orientalibus fuisse electum, nec umquam aliquid eum de manu illius Karoli suscepisse. Post hec ipse[d] Henricus rex[d] Ungaros in Saxoniam violenter ingressos incredibili cede prostravit. Iste[e] Henricus rex[f] sacram lanceam imperii, que coram imperatoribus[g] fertur, a Rodulfo rege Burgundie minis extorsit. Alii dicunt, a Bosone rege Provincie fuisse eam[h] ad imperium [tempore[i] primi Ottonis imperatoris] translatam. Ipse autem Henricus rex post multa virtutis sue opera, dum ad obtinendum imperium Romam pergeret, antequam Romam pervenisset, diem ultimum clausit, relicto[l] filio Ottone primo, qui factus est imperator, anno regni eius 17.[m] *Otto VI*, 18.

Item[n] *de eodem Henrico primo versifice subnotatur*[o].

Henricus[1] dux Saxonicus[p] regnare vocatur*.
Legati[q] mittuntur ei, qui sepe rogatus*
Noluit imperium sumere rite datum.
Invenere* ducem veterano more sedentem,
Aucupis officio sua retia perficientem,
Ut modicas caperet* insidianter aves.
Et quia simpliciter fuit* his presentibus** auceps,
Ammodo perpetuo cognomine dicitur Auceps[r],
Cum tamen egregium mundus haberet* eum.
Dux[2] igitur dum plus[s] petitur sibi sumere Romam*,
Iurat in eternum capiti* non ferre coronam,
Cum sibi sufficiant que tenet ampla bona.
Cogitur Henricus* regnantis numine fungi,
Cogitur in regem tandem reverenter inungi,
Nulla tamen capiti* missa corona fuit**.
Coram rege* tamen[t] ferri diadema iubetur,
Ut bene servetur quicquid iurasse videtur;
Signa tamen plene regis[u] ubique tenet*.
Ex hoc Henrico rex primus nascitur Otto[v.*],
Cuius et egregia nunc gesta[w] referre perobto.
Iam tres[x] Ottones[v] promere Musa monet[y].

* s. ex consanguinitate Karoli (s. primus de c. Carulorum A 2).
* legati s. illi.
* s. ante orreum suum.
* ille s. dux. ** legatis illis s.
* s. in omni virtute.
* i. imperium.
* s. suo.
* idem s. dux.
* s. suo. ** ideo s. quia iuraverat.
* eodem s.
* ille s. dux factus rex.
* s. imperator.

29. *De*[z] *primo Ottone imperatore Romanorum.*

Anno[a] ab incarnatione Domini 936. Otto primus, nobilis heres Henrici primi, in regnum succedens, in palatio Aquisgrani a Moguntino Hildiberto archiepiscopo coronatur. Iste Sclavos Boemos sibi resistentes compescuit; Belgicos, dum ei transitum Reni prohiberent, vertit in fugam, totaque terra Belgica** igne ferroque vastata, castrum situm in monte Capri obsedit. Unde Ludoicus, filius Karoli regis occidentalis Gallie, terram Belgicam, quam pater suus ante perdiderat, sub hac occasione recuperare intendens, Alsatiam provinciam ingreditur. Quo audito, Otto[b] rex solvit Capri montis obsidionem, et expulso ab Alsatia rege Lodoico, Bresecam obsedit. Interea dux Gisilbertus, qui[c] sororem Ottonis regis habebat uxorem, adversus Francos tamquam hostis regis Ottonis usque ad Andernacum procedit. Ubi a Francis victus, fugiens in Renum submergitur, suis omnibus cesis[b] aut fuga delapsis[d]. Rex autem Otto[e] iterum Belgicam ingressus, totam in deditionem redegit[f]; et extunc omnes Teutonici reges sine contradictione Belgicam semper tenuerunt. Post hec rex Ludoicus uxorem ducis Giselberti, que erat soror regis Ottonis et[g] vidua, in matrimonium accepit. Ipse vero non post multo a suis a regno suo expulsus, ad Ottonem veniens, petit auxilium. Quo habito, devictis suis hostibus, in regnum per Ottonem est restitutus. Post hec aput Ingelheim[h] in presentia anborum regum, Marino sedis apostolice legato adiuncto, sinodus celebratur. Eo tempore Beringarius Ytaliam[i] nimia feritate premebat, et Adilinda[k], vidua Lotharii imperatoris defuncti, ab eo captiva tenebatur. Otto *Otto VI*, 19.

---

* B 1 *addit in marg.:* Legati ad eum transmissi, ut vocarent eum ad regnum recipiendum.

** D 1. 2 *addunt:* Nota, quia Belgica terra nunc dicitur Lotharingia circa Treverim supra Mosellam.

a) *ita omnes quos vidi codices praeter* C 4, *ubi e corr.* generi. c) *deest* B. d) *superscr.* B 1. e) Item B. f) *deest* B. g) regibus C 4. h) *deest* B. i) *haec desunt* B. C. l) relicto — imperator *superscr.* B 1; *post* 17. *ponit* B 2. m) Hec omnia ponas in titulo Henrici primi in altera parte folii. Verte folium hoc et invenies in hoc signo ⊃ Henricus dux et cetera *add.* B 1. n) De primo H. imperatore A. B; De e. C 3; De e. H. C 4; Item *deest* D 2. o) *deest* E 4. p) Saxonibus E 5. q) Copia pontificum sollempnia ferre paratur. Abnegat i. dux ratione datum. A; Legati — datum *e corr.* B 1. r) apces E 5; *versus deest* E 9. s) sic p. non spernere R. A; p. p. s. s. R. *e corr.* B 1. t) secus B. C; tantum E 5; cum rege E 6; tantum rege E 8. u) r. u. *e corr.* B 1. v) Oct. *corr.* Ott. B 1; Octo E 6 *semper.* w) facta C 4. x) nunc A; t. *e corr.* B 1. y) *e corr.* B 1; tenet C 4. z) *haec desunt* B; De O. p. i. C 4. a) A. a. i. D. *superscr.* B 1. b) *deest* E 6. c) qui — usque ad *e corr.* B 1. d) dil. C 4. e) *deest* B. f) coegit C 4. g) iam C 4. h) Ingelem E 5. 6. 8; Ingelheim E 9. i) *deest* E 6. k) Adlinda B. C 4.

1) Annales Palidenses vel eorum fontem sequi videtur; cf. Iahrbücher ed. 2. p. 213. 2) Cf. de hoc loco Iahrbücher l. l. p. 220.

Otto VI, 19. autem Ytaliam potenter ingressus, reginam liberat, eamque[b] sibi in uxorem consociat[c]; atque Beringario depulso, natalem[d] Domini Papie celebravit. Ibique Conradum ducem contra Beringarium relinquens, ipse in Galliam Teutonicam remeavit[e]. Beringarius consilio ducis Conradi ad Ottonem pergit, per ipsum Conradum et per filium regis Ottonis Letulfum[f] veniam impetraturus. Ubi cum per triduum ei rex audientiam denegasset, vix tandem per ducem et per[g] regiam prolem obtinuit, quod ei Otto[h] aput Regium [in[i] Lombardia[3]] diem illuc veniendi prefixit. Ubi postea presentatus[k], regnum Italie de manu Ottonis suscepit, excepta marchia Veronensium et Aquilegensium. Reversus in Ytaliam Berengarius, per suam tyrannidem totius[l] in se odium Ytalie concitavit. Tunc Letolfus[m], filius regis, adversus patrem moliri temptavit; set cito conversus, gratiam[n] recepit[o].

c. 20. Eodem[p] tempore Ungarorum gens erupit totamque terram quasi locusta cooperuit atque super fluvium Lichum iuxta[q] civitatem[r] Suevie Augustam consedit. Quibus Otto precibus et orationes[s] Udalrici, sanctissimi illius urbis episcopi, in Domino confisus, occurrit, tantaque illos virtute prostravit, ut non solum ab infestatione aliorum quiescerent, set pro se timentes terram suam vallo et palude munirent. Cecidit in eo prelio gener regis Conradus et[t] dux Wormatiensis. Barbari autem, exceptis sex viris residuis, omnes gladio narrantur extincti. Huius mali actor dicitur quidam comes de Stira in Baguaria extitisse. Quem Ungari tamquam eum qui eos in mortem eduxerat occiderunt. Terra autem eius[u] redacta est in regium fiscum.

c. 21. Eo[v] tempore ab apostolica sede veniunt legati de tirannide Berengarii conquerentes et defensionem Ottonis in[w] Italiam postulantes. Gualbertus etiam[x] episcopus Mediolanensis et Gualdo Cumanus episcopus cum aliis Italie principibus pro eadem causa ad regem venerunt[y]. Otto autem Aquisgrani in palatio filium suum Ottonem tunc in regnum sublimavit. Deinde collecto exercitu in Ytaliam per vallem Tridentinam intravit, totaque sibi Italia subiugata,

c 22. ad Urbem [Romam[z]] progressus, a Iohanne papa et toto populo dignissime receptus est et imperatoris nomen ac dignitatem sortitus[a]. Otto[b] iste imperator secundum illos istoriografos, qui Arnolfum in catalogo imperatorum[c] posuerunt, et alios [reges[z]], qui interim in[d] Ytalia imperium[e] tenebant, a catalogo[e] excluserunt, 77.[f] est ab Augusto [Octaviano[g]], secundum Romanos vero istoriografos, qui Arnolfum a catalogo imperatorum[h] excludunt[i], et Lodoicum atque duos[k] Berengarios et Hugonem et Berengarium, itemque Berengarium et Albertum in numero [et[l] catalogo] priorum[m] ponunt, iste Otto est 84.[n] [ab[o] Augusto]. Ab eo tempore regnum Romanorum post Francos et Longobardos imperatores predictos ad Teotonicos reversum est, et ad Francos orientales; unde [et[p] a quibusdam] quodammodo[q] videbatur elapsum. Ego autem tunc imperium a Francis non dico [aliquando[r] fuisse] sublatum, set eclipsim[s] passum, quamdiu tot et tam diversi invasores imperium confuse tenuerunt.

Otto imperator ab Urbe rediens, Papie pasca celebravit. Set Berengarius imperatorem fugiens, latitavit[t]. Anno

c. 23. sequenti Otto in monte sancti Leonis obsidet Berengarium. Cuius filius Albertus in Corsicam insulam fugit. Qui postea ad Iohannem pontificem Romanum accedens, eum in partem suam multis promissionibus inclinavit. Quo audito, Otto imperator, dimissa obsidione, Romam ducit exercitum, ubi quidam Romani timentes, una cum pontifice Iohanne[u] fugiunt, alii datis obsidibus Ottoni subduntur. Imperator postea missa legatione scribit Iohanni pape, ut redeat. Quo redire nolente, Otto congregata sinodo substituit Leonem [papam[v]]. Quod videns Albertus, filius Berengarii, iterum in Corsicam fugit. Hec[w] omnia si[x] licite an illicite facta tunc fuerint, ad hoc opus [meum[v]] non pertinet explicare.

c. 24. Proposui enim res gestas describere, non rerum gestarum reddere rationem. Inperator [Otto[v]] Berengarium in dedicionem accepit. Quem in Bawariam exilio relegavit. Ottone tunc Rome manente, Romani communicato consilio cum[y] vicinis castellis statuunt occidere eum. Set dum[z] proditio consilia prevenisset, imperator insidias satagit[a] precavere, et de Romanis multos nece prostravit[b]. Deinde centum obsides ab eis, interpositis sacramentis, accepit. Postea tamen aput Spoletum a Leone papa rogatus obsides relaxavit. Ottone recedente, Romani papam Iohannem recipiunt in Urbem, expulso Leone. Leo aput Kamerinum imperatorem velociter[c] adiit. Ibique cum eo pasca celebravit. Interea[d] Iohannes moritur. Cui a Romanis Benedictus est subrogatus. Otto tam pro Leonis expulsione quam pro[e] Stefani[f] substitutione iratus, ad Urbem festinat. Quam obsidione constrictam et fame incredibili fatigatam ad deditionem coegit, tali dumtaxat conditione insertag, ut apertis portis[h] eum susciperent et Benedictum sue iussioni representarent. Tunc imperator Leonem in cathedram restituit, et inde Benedictum depositum secum deducens, in suam Franciam remeavit. Non multo post[h] deficientibus a se Ytalicis, imperator Alpes transcendit, et natale Domini Rome celebrato, tredecim ex maioribus preter prefectum Romanis, qui erga papam Leonem moverant factionem, patibulis una die suspendit. Deinde filium suum Ottonem fecit a Leone pontifice[e] coronari et augustum vocari. Eique filiam Constantinopolitani imperatoris Theofaniam in matrimonium iunxit. Deinde 37. regni sui anno, inperii vero 13, diem ultimum[i] clausit[k].

Iste est ille[l] Otto, qui Grecos in Apulia et Calabria superavit et Romanorum imperium ad Francos orientales reduxit. Ipse primus in Goslaria [civitate[m]] Saxonica argenti fodinas[n] invenit. Metropolim etiam Magdeburc[o], ubi sepultus est, ornamentis et thesauris plurimis decoravit. Berengarius exul et uxor eius aput Babenberc mortui sunt.

Denarii[4] qui vocati sunt Ottolini ab hoc Ottone[p] sunt in Ytalia constituti[q].

b) que *superscr.* B 1; *deest* E 6. c) sociat C 4. d) natale C 4. e) in regionem *add.* C 4. f) Letalf. C 3; Liutolf. C 4; Lutulf. E 1; Letolf. E 6. 8; Ludolf. E 9. g) p. filium regis Ottonis scilicet Ludolfum audientiam impetravit et obt. E 9. h) O. rex C 4. i) in L. *desunt* B. k) rep. B. l) *deest* E 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. m) Letalf. C 3. E 6. 8; Lutolf. E 1; Ludolf. E 9. n) g. regis B. C. o) impetravit *superscr.* vel recepit C 4. p) Eo B. C; De Ungaris *add.* E 8. q) iusta B 1. r) c. S. *des.* B; S. *deest* C 4. s) ortatione B; hortat. C 2. 3; ortat. *corr.* exortat. E 6; exhortat. E 1. t) *deest* C 4. u) regium fiscum usque in hodiernum diem persolvit C 4. v) Eodem E 5. 6. 8. w) in I. *desunt* D 2. x) *deest* E 8. y) veniunt C 4. z) *deest* B. C. a) s. est C 4. b) Iste O. B. C. c) *deest* E 6. d) in Y. *desunt* C 4. e) imperatorum *add.* C 4. f) 76. C 4. D 1. g) *deest* B. h) i. priorum E 9. i) excluserunt E 5. 8. 9; excl. — Hugonem *desunt* E 6. k) *deest* C 4. l) et c. *desunt* B. m) imperatorum pr. E 9. n) 87. E 1. o) ab A. *desunt* B. p) *desunt* B. C, *ubi* iam q. q) quondam C 4. r) a. f. *desunt* B. s) inclisim E 5. t) latuit C 4. u) *deest* C 4. v) *deest* B. C. w) H. autem o. D 1; o. *deest* E 6. x) utrum B. C. y) *deest* E 6; eum in v. c. st. o. C 4. z) cum C 4. a) satatagit *corr.* sattagit B 1. b) prosternit *corr.* prostruit B 1. c) *deest* D 2. d) Intere B 1. e) *deest* C 4. f) Benedicti C 4. *Otto.* g) taxata E 6. h) *deest* E 6. 8; ut a portis E 9. i) d. cl. extremum C 4. k) De eodem *rubricam add.* E 2. 4. 5. 6; Item de eodem E 9. l) *deest* E 5. 6. 8. 9. m) *deest* B. C. D. n) foveas C 4. o) Magdeburgensem C 4. p) ab eo s. B. q) Hec omnia scribenda sunt in titulo Ottonis primi ante versus sub hoc signo ☜ Otto coronatus etc. *add.* B 1; Hec — versus. Cetera versibus exponuntur ut statim sequitur in hoc e. t. B 2; Explicit particula XXV. Item — versifice. Particula XXVI. E 8.

3) *in urbe Retiae Augusta* Otto. 4) V. Ann. Palidenses SS. XVI, p. 63.

Item[a] *de eodem Ottone primo versibus subrogatur.*

Otto[b.5] coronatus pascalia festa peregit,
Affuit et celebris primatum curia regi,
Fercula que decuit[c] regia mensa vehit[*].

[*] ante s. quam sederet rex.

Mensa cibos coctos tenuit prius illa paratos[d],
Quam veniant domini[*], vel more ducum sedeatur,
Ille[*] cibus miseris pauperibusque datur.

[*] s. principes.
[*] primus s. appositus mense imperiali.

Dux puer[*] accedens, Magni[6] ducis[**] unicus heres,
Cum foret esuriens[*], dum fercula prompta videret[**],
Accipit ut comedat, cor puerile gerens.

[*] quidam s. ad mensam paratam. [**] s. Saxonie (Saxon. E 4).
[*] celebrata s. missa pascali. [**] s. super mensam.

More suo dapifer vitio[e] variabilis irae,
Non timuit puerum graviori fuste ferire;
Inde puer cecidit, vulnere[f] stratus humi.
Miles adest, puero custos datus[*] atque magister,
Vindicat egregie dominum[*], quem percutit iste;
Vulnere nam dapifer mortuus ipse[g] iacet.
Turba gemit, rex Otto[h] venit[*], causamque requirit.
Ille iacet; dum turba tacet, mandat[i] aperiri[*],
Que fuerit pueri, que modo causa viri.
Querit et actorem[k] mortis, quisnam foret ille.
Ille[*] stetit medius, animo quasi maior Achille,
Nec negat, hunc ipsum fuste necasse virum[*].
Rex ait: *Ergo mori dignus ratione videris,*
Criminis actorem dum te satis ore fateris;
Digna tuis meritis hostia mortis eris.
Miles ait: *Discerne magis, quid iuris habetur,*
Iudicio ne precipiti res acta putetur;
Est quia pascha Dei, rex, miserere mei.
Ira movet regem; timet ille[l.*] mori sine lege[**].
Cum rex iusta neget[*], miles rapit ilico regem;
Rex prostratus humi, iusta negasse luit.
Dum tenet[*] Ottonem[m], barbam trahit[n] atque granonem,
Guttur et ora premens, gravior feritate leone;
Ni foret auxilium[*], mortuus Otto[o] foret.
Sub[p] loculo scamni regem crudeliter angit,
Unguibus infixum guttur[q] conamine frangit;
Nunc pede, nunc manibus turba retraxit[*] eum.
Otto[o] sedet stupidus, turpi statione levatus,
Barba pilis caruit, guttur dolet excoriatum,
Laude coronatum[*] stat sine laude[r] caput.
Turba dolens stans ante fores cupit hunc[*] cruciari.
Otto reum defendit eum, iussitque vocari.
Vir stetit et siluit; incipit Otto loqui:

[*] s. miles. [**] i. sine iudicio, positus in desperatione.
[*] s. militi.
[*] s. miles ille.
[*] aliorum s. militum.
[*] de subtus scamno.
[*] s. prius eo die.
[*] militem s. culpabilem.

a) De Ottone (Octone B 1) imp. primo A. B; De e. p. O. versus C 3; It. de O. p. C 4; Item *deest* D 2. E 4; eodem *deest* E 6; versibus s. *desunt* D 2. E 4; s. *deest* E 1. b) Octo *corr.* Otto B 1. c) *ita* C 3. 4. E 6. 8; docuit *corr.* decuit E 1; docuit C 2 *alii.* d) peractos *corr.* paratos B 1. e) pulsu A. B. f) st. humique silet A; v. s. h. *e corr.* B 1. g) ecce B. h) Octo B 1. i) mandant B 1. 2. D. E 1. 5? k) *ita* D 2. l) ipse C 4. m) Oct. *corr.* Ott. B 1. n) t. a. g. *desunt* D 2. o) Octo B 1. p) *hic versus deest* A; Sub — frangit *e corr.* B 1. q) i. vix turba recolligit ipsum A. r) crine C 4.

5) Cf. carmen Conradi Wirzeburgensis *Otte mit dem Barte;* cuius materiam auctor ex hoc loco sumpsisse videtur, quaedam liberius exponens vel addens, quorum partem Königshofen post recepit; Hermannus Gigas vero, Flores temp. p. 96, quem Crusius secutus est (cf. Hahnii praef. ad Conradi carmen p. 25), ex recentiori libro Germanico, qui ex Conradi carmine pendet, sua sumpsisse putandus est. Certe a Gotifrediana diversam huius historiunculae extitisse formam iam Conradi temporibus, ut Hahn l. l. statuit, vix mihi persuaserim. 6) qui tempore Heinrici IV. vixit.

Iudicio sisti legum ratione petisti;*
Dum tibi non licuit, tetigit me dextera Christi,*
Non tua, set Domini verbera digna lui.
Digna lui, quia pascha fuit, cum parcere possem;
Me libuit, quod non licuit, dedit ultio nosse,*
Porto furore mei digna flagella Dei.
Parcius[a] *ista tamen punire tibi potuisses,*
Quam sine rasore barbam manibus rapuisses.
Ammodo que cupias ordine dicta feras.
Miles ut exponit, que sit modo causa furoris*,
Mitigat Ottonis sintomata* vi rationis**,
Sic datur incolumis* miles habire foris.
Nec datur hinc ire, quod debeat ipse redire*.
Lesor enim si quando redit, reminiscimur* ire;
Si mala deliteant*, livor et ira silent**.

Post rediit tempus, quo rex foret ipse peremptus,
Aut male detentus*, set militis** ense redemptus.
Corpore stat sano, cuius et acta cano*.

Quando sub arce poli canis* est adiuncta leoni,
Ut placet Ottoni[b], castrum* datur obsidioni,
Clausum[c] lege fori iudicat Otto[b] mori.

Dum media dormire die rex ipse soleret*,
Et proceres sompni requies hinc inde teneret*,
Vir* sedet in lavacro balnea rite gerens.
Rege soporato, cito prosilit hostis ab urbe*;
Ut perimant regem, cursum latitando perurgent;
Solus eos miles* qui lavat** ille videt.
Ex[d] lavacro saliens, clippeum rapit atque mucronem,
Prevenit hostiles Ottone[b] iacente* furores,
Clamat et ex more prelia dira movet.
Regia pars crescit* timet hostis, et inde recessit.
Miles ut insequitur nudus, fera pugna calescit,
Aspicitur late nudus et acta patent*.
Miratur cesar, nudum* precedere fortes,
Nam solum nudum cernit superare cohortes.
Laus equitis nudi grandis ubique fuit.

Mane sequente iubet equitem* rex Otto[b] venire[e].
Miles adire* timet, ne, si reminiscitur irae,
Pristina culpa* viri sit memoranda[f] sibi.
Dumque venit compulsus eques*, rex hec ait illi:
Nonne tuis manibus nostri periere capilli?*
Nonne furore tui barba pilata fuit?*
Miles ait: *Fateor; set erat michi culpa remissa;*
Non decet ut culpas iterum rex suscitet ipsas;
Securus venio rege vocatus ego.*
Surgit in amplexus equitis mirabilis Otto[b],
Dicit ei: *Gaudere meis te rebus adopto;*
Regia facta geris, semper[g] *amicus eris.*

* s. prius.
* i. castigavit.
* s. Dei.
* s. in facto illo (s. dapiferi illius qui puerum percussit A 2).
* i. mala accidentia (B 1. A 2). ** i. demonstrata ratione.
* i. sine pena.
* ad regem s.
* s. videndo lesorem post lesionem.
* i si absconsa sunt et data oblivioni. ** i. non recordantur.
* i. captus. ** s. predicti.
* s. verbi gratia.
* s. in diebus canicularis.
* s. obsidetur ab Ottone in Italia.
* tunc s. in territorio.
* s. in meridie.
* s. supradictus (qui barbam Ottonis expilaverat C 4).
* s. obsessa.
* s. ille qui olim barbam regis depilavit. ** s. in balneo.
* s. in sompno.
* s. succurrens.
* imperatori (C 4).
* s. militem illum.
* s. nudum.
* Ottonem s.
* s. depilatio barbe.
* s. ille predictus.
* s. olim.
* s. mea.
* s. a.

30. *De*[h] *secundo Ottone imperatore Romanorum.*

Otto VI, 25. Anno ab incarnatione Domini 975. Otto secundus, magni Ottonis filius, qui a Leone Romano pontifice[i] fuerat coronatus, patri in[k] inperium successit, 85. ab Augusto[l] imperavit[m]. Iste dum Grecos incaute per Calabriam persequitur,

a) Partius B 1. C 3. D 1. E 6. b) Oct. B 1. c) Clausos (cives s. obsessos B 1) A. B. C. D. d) *reliqua desunt* A 1. 2. e) vocari C. 4. f) memorata E 6. 8; c. moderanda viri sit ibi E 9. g) meus D 2. h) *haec desunt* B. i) *deest* E 5. 6. 8. k) *deest* E 6. l) Ag. D 2 *semper*. m) *deest* C 4.

amisso milite, de navi exiliens, natando evasit. Qui postea 8.[a] imperii sui anno Rome obiit, et ante ecclesiam sancti Petri *Otto VI*, 25.
in chonca marmorea[a*] honorificam habuit[b] sepulturam *. Tradunt de eo Romani, quod ipse Otto, capta [urbe[c]] Bene-
vento, ossa sancti Bartholomei inde absportaverit et ea Rome in insula Tiberis, que dicitur Licaonia, in ecclesia
que nunc vocatur sancti Bartholomei, in chonca porfiretica collocaverit, et postmodum easdem reliquias
cum eodem sarcofago per Tiberim in mare et per mare in suam Franciam deducere cogitasset[d]; eo autem morte
prevento, reliquie Rome sic remansissent[e].

Item[f] de eodem Ottone secundo imperatore[g] versifice subnotamus.

Otto[h] secundus adest, Rome diademate functus,
Letus apostolicis manibus discedit inunctus,
Ius dedit Ytalicis undique pace frui.
Rex ubi discessit, gens Itala bella capescit,
Iussio vilescit, procerum discordia crescit,
Regia delituit, pax quia nulla fuit.
Terra perit, gens pressa gemit, werraque gravatur,
Rex[7] venit iratus, concurrit ab Urbe senatus,
Suscipit imperii regia Roma caput[i.*]. * s. Ottonem.
Imperii vocat Otto[k.*] duces comitesque potentes, * s. rex.
Pontifices simul ecclesie recipit venientes,
Et queritur[l.*] populos pace carere suos. * i. querelam proponit.
Iudicis officio numerat, quos culpa notavit,
Penaque precipitur ducibus condigna parari,
Ultio[m] terribilis dira flagella parit.
Ante gradus* Rome mensas iubet Otto[k] parari, * s. sancti Petri.
Multaque[n] circuitu iubet ordine scampna locari[o],
Et loca principibus undique more dari.
Dum cibus astruitur, dum potus et esca paratur,
Dum proceres comedunt, dum letior hora putatur,
Otto[k] per armatos cingit utrumque latus.
Preco iubet taceant, et ne quis abhinc moveatur:
Qui loquitur, qui se moveat, gladio feriatur.
Turba timet procerum; terror ubique datur.
Crimina scripta ducum, que iusserat ante notari*, * s. propter pacem violatam.
Ante[p] suas mensas iubet Otto[k] sibi recitari,
Dampnat et obtentos crimine lege pari.
Qui meruit, dampnatur ibi pena capitali,
Sanguine nobilium iam mensa potest maculari,
Otto[k] sibi capita vult quasi fercla dari.
Humani capitis dum mensa cruore madescit,
Non minus ante datis* rex imperat undique vesci, * s. cibis.
Mittit et ingratis fercula cocta satis.
Taliter alludit sceleri, sic corpora fudit,
Sic scelus excludit, sic pacis commoda cudit,
Sic sua pax viguit, sic reus acta luit.

---

* D 2 *addit:* Hic portavit corpus sancti Bartholomei apostoli et sancti Paulini confessoris de Benevento Rome ad insulam Licaoniam.

a) 9. C. D. *Otto.* a*) porfiretica D 2. b) habet C 4. c) *deest* B. C. d) cogitaverit C 4. e) remansisset B 1; remanserunt C 2; remanserint C 4. f) Ista scribenda sunt in titulo Ottonis secundi sub hoc signo ÷03 *add.* B 1; Cetera de eodem versibus dicentur e. t. B 2. g) Otto secundus imperator qui cognominatur sanguinarius A. B; De e. s. O. C 3; s. i. v. s. *desunt* C 4. E 8; imp. *deest* E 6. 9; subn. *deest* D 1. 2. E 4. 6. h) Octo B 1 (E 6 *semper*). i) *hic in cod.* E 5 *pars sequitur historiae Langobardorum:* Hostes his auditis — uno gladii ictu interfecit; *quae iam supra scripta erant. Manus s. XV. in margine annotavit:* It. ista particula usque ad versus sequentes prius posita est in ystoria Longobardorum nec hic habet locum. R. in ante per sex folia. k) Oct. *corr.* Ott. B 1. l) conqueritur D 1. 2. m) Ultio — parari *desunt* E. n) Multaque — locari *desunt* E 4. o) *e corr.* B 1. p) In medio procerum i. A. B.

7) Cf. de hac narratiuncula Giesebrecht, Iahrbücher II, 1, p. 172; Ulmann p. 50 sq.

31. *De[a] Ottone tertio imperatore.*

Otto VI, 26. Anno ab incarnatione Domini 984. Otto tertius admodum puer patri in[b] regnum succedens, 86. ab Augusto, suscepit imperium. Huius diebus Albertus episcopus Boemorum predicans Pruscis[c], martirio coronatur. Otto imperator tertius anno imperii sui[d] 17. diem ultimum clausit[e], et Aquisgrani in ecclesia sancte Marie sepultus est. Duo isti posteriores Ottones, quamvis brevitatis causa de eis pauca dixerimus, tam feroces, tam mirabiles fuerunt, ut unus Pallida mors Saracenorum[f] vel Sanguinarius, alter autem Otto Mirabilia mundi solitus sit nuncupari. De isto tameng tertio[h] Ottone quedam alia versifice descripsimus, que in presenti capitulo[i] subnotamus.

Item[k] de tertio Ottone imperatore versifice subrogatur.

Est[8] iuxta Mutinam[*] comitis domus Amula dicta, [*] Italie civitatem (C 4).
Imperii tunc obsequiis iussisque relicta,
Qua vacat hospitiis crebrius Otto[l] suis.
Corpore glorificum comitem[*] vultuque decorum [*] s. de Amula.
Dum regina videt, stimulis urguetur amorum[*], [*] Ottone tunc Rome existente.
Et cupit hunc[*] regis clam violare thorum. [*] s. comitem.
In vitium regina virum dum flectere credit,
Veste trahit comitem, tractus sine veste recedit.
Spreta dolens mulier vota nefanda dedit[*]. [*] s. in mortem ipsius comitis (s. occidere eum A 2).
Protinus ascito queritur regina marito,
Suggerit, ut comitis caput amputet ense petito.
Crimine mentito credidit Otto[m] cito.
Dum comes in culpa domina[*] testante putatur[**], [*] s regina. [**] ab imperatore s.
Iam dolus astruitur, cito mors indigna paratur,
Nec locus insonti[*] pandere vera datur. [*] s. comiti.
Indicat uxori proprie comes acta pudoris,
Dicens: *Opto[n] mori quam regis obesse[o] decori,*
Se michi prostituit femina[*] digna mori. [*] s. regina.
Et quia delitui[*], fugiens luxum mulieris, [*] i fugi.
Iudicor ad[p] mortem; non[q] audeo vera fateri;
Tu[*] michi post mortem conscia testis eris[**]. [*] s. comitissa. [**] s. quia non peccavi.
Si dubium videatur eis, quod teste probabis[r.]*, [*] s. innocentiam meam.
Iudicio candentis eos ferri superabis,
Sic michi post mortem gaudia fama dabit.
Uxor ait: *Fuge, cum poteris, ne sic moriaris.*
Ille refert: *Magis opto necem, quam sons[s] reputari;*
Qui fugit, ille magis suspitiosa trahit.
Dixit, et in fatum precone trahente vocatur.
Insequitur comitissa virum, quia fraude necatur.
Morte data comitis[t], detulit ipsa caput.

Iudicii causas dum precipit Otto[m] parari[*], [*] s. post mortem illius comitis; sedit Otto in iudicio apud Ravennam, ubi primo loco statuit audire omnes viduas et orfanos.
Imperat et viduas celebri precone vocari,
Hisque[*] piis studiis iura cupita dari. [*] s. viduis.
Astitit occisum plorans comitissa maritum,
Et queritur, quia iudicium dat cesar iniquum,
Cui[*] de[u] more loci nititur arte[**] loqui. [*] s. regi. [**] s. ingeniosa (i. ingeniose s. vidua comitissa A 2).
Dicit ei: *Dic[*], pena reis quo iure[v] paratur,* [*] s. tu rex.
Si rupta quandoque fide vir fraude necatur?
Retulit Otto[m]: *Caput perdere iure datur[*].* [*] s. ille quicumque rapta fide hominem iniuste occidit (A 2).

a) *haec desunt* B. b) in r. *desunt* D 2. c) Bruscis C 4. d) *deest* E 6. e) d. cl. extremum C 4; sine herede *superscr.* B 1. f) *deest* E 3. 4. 5. 6. 7. 8. g) *deest* C 4. h) eodem E 8. i) *deest* E 5. 6. 8. 9. k) Otto tertius imperator qui dicitur pallida mors Saracenorum (d. palida B 2) A. B; De eodem versus C 3; De eodem O. C 4. E 6; De eodem O. v. D 2; imp. *deest* E 8; subr. *deest* E 4. 8. l) Octo B 1. m) Octo *corr.* Otto B 1. n) malo A; o. *corr.* B 1. o) *ita* C 1; abesse C 2. 3. 4. D 1. 2. E 2. 3. 4. 5. 6. 8; adesse E 7. p) et veri m. A; ad — acta *e corr.* B 1. q) *ita* E 1. 3; nisi a. v. f. E 4; non — post mortem *desunt* E 5. 6. 7. 8. 9; michi non licet acta f. A. B. C. D. r) abis *e corr.* B 1. s) *deest spatio vacuo relicto* E 6. t) manibus B 1. u) pro B. C; p. m. l. *desunt spatio vacuo relicto* C 3. v) modo E 8.

8) Cf. de hoc loco Wilmans, Iahrbücher II, 2, p. 246 sq., Ulmann p. 52 sq.

Intulit hec: *Tua te, cesar, sententia dampnat*[a],
Fraude meum iugulasse virum te crimine pandam.
Si vis iura coli, te decet inde mori.
Hec tacuit; rex obstupuit, dicens mulieri:
Nescio quid queris, neque vera tulisse videris,
Huius enim sceleris[b] *quis tibi testis erit?*
Ecce caput comitis, dixit comitissa, *paratum;*
Fraude tua periit, proprium cognosce[c] *reatum,*
Suscipe iudicium te peribente datum.* * i. iudicante.
Rex ait: *Iste comes meruit pro crimine mortem.*
Illa negat, cupiens ignitam* sumere sortem. * i. ignitum ferrum.
Rex parat ignita, femina vincit ita.

Dum laqueo iuris se conspicit Otto[d] ligari,
Mira viri bonitas ratione potest superari,
Femineis manibus se sinit ipse dari.
Dum regem comitissa tenet, dat regis honestas,
Ut capitis sit plena sibi collata potestas,
Sicut et arbitrio stet, cadat ipse, suo.
Cogitat illa modum, quo regem perdere possit.
Inducias tunc rex modicas pro tempore poscit,
Addunt et proceres cum pietate preces.
Innumeris precibus procerum simul et mulierum
Regia vita decem spatio datur esse dierum.
Sic ratione ferum femina vicit herum*. * i. dominum.

Iam decima veniente die casumque minante,
Otto[d] redit, comitissa venit, que venerat ante.
Rex ubi dixit: *Ave*, retulit illa: *Cave.*
Tollit eum comitissa reum, miranda leena.
Dum trahitur, dum precipitur subcumbere pena,
Femina victa prece distulit ipsa necem.
Distulit, et dixit: *Ita nunc tristissima parco,*
Ut post octo dies gladio sit pena monarco[e].
Sic data tunc vita pendula pendet ita.

Pace dies octo rediens dum perficit Otto[d],
Tunc precibus cum principibus rursus petit Otto[d];
Septima dat requiem* post numeranda dies. * i. terminum vel indutias.

Septima preteriit, rursus[f] cupit Otto[d] mereri,
Ut sex ipse dies habeat cum pace tueri*; * s. a comitissa.
Consilio cleri femina dixit: *Erit.*
Nec tamen illa dedit*, nisi rex promitteret illi, * s. indutias.
Quod prius ignitis pereat regina* favillis. * s. culpabilis.
Hoc ubi convenit, vita redempta redit.

Pro tribus indutiis tribuit* tria castra monarcus, * s. comitisse.
Nec fuit in reliquis concedere plurima parcus.
Nomina castrorum novimus atque solum.
Si cupis illorum confinia nosse locorum,
Climate Tuscorum populus monstratur eorum*; * s. castrorum.
Me quoque non latuit sepe videre solum.*

---

* B 1 *addit in margine manu* 2: Nota, quod illa castra sunt in Lucensi episcopatu. Quorum unum vocatur Decimum propter 10 dierum indutias, alterum dicitur Octavum propter 8 dierum

a) dapnat B 1. b) criminis E 3. 4. 5. 6. 7. 8; cr. h. e. E 3. c) cognossce B 1. d) Octo B 1. e) monarco *superscripta littera* h B 1. f) *e corr.* B 1.

32. *De[a] secundo Henrico, scilicet Claudo[b], imperatore Romanorum.*

Otto VI, 27. Anno ab incarnatione Domini 1001. Ottone tertio sine herede defuncto, Henricus Claudus, filius Hezilonis, natione Noricus et dux Noricorum, id est Baguarorum, ab omnibus regni principibus electus, 87. ab Augusto, rex creatur. Iste, multis bellis prospere gestis in Iermania, Boemia, Ytalia et Apulia*, postremo a Domino data sibi requie, cum esset christianissimus, episcopatum nobilissimum Babenberc gloriose fundavit et locupletavit. Regi quoque Ungarorum Stefano sorore[c] sua copulata, tam ipsum regem quam totum ipsius regnum vocavit ad fidem. Hunc Stephanum omnes Ungari ut sanctum venerantur, pro eo quod per eum initium fidei acceperunt. Henricus[d] imperator piissimus anno regni sui 24, imperii autem anno[e] 11, diem functus, in ecclesia Babenbergensi[f] humatur. Ubi sepulcrum eius crebris miraculis sepe et manifeste ornatum tota illa provincia magnifice veneratur. Cetera de ipso Henrico imperatore et de civitate et[g] ecclesia Babenbergense ego [Gotifredus[h]], qui ibi prima documenta gramatice artis didici, tamquam eorum alumnus, versibus[i] explicavi[k].

33. *Item[l] de eodem secundo Henrico imperatore Romanorum Claudo[m], et de civitate et gloriosa eius ecclesia, que vocatur Babenberc, id est mons Pavonis, versifice[n] dicamus.*

Bawaricus[o] fluvius vulgo Radiantia[p] dictus,
Norica** rura fovens, varieque vagando relictus,
Montis Pavonis urbis amena colit.
Nomine vulgato mons* Babenberga vocatur. * s. ille Pavonis.
Flumine crassatur, vicinaque terra rigatur,
Ponsque superstratus cingit utrumque latus.
Urbs[q.*] laudanda[r] nimis montis subcrescit ab imis, * s Babenberc.
Indeque sublimis fit turribus insita primis;
Montis in urbe tamen culmina clerus habet.
Agmine murorum series precincta domorum,
Exclusis laicis munitio fit dominorum*, * i. canonicorum.
Clericus illorum spernit adire forum.
Docmate gramatico clerus solet ille beari;
Nullaque vulgaris vox audet in urbe sonari,
Sola solet cunctis lingua Latina dari.
Ecclesie forma montis caput auget et ornat,
Grandis ibi norma cleri recidiva reformat,
Divitie late rebus et arte patent.
Otto[s], pater* patrum, tenet ordine pontificatum, * s. episcopus loci.
Nobilium fratrum dilatat honore teatrum;
Ipse sacer sacrum prestat, adequat atrum[9].
Fulget in ecclesia mirandi ponderis aurum,
Quo minus est Danais solitus persolvere Maurus.
Pallia purpurea quis numerare queat?

---

indutias, tertium dicitur Sextum propter 6 dierum indutias, quas tunc regi tribuit comitissa. Et ita vocantur castra illa usque in presentem diem.

Praeterea addidit sed post delevit hos versus:

Rene, tuas partes modicum spatiando relinquam
Et loca longinqua duo maxima, circiter inquam.
Illaque cum dedero scripta, redire volo.

* C 4. *alia manu in margine addit:* Hoc tempore fundatur ecclesia Osterhovensis.

** B 1. *addit in margine manu 2:* Noricum castrum dicitur vulgari vocabulo Nurimber, a quo dicitur Norica terra et Noricus ensis et Noricus populus, et est castrum illum caput Bawarie.

a) *haec desunt* B; scil. *deest* C 3; De s. H. c. C 4; Rom. *deest* E 6; Explicit particula XXVI. De secundo — Romanorum. Particula XXVII. E 8. b) Claudio D 1. E 8. c) sororem suam copullavit E 8. d) H. autem C 4. e) *deest* C 4. f) Baberg. B 1. 2. g) et de e. C 4. E 1; et e. *desunt* E 3. 5. 6. 7. 8. 9; in eccl. E 4? h) *deest* B. C. i) versifice D 2. k) sub hoc e. t. infra hic proximo *add.* B 2. l) De civitate Babenberga, quam Enricus imperator Claudus edificavit B 1; *in* A *sequentia* — Pavo beate vale *desunt;* De e. H. i. cl. et *etc.* C 3; It. de H. Cl. et de gl. e. civ. Babenberga C 4; secundo *deest* E 1; e. H. scilicet Claudio secundo R. i. piissimo et *etc.* E 8; et de gl. E 6. 8. m) Claudio E 8; *corr.* Claudo D 1. n) v. d. *desunt* D 1. E 4; d. *deest* E 6; v. declaratum E 8; que v. — dicamus *desunt* E 9. o) Avaricus E 6. 7; Lav. E 6; Nav. E 8. p) Radientia E 6. 8. q) *hic versus deest* E 4. r) laudabunda E 5. 6. 8. 9. s) Octo *corr.* Otto B 1.

9) Cf. Herbordi Vit. Ottonis I, 21, SS. XX. p. 712.

Mons Pavonis habet colles sibi collaterales,
Tres quasi[a] consimiles, urbis quoque participales;
Ipse nitens medius, preminet absque pare.
Pulcrior illorum* loca maxima dat monachorum, * s. collium.
Templaque multorum reliqui dant canonicorum,
Quartaque pars* fluvio prebet utrimque forum. * s. urbis.
In crucis ergo modum[b] posuit sibi Pavo colonum*, * s. illorum trium montium.
Qui veneretur eum, foveat celebretque patronum,
Ipse suis famulis prebet ab urbe bonum.
Stat medius* Petrus, Stephanus sibi[c] dexter habetur, * s. inter colles illos tres.
Vertice stat Iacobus, leva Michael retinetur,
Fertque secus fluvium virgo Maria decus.

Cesaris Henrici sancti, cognomine Claudi,
Lector opes audi, quo possunt munere claudi[d].
Hec et maiora sunt[e] sua multa bona.
Cuius et ossa bona sunt ad miracula prona.
Hoc opus, hec dona sua contulit alma corona;
Unde per ecclesias cantica digna sonant.

Verba actoris.

Laude vacans ista, recolo michi tempora prisca;
Prisca fuit puero michi Banberga[f] magistra,
Mens mea que didicit, reddit amica sibi.
Reddere non potui quantum, set reddere quale.
Ecce mee volitant alias properantius ale;
Me vocat istoria[g], Pavo beate, vale.

Item[h] *de eodem Henrico Claudo laudes.*

Henrici Claudi meritum sollempniter audi,
Cui decet applaudi, cuius metra porrigo laudi.
Sumptus ab arce soli regnat in arce poli.
Coniuge virginea virgo permansit et ille,
Catholicas dedit ecclesias numero quasi mille,
Pauperibus, viduis spes, via, vita fuit.
Nunc et in altari sua cernimus ossa sacrari,
More salutari solempnia digna parari;
Corpora debilium plurima sana dari.

34. *De*[i] *secundo Conrado imperatore Romanorum.*

Anno ab incarnatione Domini 1020.[10] defuncto Henrico imperatore Claudo sine filiis, Conradus dux, natione Francus, consilio ipsius Henrici imperatoris, cuius tamen dum viveret gratiam non habebat, ab omnibus electus est in[k] imperium, 82. ab Augusto Octaviano. Iste ex matre de primis Francorum regibus, qui a Troia venerant et a sancto Remigio fuerant[l] babtizati, originem traxerat; et predecessoris sui Henrici imperatoris[m] Claudi neptem, quam nolente imperatore acceperat, uxorem habebat, nomine Gisilam, de genere Karulorum. Sicut illo tempore quidam per istos versiculos insinuavit: *Otto VI*, 28.

Quando post decimam numeratur linea quarta,
De Carlo Magno processit Gisila prudens.

Ista Gisila primum Arnulfo[11] duci Suevorum nupta fuit, et ex eo geminos peperit, Ernestum scilicet[n] et Hermannum. Quo mortuo, accepit istum Conradum, de quo inpresentiarum narramus. Erat itaque Conradus iste armis strenuus, consilio providus, sapientia florens, peritus in[o] iure[p] civili et in religione christiana devotus[q]. In principio regni sui dux Polonorum[r] Bolisclaus, quem predecessor suus Henricus noviter regno subiecerat, per se ipsum rex vocari intendit et ab imperio dividi[s] omnino proponit. Qui cum morte propositum prevenisset, Misiconem[t] filium suum successorem relinquit. Ille dum patrem imitari cogitat et insuper fratrem suum Ottonem a patria

a) sibi C 4. b) modo E 5. c) ibi E 5. d) Cui decet applaudi, cuius metra porrigo laudi B; *hic versus deest* E 6. e) multa fuere bona (s. urbis illius) B. f) Babenberga C 2. 3. 4. E 1. 2. 5. 6. 9. g) *e corr.* B 1. h) Henricus secundus imperator Claudus Babenbergensis A; De H. secundo imperatore laudes B; De e. H. C. C 3; eodem *deest* C 4; Item *deest* D 2. E 1; Claudio E 8 *semper*. i) *haec desunt* B. k) *deest* E 6. l) *deest* D 2. m) i. C. *desunt* B. n) *deest* C 4. o) *deest* C 4; in i. *desunt* E 6 *spatio vacuo relicto*. p) s. forensi preditus *(cum Ottone)* et iure et B. q) decorus C 4. r) Polanorum Polizlaus C 4. s) dividit B 1. t) Miscon. C 4 *semper*.

10) 1025. Otto. 11) *Ernusto* Otto.

Otto VI, 28. expulisset, rex tam expulsum eius fratrem in patriam reducturus quam de contumacia Misiconis regnum[a] vindicaturus, in Poloniam[b] transit. Misico cum[c] non posset resistere, ad Ulricum Boemorum ducem, qui etiam tunc hostis imperii erat, confugit. Quem cum[d] Ulricus regi reddere et per hoc in gratiam cogitasset[e] redire, rex eum sub perfidia illiusmodi recipere contemsit. Misico[12] autem, accepto a rege ducatu Polonie, coronam, quam pater eius sibi imponere contra imperium cogitaverat, Conrado resignavit seque ditioni sue[f] supposuit. Ipse vero Misico post hec a suo armigero occisus est. Ab illo tempore provincia Polonorum imperio nostro solvit tributum. Conradus filium suum post se ordinat regnaturum, nomine Henricum, adhuc puerum. Quo facto, Italiam ingreditur. Ad quem Ernestus, privignus eius, dux, consilio matris sue Gisile[g] regine, venit et gratiam regis[h] obtinuit, promittens
c. 29. se cum eo in[i] Italiam transiturum. Conradus Romam venit, in[k] die pascali procedens inter duos reges, Cutonem scilicet Anglorum et Rodulfum regem Burgundionum, avunculum Gisile regine sue, a Iohanne summo pontifice est coronatus et imperii dignitatem, toto populo plaudente, sortitus[l]. Eadem ebdomada bellum inter rixantes Romanos et Teutonicos oritur; fugatis autem cesisque[m] ibi multis Romanis, imperator triumfavit. Conradus imperator per montem Pireneum in Franciam suam rediit. Ubi cum Ernestum[n] privignum suum, ducem predictum regno rebellare iam velle audisset, viribus imperii terra marique propulsum, in silvis conversari coegit. Ubi postmodum a fidelibus imperii
c. 30. occisus fuit. Cuius ducatum frater suus[o] Hermannus suscepit. Eo tempore Radulfus Burgundie rex moriens, Heinrico, filio imperatoris Conradi, nepoti suo, regnum cum corona aliisque insignibus sub testamento reliquit. Unde comes
c. 31. Celticus Otto[p], asserens ad se regnum Burgundie seu Lugdunensis Gallie pertinere, invadit illut. Imperator ad hec indignatus, cum exercitu in regnum illut intravit et Odonem[q] ad[r] deditionem coegit et omnes principes illos[s] in sua fidelitate[t] suscepit. Deinde populo Ytalie contra imperium machinante, venit Mediolanum, captumque ipsius[u] civitatis episcopum, qui factionis illius reus dicebatur, aput Aquilegiam in exilium misit. Qui tamen postea clam[v] aufugit. Imperator Cremonam pergens, Romanum ibi[w] obvium habet pontificem. Quo cum multo honore dimisso, ipse propter calorem ad montana secedit. Interea Odo[x] comes, ruptis iuramentis, in Burgundia iterum rebellat. Ubi a fidelibus imperii occiditur, et vexillum eius imperatori in signum victorie transmittitur. Conradus[y.13] causa orationis Romam vadit, et inde[z] in Apulia, multis civitatibus visis, per mare Adriaticum redire disposuit. Ubi ex[a] distenperantia aeris principes multos amisit. Deinde reversus in Franciam, ad civitatem Traiectum inferiorem pervenit; ibique infirmatus obiit, anno regni sui 17, imperii vero 14.[b] Cetera[c] de imperatore[d] Conrado secundo versibus exponamus[e].

Item[f] de eodem secundo Conrado imperatore versifice[g].

Dux erat ex villa, quam rite vocant Guebelinguam[h 14].
Inclita nobilitas regum generatur ab illa,
  Militis offitio summus in orbe suo.
Hostibus infesta fuit eius ubique potestas;
Magna ducis gesta fuerant, set maior honestas,
  Clarus in eloquio, dignus honore suo.

Henrici* cognata fuit, quem[i] iam memoravi**,
Ipsaque pulcra ducem clandestina tunc adamavit,
  Cuius et a gremio germina clara trahit*.
Hanc rapuit, sponsam tenuit dux pluribus annis*,
Cesareis tunc subiacuit pro tempore bannis,
  Proscriptus latuit dampnaque longa luit.

Cesar[k] ut agnoscit sua proxima[l] tempora morti,
Edocuit proceres, regem preferre cohorti*,
  Et simul inducit tradere regna duci*.
Sit licet in bannis, inquit, *proscriptus ab annis,*
Hic valet a validis defendere regna tirannis,
  Et bene Romuleum continuare solum.
Rex[m] claudus moritur, dux a dominis* revocatur.
Conveniunt proceres, ut rex alius statuatur,
  Cum quibus hic iuvenis plebe petente fuit*.

* s. imperatoris. ** s. Henrici Claudi.

* s. dux Conradus II. postea imperator (A 2).

* s. contra imperium.

* s. imperio.

* i. proscripto propter eius immensam bonitatem (A 2). Chunrado (C 4).

* s. principibus.

* s. vocatus ad consilium.

a) se et r. B. C. b) Polaniam C 4. c) dum C 4. d) *deest* E 6. 8; U. cum E 9. e) cogitaret C 4. f) eius C 4. g) G. r. *superscr.* B 1. h) *e corr.* B 1. i) eo It. intraturum C 4. k) et in B. C. l) est s. C 4. m) et cesis C 4. n) E. p. s. *superscr.* B 1. o) eius C 4. p) Odo E 1. q) Oddonem D 1. E 8 *et ita infra;* Ottonem E 9. r) in C 4. s) *deest* C 4; illos — suscepit *desunt* E 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. t) suam fidelitatem C 2. 3. D. u) ipsum C 4. v) *deest* D 1. w) *deest* C 4. x) Otto C 3. 4. y) Chunr. imperator C 4. z) *deest* E 5. 6. 8. 9; inde Apuliam ubi m. C 4. a) a C 2. 3; e D 1. E 6; ē D 2; *deest* E 9; per distemperanciam E 5. b) 13. C 3. 4. c) Cetera — exponamus *desunt* C 4. d) *deest* E 6. 8. e) e. sub hoc hoc signo ⟩⁚⟨ *add.* B 1; infra in hoc e. t. B 2. f) Conradus imperator secundus A; De secundo Cunrado imperatore B; It. de e. s. C. C 3; It. de e. C 4; De secundo Conrado v. D 2. g) i. Romanorum E 1. h) Wibelingam C 3; Wabilingam C 4; Guebelingam D 1. E 5; Gueberingam E 6; Guabellingam E 8; Gebelingam E 9. i) quam C 4. k) Particula XXIII E 5 *in marg.* l) t. p. E 5. 6. 8. 9. m) *hic versus deest* C 4.

12) *Otto* Otto. 13) regina, Ottone referente. 14) Cf. Ann. Palid. SS. XVI, p. 67.

Nota[a], quia[b] Cuno[c] dux[d] erat summus[e] inter principes, sperans sine dubio imperium[f] obtinere. Qui a principibus interrogatus, quis ad imperium aptior[g] videretur, respondit quasi derisorie dicens: *Nepos meus dux*[h] *Conradus videtur ad imperium aptissimus.* Credebat enim hoc esse impossibile, et propterea eum nominavit. Quo audito, universi laudant eundem Conradum, et eligunt eum[i]. Dux vero Cůno[k] contradixit. Set tamen prevaluit electio universorum[l]. Tali[m] modo tunc Conradus imperavit.

Item[n] *de eodem versifice.*

Dux erat in patria precelsus nomine Cŏno[o];
Ille procul dubio confidit habere coronam,
Set de Conrado spes modo nulla sonat[p].
Consedere[15] duces, electio vult agitari,
Cunrado dux ille* petit diadema parari;
Fraude quidem petiit, nec cupit illud agi.
Dum petit*, hii laudant; laudantibus ipse[q] resistit**;
Set prohibente duce*, regnum contraditur[r] isti**;
Vox* ita fraudata stat ratione rata.

* s. Cuono.
* s. Cono. ** s. Cono.
* s. Conone. ** s. Conrado.
* s. Cononis.

Item[s] *de Conrado imperatore secundo.*

Conradus[15*] imperator secundus nulli violatori pacis[t] parcebat. Unde comes Lupoldus[u] violator pacis timens occidi ab imperatore, fugit in silvam remotissimam, ibique cum uxore sua[v] solus in tugurio latitabat. Contigit imperatorem ex[w] venatione sua fortuito[x] casu illuc divertisse, et ea nocte[y] peperit comitissa masculum. Quo vagiente, vox de celo ait[z]: *O imperator, infans iste erit tibi gener et heres.* Hac voce tertia vice[a] audita, surgit imperator diluculo, et inventis duobus suis[b] famulis, dixit: *Ite et occidite illum infantem [et*[c] *cor ipsius representate michi].* Qui euntes, accipiunt infantem[d], set miserti ipsius, non occidunt, set super arborem ponunt[e] atque[f] relinquunt. Regi autem representant cor leporis pro corde infantis. Rex autem eos remuneravit. Transiens[g] postea inde dux quidam, invenit et deportat infantem, et adoptat eum in filium. Imperator longe post[h] in domo ducis videt puerum, et habet suspectum, ne sit[i] ille quem precepit occidi, et assumit eum quasi pro cliente, et precipit, ut ad reginam litteras suas portet, in quibus precipiebat regine, ut visis litteris faciat eum occidi. Puer autem rem ignorans pergit, et in domo sacerdotis[k] hospitatur, qui ei dormienti litteras subripuit et[l] aperuit; et visa ibi morte pueri, alias litteras scripsit in hunc modum: *Cum videris hunc puerum, o regina, statim da ei filiam nostram in*[m] *uxorem, sicut diligis vitam tuam.* Et istas litteras reposuit in marsupium pueri. Puer nescius abiit; et ita filia regis[n] statim[o] tradita est ei[n].

35. *Item*[p] *de eodem Conrado imperatore*[q] *et de pace sui temporis versibus*[r] *explicamus.*

Conradus pro pace duces deponit honore,
Et pacis sanccita facit constare favore;
Quisque ducum metuit, ne sibi pena foret.
Unus[s] erat comitum pacem violasse notatus,
Cui domus in latebris nemorum clam parva paratur,
Nam regem metuit, dum latitabat[t] ibi.

a) *sequentia in margine* B 1; *desunt* B 2; *rubricam addit* E 8: Quando idem Conradus electus fuit in imperatorem. b) *deest* B 1. c) Cuano C 2. E 5. 8; Cůno C 3; Chuno C 4; Cuno E 1. 9; Curio E 6. d) iste erat dux s. B 1. e) i. p. s. E 5. 6. 8. 9. f) se regnum C 4. g) aptissimus C 4. h) *deest* E 8. i) *deest* D 2. k) Cuano C 2. D. E 5. 8; Chuno C 4; Cuno E 1. 9; Curio E 6. l) multorum E 5. 6. 8. 9. m) T. autem B. C 2. n) *haec desunt* A. B. E 6. 9; It. de e. C 3; It. de e. Chunrado C 4; Item *deest* E 1. 8; vers. *deest* D. E 8. o) Chuno C 4; Cuna D 1. 2. E 5. 8; Cuno E 1. 9; Curio E 6. p) fuit C 4. q) ille C 4. r) conceditur E 5. s) *haec desunt* B. C 3. 4. E 4. 6. 9; Item *deest* D 2. E 5; Nota mirabile quod accidit Conrado de quodam infante E 8. t) *deest* E 8. u) Liupoldus C 4; E 9 *in margine addit:* Comes Lippoldus fugit in silvam, ubi nunc est monasterium Hersonia Padeburnensis dioc. v) *deest* C 4. w) a B; e C 2. 4. x) furtivo C 4. y) ibi mansisse. Uxor comitis eadem nocte peperit m. B. C. z) venit dicens C 4. a) tercio C 4. b) *deest* D 2. c) *haec desunt* B. C. D. d) i. vivum E 6. e) *deest* E 5; imponunt E 6. 8. 9. f) et C 4. E 4. g) autem *add.* E 4. 5. 8. 9. h) postea C 4. i) nescit i. quod p. eum o. C 4. k) sacerdoris B 1. l) et a. *desunt* C 4. m) *deest* E 6. 9. n) *deest* D 2. o) *deest* C 4. E 6. p) De e. C. A; De genero fortuitu dato imperatori Conrado B; It. de i. Chunr. C 4; Item de C. i. secundo E 5. 6. 9; De eodem versifice E 8. q) i. secundo D 2. r) v. e. desunt C 3. s) Unus — notatus *des.* E 5. t) latitaret E 5; dumque latitat E 6.

15) Haec ex rumore populi nata sunt. 15*) Cf. quae de hac narratione disputavit Weber, *Sitzungsb. der Berl. Akad.* 1869. p. 26 sqq.

Uxor et ipse comes dum sic latuere dolentes,
Regem Conradum videt ipse comes venientem;
Dispersis sociis solus et ipse fuit.
Hospitium petiit, quia vespera tetra coegit.
Que possunt miseri referunt[a] solatia[b] regi,
Quicquid equus voluit, hospita larga dedit[c].

Filius est comiti sub eadem nocte creatus.
Suscipiunt puerum forma specieque beatum.
In sompno regi visio magna fuit.
Vox ait: *Ecce*[d] *tuus puer*[e] *hic erit unicus heres,*
Omnia percipiet quecumque videris habere;
Hunc tibi tu generum posteritate feres.

Mane sub aurora rex pergit ad ulteriora,
Et dolet et plorat generum[f] sic tollere lora*.
Ut puer hic pereat, cogitat absque mora.
Protinus ex nemore vestigia nocte sequentes,
Ecce canes famulique manent, regem repetentes,
Mirantes dominum nocte perisse suum.
Rex vocat inde duos iuvenes, aliisque relictis,
Utitur astrictis sceleroso pectore dictis:
Ite simul, pueri cor cito ferte michi.
Dum puerum querit, curat Deus ipse tueri,
Nam puero pueri pietate volent misereri;
Iudicio celi salvificandus erit[g].

In manibus dum plasma suum tenuere parentes,
Armigeri venere viri puerum rapientes,
Ut medio nemorum vita relinquat eum.
In puerum dum respiciunt, animus variatur,
Nam ridet quocumque videt risuque precatur,
Ne cadat in fatum tam puerile caput.
Armigeri cum iam puero cupiunt misereri,
Incipiunt que concipiunt ex ore fateri:
Respice natus heri, quomodo pulcher erit?*
Unus ait: *Concedo magis te vivere vita,*
Quam gladio tua parva meo sint membra petita,
Morteque mentita tu remanebis ita.
Alter ait: *Totum cupio dissolvere votum,*
Ponamus puerum nemorum statione remotum,
Ne lupus hunc comedat[h] *nidificabo locum.*
Signa tamen mortis qua calliditate[i] *feremus*?*
Ille refert: *Canibus leporem campo capiemus,*
Cor quoque tollemus, quo simulabo[k] *scelus.*
Dixit; et ecce lepus iuvenum per crura resurgens.
Armiger insequitur clamando canesque perurget[l],
Sic pietate Dei victima fertur ei.
Arboris in ramo puerum lacrimando relinquunt.
Cor leporis demonstrantes, mendacia fingunt,
Iusta[m] mandatum iam scelus esse datum.
Cesar habet grates, et gaudia magna duobus
Prestat[n] et ambobus sceleris pro munere robur;
Nam bene complacuit perditionis opus.

* i potestatem eius in futurum.

* s. dicebant illi.

* s. imperatori.

a) referent A. B. b) servicia A. c) h. leta d. E 3. 9; h. dedit ei E 5; l. d. *desunt spatio vacuo relicto* E 6; l. *deest* E 7. 8. d) iste A; e. *e corr.* B 1. e) post hec A; p. h. *e corr.* B 1. f) *deest* E 8. g) eris C 4. h) perimat A; *corr.* comedat B 1. i) calid. B 1. k) similabo D 2; *corr.* simul. B 1. l) perurgens *corr.* perurget B 1. m) *ita* D 2. *i. q.* iuxta. n) Reddit C 4.

Contigit hinc transire ducem qua nunc iacet[a] infans,
Audit et obstupuit; pueri vox altius instat;
Cumque videt puerum, dux cito tollit eum.
Suscipit infantem, nimium gavisa ducissa.
Noctis in obscuro dum cum duce luderet ipsa,
Se queritur sterilem magna ducissa fore.
Dux ait: *Hunc puerum poteris tibi fingere natum;*
Finge precor partum, de te fateare creatum.
Quippe manu Domini suspicor esse datum.
Annuit audito mulier formosa marito.
Hinc, ait, *exito, thalamo properanter abito,*
Omnibus insinua me peperisse cito.
Sic ego de more partus simulabo[b] *laborem*[c],
Tu dictis moderare meis, prestaque favorem,
Ut reputent puerum me generante fore.
Fama volat, genuisse ducem, peperisse[d] ducissam.
Aspectu facieque puer formaque patrissat,
Crescit, et inducit gaudia magna duci.

Cum puer Henricus quindenum scanderet[e] annum,
Militis officio censetur honore levandus;
Prorsus enim species, corpus et acta placent.
Interea rex* ipse venit; puer astitit illi,
Forma recens faciesque nitet flavique capilli.
Dum quasi flos lucet, rex vocat ipse ducem:
Dic michi, quis puer est? Meus est, dux intulit illi.
Cesar ait: *Totus forma similatur Achilli;*
Hunc, ait, *obsequiis continuabo meis.*
Dux ait: *Oro, pater, tenero nunc parcite*[f] *nato;*
Cum fortis, cum miles erit, iuvenem revocato,
Ut vacet obsequio tunc meliore dato.
Dum pater implorat, dum sic retinere laborat,
Rex ferus evacuat penitus quecumque perorat,
Atque sibi puerum detulit absque mora.
Anxia mens regis iuvenem solerter adegit,
Quis pater aut mater sibi sit, narrare coegit;
Sum ducis, ille refert; *me ducis aula regit.*
Rex quia iam sterilem cognoverat esse ducissam,
Estimat, enixa puerum quia non foret ipsa;
Et quia sic dubitat, noxia corde parat.
Nam putat hunc puerum, quem iusserat ante[g] necari,
Hunc et ad imperii metuit diadema vocari;
Unde cito puero morte pericla parit.
Ipse manu propria properat conscribere cartam,
Qua puerum portare necem sub fraude coartat;
Fit puer Urias, arripit ergo[h] vias.
Fertur Aquisgrani[i] septem properasse diebus;
Ipse caret sociis, nec habundat ad omnia rebus;
Presbiter hunc recipit, ceu[k] iubet ipse Deus.
Fessus et esuriens scampno capit iste soporem;
Presbiter aspiciens iuvenem fulgere decore,
Prandia disposuit delitiosa fore.
Carta boni pueri bursa retinente pependit;
Presbiter hanc aperit[l], et eam cognoscere tendit,
Forte necem pueri concito cernit ibi.

* s. Conradus.

a) q. vagiit C 4. b) similabo B 1; *corr.* simulabo C 4. c) dolore *corr.* laborem B 1. d) peperissa *corr.* -se B 1. e) volveret C 4. f) parcere C 4. g) ipse C 4. h) atque C 4. i) ni *e corr.* B 1. k) ut A. B. C. E 9; cui E 6. 8. l) appetit *corr.* aperit B 1.

BSB

Presbiter ut potuit[a] pueri perpendere mortem,
Protinus in melius satagit convertere sortem;
Noxia rasit abhinc, hec bona scripsit ibi:
Hec regis dum scripta legis, regina, videbis
Hunc puerum, facies generum carumque tenebis;
Si dare distuleris, hostia mortis eris.
Mane puer surgens ait: *Hospes care, valeto.*
Ille refert: *Domine, famulum me semper habeto,*
Rex michi cum fueris, tunc memorare peto.
Risit ad hec iuvenis, risumque fuisse putavit;
Versus Aquisgrani festinus iter peragravit,
Nescius in scriptis quid sibi carta parit.
Aspiciens regina videt iuvenem venientem,
Miratur[b] formam, faciem vultumque nitentem;
Mox puer ut venit, regia scripta dedit.
Ipsa legit, set lecta tegit, secreta reponens;
Nata videns tremebunda[c] silet, peribente rubore;
Mater eam citius cernere scripta monet.
Regia mandata nimio perplexa rigore
Lecta docent, dominam regis metuisse furorem,
Et species iuvenis hec peragenda monet.
Non erat ut possent regis precepta negari.
Curia dat iuveni thalamum de more parari,
Filia precipitur concito sponsa dari.
Altera post pauca regis data littera querit,
Si iussis regina suis reverenter hobedit.
Illa refert: *Cuncta perficienda dedi.*
Aspera scripta quidem, te precipiente, relegi;
Set quia pertimui[d] *cito contradicere regi,*
Omnia contribui que tua carta vehit.
Nata maritata, sponsalia sunt celebrata,
Curia letata, sollempnia magna parata,
Filia nostra parem gaudet habere marem.
Legit et obstupuit reputans hec sompnia[e] cesar,
Urget equos, festinat iter cursumque coequat,
Commotusque satis sede resedit Aquis.
Filia cum matre, procerum turba comitante,
Astitit, et generum prefert, quem pretulit ante,
Sponsa manu sponsum ducit amanda suum.
Turgidus ille sedens, quid agat, quid dicat in illam,
Nescit, et intumuit, ardensque furore favillat,
Stant furor et ratio pectore nisa suo.
Ira, furor cordis contraria stant rationi,
Obviat et ratio, sotia pietate, furori;
Stans gener in medio credit abinde mori.
Filia cum matre, fervente patris feritate,
Plena timore tacet; vultum[f] variante minacem
Mors et vita simul regis in ore latent.
Ira recens inferre necem penamque laborat;
Parce pater, differre placet, natura perorat.
Nature precibus vincitur absque mora.
Dum gravis in rege fieret luctatio mentis,
Obtinet in causa ratio, fugit ira potentis;
Respicit uxorem letus, ut ante solet.

a) pueri potuit E 5; diram potuit E 8. b) Miratur — nitentem *desunt* D 2. c) vagabunda A. B. C. d) per- timuit B 1; Set — regi *desunt* B 2. e) omnia *corr.* sompnia B 1; omnia A? C 2. E 6; sollempnia D 2. f) vultu C 2. 4.

Dicit ei: *Sanccita Dei nequeunt*[a] *vacuari,*
Quod volui, iam non potui, Deus ipse negavit;
Que Deus instituit, nos patiemur, ait.
Uxor ad hec instat: *Deus,* inquit[b], *contulit ista,*
Prorsus ab humana celi sapientia distat,
Hec sunt acta Dei, mens tua cedat ei.
Si generum tamen ingenuum natura notaret,
Nec fortuna michi neque filia dampna pararet;
Si secus est[c] *genere, gaudia nulla daret.*

Cogitur hinc regi dux insinuare quod egit*,
Inde duos iuvenes* verum** recitare coegit,
Compulit et* comitem** quem Nigra silva tegit***.
Dum comes adductus credit[d] sibi crescere luctus,
Cognitus esse pater, recipit pro[e] tempore fructus,
Nam gener imperii filius eius erit.
Cesar ubi potuit de nobilitate* doceri,
Pace frui regis valet* et gener[f] ipse mereri.
Iste michi socius et gener, inquit, *erit.*
Cumque videt*, quod et ipse fidem puero violavit,
Plaudit ei quem dextra Dei servavit, amavit.
*Tu** *gener imperii, tu michi natus***, ait.
Rex cadit* in fatum, regis gener ille** vocatur,
Ordine[g] laudatur, socero gener associatur,
Sic rota fortune rem variasse* datur.
Ille locus nemorum, quo vir fuit ille creatus*,
Nobilis ecclesia monachis Hirsauia[h] vocatur,
Magna Creatori nunc ibi pompa datur[16].*.

* s. de ipso puero. * s. illos qui puerum occidere debuerant (A 2). ** s. de eodem puero. * s. dicere verum (d. veritatem A 2). ** patrem pueri (A 2). *** s. absconsum.

* s. pueri.

* puer s.

* s. imperator.

* puer s. ** s. eris.

* i. moritur. ** puer s.

* de malo s. in bonum.

* puer s.

* monachorum s.

36. *De*[i] *tertio Henrico imperatore, filio Conradi secundi*[k] *imperatoris.*

Anno ab incarnatione Domini 1040. Henricus tertius, supra memorate imperatricis Gisile filius, qui ceperat patre vivente regnare, patre mortuo, 89. ab Augusto cepit imperare[l]. In ipso dignitas imperialis[m], que per longum tempus extra Carulorum genealogiam deducta iam exulaverat, ad nobilissimum germen Carulorum per matrem eius Gisilam est revocata. Iste Heinricus patri suo equalis in virtutibus et precelsior fuisse perhibetur. Primo quidem Boemorum ducem, imperio tunc offensum, in deditionem accepit. Petrum autem regem Ungarorum a regno expulsum et exulem suscepit; atque inserto prelio cum Ungaris, innumerabilem eorum multitudinem fudit, Pannoniamque ingressus, Petrum ipsum regno suo restituit. Accepit postea nobilissimi principis Galliarum, Pictavie et Aquitanie ducis Willelmi[n] sororem Agnetem in[o] uxorem. Cumque more regio aput Ingelcheim[p] nuptias celebraret, universos ioculatores[q] abire permisit immunes, atque ea[r] omnia que eis[s] fuerant largienda pauperibus dedit. Circa idem tempus in ecclesia Romana est confusio gravis exorta, tribus invasoribus sedem illam occupantibus. Quorum unus Benedictus vocabatur. Atque ad maioris miserie cumulum, divisis inter se [ecclesiarum[t]] patriarchiis earumque reditibus, unus aput Sanctum Petrum, alter aput Sanctam Mariam[u] Maiorem, tertius, id est Benedictus, in palatio Lateranensi sedebat. Omnes vitam turpem, ut accepimus, et flagitiosam habebant. Tunc quidam presbiter, nomine Gratianus, ecclesie Dei in tanta confusione compassus, prefatos viros adiit, eisque a sancta sede cedere pecunia persuasit, Benedicto, qui inter illos maioris videbatur auctoritatis[v], reditibus Anglie pro pacis compositione[w] relictis. Propter quod Romani eundem Gratianum presbiterum tamquam ecclesie liberatorem ad summum pontificium communiter elegerunt eumque Gregorium septimum vocaverunt. Imperator, his auditis, Romam pergere festinavit. Cui Gratianus aput Sutrium occurrit, eique coronam pretiosam ad captandam[x] eius benivolentiam donavit. Imperator eum tunc benigne suscepit[y]. Set postmodum collecta sinodo, propter notam simonie cedere persuasit; eique Sguidegerum[z] Babenbergensem episcopum consensu ecclesie substituit[a], quem etiam Benedictum[b] placuit nominari[17]. Extunc canonica electio Romanorum pontificum[c] usque adeo suffocata fuisse narratur, ut iste Benedictus[d] et[e] Aldibrandus et alii quatuor sequentes ab imperatore constituti in catalago[f] Romanorum pontificum scripti repperiantur[g]. Qualiter autem ecclesia

Otto VI, 32.

a) nequeut B 1. b) felix E 6. c) *deest* E 6. 8. 9. d) renovat pro germine l. A; c. s. c. *e corr.* B 1. e) de semine A; p. t. *e corr.* B 1. f) *deest* E 8. 9; r. ut posset et i. E 6. g) *hic versus deest* C 4. h) Hirsaura A 1; Hyrsania A 2; Hirsauga B 1. C 4; Hirsania C 3. E 9; Ysaruia D 2; Irsauia E 5; Hyrsauia E 6. 8. i) *haec desunt* B 1. k) *deest* E 5; s. i. *desunt* E 8. l) regnare *superscr.* vel imperare C 4. m) imperii C 4. n) Guillermi E 6, *ubi* sororem *deest.* o) in u. *superscr.* B 1. p) Gelnheim C 4. q) *deest* C 4. r) *deest* E 6. s) *superscr.* B 1. t) *deest* B. C. D. u) *deest* E 5. v) act. E 6. w) p. pace C 4. x) ostendendam E 8. y) sustinuit C 4. z) Swideg. C 3. 4; Squidegerdum D 2; Sguiderum E 5. 6; Siguiderum E 8; Swederum E 9. a) successorem fecit C 4. b) *e corr.* B 1. c) p. legitur s. in tantum C 4. d) *deest* A. e) *superscr.* B 1. f) *ita* B 1; cathalago D 1. E 1. 9; *corr.* cathalogo C 4; cathologo E 6. g) reperiuntur E 5.

16) Cf. Trithemii Ann. Hirs. p. 175 sqq., ubi hae fabulae exploduntur. 17) Nota singularem scriptoris errorem.

Otto VI, 32. Dei partim sub Leone iuniore [papa[a]], ad plenum vero sub Alexandro [papa[a]], liberam electionem rehabuerit, sicut probatorum virorum assertione didicimus, postea auctore Domino referemus. Cetera[b] de Henrico tertio versibus explicamus[c].

Item[d] *de eodem Henrico tertio imperatore versifice narremus.*

Henricum dixere Nigrum, barba nigritante;
Romuleum tulit imperium papa mediante,
Prospexit populis cum probitate suis.
Teutonicus dictus tunc papa fuit Benedictus[18],
Romanis qui principibus cum pace relictus,
Ad patriam * rediit, nobilis unde fuit.
Curia Romana pariter cum cesare pergit *,
Copia Teutonica digno moderamine servit,
Urbeque[e] Guormatie fit sibi prima quies.
Pluribus alloquiis cum cesare papa vagatur;
Papa loco moritur qui Babenberga vocatur;
Tunc Leo Teutonicus papa recepit honus.

* s. Teutonicam. * in Alemanniam s.

37. *De*[f] *quarto Henrico*[g] *imperatore Romanorum.*

Otto. VI, 33. Anno ab incarnatione Domini 1047. Heinricus quartus[19] rex victoriosus, Rome in die natalis Domini a Clemente papa coronatus, 90. ab Augusto imperii nomen dignitatemque[h] suscepit. Inde per Apuliam ducto exercitu, ad patriam cum honore revertitur. Eodem anno mortuo Sguidegero, id est Clemente papa[i], Popio Aquileiensis patriarcha in locum[k] eius Rome subrogatur. Non multo post rex Ungarorum Petrus a quodam suo cliente nomine Andrea oculis regnoque[l] privatur. Tunc mortuus est Popio[m], id est Damasus papa[n]. Cui Bruno Tullensis episcopus, id[o] est Leo papa, Rome[p] succedit. Ille nobili[q] Francorum prosapia oriundus, autoritate imperiali ad sedem beati Petri fuerat destinatus. Qui cum assumpta purpura per Gallias iter ageret, contigit eum Cluniacum venire, ubi Aldibrandus[r] prioratus officium ministrabat. Ipse eum[s] adiens, emulatione Dei plenus, constanter de[t] incepto redarguit, illicitum [esse[u]] asserens, summum pontificem per manum laicam ad gubernationem[v] universalis ecclesie introire. *Verumtamen*, inquit, *si meis consiliis te credere volueris, efficere poteris, quod neque regis animum exacerbabis neque sancte ecclesie auferes in electione pontificis libertatem.* Inclinatur ille ad admonitionem[w] Aldibrandi prioris, et purpuram deponit et habitum peregrini assumit, et iter arripiens, eundem Aldibrandum secum deducit[x]. Igitur cum anbo Romam simul[y] venissent, consilio Aldibrandi Bruno in summum pontificem eligitur. Qua[z] causa Romana ecclesia qualitercumque tunc cepit ad electionem sui[a] pontificis noviter informari. Interea imperator ingressus Belgicam [Galliam[b]], Godefridum et Balduinum duces ad deditionem coegit. Post hec sinodus Moguntie celebratur in presentia ipsius pape Leonis et Henrici quarti imperatoris. Ad hec imperator adversus Andream, qui, ut supra narravimus[c], dominum suum Petrum[d] regem Ungarorum oculis regnoque privaverat, exercitum movet et[e] Pannoniam ingreditur. Set incolis terre undique latitantibus, cunctisque Ungarie victualibus vel absconditis vel contaminatis aut[f] veneno infectis, exercitum illic sustentare non valens, Pannonia devastata, reversus est. Item sequenti[g] anno Pannoniam hostiliter aggrediens, Leonem papam secum deducit, et Andream fugavit atque omnia feliciter ordinavit.

[h]Eo[i] tempore gens Normannie[k] consurgens, sub Roberto Guiscardo[l], viro strenuissimo et[m] magne recordationis duce, Apuliam ingreditur, ubi incolas terre variis modis, nunc potentia, nunc dolo et fraude, afflixit. Quos[n] Leo papa, Romam cum militia a[o] Gallia rediens, incipit coercere et ab Appulia intendit expellere; inserto autem[p] cum eis prelio, multisque prostratis, papa victus cogitur fugere Beneventum. Tanta autem ibi ex[q] utraque parte cecidit multitudo, ut acervus ibi postea factus ex ossibus mortuorum usque hodie ab indigenis soleat viatoribus hostentari. Anno extunc proximo papa Leo moritur, et in ecclesia sancti Petri sepultus, miraculis coruscare[r] monstratur. Cui succedit Gebahardus[s] Aestetensis episcopus, qui Victor papa est nominatus. Illi quoque successit[t] Stefanus item Teutonicus natione. Imperator rursus Italiam ingressus, comitissam Beatricem, matrem scilicet comitisse Mathilde, consanguineam suam, viduam Bonifacii marchionis, secum deduxit[u].

a) *deest* B. C. b) Cetera — explicamus *desunt* C 4; Cetera *deest* E 6. c) sub hoc signo ⊰⊙⊱ *add.* B 1; infra proxime in hoc c. t. B 2. d) De tertio Henrico imperatore qui dicebatur Niger propter nigram barbam A 2. B; De e. H. i. C 3; It. de H. III. imp. C 4; De e. imp. H. v. D 2; Item *et* narr. *deest* E 1. 8; narr. *deest* E 9. e) Urbe Uarm. *corr.* Warm. C 4. f) *haec desunt* B; De H. IIII. i. C 4. g) q. i. r. H. E 5. h) et dig. E 6. 8. 9. i) *superscr.* B 1. k) loco C 4. l) et regno C 4 m) Popo C 4. n) *deest* D 2. o) i. e. L. p. *superscr.* B 1. p) *deest* C 4. q) ex n. B. r) supra memoratus *add.* B. C 3. 4; papa s. m. *add.* C 2. s) *e corr.* B 1. t) eum de B. u) *deest* B. C. v) gubernaculum C 4. w) admonitione E 3. 5. 7. 9; ad monitionem E 6. 8. x) assumit C 4; ducit D 1. E 8; deducionem sui pontificis B 2, *ubi media desunt.* y) *deest* C 4. z) Quo casu B 1. a) summi D 1. E 5? 9; sumi E 8. b) *deest* B. C. c) notavimus E 8. d) *deest* E 8. e) et in E 8. f) vel C 4. g) a. s. B. h) De Roberto Wiscardo *rubricam praemittit* C 4; Item de Roberto Guiscardo E 9. i) Ea tempestate B; Eodem E 5. 6. 8. k) Normannorum inquietissima sub B. l) Guischardo C 3; Wischardo C 4. m) set non magne conditionis ap. B. n) Q. dum B. C. *Otto.* o) a G. *desunt* B. *Otto.* p) *deest* B. q) ex u. *desunt* C 4. r) coruscantibus C 4. s) Gebehardus Eistet. C 3; Gebhardus Aichstet. C 4; Gebaldus E 6; Gebeh. Eystensis E 9. t) *deest* C 4. u) ⊰⋮⊱ verte folium et adiunge illa ad ista in eodem titulo Heinrici IIII. *add.* B 1.

18) Res valde turbavit: Benedictus IX. neque Teutonicus fuit neque Babenbergae decessit. Fortasse de Gregorio VI. cogitavit, qui in Germaniam ductus ibique mortuus est. 19) De Heinrico tertio sermo est, cf. Ulmann p. 30. 20) i. e. Wiberto.

38. *Ystoria*[a] *Ierosolimitana de recuperatione sancti sepulchri, anno*[b] *Domini* 1167.[c] *tempore imperatoris Henrici quarti.*

Defuncto[d] Gregorio VII. papa aput Salernum, Gilberto[e] Rome per imperatorem cathedram et Urbem possidente, pauci Romani propter metum imperatoris abbatem Desiderium de Monte Cassino invitum ad papatum traxerunt. Qui etiam, dato pretio custodibus occulte, qui civitatem Leonianam[f] custodiebant, sub silentio noctis eum aput Sanctum Petrum in cathedram posuerunt, et Victorem eum nominaverunt. Ipse vero fluxu ventris statim detentus, vitam finivit. Cuius loco episcopum Hostiensem Ottonem, id est[g] Urbanum, papam constituerunt. Eodem tempore civitas Ierusalem[h] a paganis conculcata erat atque detenta. Sepulcrum autem Domini ab eis questus causa venerabiliter habebatur, vivente adhuc imperatore Heinrico IV. et Alexio rege Grecorum. Tunc prefatus Urbanus papa propter miseriam Ierosolimorum transiens in Gallias, ad defensionem sancti sepulcri christianorum arma commovit, atque ex diversis nationibus 100 milia hominum ad arma collegit; eisque duces subscriptos prefecit, ducem Lotharingie Gotefridum de Bollon, comitem Sancti Egidii[i] Reimundum, comitem Flandrie Robertum et Hugonem fratrem Philippi regis Francie. Curam autem omnium eorum in Christo[k] episcopo Podiensi commisit. Rumores istos alii christiani audientes, ex omnibus regionibus et linguis et insulis christianorum homines cum inestimabili multitudine affluxerunt[l], asserentes se apostolos et predicatores Christi esse[m] atque adversus inimicos crucis Christi pugnatores. Gotifrido igitur duce per Bulgariam cum magna difficultate Constantinopolim[n] pervenerunt, ubi multum dolum et impedimentum a rege Alexio perpessi, commissa cum Grecis pugna, pontem urbis regie expugnant, et transeuntes suburbium succendunt. Ibi recensitis 300 milibus bellatorum, in Nicenam turrem[o] quondam christianorum venientes, eam a paganis expugnaverunt et imperatori eam dederunt. Deinde per maritimam Rutenorum progressi, tantam rerum habundantiam invenerunt, ut bos pro siclo et aries pro nummo, teste ipso Roberto comite, venderetur. Principes etiam[p] Sarracenorum sibi occurentes bello presserunt. Hiis elati successibus, obsidione Antiochiam cingunt. Ubi per novem menses morantes, deficientibus copiis et exercitu debilitato, valde humiliati sunt. Deus autem eorum misertus, urbem cum omni copia Turcorum tradidit in manus eorum. Cum igitur rumor eorum universum Orientem terreret, rex Babiloniorum dirigit ad eos legatos, poscens confederationem eorum in dolo. Cum quibus legatis pergunt in[q] Babiloniam legati Francorum, et honorifice suscepti, dum proceritas et pulcritudo eorum aspicitur, dum virtus et magnanimitas ipsorum[r] consideratur, dum magis esse quam homines ab illius terre indigenis asseruntur, rex Babilonie, accepto a suis consilio, movet ilico exercitum, et Ierusalem cingit obsidione, dicens eis, se cum Francis fedus et amicitiam contraxisse. Cum quibus etiam eos vellet destruere, nisi se et[s] urbem regi Babilonie subditos exhiberent. Turci itaque urbem tenentes propter metum christianorum se et urbem in manus regis dederunt. Qui, eiectis omnibus Turcis, urbem cum Sarracenis munivit, et sic christianorum propositum suo ingenio prepedivit. Inter hec[t] christiani, capta ut diximus Antiochia, quia Deum non digne glorificasse videntur, tanta cinguntur multitudine Sarracenorum, ut priorem ubertatem famis tam intolerabilis sequeretur[u], ut etiam vix[v] ab humanis carnibus abstinerent. Respitiens autem Dominus populi sui contritionem, lanceam, qua Christi sacratissimum latus legitur perforatum[w], in locis illis per revelationem eis monstravit. Cuius virtute christiani confisi, quamvis debiles et famelici, cum Sarracenis bellum committunt, fusisque viriliter[x] omnibus, non sua set Christi fortitudine hostes vicerunt. Inde procedentes in Siriam, Barram et Marram urbes ceperunt. Ubi moram facientes, tanta iterum inopia narrantur attriti, ut etiam humana corpora fetida[x] famelici aliqui devorarent. Post hec ad civitatem sanctam[y], iam[z] a Sarracenis inhabitatam atque munitam, acies direxerunt. Quam obsessam cum capere non possent, habito religioso consilio, Christum humilitatis magistrum imitantes, nudis eam pedibus circuire disponunt. Igitur in die, que dicitur divisio apostolorum, civitas capitur; et hostes ibidem comprehensi tanta sunt occisione prostrati, ut in porticu Salemonis sanguis occisorum usque ad nostrorum equorum genua perveniret. Extunc civitas Ierusalem usque ad tempora imperatoris Frederici* autore Deo a nostris possidetur. Porro amiratus[b] Babiloniorum[c], qui et rex Menfeorum et Alexandrinorum vocatur, aput Ascalonam[d] manens, innumerabilem collegit exercitum, tamquam Ierusalem et Antiochiam per suam potentiam recepturus; legatos autem Francorum adhuc in Ascalona aput se retinebat. Ad hec christiani, sarcinis suis et infirmis in urbe relictis, exercitui Babiloniorum in campo occurrunt. Cumque infinitam hostium multitudinem conspexissent, fusis ad Deum[e] precibus, cum paucis contra hostes procedunt. Et mirum in modum per divinum auxilium cum 5 milibus peditum Sarracenorum 100 milia equitum et 300 milia peditum vertere terga compellunt et spolia immensa diripiunt. Ceciderunt ex Sarracenis in eo prelio plus quam 100 milia gladio extincti, set circa portam Ascalone 200[22] milia in introitu civitatis sunt suffocata. Innumeri quoque submersi et spinis irretiti perisse referuntur. Peracta[f] victoria, principibus ad propria remeantibus, dux Gotefredus exercitum, qui remansit[g], strenuiter sapienterque conduxit. Ipse etiam Romanos et Teutonicos invicem sepe ob invidiam rixantes, tamquam utriusque lingue peritus, ad pacem et concordiam, ut simul commanerent, suis studiis salubriter informavit. Interea Urbanus papa, qui ultra mare exercitum duxerat[h], celebrato concilio aput Clarmundam, Romam revertitur, et Gilbertum, qui per imperatorem cathedram Rome tenebat, ab Urbe expellit, sola illi domo Crescentii, id est castello sancti Angeli, remanente. Inde cathedra sua recepta, egressus ab Urbe, Apuliam, Calabriam atque Siciliam peragravit. Unde quam plurima collecta pecunia, Romam reversus, custodes castri Crescentii pecunia corrupit; atque in hunc modum expulso Gilberto, ad ultimum tam Urbe quam cathedra libere potitur. Ipse vero paulo post in fata concessit, et cathedram Pascali pape reliquid. Interea christianis ad sanctum Domini sepulcrum confluentibus, dux

Otto VII, 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7.

---

* usque nunc B. C. D.

a) *haec desunt* B *et spatio vacuo relicto* C 3. b) a. D. 1167. *desunt* E 1. c) t. i. H. q. *desunt* C 2. 4; s. t. H. i. q. a. D. 1047. E 5. 6. 8, *ubi* Explicit particula XXVII. Ystoria — 1047. Particula XXVIII. (Particula XXIII. E 5. 9). d) Defuncto — imperatoris *abscisa* B 1. e) G. autem B 2. C. D. f) Romanam E 6. g) scilicet E 1. h) Ierusolima C 4. i) Eligii E 6. k) et in *post add.* B 1, *et ita* B 2; in ep. C 2. 3. D 1. 2. E 9. l) confl. C 4. m) *deest* B. n) Cost. B 1. o) urbem C 4. D 2. p) *deest* E 5. 6. 8. 9. q) *deest* C 4. r) eorum E 6; eorum aspicitur C 4. s) *deest* E 6. t) h. ut d. c. christiani A. E 3. 6; h. ut d. christiani *post corr.* a christianis A. E 5. *et ita* E 8; h. ut d. c. iam A. E 7; h. ut d. c. christiana A. E 9. u) s. magnitudo C 4. v) vix *post add. ante* abstin. E 5. w) perfossum C 4. x) *deest* C 4. y) id est Ierusalem *add.* E 8. z) *deest* E 6. b) admiraldus C 4. c) B. rex qui Merifeorum D 2. d) Aquilanam E 6; Aschalonem E 9. e) dominum C 2. 4; eum E 6. 8. f) Facta D 1. g) retro r. B 1; retro mansit B 2. h) *ita* D. E *erronee;* direxerat B. C. *Ott.*

21) Ottonis narrationem non recte intellexit. 22) *duo* Otto.

Otto VII, 7. Gotefredus in Ierusalem[a] moritur; eique Balduinus, frater[b] eius, ibidem subrogatur, et autoritate summi pontificis rex apellatur anno[c] Domini 1100.

Eo tempore, [quo[d] primus Balduinus factus est rex Ierusalem[e]], Gilbertus moriens orribilissimo scismati, tamquam Egipti densissimis tenebris, finem imponit. Anno sequenti Conradus, filius [quarti[f]] Henrici imperatoris, cui pater Ytaliam commiserat, obiit, anno[g] 9. ex quo a patre discesserat, et in civitate Florentia honorifice sepultus est.

c. 8. Post hec imperator, pater eius, aput Maguntiam nativitate Domini celebrata, Heinricum filium eius, qui fuit quintus Heinricorum, regnaturum post se principibus assignavit, seque Ierusolimam iturum devovit et publice pronunciavit. Anno secundo iterum aput Maguntiam imperatore existente, Heinricus filius eius contra eum rebellionem molitur aput Radisbonam, consilio Baguarorum, habens occasionem, quod pater excommunicatus a Romano pontifice[h] haberetur. Assumptisque principibus, Saxoniam, contra imperium facile commovendam, intravit, ubi aput Quitelineburi universos Saxones sue voluntati coniunxit. Tunc Rutahardus[k] Maguntinus archiepiscopus a sede sua diu per patrem imperatorem expulsus, filio eius Heinrico quinto adhesit, et aput villam Northusen concilio celebrato, imperatorem tamquam simoniacum condempnavit. Item Henricum Magdeburgensem electum, set ab imperatore reprobatum, consecravit. Inde in Maguntiam per auxilium filii redire proposuit. Set pater in Maguntia cum militia manens, propositum prepedivit. Post hec filius castrum Noricum[l] expugnavit[m].

39. *Item[n] de vita et conversatione prava ipsius Henrici quarti imperatoris.*

Otto VI, 34. Henricus[o] quartus, cum esset[p] puer, mortuo[q] patre, sub custodia matris suae Agnetis imperatricis[r] fuit. Quae aliquanto tempore prudenter[s] imperium rexit. Postea filius consilio lascivantium[t] a matre alienatus, per se cepit regnare. Hec discessio maxime discordie seminarium[u] fuit. Imperatrix aspiciens iniquas rerum mutationes, cum fluctibus turbationis[v] nollet involvi, religiosam vitam elegit, et ad monasterium Fructuariense se transtulit. Inde postmodum Romam pergens ibique aliquantam[w] moram faciens, vita decessit, et in ecclesia beate Petronille in tumba marmorea honeste sepulta est.

His diebus Alexander, primo Luccensis episcopus, postea communi voto[x] et electione promotus in summum pontificem, ecclesiam Romanam, diu[y] ancillatam, in pristinam libertatem reduxit[z]. Nam Cadolum Parmensem[z*] episcopum, Romanam sedem armata manu occupare volentem, constanter repressit. De isto Cadulo et de isto Alexandro scriptus est versus in camera Lateranensi*. Itaque imperium Heinrici [IV.[a]] in se ipsum dividitur, et conspirantibus Saxonibus rebelliones fiunt. Detractiones et inhonesta plurima de imperatore ad aures summi pontificis referuntur. Anno[b] Coloniensis archiepiscopus[c] et[d] Herimannus Babenbergensis[d] episcopus[e] Romam mittuntur. Qui peracta legatione revertentes, litteras apostolicas regi assignant[f], per quas ad satisfactionem de simonia et[g] aliis enormitatibus commonetur. Eodem tempore Saxones manifeste rebellant et urbes et castella, que rex in Saxonia construxerat, auferunt et omnia subvertunt. Anno secundo Alexander papa decedit, et Aldibrando archidiacono suo[h], qui Gregorius septimus fuit, apostolatum[i] reliquit. Quod quia sine imperatoris concessione actum est, scisma gravissimum narratur exortum. Ipse itaque Gregorius papa ad simoniam extirpandam et clericorum incontinentiam reprimendam intendens, imperatorem ipsum ad sinodalia pro huiusmodi frequenter vocavit. Conubia clericorum a subdiaconatu et supra per totum orbem Romanum[k] edicto decretali in eternum prohibuit ac se ipsum adletam Dei pro domo Domini murum[l] constituit. Imperator Saxones bello petit, et iuxta[m] fluvium Hunstrot bello inserto[n], cesis hinc inde quam pluribus, cruentam victoriam vix obtinuit. Cecidit ibi Gebahardus[o], pater ducis Lotharii, qui postea imperavit,

c. 35. et Ernestus, pater[24] Alberti marchionis. Eodem anno[25] Willelmus[p] comes Normannie maiorem Britanniam, que nunc Anglia[q] nuncupatur, expugnavit, regemque ipsius Eraldum occidit. Deinde Normannis ibi positis totaque provincia in servitutem redacta, ipse ibi regnavit. Anno sequenti imperator accepit uxorem filiam Ottonis marchionis Ytalici nomine Bertam[r]. Papa[s] tamen [Henricum[t] quartum] imperatorem excommunicavit, eiusque consilio Saxones sibi Rodulfum[u] regem creaverunt. Quo postea in bello occiso, et Herimanno principe Lotharingie sibi substituto, ipse quoque cito interficitur. Ante hunc imperatorem non legimus aliquem a Romano pontifice excommunicatum aut[v] imperio privatum, nisi forte illud pro excommunicatione reputetur, quod Philippus primus christianus imperator ad breve tempus a Romano pontifice inter penitentes legitur collocatus; aut illud[w], quod Teodosius ob cruentam hominum

c. 36. cedem a liminibus ecclesie legitur[w] sequestratus. Interea Gregorius papa septimus potentia imperiali ab Urbe pellitur. Cuius loco Gilbertus Ravennas intruditur[x].

---

* B. C. *addunt*: Regnat Alexander; Cadolus cadit et superatur.

a) Ierosolima C 4. b) f. e. *superscr.* B 1. c) a. ab incarnatione B. d) quo — Ierusalem *desunt* B. e) Ierosolimorum C 4. f) *deest* B. g) a. scilicet C. h) a papa C 4. i) Quitilenburg C 3; Quitilinebůrch C 4; Quitilingaburg E 1; Quintilineburc E 6; Quidelingburg E 9. k) Ruthardus C 2. 4, *alii;* Růth. C 3. l) castrum Noricum Noremberga *sec. manu in margine add.* B 2; id est Nurenberg *add.* C 2; Nůrnberch *superscr.* C 4. m) Hec autem pertinent ad Henricum IIII. et sub suo titulo sunt scribenda, *et post:* Hic verte alterum folium in antea in hoc signo ⟨÷⟩ *add.* B 1, *et ibi f.* 151' *legitur:* Ista omnia ponenda sunt retro sub titulo Henrici IIII. ⟨÷⟩ n) *haec desunt* B; Item (*deest* D 2) de eodem Henrico quarto C 2. D; De H. q. C 3; It. de H. q. C 4. o) H. q. c. e. p. m. p. *e corr. in loco raso* B 1. p) e. adhuc C 4. q) *deest* E 6. r) *deest* C 8. s) i. p. C 8. t) lascivientium C 4. E 6. u) semen C 8. v) turbationum C 8; perturb. E 6. 8. 9. w) *deest* C 4. x) consilio C 4. y) diu iam B. C; diu *deest* C 6; ancillam C 8. z) revocavit C 8. z*) Pram. C 8. a) *deest* B. C. D. b) Anno illo C 8; A quo E 5. c) *deest* B 1. d) *deest* D 2. e) episcopi B 1. f) res. C 8. g) s. aliisque B. C. h) s. Gregorius VII. est appellatus rel. E 6; s. q. G. VII. fuit appellatus rel. E 9. i) appellatus C 8. k) Romano C 8. l) *deest* C 4. m) iusta D 2. n) cons. C 4. o) Ebirh. E 9. p) Wilnhelmus C 8; Guillermus E 6 *semper; deest* E 9. q) a. n. *desunt* D 2. r) Berhtam C 4. s) *deest* E 6. t) H. q. *desunt* B. C. D. u) Radulfum C 4; *deest* E 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. v) a. i. p. *desunt* C 4. w) *deest* C 4. x) Verte hoc folium et respice retro hoc signum et ibi dicitur Mortuo Gregorio VII. ⟨÷⟩ *add.* B 1.

23) Rerum ordinem valde turbavit. 24) *filius* Otto. 25) Annus 1066. apud Ottonem praecedit c. 35.

BSB

Item[a] *de eodem Henrico quarto versibus*[b] *subnotatur.*

Henricus quartus Guebelingo[c.*] semine surgens,
Regna per Italiam multa feritate perurget,
Ut tribuant domino digna tributa suo.
Omnia dum recipit que rapta vel acta[d] putavit,
Romani bona pontificis plerumque gravavit,
Papa dolens factis: *Non patiemur*, ait.
Cur petat illicitum cesar, cito papa requirit,
Ecclesieque bonis qua vult ratione potiri.
Pax mea iam periit pro feritate viri[*].
Despicit Henricus pape quamcumque querelam,
Nec cupit ecclesias aliqua placare medela;
Namque potens armis cordeque magnus erat.
Invidia fertur nimia potuisse notari
Et nimia[e] feritate sua nequam reputari,
De quibus exempla pagina pauca[f] dabit.*
Si probitate virum vel equum pollere putaret[g],
Eius[h] ad interitum que posset iniqua pararet,
Insidias mortis fraude doloque daret[28].
Miles[29.**] erat regi speciosus et altus honore,
Ille datur nudo pugno mactasse leonem,
Militis officio summus in orbe suo.
Hunc videt invitus rex, insidiator iniquus,
Invidus Henricus, probitatis atrox inimicus,
Cuius ab insidiis deperit ille cito.

Fertur equus regi talis quandoque fuisse,
Cui virtute parem nullum natura dedisset,
Hic in aquis Reni[*] rege iubente perit[**].

Prava per imperium dum regia fama notatur,
Ira movet proceres, gens Teutona tota gravatur,
Et dolet imperium turpe fovere caput[*].
Curia Francorum collecta[i] simul dominorum,
Crimina gestorum regis condempnat eorum,
Expertumque volunt iam reprobare dolum[*].
Nunc ab apostolico procerum sententia querit,
Si princeps scelerum rex iure potest removeri;
Papa refert: *Merito destituendus erit.*
Gregorius papa nunc septimus extat in Urbe[k].
Post venit Urbanus, qui regia facta perurget,
Fert quoque Pascalis tempora plena malis.

* nomen est patrie Henricorum.

[*] i. imperatoris.

Verbi gratia sicut hic dicitur.

Item verbi gratia simile.

[*] s. fluminis. [**] s. submersus.

[*] i. turpem imperatorem.

[*] s. imperatorem.

---

* **A** *addit, quae etiam* **B 1** *habuit sed delevit:*

Sepe capellanos ad turpia facta redegit,
Se presente viros meretricis ad acta coegit,
Ipse suis manibus turpia sepe tulit.

** **B 1** *in margine post addit:* Iste miles fortissimus et pulcherimus filius comitis erat. Qui nudus a balneo egressus, leonem, quem rex ad devorandum eum, ut dicitur, fecerat solvi, solo pugno occidit. Ipse tamen postea per dolum et invidiam regis dicitur deperisse.

a) De quarto Henrico imperatore nato a loco qui dicitur Guibelinge et est cognomen omnium Henricorum **A 2. B 1** (*qui addit:* a loco nativitatis eorum); *desunt* **A 1**; Item *deest* **C 3. D 2**; De eodem versus **C 8**; De eodem **E 8**. b) versifice **D 1. E 6**; v. s. *desunt* **C 4**; subn. *deest* **E 6**. c) Waibeling, *erasa littera* o **C 4**. d) *ita* **B 1. E 6**; aucta *alii*. e) summa **E 6**. f) nostra **C 4**. g) videret *corr.* notaret **C 4**. h) Eius — pararet *desunt* **D 2**. i) colecta **B 1**. k) orbe **C 4**.

28) Cf. locum Ann. Palid., SS. XVI, p. 71: *Sicut etiam cunctam laudem in homine vel bruto animali semper habebat exosam;* quem conferendum esse Ulmann p. 70 monuit. 29) Etiam haec ad eundem fontem redire, Ulmann l. l. monuit. Similem priori narrationem habent Ann. Pegav. a. 1083, SS. XVI, p. 239.

Henricus male sortitus fit abhinc anathema[a];
Rodulfus[b] cum Saxonibus tulit hoc[c] diadema,
1077. Cum quibus ecclesia regia iura premat.
Iunctaque Saxonibus consentit et inclita Roma;
Aurea Rodulfo transmittitur inde corona.
Bella per imperium multiplicata tonant.

Scriptus et insertus fuit in diademate versus*: * s. iste subscriptus.
Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulfo;
Hec ita Saxonibus missa corona datur[30].

Sede Maguntinus tunc presul[d] in ordine primus
Extitit Albertus[31.*], sevus, feritate ferinus,
Nec tamen ingenio vel probitate minor.
Hic super Henricum magis omnibus est inimicus.
Sic et Agripinus* presul celebris Fridericus[32], * i. Coloniensis.
Albero[e] de Treveri* fit gravis hostis ei[33]. * s. archiepiscopus.
Undique conspirant, veniunt certamina mira,
Signa, pares aquile, veniunt ad prelia dira;
Saxo* tribus vicibus marte repressit eum**. * s. rex novus Rodulfus.
Pugna redit quarta, regem male Saxo cohartat,
Nam quasi iam parta fuerat victoria* quarta; * Saxonibus s.
1078. Ast ubi bella gerit rex* novus, ense perit. * s. Rodulfus.
Dum fugit Henricus, comitum fugiente caterva,
Miles* ei signum media statione reservat, * suus s.
Dicens: *Quo graderis, respice, victor eris.*
Hoc ego Rodulfum gladio tibi dico peremptum.
Rex negat eventum*, set eum trahit ille retentum. * i. non credit ei.
Rex ubi fata* gemit, publica fama venit. * s. bellica.
Miles ait: *Surge, tua gloria magna resurget,*
Saxo fugit, quia rex cecidit, tu curre, perurge.* * s. Rodulfus.
Dum tractus rediit*, victor et ipse fuit. * s. imperator.
Nec tamen ut* vivit, victorem** pena reliquit: * i. dum. ** s. imperatorem.
Mortibus addici regem faciunt inimici*, * s. papa et principes imperii.
Filius eius* ei tollere regna[f] sitit. * s. imperatoris.

Efficit ingratus presul* procerumque senatus, * s. papa.
Patris ad interitum quod habet diademata natus*, * s. filius imperatoris.
Ex ope pontificis omnia posse ratus.
Fit pater ut fuerat* sub presule** rex anathema, * ante s. ** s. papa.
Filius erigitur Henricus[g] habens diadema,
Et studet, ut penitus iura paterna premat.
Pellitur ergo pater nimia procerum feritate,
Nec penitus natus patris caruit pietate,
Leodii genitor pauper inobsque latet.
Henricus Magnus*, numero quartus reputandus, * pater s. excommunicatus.
Quinquaginta duos vite perfecerat annos,
Bella quibus* nati fertur amara pati. * s. annis.

---

* **B 1** *addit in margine manu 2:* Nota, quod istum Albertum rex ipse per triennium tenuerat miserabili captivitate captivum in carcere.

** **B 1** *addit in margine:* Nota, Rodulfum cum Saxonibus vicisse Henricum in bello tribus vicibus.

a) *deest* E 6. b) Rad. C 4 *semper.* c) *superscr.* B 1; et C 4. d) sedet E 6. e) Alberto C 2. D 1. 2. E 4. 6. 7. 8; Albertus C 3. 8. E 1. 2. 3. 9; A. Treveris C 8. f) signa C 4. g) constanter A; H. *e corr.* B 1.

30) Hoc primus refert Otto Frising. de gestis Frid. I, c. 7. 31) a. 1111 — 1137. 32) a. 1099 — 1131. 33) a. 1131 — 1152.

Tunc obiit *, tunc Leodii voluit tumulari; 1106.
Canonici a. * studuere suum b corpus venerari
Moreque regali condere menbra lari.
At quia rex c voluit vivens anathema mereri,
Papa caput cleri iubet hinc * corpus removeri,
Cunctaque d Leodii mox anathema ferit.
Pellit e et a sacris corpus, rebus variatis.
Filius ossa patris doluit fore cum sceleratis,
Hiis * cito sublatis, longius ire facit.
In patriam Spiram *, que Renica littora girat,
Ossa patris minat, nimium commotus in iram.
Afra * capella fuit, que patris ossa tulit.
Rex * ita translatus feretroque novo reseratus **,
Quinque reservatus annis fuit intumulatus,
Tam male dampnatus f ludibrioque datus.
Hoc genus orroris * nato fit causa doloris,
Tempora meroris renovat feretrum genitoris,
Pulsus ab ecclesiis dum iacet * ipse g foris.
(Cronica A 1.) Sacra sepultura papa prohibente negatur,
Anulus et baculus nisi pape restituatur [34],
Cum quibus * ecclesias vendidit ille ** suas.
Vendidit ille, quia raro caruit simonia,
Que nota ne fiat, vetuit divina sophia,
Papaque mente pia tollere * prorsus ihat h.
Henricus vero i defuncti cesaris heres,
Amodo pontificum baculos prohibetur habere;
Hoc etenim fieri regula nulla feret k.
Vendere pontifices non possunt ammodo reges,
Illud enim sacre prohibent per secula leges;
Expedit ut Simonis crimina quisque neget.

Henricus quintus tunc incidit in laberintus,
Hoc laqueo cinctus, foris est artatus et intus,
Ecclesie cedit, dona * coacta dedit.
Hec duo * dumtaxat cesar repetita relaxat,
Ecclesias passas rabiem l non amodo quassat;
Guerra dedit requiem, pax rediviva m placet.
Anulus et baculus papalia iura secuntur, 1122.
Sic et ab inperio merito mundana reguntur,
Iura coequata stant ratione rata.
Sacra sepultura * nunc cesaris est valitura **,
Aurea structura * patris est, dans gaudia plura,
Sanctaque Spirea menbra recondit ea.

* pater s.
a. * Leodienses s.
* s. a cimiterio.
* s. ossibus.
* civitatem s.
* i. sancte Afre in Spira civitate (s. Afrae C 4). ** s in capella sancte Afre aput Spiram.
* mortuus s.
* s. in corpore imperatoris.
* pater s.
* anulis s. et baculis episcoporum. ** imperator s.
* s. simoniam.
* i. anulum et baculum.
* s. anulum et baculum.
* s. in cimiterio. ** s. postquam redditus est anulus et baculus ecclesie.
* s. in sepultura eius.

40. *Normanni n invadunt Apuliam tempore quarti Henrici imperatoris o.*

Henrici quarti dum gloria vergit ad imum,
Sentit et Apulia Normannica prelia primum,
Vincitur et p Calaber nunc Siculusque q sinus.

a) E 5. 8 *sequentium versuum ordinem turbarunt:* Tunc *etc.* Papa *etc.* At quia *etc.* Canonici *etc.* Moreque *etc.* Cunctaque *etc.* E 6; Tunc *etc.* At quia *etc.* Canonici *etc.* Moreque *etc.* Papa *etc.* Cunctaque *etc.* Canonici — mereri *desunt* E 4. 9. b) sui B. C. D. c) dum vixit datur hic (hoc A 2) a. A. rex — anathema *e corr.* B 1. d) Sanctaque A; Cunctaque *e corr.* B 1. e) Pellitur A. f) Omnibus ingratus A. B. C. g) ille C 4. h) amat C 4. i) vere B. C 2. 3. 8. D. k) sinit C 4. l) p. nullo conamine q. A; r. n. a. *e corr.* B 1. m) repetita C 4. n) Hoc tempore i. N. Apuliam Calabriam et Siciliam A. B; Cronica *add.* A 2. B 1. o) t. H. IIII. C 4; versifice *add.* E 8. p) ac C 4. q) nunc Siculusque si *e corr.* B 1.

34) Haec male coniunxit Gotifredus.

Dux ibi Normannus Willelmus iure[a] notandus,
Postque Robert magnus Wiscardus adest memorandus[b],
Cuius et in modico maxima gesta dabo.
Paganos Siculos hic in sua iura redegit,
Apulus et Calaber victus sibi colla subegit,
Quos modo* Willelmus rex[c] probitate regit[d].

* i. tempore Friderici imperatoris.

Non erat* Henrico** licitum defendere terram***,
Namque per imperium fuerat validissima werra,
Papaque Paschalis captus[e] abinde cadit.
Henricus* quintus dum gestat in Urbe coronam,
1111. Audet Wiscardus partim comburere Romam[35];
Nam[g] Lateranensis porta perusta sonat*.

* s. tunc. ** s. imperatori. *** s. Apuliam.

* s. imperator.

* s. tunc.

Transit* ut ad Danaos, referunt sibi prelia Greci[h],
Regis ibi Danai pars extitit hostia leti,
Copia fit spolii miraque massa necis.
Dux* erat in rebus pauper, dives probitate,
Addidit ex corio* nummos expendere late,
Cum[i] quibus et Danai copia victa iacet.
Devictis Danais, post tempora fertilitatis
Reddidit[k] argentum pro denariis coriatis,
Militibus gratis dat sua dona satis.
Robertus Viscardus[l] obit tandem sine prole;
1085. Rogerius[m] iermannus ei[n] succedit honore[36],
Climata Siciliae possidet atque fovet.
Rogerius[o.]* Paganus[p] erat de more vocatus;
Rogerius* de Rogerio** comes est generatus***,
Gemma sui generis et probitate caput.
Gemma* fuit, regnare sui meruit probitate,
Apulus et Calaber fit ei subiectus et Afer:
Quod loquor ecce patet, terra subacta[q] iacet.
Rogerii regis hic tempus et acta relinquam,
Cesaris Henrici quinti[r] rem primitus inquam,
Post quoque Rogerio* tempus et acta dabo.

* s. Robertus.

* s. factos.

* s. frater Roberti Wiscardi.

* s. rex filius. ** s. Pagano. *** s. ille qui postea regem se fecit.

* s. Rogerius rex in generatione sua.

* s. regi.

41. *Item[s] de quinto Henrico iuniore[t], filio quarti Henrici.*

Otto VII, 9. Heinricus[u] iunior[v] contra patrem movet exercitum, et pater contra eum. Utriusque autem exercitus supra[w] Renum[37] fluvium castrametatur[x], Reno in medio existente et alterum ab altero separante. Erat autem patris maxima potentia in exercitu Boemorum et in marchione Austrie Lupoldo[y]. Quam rem cum filius considerasset[z], tam ducem Boemorum nomine Boroez quam marchionem Lupoldum largissimis promissionibus ab auxilio patris sui avertit. Quibus abeuntibus, pater debilitatus, a campo cedere[a] compulsus, confusus[b] discessit. Ab
c. 10. illo itaque die pater minuitur, filius autem[c] augetur. Postea filius et pater aput Pinguiam colloquuntur. Ubi filius[d] monet, ut pater[e] per apostolicum exeat ab excommunicatione. Qui petit principes aput Maguntiam congregari, ibique coram eis de eadem[f] causa tractari. Itaque petente patre generalis curia Maguntie indicitur. Ibique pater et filius omnibus principibus presentantur.

Circa idem tempus Balduinus rex Ierosolimorum Ascalonam obsessam sibi tributariam fecit. Commissoque prelio cum Saracenis, cum ipse 4 milia bellatorum haberet, hostium 50 milia Dei magis quam hominum virtute prostravit, uno Sarracenorum principe capto et altero occiso. Tunc Alexius rex Constantinopolitanus, christiane prosperitatis adversarius, Turcos in desperatione iam positos in amiciciam suam confederavit, eisque turrim Niceam, chri-

a) primo A. B. C. D. b) memorandus rite Giscardus E 3; iure memorandus Wiscardus (Visc.) E 4. 5. 6. 7. 8. 9. c) *deest* E 4. 5? 6. 7. 8. 9; pre E 3. d) *plura folia desunt* E 2. e) captus adit vincula (s. Henrici imperatoris B 1) A. B. C. g) Hinc A. B. C. h) Turci E 6. i) Dum simul et C 4. k) Redidit B 1. l) Wischardus C 4. m) C 4 *hunc versum post sequentem ponit.* n) eius C 4. o) comes *add. sed delevit* B 1. p) comes est Siculus de A; p. e. *e corr.* B 1. q) subiecta E 4. 6. 8. 9. r) *deest* D 2. s) De q. H. f. q. H. C 3. 8; De H. q. i. E 8; Item *deest* E 9; *haec desunt* B 1, *ubi haec adiecta sunt:* ⊰O⊱ verte folium retro ubi dicit glosa: Henricus iunior contra patrem etc. t) *deest* C 4. u) *in* B 1 *quaedam antecedunt, partim tantum legenda:* ..... iuxta papa(m) Pascale(m) ..... v) *deest* B 2. w) super C 4. x) castrametantur D 1. 2. y) Liup. C 4, *et ita infra.* z) vidisset C 4. a) exire E 5. 6. 8. 9. b) *deest* D 2. c) *deest* C 4; et f. C 3. 8. d) *deest* E 6. 9. e) m. patrem ut C 4. f) hac C 4.

35) Haec ad a. 1084. pertinent. 36) Rogerius filius Roberti in Apulia successit; Rogerius frater Siciliam tenuit. 37) *Reginum* Otto.

stianorum sanguine conquisitam, concessit. Interea generali curia Maguntie[a] congregata[b], presentibus apostolice sedis legatis, imperator coram omnibus excommunicatus pronuntiatur. Unde etiam ipse in castro quodam custodie mancipatur. Ubi dum audientiam peteret, principes eum dolo circumveniunt[c] et quodammodo cogunt, ut filio suo regalia insignia non differat resignare, anno scilicet[d] regni sui 52.[e], imperii vero 40. Reversi igitur principes a patre ad filium, imperialia insignia detulerunt, eumque tunc a patre electum denuntiantes, per manus legatorum Romani pontificis creant imperatorem, nonagesimum secundum ab Augusto Octaviano. *Otto VII*, 11.

Hucusque[f] tam ex libris Orosii quam Eusebii et aliorum qui post eos scripserunt autoritatibus[g] fulti, scripta nostra posuimus. Cetera autem que secuntur, quia recentis memorie et quasi nostrorum temporum sunt, nos ea nobis a viris probabilibus tradita et partim a[h] nobis oculata fide conspecta et auribus nostris audita, quanto veracius possumus, favente Domino, lectoribus proponemus*.

Imperator Henricus IV, omnibus regalibus filio resignatis, et omnium principum suffragio destitutus, et factus egenus, dum per Renum fluvium[i] Coloniam pervenisset, ibi non sicut exul, set ut imperator a civibus suscipitur. Indeque procedens Leodium, insinuavit omnibus tam verbo quam litteris, a principibus se[k] fuisse deceptum et ad resignanda regalia filio[l] coartatum. Transacto pauco[m] tempore pater[n] aput Leodium moritur, et more regio ibi sepelitur. Set postea mandato Romani pontificis a cimiterio eicitur, eique omnis christiana sepultura denegatur. Corpus autem eius a Leodio in urbem Spiram, scilicet supra Renum, ubi ipse in honore sancte Mariae mirabilis structure ecclesiam fundaverat, set non perfecerat, est in feretro deportatum**. Quid autem de eo postea fuerit factum, superiori titulo satis est versibus explicatum[o]. Quid[p] igitur filius[q] faciat, videamus. *c.* 12.

42. *Henricus*[r] *quintus*[s] *capit papam Pascalem.*

Henricus V, mortuo patre, mirabili collecto exercitu, tertio anno post obitum patris, per montem Iovis transit Pyreneum, Romam proficiscens. Cumque supra Padum castrametatus preciperet[t] exercitum recenseri, inventa sunt 30 milia militum, exceptis omnibus qui ad eum de Ytalia confluxerunt. Inde per montem Appenninum transiens[u], burgum Pontis Tremuli turribus et muris valde munitum, qui transitum exercitui prohibere temtavit, expugnavit atque destruxit. Deinde per Tusciam[v] procedens usque[w] Aretium, civitatem ipsam destruxit, pro eo quod cives illi ecclesiam sancti Donati, id est episcopium, quod est extra civitatem, destruxerant, sedem episcopalem infra menia civitatis[x] ponere intendentes. Hiis ita peractis, Romam pervenit, et in gradibus beati Petri a papa[y] Paschali cunctisque cardinalibus et a populo Romano cum crucibus in processione, cum tripudio et[z] gaudio magno[a] susceptus est. Ipse autem papam Pascalem consilio quorundam sceleratorum captum detinuit et Ulrico patriarche Aquileiensi cum reverentia custodiendum commisit. Tunc orto ex improviso tumultu et ornatu ecclesie cunctisque rebus clericorum invasis atque distractis, qui expectabant gaudium, luctum incurrunt. Occasio autem et causa illius captivitatis talis fuisse narratur: quia imperatore Romam tendente, papa cum eo tali pactione convenerat, ut imperator ei episcoporum investituras dimitteret, papa autem e converso imperatori omnia episcoporum regalia[b] relaxaret. Hec pactio sacramentis et obsidibus inter papam et imperatorem asseritur firmata fuisse. Quam dum renitentibus episcopis papa adimplere[c] non posset, cum per omnia innocens esset, tanquam[d] reus, custodie est mancipatus. Huius factionis consiliator precipuus dicitur fuisse Albertus, tunc imperatoris cancellarius, qui postea fuit Magontinus[e] archiepiscopus. Quem tamen imperator postea[f] per divinum iudicium fortissimum sensit inimicum. Papa aliquandiu capto et[g] detento, imperator a civibus revocatur, et episcoporum investituras, id est anulum et baculum, a papa*** recipiens, ipsum papam et cives Romanos muneribus reconciliare curavit[h]; et a papa coronatus, favorem et nomen imperiale sortitur, anno ab incarnatione Domini[i] 1111, anno vero regni eius, ex[k] quo pater regalia sibi resignaverat, 6.[l]

His ita[m] transactis, sinodo episcoporum postea celebrata, privilegium inter papam et[n] imperatorem factum**** reprobavit. Imperator ab Urbe in Franciam reversus, filiam Henrici regis Anglorum Mahtildam[o] in uxorem sibi coniunxit nuptiasque magnificas Maguntie celebravit. In ipsa curia Lotharius dux Saxonie, qui postea *c.* 15.

---

* C 2. 4 *rubro in margine scripta addunt:* Nota, me Gotfridum, huius libri authorem, capellanum et notarium fuisse regis Conradi tertii et Friderici imperatoris et filii eius Henrici sexti. (Ego Gotfridus huius libri auctor capellanus et notarius fui regis Chunradi tercii et Friderici imperatoris et Heinrici filii eius. C 4). Quorum temporibus haec omnia cis citraque mare per annos quadraginta sum perscrutatus, ex omnibus armariis (et C 2) Latinis et barbaris et Grecis et Indaicis et Chaldaicis.

** B. C. D. E 1. 2 *addunt:* et in capella sancte Afre sine sepultura per spatium quinque annorum in feretro conservatum.

*** a papa per privilegium extorquet. Tunc et quasi penitentia ductus p. B 1.

**** p. ab imperatore minis et terroribus extortum tamquam pravilegium B. C.

a) *deest* E 8. b) celebrata C 4. c) circumvenerunt C 3. 4. 8. d) *deest* C 4. e) 43. *corr.* 53. B 1; 53. C. f) Nota Orosii *add.* E 5; Nota Orosium *add.* E 6. 8. 9; De eodem *add.* E 8. g) actoribus E 8. h) a n. *desunt* E 5. 6. 8. 9. i) *deest* D 2. k) *deest* D 2. E 5. l) fuisse C 4. m) *deest* D 2; parvo C 4; E 4. n) *deest* E 8. o) in fine huius capituli inferius versifice referemus B. C 2. 3; in f. h. c. r. C 4. p) Quid — videamus *desunt* E 9. q) f. eius E 8. r) *haec desunt* B. s) *deest* D 2. t) recenseret e. i. C 4. u) *deest* E 6. v) per Tusiam C 4; Perusiam C 2. w) *deest* B. C 2. 3; usque ad retium C 4; Deinde p. T. pr. — destruxit *in marg. suppl.* C 8. x) *deest* C 4. y) Petri apostoli E 8, *qui* a p̄p *ita legisse videtur;* domino p. E 3. 4; Pascali *deest* E 5. 6. 8. 9. z) et g. *desunt* C 4. a) *deest* E 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. b) rel. reg. E 4. 6. 9. c) implere E 4. 6. 8. 9. d) *deest* E 8. e) a. M. B. C. E 8. 9; episcopus, M. archiep. E 5. 6. 8. f) *deest* E 6. g) *deest* B. h) reconciliavit C 4. i) a. dominice incarn. C 4. k) quo a patre r. susceperat C 4. l) V^to^ B. *Otto.* m) *deest* B. n) et i. *desunt* E 6. o) M. nomine C 4; Mahth. C 3.

Otto VII, 15. fuit imperator, tunica lanea[a] pro penitentia indutus et pedibus discalciatus, procidit ante pedes imperatoris. Tantus enim terror omnes invaserat, ut aliquis[b] voluntati sue resistere non auderet. Ceterum in ipsa nuptiarum celebratione, ubi omnes convenerant, facte sunt contra[c] terribilitatem[d] eius multe principum conspirationes, et extunc tam manifeste quam occulte multi[c] incipiunt rebellare. Ex consilio autem et suggestione[e] archiepiscoporum, Friderici scilicet[f] Coloniensis et Alberti Maguntiensis, et aliorum quorundam, Calistus papa, qui post Pascalem et Gelasium Rome pontificatum acceperat, imperatorem excommunicationis vinculo innodavit. Scismate itaque renovato[g], imperator Romam pergens, Burdinum, natione Ispanum, in cathedram per suam[h] violentiam collocavit. Quem Romani aput Sutrium postea captum[i] et camelo, ut dicitur, superpositum, cum ignominia deporta-

c. 16. verunt, et in Cavea prope Salernum[38] perpetue custodie tradiderunt. Imperator videns a se regnum paulatim deficere et exemplum patris sui mente[k] revolvens, atque metu anathematis quo urgebatur, collecta generali curia aput Wormatiam[l], investituram episcoporum, scilicet anulum et baculum, in manus legati apostolici nomine Lamberti, qui postea fuit papa Honorius, publice resignavit; per quem etiam ab anathemate[m] est absolutus. Papa quoque[n] imperatori tale privilegium scripsit, ut episcopi[p] omnes tam cisalpini quam citra non prius episcopi ordinentur, quam per manus imperatoris de regalibus sint investiti. Imperator de Romanis ulcisci desiderans, festinato cursu in Italiam, Urbem obsedit[39]. Quibus contra eum incaute progressis, plurimos[q] cepit. Quos fere omnes aut cecavit aut denasavit. Deinde reversus in patriam, morboque correptus, obiit, et in civitate Spira, ubi ecclesiam supra memoratam complevit atque ditavit, sepultus est iuxta patrem et avum et attavum suum anno regni eius 19, imperii vero 14.

Cetera[r] versifice gesta referre placet[s].

43. *Item*[t] *de captivitate pape Pascalis et*[u] *de guerra inter imperium et ecclesiam versibus subnotatur*[v].

Cum foret Henrico subiecta per omnia Roma,
Unctus apostolicis manibus, sumptaque corona,
1111. Cepit apostolicum*, rumor in Urbe sonat. * s. Pascalem.
Bella parat populus, succurrit ab Urbe senatus,
Prevalet Henricus, pars presulis expoliatur,
Papa caret manto, captus ab hoste suo.
Questio nunc[w] oritur, cur carcere papa tenetur.
Respondetur[x] eis: *Quia substulit omnia presul,*
Abstulit imperio pontificale decus.
Nam bona pontificum, que nititur ipse tenere,
Contulit imperium, que debeo cesar habere;
Ammodo qui teneat, cesare dante feret.
Anulus et baculus de nostro munere venit,
Undique pontifices regum sunt munere pleni.
Cesaris officium quomodo papa gerit?
Retulit ecclesia: *Si querimus equa fateri,*
Anulus et baculus numquam de cesare venit,
Nam[y] *Deus ecclesiis celitus ista dedit.*
Omnia, que reges per tempora prisca dederunt,
Non modo sunt regum, set cui[z] *data iure fuerunt;*
Nec Deus hoc patitur, nec tua iura ferunt.
Cum tua sit[a] *regni, tua sit custodia iuris;*
Carceribus nostris mala das exempla futuris,
In sanctum Domini dum feritate furis.
Conditor es iuris, qui spernere iura videris.
Iam neque iura Dei neque regia iura vereris,
Ecclesiam crucias, qui cruciandus eris.
Dedecus est, fontem iuris[b] *confundere legem,*
Et magis est timidum, celorum spernere Regem,
Cum sacra iura neges, tristia regna reges.

a) l. i. p. p. E 4. 6. 8. 9. b) nullus eius v. a. r. C 4. c) *deest* D 2. d) tyrannidem C 4. e) subiest. E 6. f) *deest* B. C 4. g) innov. C 4. h) *deest* C 4. i) postea camelo impositum C 4. k) *deest* E 6. l) *ita* B 1. m) excommunicatione C 2. n) ab *post suppl.* C 3; *deest* C 8; per — absolutus *des.* D 2; q. ab a. e. s. E 3. 9; q. an. est sol. E 4. 5. 6. 7. 8. o) autem C 4. p) *deest* C 4. q) plures E 8. r) Cetera — placet *desunt* C 4. s) in hoc signo ÷⊖÷ *add.* B 1; infra in hoc e. t. B 2. t) Enricus (Henricus A) quintus imperator cepit (capit A) papam Pascalem A (*qui praemittunt:* Cronica). B 1; Item *deest* E 4. u) et — subnotatur *desunt* C 4; versifice C 3. 8. E 4. v) subnotavi E 5. 6. 9. w) tunc C 4. x) *reliqua usque ad Lotharii historiam hoc loco desunt* B 2, *sed infra inseruntur.* y) Iste sue spouse dat Deus ecclesie A; Nam — dedit B 1 *e corr.* z) cum de iure data C 4; d. iura E 1. a) t. telluris A; s. r. *e corr.* B 1. b) iuris fortem E 5.

38) Haec cum Ann. Palid., SS. XVI, p. 76, conveniunt; cf. Ulmann p. 66. 39) Otto de Wormatia urbe obsessa loquitur; cf. Ulmann p. 28.

BSB

Cur laicus querit tradi sibi munera celi?
Ut Deus instituit electio consona[a] *cleri,*
Iudicio[b] *celi libera semper erit.*
Tu tua si repetis, repetas que tu tribuisti.
Hec cum non dederis, cur tollere proposuisti?
Tradere te decuit, tollere nulla michi.
Si quodcumque datur ratio monet ut repetatur,
Dos tua tollatur, nobis quoque nostra feratur;
Hoc ita si cupias querimus esse ratum.
Imperium dedimus, tu pauca dedisse videris,
Ex ope pontificis cesar Romanus haberis,
Vincula pontifici qua ratione geris?

Quicquid agat* presul, quicquid sacra turba fatetur, * i. dicat.
Reddere cogetur quod cesaris esse videtur;
Illud et in scriptis firmat uterque secus.
Anulus et baculus vel cetera que memorantur
Cesaris ad iussum penitus reddenda parantur,
Papaque Pascalis sic spoliatus abit.

44. *De*[c] *excommunicatione imperatoris Henrici quinti propter*[d] *pape Pascalis captivitatem.*

Papa dolens lamenta movet, totamque per orbem
Ecclesiam sua carta vocat properanter ad Urbem. 1116.
Hec ubi consedit, cesaris acta dedit*. * s. papa.
Tunc ait: *O patres, a cesare scripta notate,*
Et quecumque placet[e] *super hiis decreta parate,*
Me quoque pontificem non fore, iussa date.
Peccatis mala vestra meis venisse notavi,
Officiis me destitui dignum reputavi,
Me quoque deposui, ne pereatis, ait.
Hec ait, et[f] mitram reicit mantumque relinquit[41].
Ordinet ecclesia sine me quicquid placet, inquit,
Moreque pontificis iudicet ipsa sibi.

Scripta legunt cleri, rex pontificalia querit,
Anulus et baculus sub cesare fertur haberi.
Copia pontificum: *Non ita*, dixit, *erit.*
Extortum[g] *pape scriptum contra rationem*
Uritur, et priscum tibi conciliamus honorem.
Tolle pater mantum, curia tota monet[h].

Rursus in Henricum quintum nova bella gerentur,
Pristina mota[i] patri sibi iam tormenta moventur,
Ut pater* ante fuit, sic anathema luit**. * s. ipsius Henrici regis. ** s. ipse.
Littera papalis simul et papale[k] sigillum
Missa per imperium gravis excomunicat illum
Et cunctos proceres, qui sua iussa tenent.

Nunc Pascalis obit, succedit honore Calixtus[42],
Sede Viennensis regumque propagine mixtus,
Germine[l] Francigena[m], cesaris hostis erat.

a) libera *e corr.* B 1. b) Amodo semper erit cras quoque sicut heri A. B. c) Papa liberatus a carcere (Enrici quinti *post add.* B 1, *et ita* B 2) facit concilium A. B. d) p. p. P. c. *desunt* C 4. e) placent E 5. f) *deest* E 4. 6. g) ex ortum E 4. 6. 8. h) iubet C 4. i) nota C 4. k) pape *corr.* papale B 1. l) *hic versus deest* C 4. m) Franci-gene D 1. E 2.

41) Haec a vero recedunt. 42) Gelasium II. 1116—1119. praetermittit.

45. *Disputatio*[a] *inter imperialem curiam et papalem, quis eorum maior esset*[b] *in illo tempore.*

Curia papalis contendit et imperialis,
An sit inequalis, vel debeat equiperari.
Partibus oppositis curia regis ait:
Spiritus est papa, carnis velamine clausus,
Hunc quasi terrenum describere qui foret ausus?
Terrea cum superis qua paritate gerit[c]*?*
Papaque[d] *par superis celum datur ore tenere,*
Qua ligat et solvit, qua regna videtur habere,
*Carnis in exilio spiritus astra tenet.**
Cesar[e] *lex viva stat regibus imperativa,*
Legeque sub viva sunt omnia iura dativa,
*Lex** *ea castigat***, *solvit et ipsa ligat.*
Conditor est legis, neque[f] *debet lege teneri,*
Set[g] *sibi complacuit sub lege libenter haberi:*
Quicquid ei placuit iuris[h] *ad instar erit.*
Qui ligat ac solvit Deus, ipsum protulit[i] *orbi,*
Divisit regnum divina potentia secum,
Astra dedit superis, cetera cuncta sibi.

Papales[k] *respondent sic*[l].

Pars quoque papalis sic[m] obviat imperiali:
Sic regnare daris, quod[n] *Petro subiciaris,*
*Ius etiam nobis Christus utrumque** *parit.*
Spiritus et corpus michi[o] *sunt subiecta potenter,*
Corpore terrena teneo, celestia mente,
Unde tenendo polum, solvo[p] *ligoque solum.*
Ethera pandere, celica tangere papa videtur[q]*,*
Nam dare, tollere, nectere, solvere, cuncta meretur[r]*,*
Cui dedit omne[s] *decus lex nova lexque vetus.*
Anulus et baculus quamvis terrena putentur,
Sunt de iure poli[t]*, que** *significare videntur:*
Respice iura Dei, mens tua cedat ei.

1122. Reddit apostolico cesar quecumque* rogavit,
Pax bona conficitur, sublata Deo reparavit,
Iura sue partis letus uterque trahit.

* s. imperator.
** s. omnia.
* s. celeste et terrenum dedit ecclesie.
* s. ea.
* i. anulum et baculum episcoporum.

46. *De*[u] *Lothario imperatore*[v] *post*[w] *Henricum quintum*[x].

Otto VII, 17. Anno ab incarnatione Domini 1125. defuncto absque herede Heinrico[y] quinto, principes Maguntie conveniunt; ibique habito de successore consilio, quatuor regni optimates, Lotharius dux Saxonum, Fridericus dux Suevorum[z], Leopaldus marchio Orientalis[a], Karolus comes[b] Flandrie[c], ad regnum designantur. Tandem Lotharius natione Saxo, patre Gebehardo[d], voto omnium, renitens valde ac reclamans[e], ad regnum tractus[f], presente legato sedis apostolice, 92. ab Augusto[g], regnavit. Iste per omnia humiliavit proieniem[h] Heinrici imperatoris. Contra[i] quem dux Fridericus et frater

---

* A *addit, quae habuit* B 1, *sed delevit posteaque restituit (recepit* B 2*):*
Qui tenet eternum, fugiat variabile regnum.
Omne solum spernunt sancti, lucrando supernum,
Quorum papa fidem servat et optat idem.

a) D. seu contentio i. imperatorem Henricum V^tum^ et papam Pascalem q. e. sit m. in terra A 1. B 1 *in margine*, A 2 *post* ait: De disputatione inter — terra B 2; D. i. curiam papę et cesaris C 4. b) m. fuerit illo C 3. 8. c) geris D 1. 2. E 1. 4. 6. 8. 9. d) Est quoque C. e) C *praemittit rubricam:* Allegatio (Responsio C 4) in contrarium de imperatore. f) neque — teneri *e corr.* B 1. g) Debuit ac placuit A; Set sibi com *e corr.* B 1. h) legis C 4. i) pretulit B 1. 2. k) *haec desunt* A. B 1 *(ubi tres lineae vacuae sunt, quibusdam ut videtur erasis)* B 2. l) *deest* C 4; s. contra imperium D 2. m) hec obicit A; s. o. i. *e corr.* B 1. n) ut *corr.* quod B 1, *ubi etiam* P. s. *e corr.* o) m. s. s. p. *e corr.* B 1. p) s. l. *e corr.* B 1. q) meretur A; v. *e corr.* B 1. r) videtur A; m. *e corr.* B 1. s) *deest* E 4; hoc E 9; Cuique dedere decus E 6. t) dei A; poli *e corr.* B 1. u) *rubrica deest* E 5, *spatio vacuo relicto,* E 6. 9; De Lothario E 4. v) i. secundo et Saxonico B 1; i. et S. nat. B 2. w) p. H. q. *desunt* C 4. E 8; i. Romanorum C 6. 7. x) LXXX ab Agusto *add.* D 2. y) Heinio B 1, *ubi haec alia manu quam reliqua scripta sunt;* Hainrico D 6 *semper.* z) *deest* D 6. a) Austrie E 9. b) rex D 2. c) Francie orientalium E 9. d) Gebeardo *superscr.* h B 1; Gebh. C 4. 5. D 6, *et ita infra;* Gebeardo D 1. 2. E 4. 5; Gibeh. E 6. e) acre clamans C 2. 3. 3*. 8. D 1. 6. E 1. f) est tr. E 9. g) ab gosto B 1; ab A. *desunt* D 1. h) *ita* D 2. E 4 *hoc loco.* i) Contra — Conradus *et* H. i. *desunt* E 9.

eius Conradus, nepotes Heinrici imperatoris ex[a] sorore, diu rebellaverunt. Propter quod papa Honorius[e], successor Calixti[f], eos excomunicavit. Verumtamen predictus Conradus a fratre suo Fridericog et a quibusdam aliis[h] factus est rex[i] contra[k] Lotharium. Qui cum pauco exercitu intravit Italiam, et Mediolani aput Modoetiam[l] coronam portavit. Deinde ad partes Romanorum processit, et tandem rebus exhaustus, in patriam remeavit, pacemque cum Lothario componens[m], dimisso regno, quievit. Eodem tempore Rome Honorio mortuo, oritur scisma inter Innocentium[n] et Anacletum*. Innocentius[o] autem transiens in Galliam[p], venit Leodium; ubi Lotharius ei occurrit auxiliumque[q] promittit. Unde Innocentius[r] papa, aput Clarum-montem concilio celebrato[s], Romam[t] rediit, et regem Lotharium in Lateranensi palatio aput Sanctum Salvatorem coronavit. Non enim poterat aput Sanctum Petrum morari propter potentiam Anacleti, filii Petri Leonis. Lotharius[u] in patriam rediit; rursusque renovato exercitu, Romam post biennium remeavit. Ubi assumpto[v] secum Innocentio, in Appuliam transiit, et Rogerium Siculum, qui tunc dux[w] Apulie vocabatur, inde fugavit, et Rainonem[x] comitem ibi ducem constituit. Civitatem Barum cepit, et totam Apuliam occupavit. Inde reversus, Verone[43] morbo correptus[y], vitam[z] finivit, anno regni sui 12; cui Conradus supra memoratus per electionem principum in regnum successit.

Otto VII, 17 — c. 18. — c. 19. — c. 16. — c. 19. — c. 20. — c. 22.

[Eo[a] tempore ego[b] per Lotharium positus sum puer[c] in scolis aput Babenberc[d].]

47. *Item*[e] *de Lothario versifice*[f], *et de duce Conrado contra eum*[g] *erecto, set tandem*[h] *pacificato.*

Non erat Henrico quinto tunc masculus heres;
At[i] soror hunc peperit, qui regna meretur habere,
Tertium[k] Conradum[l], qui diadema geret*.
Conradus* dux imperium captare paratur,
Lotharius dux Saxonicus contra relevatur*, 1125.
Set magis invidia quam ratione datur.
Livor et invidia* recolebant gesta priorum**,
Quos Henricorum fortuna repressit* avorum;
Sic modo Lotharius tollit habetque thronum.
Transit* in Italiam Conradus**, ibique receptus, 1128.
Est Mediolani diadema potenter adeptus,
Bellaque rex* regi fortis utrimque vehit.
Scisma fuit regno, sunt et nova scismata Rome,
Nam duo sunt pape, bineque fuere corone;
Scismatis errores mundus adesse dolet.
Unus Anacletus fuerat sub scismate presul,
Innocentius[m] est, qui contra papa tenetur;
Hec duo fert secum scismata Roma vetus.
Cedit Anacletus, alterque sedere meretur;
Regnat Lotharius, Conradus amicus* habetur,
Summus et imperii signifer ipse fuit.
Lotharius senuit, Conradi[n] longa iuventus
Obtulit obsequium, set post, sene prorsus adempto[o.*]; * morte s. propria.
Succedens iuvenis regia iura tulit.
Interea iuvenis* regni vexilla tenebat, * Conradus s dux.
Fit[p] prior in ducibus semper primusque sedebat;
Hoc sibi nobilitas dignaque forma dabat.
Imperat hinc annis sic Lotharius duodenis,
Bis videt Ytaliam, Romam bis[q] ordine venit,
Et semel Apuliam cum feritate premit.

* s. contra Lotharium.
** nepos s. Henrici imperatoris.
* s. a principibus.
* s. ecclesie et principum ** s. Henricorum. (s. factorum Enrici avi sui A 2.) * s. olim.
* s. contra Lotharium. ** s. filius sororis Henrici imperatoris.
* in contrarium s.
* s. Lotharii per compositionem.

---

* C 4 *in margine addit, quae* C 5 *in textum recepit:* Hoc tempore ecclesia Osterhovensis datur ordini Premonstratensi.

a) ex ore *superscr.* B 1. e) H. p. E 4. 5. 6. 8. 9. f) Calixosti B 1. g) *deest* D 2. h) a. circumventus f. E 9. i) *deest* E 4. 5. 6. 8. 9. k) c. Lotarium *superscr.* B 1. l) modo et B 1; modoenam C 4; modo etiam D 1. 4. 5; modonetiam D 2; moizam B 2; et Mediolanum. Deinde D 6. m) ponens E 5. n) Innocensium B 1. o) Innocetius B 1. p) Gallia E 5; in *deest* E 8. q) auxiliuque B 1. r) Innocensius B 1; ipse apud C 4. 5. 6; Innocentius ipse a. C 7. s) ccl. conc. E 5. 6 8; concel. consilio E 9. t) *deest* E 5. u) *haec* — sui 12. *manu Gotifredi* B 1. v) *pergit* E 2. w) *deest* C 4. 5. 6. 7. x) Ramonem C 3. 3*. 8. E 6. 9; Raimonem C 4. 5. 6. 7; *et ita infra;* Raionem E 5. y) sine filiis *superscr.* B 1. z) f. v. E 4. 5 6. 8. 9. a) *haec desunt* B. C. b) *deest* D 2; e. p. L. *desunt* E 8. 9. c) *deest* E 4. 6; puer p. s. E 8. d) Babenbergam D 4. e) Lotharius imperator secundus et Sax. A; De L. imperatore secundo et Saxonico B 1; De eodem L. v. *etc.* C 3. 8; Item de Lothario et de duce Chunrado C 4. 5. 6. 7. f) *deest* E 4. 8. g) c. Henricum set E 5. h) t. amici facti pacifici D 6. i) Filia post peperit A; Set s. h. genuit *e corr.* B 1; *et ita* C; Ac E 5. 9. k) Tertius *corr.* Ternus B 1 *et ita* C 2. 3*. 4. 5; Ternum E 1; *versus deest* E 9. l) Conradus rex A. B. C; s. filius sororis *glossam add.* B 1; Conr. — paratur *desunt* D 4. m) Innocentius — sedere meretur *infra post* feritate premit D 6. n) tempora *add.* E 5. (*post* longa) 4. 6. 8. o) adepto E 4. 6. 8. p) Sic puer D 2. q) quoque denuo B. C.

43) *apud Tridentum* Otto.

Rogerius nunc[a] dux Siculus regnasse[b] putatur,
1137. Pulsus ab Apulia, qui cesaris hense fugatur.
Cesar habet Barum, vincit et usque farum.
Rainonem[c] creat[d] ipse ducem*, cui cuncta relinquit; * s. Apulie.
Quem dux[e] Rogerius* post hec certamine vincit, * s. a Sicilia veniens.
Et facit Apulie se sine fine ducem.
Indeque se regem* iussit dominumque vocari, * s. Rogerium.
Moreque regali regalia signa parari,
Atque per Apuliam magna tributa dari.
Hostis ei* papa satis Innocentius extat, * s. Rogerio.
1139. Intrat* in Apuliam, regi contraria prestat; * s. papa contra Rogerium
Captus* ibi cedit[f], regia iura dedit[g]**. * s. a Rogerio. ** s. Rogerio.

48. *De[h] exaltatione Conradi tertii post Lotharium imperatorem[i].*

Otto VII, 22. Anno ab incarnatione Domini 1138.[k] Conradus supra[l] memoratus, 93.[m] ab Augusto, aput Confluentiam inter Maguntiam et Coloniam in regnum eligitur, presente Teodewino[n] Portuense[n*] episcopo, apostolice sedis[o] legato. Statimque Aquisgrani in sede Karoli a principibus constitutus, ab eodem legato est coronatus. Saxones tamen et dux Bawarie Henricus tunc[o] in eum non consenserunt. Asserebant etiam[p] eum non regem legitimum,
c. 23. set per subreptionem[q] creatum. Rex prefigit eis omnibus[r] curiam generalem aput Babinberc. Ad quam venientes simul cum imperatrice vidua Lotharii, in gratiam et pacem regis sunt[s] omnes recepti, excepto solo duce Bawarorum Heinrico, qui cognominabatur Superbus. Aput quem etiam insignia regalia contumaciter[t] adhuc detinebantur. Erat enim gener defuncti imperatoris Lotharii; et ex hoc tenens[u] regalia, ad regnum quantum poterat aspirabat. Coactus vero tandem regalia, id est crucem et[v] lanceam et coronam, reddidit[w]; gratiam autem regis non impetravit. Postea vero iudicio principum a rege proscriptus, ab omnibus suis derelictus, vix
c. 25. quatuor militibus comitatus[x], in partes Saxonie miserabiliter cessit[y]. Atque post pauca vitam finivit. Hiis temporibus
c. 22. Rogerius Siculus Apuliam rursus ingressus, cum duce Rainone[z], quem Lotharius ibi[a] prefecerat, habet conflictum, victusque secedit[b]. Interea Anacletus, filius Petri Leonis, Rome moritur; et[c] eo mortuo scisma
c. 23. terminatur.* Post[d] pauca dux Apulie Raino[e] vel Rainaldus[f] moritur. Rogerius in Apuliam revertitur, et terram duce orbatam, nec rebellantem, occupat, principem[g] Robertum[h] Capuanum[i] cum omnibus nobilibus eicit et
1139. residuos variis tormentis affligit. Ad ultimum se regem Sicilie et Apulie precipit appellari. Princeps Robertus[h] Capuanus[k] cum omnibus comitibus expulsis ad regem Conradum secessit[l]. Rex benigne omnes recepit[m], et longo tempore in Alemannia[n] secum tenuit[o]; set[p] in Apuliam
c. 24. transire non potuit, quia eum gravis imperii necessitas prepedivit[q]. Ad hec papa[r] Innocentius, vir magnanimus, cum populo Romano contra Rogerium collecto exercitu, Apuliam ingreditur. Ubi incaute conductus, in loco qui vocatur Galluzu[s. 44] a Rogerio capitur. Eoque cum reverentia coacto, Rogerius nomen et auctoritatem regiam cum benedictione apostolica tam in Sicilia quam in Apulia sicut voluit plenarie impetravit.

Rogerius extunc autoritate apostolica rex exaltatus, cum iam nullum preter Conradum regem haberet obstaculum, Welfonem[t] ducem, fratrem scilicet Henrici Superbi[u] supra

---

* D 6 *addit:* Hic nota. Tempore Conradi secundi imperatoris floruit Richardus de Sancto Victore. Item magister Petrus Lombardus. Et anno Domini 1151. Gracianus monachus de Clusa civitate Tuscie natus decretum composuit. Tempore Friderici primi ab ipso Fredrico destructum est Mediolana de mense Martii. Anno Domini 1162. tempore predicti imperatoris Petrus dictus Comestor istoriam scolasticam composuit. Tempore Fredrici secundi fuit frater Iordanus totius ordinis fratrum Predicatorum magister. Tempore predicti imperatoris floruit dominus Hugo cardinalis fratrum Predicatorum, qui omni vitio caruit[45].

a) tunc B 1. b) regnare paratur B 1; regnasse paratur C 3. 3*; regressa D 6. c) Ranonem E 5; Ramonem E 6. d) facit ergo A; c. i. *e corr.* B 1. e) rex A; d. *e corr.* B 1. f) cecidit E 5. g) *in* B 2 *hoc loco Heinrici V. historiae pars supra omissa inseritur.* h) *haec desunt* B; *in* B 1 *sequentia ipse Gotifredus propria manu scripsit.* i) *deest* C 4. 5. 6. 7; E 8. 9. k) 1139. C 2. 4. 5. 6. 7. D 5; 1128. E 8. l) *deest* E 9. m) 93. ab A. *desunt* B 1; 92. E 4; 13. *corr.* 93. E 5; 13. E 6. 8. n) Teodivino E 1. 5; Teoduino E 4; Theodivino E 6; Theoduino E 8; Reoduino E 9. n*) Pont. E 6. 8. o) *deest* D 2. p) enim C 3. 3*. 4 *(post suppl.)*. 5. 6. 7. 8. q) subrectionem B 1. 2. C 2. D 1. 4; subiectionem E 6; set subreptione E 8. r) *deest* E 6. s) s. o. *desunt* D 6. t) a. c. E 4. 5. 6. 8. 9. u) r. t. E 4. 5. 6. 8. 9. v) *deest* C 4. 8. D 4. E 5. w) *deest* D 2. x) comitibus C 4. 5. y) secessit C 4. 5. z) Ramone C 8. E 6. 9; Ranone E 5. a) sibi E 5. 6. 9. b) fugatur B. C. c) et — terminatur *desunt* E 8. d) Post pauca — in terra Bawarorum *(infra pag.* 261*) desunt* D 6. e) Rainone B; Ramone C 3. 3*. 8; Rainon C 4. 5; Raimon C 6; Raymon C 7; Ramo E 6. f) Raginaldus C 4. 5; Reinoldus C 3. 3*. 8; Ramaldus D 4; Rainardus E 6. g) *e corr.* B 1. h) *superscr.* B 1. i) captivum E 9. k) captivus E 9. l) fugit E 9. m) suscepit C 4. 5. E 9. n) *erasum* D 2. o) detinuit C 4; retinuit C 5. p) set in A. t. n. p. *desunt* E 4. q) impedivit C 4. 5. r) p. magno contra E 9 *(reliqua desunt)*. s) Gallazu C 2. 3*. E 1; Galazu C 3; Gallazii C 4. 5; Galazii C 8; Gallucii E 4; Gulluzii E 5; Calluzu E 6; Galucii E 8; Galuzii E 9. t) *ita hoc loco* B 1; Guelf. *alii.* u) s. m. sup. E 4. 5. 6. 8. 9.

44) Cf. Romualdi Ann. SS. XIX, p. 423. 45) Haec omnia e Martino Oppaviensi excerpta sunt. WEILAD.

memorati, pecunia sua[a] conductum, contra Conradum in Alamannia concitavit. Quem rex[b] in uno prelio iuxta castrum Winisberc[c] eleganter vicit, suosque grandi[d] occisione 1140.
prostravit. Altera vice Heinricus, filius Conradi, qui, si vixisset, post eum fuerat regna-
turus, eundem Welfonem bello devicit. Guelfo[e] tamen, dum Conradus vixit, pro Rogerio 1150.
stetit et regnum pro viribus impedivit.

Hiis temporibus Romani ceperunt innovare senatum, qui longis ante temporum curriculis ita cessaverat, ut nec mentio eius Rome[f] haberetur. Quem papa Innocentius ingenio, pretio et minis solvere conatus, non potuit. Morboque preventus* diem ultimum clausit. Cui sacerdos laudabilis[g] Celestinus successit. Quo infra annum defuncto, in cathedra Lucius 1143.
papa consedit. Lucius secundus[h] itaque intendens senatum extinguere, cum ingenti[i] militia Capitolium Rome conscendit, ut sedentes ibi tunc senatores cum dedecore removeret. Senatus autem populusque[k] Romanus ad arma conversus, papam cum suis omnibus a Capitolio in momento repellunt. Ubi papa, sicut tunc audivimus, lapidibus magnis percussus, usque ad obitus sui diem, qui proxime secutus est, non sedit in sede. Cui tunc 1145.
successit[l] Eugenius, abbas Sancti[m] Anastasii Rome[n], de ordine Clarevallensium. Cuius tempore obiit rex Conradus aput[o] Babinberc. Cui successit Fredericus, nepos[p] eius, dux[q] 1152.
Suevorum. Tunc Constantinopoli[r] Manuel imperabat[s], habens uxorem Teutonicam[t], sororem[u] scilicet uxoris[v] regis Conradi, natam de Sulzbac, filiam nobilissimi comitis in terra Bawarorum[w]. Cetera de rege Conrado, qualiter ivit ultra mare, et de rege Rogerio, et de filio suo[x] rege[y] Willelmo[z], et[a] item de[y] Willelmo rege, filio Willelmi, versibus annotamus[b].

49. *Item[c] de Conrado tertio, qualiter rex Rogerius[d] contra eum tollit Apuliam et[e] per Welfonem ducem infestat regnum Teutonicum[f].*

Lothario moriente, venit Conradus honestus*, * s. Illus, nepos hrē- tici Xti. (Henrici Vti? A 2). 1137.
Hostibus infestus, sapiens[g], ad cuncta modestus,
Quem satis imperium laudat et omne solum.
Dum timet hunc Siculus*, dum perdere[h] regna veretur, * s. Rogerius rex.
Guelfoni dat* dona duci, quo sepe[i] tuetur; * s. in Alemannia.
Hoc[k] duce sustinuit* bella ferente decus**. * s. Rogerius. ** s regni Apulie.
Undique[l] Conradus Siculos artare minatur[m],
Premia[n] Guelfoni magis ille[o.]* referre paratur, * econtra s. ille Rogerius.
Diraque[p] cum rege* prelia Guelfo movet.** * s. Conrado.
Contra Welfonem mens regia plena[q] furore
Imperii virtute sui defendit honorem;
Vultibus[r] oppositis insimul arma movent.
Dextera Conradi gladio conformis Achilli, 1140?
Signifero veniente ducis, caput amputat illi,
Hic ubi Marte cadit, Welfo repulsus abit.

---

* B. C *addunt:* sub ea discordia.

** A *addit:*

Cogitur ipse duas Conradus perdere gentes.
Hoc Siculi faciunt proceres de se metuentes
Arteque subtili rem tenuere sibi.

a) *deest* C 4. 5. b) *deest* E 6. c) Winsberch C 4. 5; Wines *columna finita* C 3' *et* C 3; Winsberc D 2; Gueneberc E 4; Guinisberc E 5. 8; Ginnistrec E 6. d) gravi B. e) *ita* B 1 *hoc loco;* E 4. 5. 6. 8. 9 *constanter.* f) *deest* E 5. g) *deest* E 6. h) *superscr.* B 1. i) famillia et m. E 8. k) papaque E 6. l) s. in papatu E 4. m) *deest* E 6. n) *deest* E 4. o) *deest* E 5. p) n. e. *desunt* E 7. q) rex E 7. r) -lim C 4. 5. D 2. 3. 6. s) regnabat C 3. 3'. 5; r. M. C 5. t) *erasum* D 2. u) sc. s. E 4. 5. 6. v) *deest* E 3. 4. 5. 6. 7. w) Bauorum E 1. 6; Bamporum E 4. x) eius C 3. 3'. 4. 5. 6. 7. E 8. y) *deest* C 4. 5. z) Guilielmo E 4. 5. 8 *semper;* Guillermo E 6 *semper;* Guilhelmo E 9. a) et *deest* E 2; et — rege *desunt* E 4; et de rege f. G. E 5; rege *deest* E 9. b) sub hoc signo ÷ɔ *add.* B 1; infra e. t. B 2. c) Conradus tertius patruus Friderici imperatoris A; De C. t. patruo Frederici (Fridericis B 1) imperatoris B; qs de Lothario imperatore secundo et Saxonico *add.* B 2; De Lothario Conrado t. *etc.* C 3'; De Lothario et Cůnrado t. *etc.* C 3. 8; Item *deest* D 2. d) Rogerius resistit ei in Apulia C 4. 5. 6. 7 (Apuliam C 7); Rog. *deest* E 9. e) *deest* E 5; et propter E 4. f) inf. imperium E 1. g) s. cui gens parat Ytala questus Sic quoque Teutonicum servit ubique solum A. h) pergere E 5. i) marte A. k) Hac quoque s. calliditate d. A. l) Conradus cum iam S. A. m) videtur E 6. n) Guelfoni sub fraude duci munus reparatur A. o) *deest* E 5. p) Ira movet regem bellaque Guelfo movet A; Dumque C 3' (?) 3; Miraque C 4. 5. q) *deest spatio vacuo* E 5. 6. r) V. *spatio vacuo relicto* E 6.

Multimoda tunc cede data sumptoque trofeo,
Conradus virtute datur maior Machabeo,
Omne decus Welpho tempore perdit eo.*

1154. Rogerii[a] regis Siculi venit * ultima vita. * s. post victum Welfonem.
Filius ipsius Willelmus regna cupita
Suscipit, et vite tempore regnat ita *. * s. in pace iam mortuo Conrado.

1152. Tempus abit, Conradus obit, miranda[b] potestas,
Succedit Fridericus ei, relevatur[c] honestas *; * s. imperii.
Interea[d] Siculus rex sine clade fuit.
Nulla dedit Siculo Fridericus prelia regi,
Nam Mediolani tunc prelia[e] longa peregit;
Sic rex Willelmus regna[f] quieta regit.
1167. Guillelmus * post Guillelmum ** succedit honore, * rex s. tertius a Rogerio. ** filium s. Rogerii.
Formosus gladioque probus summusque[g] decore,
Qui magis[h] Ausonie * dignus honore foret. * s. Costantinopoli.
Dum iam Willelmus * triginta[i] peregerat annos, * secundus s.
1180. Cesar aput Danaos Manuel[k.] * moritur memorandus[l], * eodem s. tempore.
Tunc[m.] * quoque Francigenis rex Ludoicus obit. * eodem s. tempore.
Imperium nunc Grecorum rapit ille tyrannus,
1183. Andronicus, princeps scelerum, vir nec memorandus;
Grecorum[n] proceres eius ab ense cadunt[o].

[49a. *De*[p] *exaltatione Andronici eiusque morte turpissima.*

Andronicus, consobrinus[q] Manuelis imperatoris, tempore iuventutis sue rapuit quandam suam consobrinam[r], cum qua secessit in terram[s] Turcorum. Ibique usque[t] ad obitum
1180. Manuelis tamquam exul permansit. Defuncto Manuele et filio eius Alexio pro patre regnante,
Andronicus cum exercitu Turcorum Constantinopolim venit, et urbe occupata, Alexium et
1183. sororem eius Mariam et maritum eius Rainerium[u] Lonbardum, marchionem[v] de Monteferrato[w], interimit, omnes fere Grecie[x] principes aut occidi[y] aut cecari[z] precipit[a], Latinos omnes in Grecia commorantes mandat occidi, se[b] solum imperatorem iubet[c] terribiliter venerari. Unum solum principem Ysaac de regio sanguine[d] ficta[e] dilectione in[f] urbe servavit. Quem tandem habens suspectum, similiter perdere cogitavit. Ille cum[g] de nocte occasione[h] colloquii ad Andronicum vocatur ut pereat, dolo prescito fraudeque[i] precognita,
1185. nuntium, qui eum[k] ad mortem vocat, manu sua[l] repente interficit et aput Sanctam Sophiam convocatis civibus causam traditionis[m] exponit, asserens universum populum similiter periturum, nisi tyrannus Andronicus perimatur[n]. Facto igitur[o] clamore in populo, Andronicus capitur[p] et membratim succiditur, uno oculo cecatus[q], ut cum altero usque ad mortem sua tormenta videret. Itaque prius a mulieribus et a populo lapidatur, laqueo per omnes vicos[r] urbis[s] dedecorose trahitur et miserabiliter exanimatur[t]].

---

* A (1. 2) *addit hoc loco:*

Cetera cognoscens te quoque nosce cito.
Lautius est tibi *etc. quae infra leguntur.*

a) Rogerius fertur Siculus tunc cedere vita A. b) quo fulsit honestas A. c) miranda potestas A. d) Unde domus Siculi tunc sine marte fuit A. e) bella diurna A. f) regna — iam Willelmus *desunt* E 9. g) fulgensque A. h) modo Grecorum A. i) tricenum perficit annum A; terdenos perficit annos B. C. k) Daniel E 9. l) venerandus A. m) Tunc — memorandus *desunt* D 6. n) Imperii A. o) iacent A. p) *haec omnia desunt* B. C; *rubrica deest* D 1. E 1. 5. 6. 9; De Andronico Greco E 4; De Andronico qualiter se fecit imperatorem Grecorum et qualiter fuit tandem ab Ysaach interfectus E 8. q) A. princeps c. E 2; filius E 8. r) c. s. E 4. 5. 6. 9. s) terra D 1. 2. 4. 5. 6. E 6. t) *deest* E 4 *(rec. manu suppl.)*. 5. 6. u) Rametum E 5; Ramerium E 9. v) m. scilicet D. w) Monteferratis D 1. 2. 4; Monferrato E 8. x) p. G. E 6. 9. y) c. a. o. D 2. z) necari E 9. a) fecit D 5; precepit D 6. E 1. 8. b) set D 2. E 4; et se E 8. c) mandat E 8. d) semine E 8. e) facta E 6. f) vivum in D 5. 6; in — nocte *desunt* E 9. g) eum E 4. 5; enim E 6. h) dilectione E 9. i) que *deest* E 9. k) *deest* E 8. l) *deest* E 9. m) tradict. E 4. 6. n) perimatur — Andronicus *desunt* E 8. 9. o) sibi E 6. p) capiatur — succidatur E 9. q) excecatur D 6. r) *deest* E 1. s) *deest* E 4. 5. 6. 8. 9. t) exterm. E 9.

50. *De*[a] *pace inter imperatorem Fridericum*[b] *et Lombardos.*

Expedit hic dici, quod et imperio Friderici*
Omnes Lonbardi[c] sic efficiuntur* amici, * s. eodem tempore.
Sicut ei placuit; res patet acta[d] michi.
Filius[e] ipsius Henricus ad alta* levatur, * imperii s.
Rite coronatur[f], uxoris honore beatur, 1186.
Fit regis* Siculi filia sponsa sibi. * s. Rogerii.
Sponsa[g] fuit speciosa nimis, Constantia dicta,
Postuma post patrem materno ventre relicta,
Iamque tricennalis tempore virgo fuit[h].

51. *De*[i] *Conrado tertio, qualiter*[k] *ultra mare perrexit cum exercitu christianorum.*

Consilio Seneca, specie Paris, Ector in armis,
Regnum bis senis Conradus rexerat annis, 1147.
Cum tulit in scapulis signa ferenda[l] crucis.
Unde Cisalpina gens omnis erat peregrina,
Quam[m] neque per[n] maria vexit[o] ratis ulla marina,
Immo[p] per Ungariam preripuere[q] viam.
Tunc rex Francigena Ludoicus mente serena
Signa crucis tulerat; numerum si noscere queras,
Milia millena militis acmen erant*. * s. omnium Teotonicorum et Francigenarum (A 2).
Reges et populos latuit fortuna futuri*, * s. periculi.
Nam fuerant nostri[r] pro lege Dei morituri.
Constantinopolim[s] miles uterque* venit. * i. utriusque regis.
Inde per Yconium[t.]* via regum[u] recta paratur, * s. in terra Turcorum.
Fraudeque Grecorum male per deserta vagatur,
Unde fame pereunt, spes bona nulla[v] datur.
Milia Turcorum veniunt* ad bella virorum, * s. contra christianos (A 2).
Copia Maurorum ferit agmina Teutonicorum,
Perforat ipsorum pectora, castra, thorum.
Nunc[w] rex Francorum comes astat[x] Teutonicorum.
Perditur armorum series, ornatus equorum,
Plena iacent feretris prata, platea, forum.
Cum labor infestet, calor irrogat undique[y] pestes;
Qui fuerant equites, pergunt moriendo pedestres,
Eger ubique iacet, prelia nostra tacent.
Tunc[z] rex Conradus denis[a] tulit arma diebus,
Ense regens equites[b], cessantibus[c] undique rebus*, * i. cibis.
Sic loca pacifica Teutona signa petunt*. * s. revertendo.
Affuit egregius Fridericus dux[d] Suevorum[e],
Equa suo patruo* regit agmina Teutonicorum, * s. Conrado regi.
Hostibus ingeritur, protegit ipse[f] forum.

---

* B 1 *addit in margine:* Nota, quod, rege Rogerio moriente et filio eius Willelmo succedente, filia Rogerii tunc erat in utero matris nomine Constantia, quam Willelmus, filius Willelmi regis, dedit imperatori Henrico VI. uxorem.

a) *haec desunt* A. B 1. b) *deest* C 4. 6; Fr. imperatorem E 1. 5. 8. c) Ytalici A. d) patet ipsa michi A; p. a. sibi B. C. D. e) F. H. nunc (hinc A 2) miles ad arma .l. A. f) coronatus A. g) Sponsa — virgo fuit *des.* A; *in margine add.* B 1. h) tr. v. t. f. E 4; l. f. v. t. tr. E 5. i) I. Conradus tertius cum iret u. m. in manu valida cum Ludoico rege Francigenarum A; De maxima expeditione u. m., ubi fuit C. rex Romanorum et Ludoicus rex Francorum B; Item de *etc.* C. D. E 9. k) qualiter — christianorum *desunt* C 4. 5. 6; imperatore *addit* C 7. l) insita s. c. A. B. C. m) Quem E 5. 6. 9. n) n. festina v. A. o) m. transvexerat unda m. E 3; m. transvexit ulla m. E 4. 7; m. transvexit unda m. E 5. 8; m. transvexit ulla maria E 6; m. transvexit illa m. E 9. p) Unde E 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. q) diripuere vias A. r) p. l. D. n. E 4. 5. 6. 8. 9. s) Cost. B 1; Ad Constantini menia signa tulit A. t) Iconiam A. u) regia sorte A. v) *deest* E 4. 6; datur eis E 5. 8. w) Nunc — forum *desunt* C 4. 5. 6. 7; Perforat — Teuton. *desunt* D 6. x) est Ludoicus eorum (s. Teotonicorum) A; a. T. *e corr.* B 1. y) *deest* E 4. 9. z) Sic leo Theutonicus A; Teutonicus *corr.* Conradus B 1. a) multis A. B. C. D. b) populum A. c) quassantibus E 5. d) duxque D 6; rex E 5. 6. 8. 9. e) S. d. Fr. A; *corr.* B 1. f) ense A; ille C 4. 5.

1148. Dum modo[a] festinant nimiam vitare ruinam,
Inveniunt aliquas per[b] litora forte carinas,
Unde Ierosolimam preripuere viam.
Tunc magis irasci studuit* super urbe Damasci, * s Conradus.
Prelia contraxit, cepit victoria nasci;
Urbs obsessa luit*, nam quasi capta fuit. * s. Damascus.
Ni[c] foret ob precium res* vendita[d] proditione, * s. christianorum.
Urbs peritura foret, nostrisque dedisset honorem.
Rex* pro fraude dolens[e], signa reversa movet. * Conradus s.
Ipse suis manibus rex* tantus erat gladiator, * s. Conradus.
Ut gladio feriente[f] suo nullus tueatur;
Indeque[g] per medium corpora cesa cadunt.

Ad sua regna redit, modico post tempore vivit,
Palmigerique viri pauci redeunt redivivi,
1152. Paceque rex obiit, nam[h] requiescit ibi*. * s. in patria sua in urbe Babenberc.
Anno milleno centeno terque deceno
Atque quaterdeno[45] reddit[i] sua tempora celo;
Cui[k] famulus fueram tunc Gotifredus ego.

PARTICULA[l] XXIV.

1. *De[m] exaltatione imperatoris Friderici primi, nepotis Conradi tertii[m*].*

1152. Anno* ab incarnatione Domini 1146, anno etiam ab Urbe condita 1918[n], annis vero[o] ab Adam sex[p] milibus trecentis triginta quinque[q] transactis, Fridericus primus[r], filius Friderici ducis Suevorum, fratris scilicet Conradi regis, natus ex clarissima proienie[s] Karulorum, post Conradum tertium aput Frankenefurt communi voto et[t] consensu omnium[u] principum electus est ad imperium, 94[us v] ab Octaviano Augusto. Cuius in hoc[w] loco brevem[x] tractatum[y] ad observandum catalogum imperatorum facimus, ne ordo nominum ipsorum interrumpatur, si forte nomen eius in hoc catalogo non[z] assignatur. Alibi autem de actibus eius[a] omnia[b] fere principalia que gessit in Ytalia [et[c] alibi] versifice dictata[b] posuimus, ubi de Mediolani destructione et de aliis satis compendiose[d] narramus. Gratias igitur agimus Creatori, a quo bona cuncta[e] procedunt; quia, sicut in exordio libri huius spopondimus, universum vetus et[f] novum Testamentum in summa conpetente versifice[g] assignavimus et[e] ab initio mundi usque ad presentem diem sub[g] tempore domini[g*] imperatoris[h] Friderici et domini[i] pape Clementis[k] tertii, omnia regna mundi[l], omnes[m] reges et acta regum sub conpendio et nomina et tempora et annos eorum[n], atque omnes Romanos pontifices et annos et menses et dies eorum per[o] ordinem descripsimus. Qui etiam imperatores cum quibus[p] apostolicis[p*] vixerunt, distinximus[q]. Cronica omnia, que catholica tenet ecclesia, inseruimus. In omnibus autem istis nichil fabulosum scienter addidimus[r], set autores[s] catholicos et autenticos secuti sumus, ut Eusebium, Clementem papam[t], Dionisium Ariopaytam, Origenem, Ieronimum, Augustinum[u],

---

* C 4 *add. alia manu in margine:* Hoc tempore fundata est ecclesia Winnbergensis anno Domini 1142.

a) Undique f. dictam v. A. b) grandes quasi sorte c. A; binas p. l. B. C. D. c) Ni — proditionem *post* Urbs — honorem D 2. d) perdita A. e) dolet C 4. 5. f) fervente C 4. 5; faciente E 9. g) Plurima A. h) et A. i) rediit A. D 1; redit D 6. k) Cui famulabar ego (s. Gotifredus B 1; Gotfridus s. capellanus C 5) qui mea metra lego. A. B. C. D. l) *ita* E 1. 2. 4. 5; *desunt* E 6; Explicit particula vigesima octava. De — Nepotis. Particula XXIX. E 8. m) *haec desunt* B; De ex. F. i. C 4. 6. m*) n. C. t. *des.* C 6. 7; t. *deest* D 1. 2; C. t. n. E 8. n) 1919. E 1; 1917. E 5. o) *deest* E 4. p) se milia *corr.* sex milibus B 1. q) *deest* D 2. r) *deest* D 6. s) *deest* E 9. t) et communi c. E 6. u) *deest* E 1. v) tertius D 3. w) *deest* E 5. 6. 8. x) *deest* E 4; in b. E 5. y) transitum C 4; t. fac. ad o. c. i. ne E 4. 5. 6. 8. 9; ad — imperatorum *desunt* D 2. z) non *et* Alibi — eius *desunt* E 9. a) s. in capite libri *add. sed del.* B 1. b) *deest* E 8. c) *haec desunt* A. B. C. D. d) diffuse *corr.* comp. B 1. e) *deest* D 2. f) et n. *desunt* C 4. 5. 6. 7; n. et v. E 4. g) *deest* E 9. g*) *deest* E 4. 5. 6. 8. 9. h) *superscr.* B 1; *deest* C. i) *superscr.* B 1. k) Urbani *e corr.* B 1 (*scriptum erat ut videtur* Lucii), *et ita* C. l) *deest* E 8. m) o. r. *desunt* D 2. n) eorum — annos *desunt* D 1. 2; eorum *deest* E 8. o) p. o. *desunt* E 6. p) q. etiam D 2. p*) pontificibus E 8. q) descripsimus E 8. r) inseruimus *corr.* addidimus B 1. s) act. D 2. E 6. t) primum *add.* E 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. u) Ag. D 2.

45) A. 1144. indicare videtur.

Iosefum[a], Orosium, Egesippum, Strabum et Yhonium et Solinum de mirabilibus et Suetonium de vita imperatorum[b] [et[c] alios multos].*

Item[d] *de Friderico imperatore versifice notamus*[e].

Regibus[e*. 46] antiquis descripsimus omnia late.
Tu minor etate, Friderice, prior probitate[f],
Iam tua gesta patent, que recitare placet.
Nam Fridericia tempora, prelia gestaque novi,
Indeque[g] maxima vel magis optima promere vovi,
Que tulit aut movit, queve recepit ob id[h].
Dum canimus magni regis, mea Musa, cacumen,
Sub brevitate suum studeamus tangere numen;
Altius incipias; organa nostra tument.
Nunc tibi[i] lingua mea panget[k], Friderice, trofea,
Acta[l] gigantea canat omnis[m] in orbe chorea,
Tu quoque, Musa mea, surge[n]; canamus ea.
Flos fuit[o] ex flore regum[p] Fridericus honore,
Sumpsit[q] eum regem[r] Iermania plena[s] favore,
Imperii[t] dominum semper habere volens.**
Rex[t*] ut Aquisgrani Carlorum[u] sede resedit,
Ordine legitimo Iermania prorsus hobedit,
Finibus Italie rex[v] sua signa dedit.***

---

* A *pergit:* Particula XIII. est de gestis domini Frederici, que tamen posita sunt in capite libri, quia multa sunt. Nunc vero sequitur ystoria Saxonum.

B1 *ita:* De primo Friderico imperatore recordatio secundum numerum et ordinem aliorum imperatorum. Gesta vero eius sunt in fine libri plenarie; *et in margine:* Nota annos ab Adam usque ad annum 35. domini Friderici imperatoris sex milia 370 annos.

A *et* B *vero addunt versus:* Nunc tibi lingua mea *etc., quae* B1 *postea delenda iudicavit et* B2 *omisit.*

** A2 *addit:*
Rex sedet[w] optatus, precelsus, honorificatus,
Principibus gratus, audax, formosus, amatus;
Inclitus archatus ornat utrumque latus.

*** A *pergit:*
Valle Tridentina, qua decidit Alpe ruina*,
Adisee[x] festina pontem parat ampla carina,
Binaque cum bina dant[y] sociata viam.
Occurrunt Ligures, dant gaudia plena favore,
Lombardi proceres digno famulantur honore.
Rex iubet Ytalica subdita regna fore.
Padua, Terguisium, Vincenza, superba Verona,
Mantua, Bononia, Muti[z. 47], Regia, Parma, Cremona
Digna ferunt dona, subdita mente bona.
In Lombardia* servit dilecta Papia,
Urbs bona Vercellis, Aquis, Alba, Senexiporia[48],
Omnis ab Ytalia fert sibi dona via.

* sicut olim ibi fuit ruina Alpium usque in vallem illam (A2).

* in altera parte Lombardie (A2).

A *et* B1 (*post* signa dedit) *addunt:*
Si cupis ad regis* mea scandere Musa cacumen,
Sub brevitate suum noli describere numen;
Altius incipias; organa nostra tument[a].
Fine[b] libri nostri Fridericia iesta repone.
Hoc* sub[c] catalogo solum volo[d] edere nomen**,
Ut regum series continuata sonet.

* s. Friderici (B1).

* s. presenti (B1). ** Friderici scilicet acta in libro X; catalogus est quidam liber in quo sola nomina continentur (A2). Friderici s. ut stet in numero aliorum suo loco, set eius gesta sunt in fine libri plenarie per se posita (B1).

a) *deest* D6. b) Cetera versus dicunt sub hoc signo ℘. *add.* B1; C. v. habent B2. c) *haec desunt* B. C. D. d) *deest* C3. 8. D2. E1. e) *deest* C3*. 8. D2. 6. E1. 8; narramus E9; Item de Friderico C4. 5; *rubrica deest* C6; It. de Fr. primo imp. C7. e*) Regibus — tument *desunt* B1 *(cf. n. ***), ubi* Nunc — sonet *postea deleta; haec omnia desunt* B2. f) bonitate E4. g) *versus deest* D6. h) obit E4. 6. 8. 9. i) tua A; tibi *e corr.* B1 k) resonet A; pange D2. E5. 6. 8. 9. l) Gesta A. B1. m) o. ubique B1. n) fer lege semper ea A. o) erat A2. p) patrio preventus A2. q) Gliscit A2; Querit B1. r) dominum A. B; *deest* E9. s) tota A2. t) Huncque patrem patrie mundus h. volet (solet A2) A; Hunc dominum patrie s. h. v. B. t*) Rex — latus *desunt* B. u) sublimis A. v) regia s. A2. w) satis *corr.* sedet A2. x) Adisse A2. y) dat A2; *corr.* dant A1. z) Muti *postea corr.* Mutina A2. a) timent A2. b) Sub decimo libro A. c) enim A1; mihi A2. d) placet edere A.

46) Haec ex Gestis Friderici infra edendis huc paucis mutatis translata sunt. 47) i. e. Mutina. 48) Quae sit civitas nescio. — Ivream subintelligi patet, legendum fortasse *senex* (vetusta) *Iporia* aut levi correctura: *seu et Iporia.* P.

2. *De[a] civitate Mediolani[b] et de guerra[c] eius cum[d] Frederico[e] imperatore.*

Urbs Melana[f] potens, meritis dicenda leena,
Viribus eximia, populis et milite plena,
Seva, superba, fera, tota rebellis erat.
Urbibus[g] annexa fuit hec, quibus omnia vexat.
Que fuerint urbes[h], exponere nomina restat:
Brixia, Terdona, Crema, Placentia, Bona.
Rex ubi Teutonicam meruit captasse coronam,
Querit et Ytalicam[i], quia sic docet[k] inclita Roma.
Per medios Ligures regia signa volant.
Signa sui regis spernit Melana vereri,
Set propria virtute sua vult rura tueri,
Nescia, quod sibi mors rex Fridericus erit.
Hanc ubi rex angit regalibus undique bannis,
Dissipat et frangit, sex Marte fluentibus annis,
Urbs, que summa fuit, Marte caduca[l] luit.

3. *De[m] Astensi civitate.*

Magna timens regem mox deserit Asta colonum,
Ad castrum[n] Nonum[o] cuncti sua cuncta reponunt;
Unde suum vacuum deserit Asta[p] solum.
Nec penitus vacua deserta relinquitur Asta;
Turribus eversis, inventa cibaria vastant,
Alterius muri nulla ruina fuit.
Dum rex egreditur, melior fortuna paratur,
Iurat ei populus[q]; sic Asta reconciliatur.
Culpa fuit modica, gratia plena[r] datur.

4. *De civitate Terdona per Fridericum[s] ter desolata.*

Ammodo Terdone superest recitare dolorem,
Que Mediolani veteri subnixa furore,
Consueto more vult inimica fore.
Rex ubi castra movet, metuit[t] fera turba leonem,
Cingitur orribili procerum Terdona labore;
Miles ut agreditur, pleps fugitiva dolet.
Undique rex arcet; populus secedit[u] ad arcem;
Nec sibi sic parcet[v] stringens eques undique partes.
Urbs capitur plane; turba cacumen habet.
Hinc cibus artatur, fons tollitur, inde paratur
Talpa cavans[w], aries, mangonibus iniaculatur[w],
Perforat interius, rumpit utrumque latus.
Proxima iam[x] morti cedit gens subdita sorti,
Introitum regi patulis dedit undique portis[y],
Plebis membra tamen vitaque salva manent.
Insita telluri rex menia precipit uri,
Inde cadunt muri populi digne perituri;
Sic Terdona ruit, que satis alta fuit.
Inclita Terdona, nimis irascente corona,
Victa ruit prona[z], capiens tria tristia dona,
Quippe tribus vicibus diruta tota tomat[a].

5. *Qualiter[b] a Terdona Romam consecrandus[c] processit.*

Hec ubi complevit, celebris legatio venit,
Pergat ut hinc propere papalia iura tueri,
Ex ope pontificis iam monocrator erit.
Utque moras purget[d], vehementer papa perurget,
Rex bonus exurgens, aquilas[e] direxit ad Urbem,
Dantque[f] Placentina rura cremata viam.

a) *c.* 2 — 9 *desunt* B; De werra (gwerra) inter Fridericum imperatorem et Mediolanum C3*. 3; De Mediolanensi civitate C4. 5. 6. 7. b) *deest* D6; Melana E4; Melim E9. c) et e. g. cum eodem imp. Fr. E8. d) *deest* D6. e) I. *add.* E9. f) Melana *superscr.* dio E1. g) Viribus D1. h) *deest* D2. E8. 9; u. e. n. s. *desunt* E6. i) Ytaliam E4. 5. 6. 9. k) decet E5. l) repressa C. D. m) Asta c. C4. 6. 7; De civitate Asta C5; Item de A. c. E1. n) castrumque C4. 5. 8. o) novum *codd. si recte attenderim omnes.* p) ista C3*. 3. 8. E8; Hasta E6 *semper.* q) papa E6. r) plana E6. 8. s) F. imperatorem E8; p. — desolata *desunt* C4. 5. 6. 7; ter *deest* C3*. 3. 8. E8. t) furore E5; venit f. t. leene E8; fera *deest* D2. u) confugit C3*. 3. 8. v) parcit C4. 5; sic *deest* E9. w) *deest spatio vacuo relicto* E6. x) gens E6. y) *hic desinit* C3*. z) propria E5. a) domat C2. 3. 8; dogmat E4; tonat C4. 5. 6. D2. E1. 2. 3. 5; comat D6. b) Quomodo a T. R. venerit consecrandus C4. 5. 6. 7; Q. autem dona E1. 4; Qualiter autem imperator F. Romam c. p. E9. c) R. per Tusciam D2; a Terdono Roma consecranda D6. d) ponat C4. e) *deest* E4; statim E3; acies E5; gressus E6. 7; comites E8; missos E9. f) *hic versus deest* E6.

Servit ei Parma; Bononica transiit arva [a];
Alpe satis parva Florentia pertulit arma.
Nuntius Achaie Palliologus [b.*] adest.
Arnaldus [c] capitur, quem Brixia sensit alumpnum,
Dogmata cuius erant quasi pervertentia mundum;
Strangulat hunc laqueus, ignis et unda vehunt.
Tuscia devota sese dedit undique tota,
Nota vel ignota subduntur regna remota,
Ad Pendentis [d] Aque predia castra locant [e].

Ad vite meritum veniunt vexilla Viterbum,
Unde patens herebus fontem facit igne protervum.
Fortis ibi populus [f], miles ad arma probus.
Optimus indigenis fons balnea multa paravit,
Fertilis est patria, quam copia multa beavit,
Nam genus et species fertilitate trahit.
Illic [g] Roma suos voluit requiescere fessos,
Emeritos equites, senio seu vulnere pressos;
Sic vite meritum res facit ipsa locum.

[h] Longa per obsequia cum vita labore gravetur,
Si senio premitur, si vulnere debilitetur,
Hic habeat requiem sepe senile decus.
Si preclara velit cesar sua gesta [i] foveri,
Hoc decus imperii decet omni lege teneri,
Debeat ut senibus vita quieta geri [k].
Non hec servorum fit gloria, set dominorum,
Si defectorum stet salvus honor seniorum,
Si nitet ipsorum veste platea, forum.
Si miserum prestat famulum sibi diva potestas,
Dedecus infestat dominum, cui servit egestas;
Non sibi, set domino stat miser ille suo.

Regia perveniunt tentoria plurima Romam,
Gestet ut imperii [l] Romana [m] sede coronam.
Cui favet ecclesia, publica signa tonant.

Romanus populus antiquos expetit usus.
Rex despexit eum, primatum milite tutus,
Nil petit, immo iubet; Roma furore tumet.
Spe male frustratus discedit abinde [n] senatus,
Acriter iratus, Romanus ad arma paratur,
Vincere primates regis et arma ratus.
Rex animo fortis movet agmina multa cohortis;
Papa dedit patulis aditum per devia portis,
Tecta beati [o] Petri nocte sub ense petit.
Mane sub aurora sedem tenet atque coronam,
Munere basilicam Petri [p] reverenter honorat.
Roma dolens plorat, rumor in Urbe [q] sonat.

6. *Qualiter [q*] imperator [r] ab apostolico [s] Adriano coronatus est [t] aput Sanctum Petrum sine [u] Romanorum consensu; unde [v] pugnatum est cum Romanis, set [w] imperator optinuit.*

Decipitur [x] Roma, dum sic capit ille coronam,
Regia persona tulit [y] imperialia [z] dona,
Ungitur, erigitur, rumor in Urbe sonat.
Presul Adrianus Romanaque curia tota
Tunc sine Romanis complevit regia vota,
Romaque commota vulgus ad arma vocat.
Acriter iratus consurgit ad arma senatus,
Prosilit armatus cesar, feritate citatus;
Marte secus Tyberim fervet utrumque [a] latus.
Pleps abiit [b], rex optinuit, multisque necatis,
Unda fuit Tyberis defensio sola fugatis;
Sanguine tincta [c] satis turba [d] natabat aquis.

* nomen legati regis Grecorum (C 4. 5. 6. 7).

a) arva — pertulit *desunt* D 2. b) Palliolongus C 4. 5. 6. 7. 8. E 9. c) Arnuldus D 1. 2. 6. E 9; Arnoldus E 1; Armuldus E 4; Armillus E 5; Arnulphus E 6; Arnulfus E 8. d) Append. C 8. D 6. E 1. 2. 4. 5. 9. e) iacent C 2. 3. 6. 7. 8. D; movent C 4. 5. f) papa E 5. 6; populum E 9. g) illuc E 1. 5. 6. 8. h) auctor *in marg.* C 3. 8; Verba authoris C 2. i) facta C 4. k) dari C 4. 5. l) imperium C. m) s. R. E 4. 5. 8. 9. n) ab urbe E 6. o) beata C. D 1—5. p) beati P. E 4. 5. 6. 8 q) orbe E 8. q*) *rubrica deest* C 7; *in margine add.* C 4. r) Federicus i. E 8. s) summo pontifice E 8. t) est Rome E 8. u) s. R. c. *desunt* C 4. 5; sine — obtinuit *desunt* C 6. v) ubi E 9; unde — obtinuit *desunt* E 5. w) s. prefatus dominus i. E 8. x) Recipitur coronam d. s. c. i. Romam E 9. y) recipit papalia C. z) in Persia E 9. a) utrimque C 4. 5. b) *deest* E 9. c) mixta C 4. d) terra E 4; t. nequebat E 9.

7. *De Spoleti destructione*[a].

His ita completis, papali munere freti
Dum remeant leti, resident super arva Spoleti,
A quibus et cesar danda tributa petit.
Falsa moneta venit; falsum cito cesar ademit,
Prelia namque gerit, multos de plebe peremit;
Intus et exterius pleps superata gemit.
Imperat augustus, pereat locus igne perustus;
Qui fuerat vacuus miles, remeavit onustus,
Debita qui sprevit* reddere, cuncta dedit.

* Spoletum (C 4. 5).

7a. *De Veronensium traditione inter Alpes, ubi*[b] *imperatorem et totum exercitum inter angusta montium conclusum*[c] *extinguere cogitaverunt.*

Regales aquile veniunt ad plana Verone.
Flumina dum transit rex, durius invenit omen,
Monte coartatis bella Verona movet.
Montibus angustis et fluminis ordine cincti,
Rex[d] proceresque sui fuerant quasi carcere vincti,
Conclusique suas[e] non habuere vias.
Arma ruunt, quia saxa pluunt, que turba relaxat[f],
Interimunt, quassant proceres a vertice saxa,
Armaque militibus nulla valere queunt.
Quatuor has penas spatio sensere dierum,
Dum[g] sine spe vite tolerant discrimina rerum,
Vulnèra suscipiunt, nec tamen ulla gerunt.
Passibus occultis super alta cacumina tendunt,
Unde Veronensi populo male facta rependunt,
Plepsque supercilii montis ad ima ruit.
Nunc pede truncari, nunc funditus exoculari
Rex iubet ingenuos, laqueo super alta levari.
Talis honor reprobis debet ob ista dari.

8. *De initio*[i] *scismatis inter Alexandrum et Octavianum.*

Presul Romanus tunc mortuus est Adrianus;
Venit Alexander, cui restitit Octavianus.
Scisma fit ecclesie, pugnat utrimque manus.
Scismate fervente, Friderica potentia venit;
Que Mediolanum post multa potenter ademit.
Quo satis absorto, lis[k] recidiva redit.
Conspirant Ligures; profugus rex inde recessit,
Omneque[l] ius regis Lonbarda superbia pressit,
Ipsa sibi dominans tunc quasi cesar erat.
Rex rediit, Morianna* luit, Cilenia[m.]** clusa
Prebuit introitum regi, pereunte Segusa,
Et reliqui Ligures regia signa timent.

* vallis (C 7). ** mons quidam (C 7).

9. *De civitate Alexandria, que*[n] *nunc dicitur Cesarea, in*[o] *Lombardia.*

Burmia cum Tanaro palearum fecerat urbem,
Quam subito veniens rex obsidione perurget.
Succurrunt[p] Ligures; bellica[q] signa patent.
Cesar ab opposito[r] mox obsidione relicta,
Obviat his; plebs obstupuit, que stans quasi victa,
Pacta petit pacis, plena timore satis.
Nudatos gladios nuda cervice gerentes,
Cesaris ante pedes veniunt, veniam repetentes;
Cesar amore Dei parcere sanxit eis.
Regia mandata iurat gens pacificata;
Ante dies octo pax decidit evacuata,
Guerra velut fuerat stat recidiva rata.
Urbs Mediolanum melius reparata resurgit,
Fortior effecta Lonbarda potentia turget;
Utraque pars tumida[s] fortis ad arma volant[t].

a) versifice *add.* E 4. b) ubi — cogitaverunt *desunt* C 4. 5. 6. 7. c) conclusit E 4. 5. 6. 8; et e. E 5. 6; cogitavit E 4. 5. 6. 8; ext. moliuntur E 1. d) Rex — vincti *desunt* C 4. 5. e) *deest* E 9. f) de monte relaxa C. g) Quo C. D; Nam E 8. h) acta E 5. 6. 8. i) De unctio D 2; De nunctio E 1; Contentio E 5; De pretio E 6; Mentio E 8; *rubrica deest* E 9. k) lux E 6; lex r. dedit E 8; lis r. venit E 9. l) O. i. *desunt spatio vacuo relicto* E 6. m) Cillenia C 4. 5; Cileuia C 8; Celenia D 6; Cilīca E 4; Ciliena E 5; Cilienaque E 6. 9; Cilierna E 8. n) quomodo d. E 8. o) in L. *desunt* C 4. 5. E 1. 4. p) Si occurrunt E 5. q) regia C 3. 8. r) appos. E 1. 5; apos. E 4. 8; a propos. E 6. s) timida C 4. t) volat C. D.

Rex prius[a] optinuit bello, victorque[b] recessit,
Nec tamen a patria cessit, set verbere fessi[c]
Tam rex quam Ligures iam super arma silent.

Annis ter senis tribulatis scisma recedit,
Vincit Alexander tandem, cui cesar obedit*,
Paceque consedit, conciliumque dedit[e].

* s. aput Venecias, ubi prostratus[d] dominus Fridericus imperator pedes domini pape Allexandri osculabatur (E 8).

10. *De[f] rege Henrico sexto, filio domini Frederici imperatoris.*

De domino rege[g] Heinrico, filio domini[h] Frederici augusti[i], adhuc[k] adolescente, gesta non tenemus[l]. Videmus[m] autem eius[k] elegantissimam formam, laudabilem militiam, audaciam et largitatem[n], benivolentiam, pietatem, iustitiam et veritatem atque omnes regias virtutes, quas ex etate adolescentis[o] possemus obtare. Qui licet natura et litteratura super omnes coetaneos sapientia et sensuum subtilitate videatur pollere, nos, qui, si plura nescimus[p], plura tamen temporum ratione conspeximus, plura etiam[q] experti sumus, salva eius maiestate, cogitavimus, ut ei aliquas admonitiones in medium proponamus, per quas[r] ad laudabiles mores et[s] ad iustitiam et iudicium informetur, et ad regias virtutes, quibus auctore[t] Deo in posterum gloriose et[u] honeste regat imperium, versibus eroicis animetur[v].

11. *Item[w] de rege[x] Henrico sexto[y] adhuc adolescente quedam[z] forma regnandi, qualiter imperium Romanum[a] debeat laudabiliter gubernare[b].*

Henrico[c.*] sexto sacra sunt diademata presto,
Tu pater hoc[d] festo, Friderice, monarcus adesto!
O pater, o nate, regia metra patent.
Regibus antiquis, Henrice monarce, coheres,
Tu diadema feres, Romani culminis heres,
Romula signa[e] geres, secula nostra tenes[f].
Imperii[g] sidus, plaudunt tibi[h] mensis et idus,
Metra tibi fidus regalia dat Gotifridus,
Que tibi sepe legas, ut bene regna regas.
O iuvenis iuvenum, flos mundi[i], gloria regum,
Urbis et orbis honor, cui plaudunt tempora[k] rerum,
Suscipe consilium, quod mea metra ferunt.

---

* **A** *sequentia ita habet:*

Henrico sexto iam sunt sua carmina presto.
Tu pater hoc festo, Frederice, monarcus adesto!
O pater, o nate, gloria vestra patet.
Hiis, rex Henrice, patribus ratione coheres,
Tu diadema feres, Romani cesaris heres,
Romula signa geres, secula nostra tenes.
Cui favet imperium, cui servit copia rerum,
Urbis et orbis honor, cui plaudunt tempora rerum,
Suscipe consilium, rex metuende, meum.
Subditus esto patri, moderare per omnia matri,
Quorum iussa pati studeas pro munere fati;
Gloria fit nati solvere iura patri.

a) primus **E** 5. b) o. set post fugiendo (ref. D 2) C. D. c) cessit C 4. 5. d) prostitus E 8. e) E 3. 4 *hoc loco addunt quae Stephanus de Piscina inseruit, post edenda.* f) *haec desunt* B 1, *ubi sequentia in margine, ut prosaica omnia, leguntur;* Item de D 2; rege *deest* C 4. 5. 6. 7; domini *deest* D 6; domno rege E 4; De H. VI. rege E 8. g) *deest* E 4. 6. h) adolescente E 9. i) imperatoris E 4. 5. k) *deest* C 4. 5. l) tenuimus D 2. m) Videamus tamen E 8. n) largnitatem B 1. o) adolescentium B. C; *deest* E 4. 5. 6. 8. 9. p) netimus E 5. q) *deest* D 2 r) q. admonitiones B. C. s) et ad i. et i. *desunt* C 4. 5. t) q. sibi concessum B. C; c. in iusticia et iudicio gl. C 4. 5. u) et h. *desunt* E 4. v) Cetera versifice dicta notare placet *add.* B; sub hoc signo ☞ B 1; infra hoc e. t. hic proxime B 2. w) Henricus imperator VI. filius domini imperatoris Friderici A; De rege puero Henrico VI. filio d. F. i. admonitio quomodo debet regnare et honestus esse B; It. de H. (sexto C 7) proponitur ei q. f. regendi q. i. d. g. C 4. 5. 6. 7. x) *deest* E 1. y) *deest* E 8. z) proponitur q. C 2. 3. D; q. f. r. *desunt* E 9. a) *deest* C. D. b) gubernari E 8; secundum magistrum Go. *add.* E 4. c) B 1 *quae ab* A *differunt omnia fere e correctura scripsit.* d) hic presto D 6. e) regna C 4. 5. f) tenens *corr.* tenes B 1; tenens C 4. 5. g) Imperii — regas B 1 *in marg. addidit.* h) *deest* E 6. i) florum E 4. k) t. r. *desunt* E 6.

Sordibus inplicitos pravosque[a] cavebis amicos;
Omnibus equus eris, set castigabis iniquos.
Prospice, quicquid agis, te tibi nosce magis.
Lautius est tibi, te solum constringere[b] lege,
Quam[c] varios populos aut magnos vincere reges.
Hec[d] si mente leges, rex, bene regna reges.
Si tua nolueris neque publica iura[e] vereri[f],
Qua fore te regem poteris ratione fateri?
Si tibi non fueris, nec michi rector eris.
Doctor Alexandri Magni[g] pravos sibi mores
Finxit et incessus inhonestos absque decore;
Rex puer* hec didicit, set didicisse dolet.
Vicit Alexander Darium simul et Babilonem;
Set nequit inpressum sibimet devincere morem:
Quo semel inbuitur testa tenere solet.
Tu, puer, explora, si te nota prava colorat,
Prorsus et absque mora vitium removere labora;
Namque vetus vitium nescit abire foras.
Dum tibi cuncta licent, non[h] queras cuncta licere;
Nam que sepe licent, poterunt temtata nocere,
Res etenim licite noxia sepe ferent[i].
Legum frena tenens, freno te fortiter arce,
Plus aliis, minus ipse tibi pro tempore parce*,
Dum nullum metuis, sis metus ipse tibi.
Vita[k] Faraonis scelerosaque gesta Neronis
Et transgressoris monstrant culpe Salemonis*,
Que mala sint[l] reprobis, que bona nata bonis.
Has tibi tam duras veterum propono[m] figuras,
Ut sacra[n] scriptura tibi sit doctrina futura,
Hac poteris patrias arte fovere tuas.

* s. discipulus eius tunc.

* s. disciplina et honestate.

* 4. Regum (E 9).

Sordibus inplicitos pravosque cavebis amicos,
Tu nec iniquus eris, set castigabis iniquos.
Cetera[o] cognoscens, te quoque nosce cito.
Lautius est tibi, te solum constringere lege,
Quam[p] iuga principibus dare vel devincere reges.
Hec si iura neges, non bene regna reges.
Si tua nescieris neque publica iura tueri,
Qua fore te regem poteris ratione fateri?
Qui sibi non fuerit, nec michi rector erit.
Doctor Alexandri Magni subitos[q]* sibi mores
Finxit et incessus inhonestos[r] absque decore;
Rex puer hec[s] didicit, set didicisse dolet.
Vincere Persarum regem valet et Babilonem,
Qui nequit impressum puero devincere morem:
Quo semel[t] imbuitur testa tenere[u] solet.
Tu, puer, explora, si te nota[v] prava colorat,
Prorsus et absque mora vicium removere labora;
Namque vetus vitium nescit abire foras.
Dum tibi cuncta licent, non queras cuncta licere;
Nam que sepe licent, poterunt temptata nocere,
Que iuvant appetere, noxia sepe ferent.
Legum *etc. (vide varias lectiones infra).*

* i. variabiles (B 1).

a) planosque obtinebis E 8. b) stringere E 5. c) Quam — reges *desunt* E 5. d) Hec — reges *desunt* E 9. e) quoque E 9. f) doceri B 1. g) *deest* E 4. h) nolis tibi c. C 4. 5. i) ferunt C 4. 5. k) Vita sc. Faraonis quoque N. D 6. l) sunt E 5. m) propone C 4. 5. n) *deest* E 4. o) *reliqua in codd.* A 1. 2 *sub Conrado III. post verba* perdit eo *(p. 262 l. 3) inserta sunt.* p) Qua A 2. q) subditos A 1. r) in hostes A 2. s) hoc A 2. t) simul A 2. u) *deest* A 2. v) nova A 1? 2.

BSB

Iudicis officio loca sacra decenter honora,
Pace[a] frui, punire malos, Henrice, labora.
Si scelus exploras, pax erit absque mora.
Ecclesias[b] iubeas multa pietate foveri,
Semper in adversis te subveniente tueri;
Ecclesie precibus* vult diadema geri. * i. orationibus.
Si cupias veri regis* promissa mereri, * i. Dei.
Auxilio[c] cleri studeas, Henrice, doceri,
Ut placeas Domino cras quoque sicut heri.
Pauperis aut vidue dum cernis adesse querelas,
Promptius[d] exhibeas plena pietate medelas,
Iudicium miseri cum pietate geras.
Prima poli, postrema fori, sic iura coequa,
Ut ius prevaleat[e], quantum tua suppetit[f] etas,
Omne malum reseca, noxia cuncta veta.
Expedit interdum sanccita remittere legum,
Ne pereat feritate mala clementia regum,
Nam[g] puto sepe Deum vivere velle reum.
Indulgere tuis tua sic dignetur honestas,
Ut magis absolvat quam puniat alma potestas,
Si[h] miserando feris*, rector amandus eris. * i. castigas.
Iudicio residens animum sic conprime iudex,
Ne[i] scelerum vindex vultus sit pectoris index,
*Et[k] que sunt pene proxima clausa tene. * Iustinianus dicit, inconstantis iudicis *(e corr.)* est, cuius animi motum vultus detegit (B 1). Nota dicta Iustiniani *etc.* (A 2).
Equa[l] sorte bonus cause[m] sit utrimque patronus,
Par quoque portet honus extraneus atque colonus,
Et nichil archanum polluat arte[n] manum*. * i occultis muneribus et sordibus (A 2).
Currant marte[o] suo parili[p] discrimine lites,
Nec reprimant miseros sub maiestate Quirites,
Lite[q] cadant lites iudicis[r] arte site[s].
Si varios testes cupiant[t] producere partes,
Ne[u] dolus intersit, examine cuncta[v] coartes,
Atque[w] memor pueri* tunc Danielis eris. * s. exanimando (A 2).
Si superest carta, causam per scripta coarta,
Nec sceleri parcas, si falsa prodiit arca*; * s falsa sit carta (A 2).
Falso, fraude, dolo non tibi[x] plaudat homo[y].
Si scelus ulcisci ratio certissima poscit,
Rex age, quod subito tua debeat ultio nosci[48],
Ultio tarda fovet crimina, dampna movet.
Si mea vincla prius subito punita fuissent,
Nulla Maguntina[z] tibi captio dampna dedisset,
Crimina non fieri regia pena facit[a].*

---

* B 1 *addit in margine:* Nota, quia actor Gotifridus in legatione domini Frederici imperatoris captus fuit a Conrado marchione Montisfarrati, et post eum Maguntinus archiepiscopus Christianus[49]. Ubi si prima culpa fuisset punita, non esset altera subsecuta. E 1 *in fine historiae:* Nota, Gotefridum fuisse captum a Conrado marchione Montisferrati, quique postea episcopum Christianum cepit.

a) Pace — labora *post* Si scelus — mora D 2. b) Noveris ecclesias A. c) Iura tui c. st. H. tueri, Hoc peto mente geri cras bene s. h. A. d) Protinus A. e) non pereat A. f) sustinet A. g) Non semper ius est perdere morte r. A. h) R. a. e. si m. f. A. i) *versus deest* D 6. k) Nec C 4. 5. l) Et qua C 2. 3. D 4. m) prestetur u. A; clause E 4. 6. 8; clausa E 5. n) ante C 4. 5. D 6. o) arte E 5. p) vario A. q) Rite C 4. 5. r) rege favente s. A. s) scite D 1. t) properent A. u) Nec C 4. 5. v) dicta A. w) Unde A. x) *deest* E 6. y) honor A. z) Maguntini B. C 2. 8; M. capto d. venissent E 9. a) *rubricam addunt:* Conmonet actor regem puerum ne superbiat B 1; Item ad regem Henricum admonitio C 2. 3; Item exhortacio C 4. 5. 6; Item de eodem Henrico VI. admonitio D.

48) Cf. quae Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrichs letzter Streit mit der Kurie p. 95 n. 3, notavit.
49) Cf. quae collegit Varrentrapp, Christian von Mainz p. 95 sq.

Laudibus inspectis, quas audis[a] conmemorari,
Nolo superborum cupias feritate levari,
Tedia nam populis vita superba parit.
Proximus esse deis hac forsan laude putaris;
Rex moritura caro, caveas, ne decipiaris,
Es quia mortalis, mors tibi fata parit.
Corpore mortalis, mortalia sic moderaris,
Ut rex iure pari cum pauperibus moriaris.
Divitis et miseri vita coeva cadit.

Anno[b] ab incarnatione Domini 1186, indictione 5, 6. Kalendas Februarii, rex Henricus VI. cum regina Constantia, filia Rogerii regis Sicilie, nuptias gloriosas[c] celebravit Mediolani aput Sanctum Ambrosium, anno etatis sue 21, anno autem regni sui 17.

[Postea[d] cito mortuo rege Willelmo*, regina Constantia ei successit**.]

PARTICULA XXV[e].

Istoria[f] Anglorum et Saxonum.

(Hanc omisimus.)

PARTICULA XXVI[g].

Quae[h] sint insignia[i] imperialia, et quid significet unumquodque[k], videlicet[l] sancta crux, sancta[m] lancea et[n] gladius imperialis et[n] sceptrum et[n] corona et aureum pomum.

Cesar iussit heri[o], que sint insignia queri,
Que caput imperii digne perhibentur haberi,
Et cur signa gerit, quid rationis erit.
Ut scriptura tonat[p], crux, ensis, sceptra, corona,
Lancea[q], palla[q] bona nobis insignia donant[r].
Restat ut exponam, quid sua signa sonant.

Crux caput imperii fuit[s] hec medicinaque morbis,
Climata quadrati per brachia continet orbis;
Crux est scala Dei, spes, via[t], vita reis.
Hac datur ascensus iustorum merce repensus,
Hac latro suspensus recipit pro crimine census,
Hanc solet imperium ferre per omne solum.
Brachia distenta mundum complexa retentant;
Cunctaque portentat[u] Christi virtute retenta,
Crux velut adleta noxia cuncta vetat[v].
Unde per hoc signum, quo tollitur omne malignum,
Imperii dignum caput est venerabile lignum,
Prelia[w] virtutis dant sibi[x] signa crucis.

---

* E 3. 4 *addunt:* filio[y] filii Rogerii regis.

** E 6 *addit:* Rome.

a) audi E 5. b) E 4 *iterum versus habet:* Qua fore te regem poteris ratione fateri, Si tibi non fueris, nec mihi rector eris. C 2 *addit rubricam:* De nuptiis Henrici sexti; *et similiter* E 4: De n. regis H. s.; B 1 *recentiori manu in margine add.:* Nota de tempore desponsationis imperatricis Constantie. c) *deest* E 9. d) *haec desunt* B. C. D. e) Particula XVIII. C; Explicit particula XXIX. Particula XXX. E 8; XXVI. *corr.* XVIII. D 3; *desunt* D 1. 2. f) Incipit yst. D 1. g) XVIIII. C. D 1—5; XXVII. D 6; XXVIIII. E 8. h) Quod sit et quid significent insignia imperii et primum de cruce A; *rubrica deest* B 2 *(in* B 1 *haec particula deperdita est);* De regalibus insignibus, videlicet (scilicet C 3) de sancta cruce, de gladio, de lancea sacra, de sceptro, de pomo aureo, de corona, de diademate. Quid significant gemme (significet gemma D 1. 6) in corona; quid significat aurum in corona (in c. *desunt* C 3); quid significat crista in corona C 2. 3. D; De r. i. De cruce, de gladio et reliquis C 4. i) signa E 1. k) significent v. E 1. l) scilicet E 6. m) *deest* E 6. 8. n) *deest* E 6. o) ei A 2. p) *deest* E 6. 8. 9. q) L. p. *desunt* B 2. r) donat D 1. 6. s) datur A. B. C. D. t) vita viaque E 9. u) portenta C 2: portentant C 3. D 2. E 6. 9; portenda C 4. v) necat C 4; vetant D 2. w) Et gerit in scapulis insita s. c. A. x) *deest* D 1. y) filius E 4.

BSB

Crux datur imperio[a] speciali iure ferenda,
Quippe vicem Christi tenet hic ad regna tuenda,
Et gerit[b] in terris[c] signa colenda crucis.

1. *Quid[d] significat gladius regalis[e] vel imperialis?*

Iudicii signum gladius monstrare videtur,
Quo malefactorum feritas cessare iubetur,
Ut latro frustretur, rex tenet arma secus[f].
Precipitur gladius vibratus semper haberi,
Puniat ut subito[g], potuit quod culpa mereri;
Nam si tardus erit, pax vacuata perit.
Iura sibi soli Deus edere, condere prestat,
Ut gladio laqueoque suo mala pressa quiescant,
Si mala non premeret, principis umbra foret.
Sic sibi regna Deus subicit, sic iurgia legum,
Quod valet humano lucrari[h] sanguine celum,
Munera grata Deo dat pereunte reo.
Ense quiescente compescere non valet orbem,
Sanguinis humani torrente potest[i] moderari.
Qui regnare volet, sanguine iura colet.

2. *Quid[k] significat sceptrum regale?*

In manibus regum dum regia sceptra tenentur,
Tunc quasi per virgam compescere cuncta[l] videntur;
Penaque prestatur[m], que ratione datur.
Usibus innumeris et legibus undique fultus,
Instruit hic[n] homines dignos pretendere cultus[o],
Regia virga tamen, quo moderentur[p], habet.
Plura solent homines per climata fingere iura,
Cesar sceptra* tenens, novit distinguere plura,
Imperat et varia[q] iura valere sua.
Vita, genus, lingua varie variant regiones,
Una nequit cunctos distinguere regula mores,
Unde per imperium plurima iura movent[r].
Lex superest legi, rex regi, pluribus unus,
Par superest paribus, mos moribus, usibus usus,
Imperat hiis unus*, cuius in orbe sumus.
Lex Romana locum super omnia iura meretur,
Nec tamen evacuat, quod in hiis rationis habetur,
Vult magis atque minus cesar habere simul.

* s. virgo discretionis (A 2).

* s. imperator per viam discretionis (A 2).

3. *Quid[s] significat lancea imperialis, et unde venit?*

Lancea Mauricii, reliquis premaxima signis,
Plurima christicolis peperit miracula[t] dignis,
Clavus namque Dei iunctus habetur ei.
Subicit imperio bello gestata potentes,
Motibus ipsius nequeunt obsistere gentes,
Hec ubi bella movet, vincere cuncta solet.
Lancea sancta solet regnorum vincere lites;
Ipsa facit proceres Romanos esse Quirites,
Ex hac cesar habet, quod sibi regna favent.

a) in prelio E 5. 6. 8. 9. b) regit E 9. c) in scapulis insita signa c. A; interius E 5. 6. 9. d) De gladio imperiali quare (semper *add.* B 2) portatur erectus A. B. e) v. i. *desunt* C 4; r. vel *desunt* D 6. E 8. f) scelus E 6. 8; solus E 9. g) semper C 4. h) mercari A; luctari E 9. i) p' E 3. 6; post E 8; p. dominari E 9. k) De sceptro imperiali quid significet (significat B 2) A. B; regale *deest* C 4. D 6. l) tota E 9. m) paratur B 2. n) sic E 5. o) fructus E 8. p) moderetur C 4. q) variat B 2. E 5. r) movet C 4. s) De lancea imperiali et significatione eius A. B; De l. et unde venerit C 4; et u. v. *desunt* E 8. 9. t) mira E 5. 9.

Rex Arelatensis illam dum Boso teneret,
Et sibi pugnanti semper fortuna faveret,
Extitit indigenis terror amara ferens.
Nunc, liber, expone, quo casu[b], qua ratione
Traditur imperio post hec sacra lancea Rome,
Et cur Bosonem littera nostra sonet.
Boso formosus, rex magnus, rex animosus,
Insompnis totus quandoque fuit furiosus,
Inde[b] soporatus alligat ense latus.
Hunc requiescentem[c] sompno quicumque vocaret,
Regia dextra virum mox plena furore necaret;
Solus et absque pare dormiit[d] ipse lare.
Tempore natalis Domini rex[e] est Arelati;
Pontifices sacri surgunt ad festa parati,
Noctis[f] ad officia laude, canore, dati.
Dumque gerit sacrum presul, quo[g] missa canatur,
Rex venit iratus, quia non fuit ante vocatus,
Fusteque mitratum percutit ipse capud.
Res[h] plangenda satis, presul cum sanctificatis
Percutitur gratis, sollempnibus evacuatis.
Amodo noscatis, quid Deus inde facit.
Tam male tractati tunc pontifices Arelati,
Milite collecto, veniunt ad bella parati,
Celestis fati digna patrare pati.
Unde cohartatus rex surgit ad arma vocatus,
Vincitur, eicitur, stat[i] presul honorificatus,
Rex dolet iratus ludibrioque datus.
Mens devicta dolet, nimio confusa pudore,
Nec regnare volet, quia bello[k] perdit honorem,
Optat, ut et monachi iam sibi vita foret.
Imperii solium cum maximus[*] Otto[**] teneret,
Et valitura satis[l] mundi fortuna faveret,
Huic rex Boso loquens verba gemendo[m] refert[n]:
Trado tibi regnum, cunctos depono decores,
Amodo nostra tibi sacra lancea prestet honores;
Sola michi monachi vita colenda foret[o].
Do tibi[p] *Vivarium, Lugduni sede sedebis,*
Hec duo cis Rodanum, me[p] *traduce, castra tenebis,*
Rex ibi[q] *Francigenis predia nulla petit.*
Lancea Mauricii, mea quam tibi dextera tradit,
Est capud illorum que nunc mea regna notavi,
Nunc capud imperii lancea sancta dabit.
Qua Dubius, Sauna, Rodanus fluit, estque[r] *Vienna,*
Cis mare Tirrenum fuerant Bosonica regna,
Huc[s] *simul Allobroges et Morienna favent.*

Nota, lanceam imperii venisse a regno Provintialium per eorum regem nomine Bosonem (A 1).

Nota mirabilem naturam regis Bosonis (A 1).

Nota causam, quare rex Boso perdidit regnum Provintie et Romanus imperator regnum ipsum et lanceam sancti Mauricii acquisivit (A 1).

[*] primus (E 9). [**] s. imperator illius temporis (A 2).

Scilicet civitatem ultra Rodanum fluvium, qui determinat imperium et regnum. Et nota, quia alia omnia que sunt ultra Rodanum spectant ad regem Francorum. Ille vero due civitates in parte illa ad imperium pertinent, non ad Francigenas (A 1).

Hic distinguit terminos regni tocius Provintie rex Boso (A 1).

4. *Quid*[t] *significat globus aureus, qui*[u] *regum manibus gestatur?*

Aureus[v] ille globus[*] pomum vel palla vocatur,
Unde figuratum mundum gestare[w] putatur,
Quando coronatur, palla ferenda datur.

[*] s quem imperator tenet in manu quando coronatur (A 1; ... manu ante coronationem A 2).

a) quo causa D 1; qua causa D 2. 6. b) Unde C 4. c) requiescente E 5. d) dormit et E 9. e) ipse rex E 9. f) *loco versuum* Noctis — canatur B 2 *praebet eos qui infra leguntur:* Celestis — vocatus. g) commissa E 5. h) Rex E 5. 8. i) *deest* E 8. k) *deest* B 2. l) sibi E 9. m) gemenda C 3. D 6. E 1. 5. 6. 8. 9. *corr.* gemendo B 2. n) dedit C 4. o) datur C 4. p) sine B 2. q) ubi E 6. 8. r) atque C 4; fluitque E 9. s) *ita* B 2. C 3. D 1. E 1. 5; Huic C 2. 4. E 8; Hunc E 6. 9. t) De globo aureo imperiali et significatione A; De globo sive pomo aureo imperiali B 2. u) q. r. m. g. *desunt* C 4. E 8. v) Aurelius E 6. 8. w) portare videtur C 4.

Significat[a] mundum forma peribente rotundum,
Intus habet plenum[b] terrestri pondere fundum,
Quem tenet archanum palla ferenda manu.
Hec[c] fuit ex[d] terris mundi collecta quaternis;
Ut foret imperii[e] manibus gestanda supernis,
Hac[f] tulit imperium Iulius arte suum[g].
Taliter hunc mundum gestat[h] manus una rotundum,
Regius includit sic omnia climata pugnus,
Taliter omne quod est regia pompa tenet.

Nota, pomum aureum imperatoris plenum esse terra de quatuor partibus orbis (A 1).

Tenendo enim hunc globum, in quo est terra de quatuor partibus mundi, videtur pugno concludere mundum (A).

5. *Quid[i] significat crux posita super aureum pomum?*

Crux superest pomo celi superinsita dono.
Suscipe corde bono, rex, que tibi[k] mistica promo,
Teque sedente throno, prospice, quid sit homo.
Crux et palla* simul pariter connexa tenentur[l],
Hec magis, illa minus, per te[m] reverenda videntur,
Hec ferit, hec[n] sanat, hec perit, illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere regna,
Significata crucis tibi sint[o] reverenter habenda;
Servulus esto Dei, qui tua sceptra regit.

* palla vel pomum imperii (A 1).

6. *Quid[p] significat diadema imperiale?*

Hoc diadema sonat duplam conferre coronam,
Quod veterem Romam mundanaque climata donat;
Hoc quicumque tenet, summus in orbe sedet.
Dupla* corona manet, quia, dum complectitur Urbem,
Continet et reliquum fastu diadematis orbem,
Sic facit esse suas una corona duas.
Non loquor esse duas numeri ratione, set actu:
Urbis[q] et orbis habet solium diadema subactum,
Hec[r] duo continuans omnia cesar erat.

* inde dicitur dia (A 2). Diadema dicitur duplex (dupla A 2) corona propter duplicem eius potentiam et significationem s. Urbis et orbis; nemo enim habet hec duo nisi solus ille qui habet diadema, i. Romanus imperator (A).

7. *Quid[s] significant gemme pretiose in corona, et qui[t] eas instituit?*

Nota, quod significet gemma in corona imperiali (A 1).

Iulius instituit gemmas superesse corone,
Ut pretiosa foret lapidum gravidata decore.
Nunc liber exponet, quid sibi gemma volet[u].
Quatuor in cunctis sunt insita mistica gemmis,
Durities, virtus splendorque colorque perhennis,
Hec, qui cesar erit, mistica nosse velit.
Duritie constans, virtute refertur honestus,
Est bona fama color, splendor sine crimine questus;
Quatuor ista geret, qui diadema feret.

8. *Quid significat[v] aurum in coronis[w]?*

Aurea materies regalibus apta coronis,
Indicat imperium mundi superesse patronis,
Circulus est orbis forma rotunda soli.
Aurum cuncta suo superat fulgore metalla,
Imperium superat, quos orbis continet aula,
Et bene Romuleo[x] iure gubernat eos.

a) Palla refert m. f. faciente r. A. b) gravidum A. c) Dicitur e. A. d) externis A 1. 2. e) eternis A 1; externis A 2. f) Hanc C 4. g) si vis A 1. 2. h) regis capit ordine pugnus, Taliter et populus suus est mundanus alumpnus, Taliter et patrie rex datur esse pater A. i) Quare crux est super pomum aureum imperialem A; Q. c. ponitur s. p. imp. B 2; posita *deest* C 4. k) *deest* D 2. l) tuentur E 5; torentur E 8. m) parte A. B. C 2. E 1. n) illa C 4. o) sunt C 4. p) De diademate imperiali quid sonat et quid significat A; Q. d. s. C 4. q) *hic versus deest* E 9. r) *hic versus deest* E 1. s) Quare gemme sunt in corona et quid significant A; Quid significat gemma in corona imperiali B 2; pretiose *deest* C 4. t) quis C 2. 3. D 6. E 6. 8. u) velit C 4. v) significet C 4. w) corona A; c. imperiali B 2. x) rotundo E 8.

Suscipit innumeras aurum tractabile formas,
Suscipit et variat[a] Romana monarchia normas,
Flexibilis, facilis, aurea forma[b] suis.

9. *Quid*[c] *significat crista in corona imperiali?*

Dicitur augusta[d] circlo superaddita crista,
Publica res aucta[e] plane monstratur in ista.
Qui diadema gerit, victor et auctor[e] erit[f].

PARTICULA[g] XXVII.

Incipit cathalogus et ordo sive cronica regum Gothorum.

1. *De*[h] *origine omnium*[i] *Gothorum.*

Got[k] quidem gens Gothorum[l] est. Et[m] sicut per omne genus Ysmaelitarum solus
Ezech. 38, 2. Ysmael[n] supra scribitur[o], cum dicitur per prophetam: *Pone*[p] *faciem tuam*[p] *contra Ysmaelem*, ita et pro[q] omni Gothorum gente Got nominatur[r], de cuius origine veniunt ipsi[s] Gothi, inde et vocabulum traxerunt. Got aput Teutonicos a primeva[t] eorum origine dicitur deus. Et quia tunc[u] homines sapientes et filosofi[v] per excellentiam[w] vocabantur dei, estimo, quod a primevo patre eorum[p] Magog[x], filio Iafet, tamquam a deo[y] eorum primo, hoc nomen traxerunt. Et quia Gothorum gens ex Magog[x], filio Iafet, filii Noe, orta est[z], affirmant cronica[a] ipsorum Gothorum[50], antiquissimam esse illam gentem. Quorum origo a Magog[x], filio Iafet, descendit, unde et nominatur Gog[b], ad[c] similitudinem ultime sillabe nominis illius, scilicet Gog. Et magis de Ezechiele propheta sumus id[d] colligentes. Liber[e] etiam ystorie[f] eorum similiter affirmat, quia de Magog, filio Iafet, veniunt, et[g] Gothia[h] et Sithia[i] gens a Magog nominate sunt[k]. Quod[l] autem propheta ad[m] Ysmael dicit[50*]: *Ingrediens terram Gog*[b] *pede plano et concides*[n] *Gog gladio tuo, et pones pedem in cervicem eius, faciesque eos servos*[n*] *tributarios:* iam hoc[o] completum esse dinoscimus accidentaliter[p]. Terra quidem Gog hoc tempore Yspania designatur sub regimine Gothorum posita[q], set naturalis eorum terra est Sithia[r], que est in finibus Asie et Europe inter Meotidas[s] paludes inaccessibiles[t], in qua Ysmael, id[u] est gentes Sitharum, propter delicta gentis Gothice[v] ingressi sunt et eosdem Gothos gladio conciderunt[w] atque tributarios sibi fecerunt, sicuti presenti[x] tempore patet[y]. Quod[z] vero idem propheta ad[a] Ysmael iterum dicit: *Quia dereliquisti*[b] *Dominum, et ego derelinquam te, et tradam te in manu Gog et reddam*[c] *vicem tibi. Postquam afflixeris eos,* 170 *tempora dolorum faciam*[d] *tibi, sicut fecisti eis*[e]. Spes nostra Christus est, quod[f], completis proximiori[g] tempore 130 annis, ex quo in Yspaniam[h] ingressi sunt Gothi, ad nihilum Ysmaelite redigantur et pax Christi et ecclesie sancte reddatur[i]. Que tempora pro annis ponuntur.

2. *Incipit*[k] *ordo et cathalogus regum Gothorum et cronice eorum.*

Chr. Albeld. Primum in Gothis Atalaricus[l] regnavit annis[m] 13. Iste prius per Valentem imperatorem in heresim[n] Arrianam cum omni Gothorum gente intravit[o]. Sub isto rege Gothi leges et litteras habere ceperunt. Et cum[p] eodem rege ab Hunis[q] Gothi de terra propria Hunorum[q.r] expulsi sunt. Rex quoque ille Constantinopoli vitam finivit sub imperatore Teodosio[s].

a) varias C 2; *corr.* variat C 4. b) norma C 4. c) *reliqua desunt* A; Item quid nunc s. E 1; crista *deest* E 9. d) ista B 2; ag. D 2. e) act. D 2. E 8. f) Finito libro referemus graciam Christo. Explicit liber cronice Deo gratias Amen *add.* B 2; Explicit particula XXX. E 8. g) *haec desunt* E 5. 6; Partic. XXXI. E 8; *in codicibus* D *haec infra Part. XXX. post epistolam Alexandri Magni leguntur; v. praefationem nostram; in* B. C *haec desunt.* h) et de E. i) eorum E 4; G. prosaice primo scriptus E 8. k) Gothus E 1. l) Gotor. E 5 *semper.* m) *deest* D 2. n) *deest* E 4. 5. 6; Hismahel solus scr. E 9. o) superscr. D 2. p) *deest* E 9. q) per E 4. 6; per omnem G. gentem D 6. r) gente cognominatur D 2; Gog n. E 1. 6. s) i. G. *desunt* D 2. 6. t) prima E 4. 6; propria E 9. u) nunc E 6. v) propheti D 2. w) excellencia E 4. x) Magot D 6; Magoc E 1. 4. 6 *saepius;* Maghot (Magot) E 9. y) ab eo D 2. z) N. venit D 6. a) cronice E 9. b) Got D 6. E 9; Goc E 1 *semper.* c) a similitudine D 6. d) illud E 9. e) Libri — affirmant E 1. f) istoriarum ipsorum D 6. g) *deest* D 6. h) et Gotica gens E 9. i) Scithia E 1. 5. 6. k) *deest* E 6; est E 9. l) Quid E 9. m) ad Y. *desunt* E 9. n) dices D 6. n*) *deest* E 6. o) hic E 9. p) *deest* D 6; Accidento dicitur. Terram *nova incipiente paragrapho* E 1. q) *deest* D 6. r) Scith. E 1. 5, *et ita infra.* s) medias D 6. t) et acc. E 9. u) et gens E 9. v) Gotie E 9. w) cecid. E 1. x) *in* E 5 *quaedam legi nequeunt.* y) paret E 4. 6. z) Quod Ism. pr. it. d. D 6. a) de E 9. b) reliquisti E 4; derelinquisti E 6. c) reddit D 6; redde E 4; reddere E 5; reddet E 6. 9. d) faciet D 6. E 4. 5. 6. 9. e) ei D 6. f) qui E 1. g) proximioribus temporibus D 6. h) Yspania E 4. 5. i) reddantur D 6. E 4. 5; redduntur E 9, *cuius lectiones in sequentibus sparsim tantum attuli.* k) Item incipit E 6; Cronica Gothorum regum. Incipit E 4. l) Athal. E 1; Actal. D 6. E 4. 6; Atanar. *Chr.* m) anno E 6. n) heresem E 4. 6. o) interiit D 2. p) cum eundem regem habuerunt cum Ungaris Goti D 6. q) Hum. E 4. 5. 6. r) i. e. Ungaris *add.* D 2. s) Theod. E 4; Teud. E 6.

50) Isidori historia Gothorum. 50*) Haec unde sumpserit Gotifredus nescio.

Alaricus[a] regnavit ann. 25[b]. Iste ob vindictam Gothorum[c] ducentorum militum ex Radagaiso[d], Scitis scilicet, quos Romani interfecerunt, exercitum[e] movit et Romam cepit. Ibique Placidiam[f], Teodosii[g] imperatoris filiam, cum multis aliis nobilibus cepit et deduxit et opibus[h] depredavit. Postea in Ytalia obiit, sub imperatoribus[i] Honorio et Archadio.

Ataulfus[k] regnavit ann.[l] 6. Iste supradictam Placidiam[m] coniugem accepit 2. regni sui anno, quo ab Ytalia Gallias adiit, et dum Yspanias petere voluisset, a suis interfectus est in Barcilona[n], sub imperatore Honorio.

3. Sigericus[o] regnavit[p] ann. 1. Iste dum pacem cum Romanis fecisset[q], mox interfectus[r] est, sub imperatore Honorio.

4. Valliastus[s] regnavit ann. 3. Belligerator fuit, cum imperatore Honorio pacem habuit, et sororem eius Placidiam[t] ei reddidit. Iste in Yspanias[u] ingressus, Wandalos[v] et Silingos[w] in Becca bello[x] extinxit, et Alanos ad nichilum redegit[y]. Ad Affricam classice transire disposuit; set[z] tempestas[a] maris eum non dimisit. In Gallias[b] rediit, ibique vitam finivit, sub imperatore Honorio.

5. Teudericus[c] regnavit ann. 33. Iste Litorium ducem Romanum cum multis militibus Romanorum extinxit, ex Alanis 300 interfecit, ibique preliando occiditur, sub imperatore Teodosio[d] minore.

6. Turismundus[e], filius eius, regnavit ann. 1. Qui dum feralis et noxius esset, a Theodorico[f] et Frigdario[g] est[h] fratribus interfectus, sub imperatore Marciano.

6a. Teudericus[i] regnavit ann. 13. Iste cum Gothis habito prelio pro imperio Iustiniani[k] rei publice[51] auxilium dedit et obinde[l] cum[m] licentia imperatoris cum ingenti[n] exercitu in[o] Yspanias intrat et 22.[p] miliario ab Asturica[q] aput Rubicon fluvium Riciarium[r] Suevorum[s] regem prelio superavit, eumque persecutus cepit atque occidit[t]. Bracaram[u] capit, sicque inde per Lusitaniam Gallias repetit[v], ibique ab Eurico est[w] fratre occisus, sub imperatore Leone.

a) *deest* D 1. b) Mun. E 6. c) legi E 6. d) Spacianus E 5; Spatiamus E 6. Explicit hic liber, sit scriptor (onere liber) *add.* E 6 *alia ut videtur manu, qui ita libro finem imponit. Hoc loco desinit etiam* E 5; *in* E 8 *vero reliquis omissis et spatio vacuo interiecto sequuntur paparum et imperatorum notitiae a Christo usque ad Alexandrum IV; et postea:* Haec fuerunt mirabilia edificia que erant Rome tempore d. n. Iesu Christi, quando erat in hoc mundo et Octaviani imperatoris et eius predecessorum et nunc aliqua inveniuntur et tunc temporum (?) dominabuntur (?) omnes provincias de toto mundi Romani, et tum similiter dicti Romani tributa ab universis et singulis totius orbis provinciis recipiebant. Regnum Romanorum — regum Ytallie. Deo gratias amen. Explicit liber Pantheon compilatus per dom. Gottifredum Dei et apostolice sedis gratia Viterbiensem episcopum imperialis aullae capellanum dignissimum. e) iudicii 2. f) *pergit* 1. g) pre 2. h) iudicamus 6. i) pedanii 1; pendanii 6. k) e. et in Romana usque hodie ecclesia 1. l) s. h. 2. m) indeicerius 6. n) istis 6. o) fallantes 6. p) p. c. 6. q) *deest* 1; et 6. r) manuali 2. s) o. e. 6. t) cellar. 2. u) scrutiniorum 1; petentibus 6. v) dant 6. w) *deest* 6, *ubi:* largiunt prebendas 6. x) prothus 6. y) i. e. p. *desunt* 2. z) scriniarius 1. 2. a) n. advocatos 6. b) domini 2. c) nonnumquam 6; *deest* 2. d) innoxius 6. e) cognoscentes 6. f) creavi 6. g) q. i. quorum 6. h) in 6. i) achus iva 1; achus via 2. k) Quasi monte 6. l) iuxte 1. m) personas pauperum 6. n) potens 6. o) cetera 2; ecclesia 6 p) per c. 6. q) rement. 1. r) reverenter 1. 2. 6. s) episcopis 6. t) pro 2. n) eorum errorem 2. v) adiacent 2. w) D 6 *iam antea libro finem imposuit; v. supra p.* 298 *n.* f. x) *hoc loco desinunt* D 4. 5. y) *hoc loco desinit* D 3, *qui addit:* Explicit liber Pantheon.

81) Similia in Cencii libro censuum legi, Pertzius annotavit.

PARTICULA XXXIII.

Incipiunt testimonia omnium prophetarum super singula opera Christi per singulos articulos fidei christiane ad Iudeorum et hereticorum confusionem et ecclesie catholice firmitatem.*

Cum omnes veteris testamenti historias secundum Moysen et Iosephum et secundum alios auctores Ebraicos et Latinos, Grecos et Arabicos, sive Egiptios atque Romanos et Gallicanos et Hispanos et Anglicos et Gothos, atque secundum auctores Lombardos et Hunos et Winulos omnes hystorias novas et veteres et cronica omnia sub compendio assignaverim, de cetero ad confusionem adversariorum christiane fidei et ad catholice ecclesie defensionem dicta prophetarum per singulos fidei articulos lucide breviterque colligimus et ordine collocamus.

Verumtamen quia Iudei, nostri adversarii, scripturam metrice prolatam pro minori forsitan auctoritate suscipiunt, quam si stilo simplici, sicut ipse propheta[a] protulit, verbotenus prosaice proferantur, ego hanc[c] ereticis occasionem malignandi in hac parte subtraxi, et quicquid de profetis dicere proposui, stilo simplici de verbo ad verbum brevissime conpilavi, ne forte legentibus [in[d] versibus] maior esset obscuritas, vel adversariis occasionem[e] prestarem, cum verba illiusmodi, que propriam seriem in sua prolatione desiderant, sub eroyco metro de verbo ad verbum proferri sine aliqua sensus diminutione non possint.

Igitur in Domino procedamus *etc.* — que de Christo sunt.

Expliciunt omnes prophetie de Christo.

Incipiunt nomina omnium prophetarum et patrum veteris testamenti et de origine eorum et de locis nativitatis eorum et ubi predicaverunt et ubi sepulti sunt, et primum de David.

Davit rex *etc.* — narrat hystoria.

Explicit interpretatio — testamenti.

Designatis[f] omnibus patribus veteris testamenti et vita et morte et sepultura eorum, volumus etiam novi testamenti patres omnes sub hoc brevissimo catalogo denotare et nomina et predicationes et vitam omnium scribere et passiones et sepulturas uniuscuiusque eorum.

De Zacharia *etc.* — in pace sepultus est.

[Sit[g] tibi laus Christe, per quem labor explicit iste.]

Viri[h] venerabiles, viri litterati,
Hostes iniustitie, legibus armati,
Vestri non sufficio sarcine mandati,
Nec adire gratia licet novitati.

Verbi ministerium michi credidistis,
Cuius est sollempnitas in diebus istis;
Erubescit facies, animus est tristis,
Factus sum insipiens, vos me coegistis.

Sapientes alloquor, supplico discretis,
Si non digne dixero, parcere debetis;
Loqui de celestibus nescio secretis,
Cecus in apostolo, cecus in prophetis.

Sui magnitudine fugiunt ignarum
Notiones[i] singule trium personarum;
Quo[i] pater, quo filius, patet michi parum,
Quo[i] sit[i], unde filium habet pater carum.

---

* C. D, *ubi haec Particulam XIII. efficiunt, ita: Testimonia[i*] omnium prophetarum que sunt de domino Ihesu Christo ad defensionem fidei christiane et confusionem Iudeorum sive hereticorum.* Cum omnes veteris testamenti ystorias secundum Moysen et Iosephum et secundum alios actores pro modulo meo compendiose sub eroico metro et prosaice usque ad tempora Christi, Domino iuvante, protulerim[k]; cum[l] dicta profetarum a veteri testamento manantia ad[m] fidem Christi et firmitatem novi testamenti pertineant, antequam ad gesta novi testamenti vel ad nativitatem Christi perveniamus[n], et antequam de Ponpeio et[o] Cesare[p] aut de Romanis inperatoribus, qui omnes sub temporibus novi testamenti continentur, dicamus de cetero, ad confusionem adversariorum christiane fidei et ad catholice ecclesie defensionem dicta profetarum per singulos fidei articulos lucide breviterque colligimus et ordine collocamus *etc.*

a) *deest* C 4. c) *deest* E 1. d) in v. *desunt* C. E. e) occasio prestaretur C 4. f) *in codd.* C. D *haec Particulam XIIII. efficiunt.* g) *ita* E 1. 2. *libro finem imponunt. Desunt* E 3. — E 4, *ultimis foliis deperditis, in capite de Iohanne euangelista desinit f.* 141. h) *in* B 2 *post historiam Friderici f.* 107 *hi versus leguntur. In* D 1 *vero in fine operis positi sunt.* i) *desunt* B 2. i*) Incipit tractatus Gotfridi Viterbiensis inducens test. — hereticorum. De verbis omnium prophetarum C 4. k) et de ipso domino Iesu Christo sub compendio aliquid dictaverim *add.* C 2. l) ĩn D 1. m) cum ad D 1. n) ven. C 4. o) *deest* C 3. p) Iulio C. C 4.

Una est substantia tribus in personis,
Unitatis regula[a] plus quam unionis;
Nuntiat in angelis, iudicat in thronis
Ad eterne seriem dispositionis.

Cum Creator temporum non sit temporalis,
Facta est cum tempore res materialis;
Pater est efficiens, Filius formalis,
Utriusque Spiritus causa est finalis.

Creatori serviunt omnia subiecta,
Sub mensura, numero, pondere perfecta,
Ad invisibilia per hec intellecta
Sursum ducit[b] hominem ratio directa[c].

Predicat potentiam rerum magnitudo,
Ordo sapientiam sive pulchritudo,
Bonitatem copie tante plenitudo:
Pascit mentis oculos Trinitas hoc ludo.

Dignitate preminet universe rei
Factus ad imaginem maiestatis Dei;
Cuncta sibi serviunt, ipse servit ei,
Quem nox nocti predicat et dies diei.

Obligavit omnia nostre servituti,
Alia delitiis, alia saluti.
Sanctis euangelicis regulis imbuti,
Quibus frui convenit, quibus decet uti.

His nos beneficiis voluit ditari,
Et adiecit cumulum muneris[d] preclari,
Cum pro nobis Filium fecit incarnari,
Ut uniret hominem suo salutari.

Est inenarrabilis ista genitura;
In persona simplici duplex est natura,
Ipse qui creator est, ipse creatura,
Ligans dissimilia stabili iunctura.

Taceo particulam virginis beate,
Non originaliter carnis obligate,
Non in lumbis Habrae quondam decimate,
Unde Levi minor est Christi dignitate.

Hec simul cum anima Deo counita,
Unum temporaliter, una mundi vita,
Fides ita predicat, fides credit ita,
Pereat in perfidis heresis sopita.

Habens carnem similem carni peccatrici,
Formam servi preferens, habitum mendici,
Quasi dolo repulit dolos inimici;
Tale bellum perfido debuit iudici[e].

Qui in Deum hominem misit hostis manum,
Ut moveret stabilem, infirmaret sanum,
Si quid iuris habuit in genus humanum,
Irrevocabiliter abiit[f] in vanum.

O pugna innarrabilis[g], o tropheum dignum!
Agnus lupum perimit, innocens malignum;
Qui per lignum vicerat, victus est per lignum;
Nos[h] vincimus diabolum per sancte crucis signum.

Infirmatur medicus, ut sanet egrotum,
Nec per quinque porticus nec per aque motum,
Set in vase figtili[i] et in parte totum,
Proximo parieti copulare motum.

Incipit in seculo factor seculorum,
Vite panis esurit, sitit fons ortorum,
Noctis sompno clauditur oculus cecorum,
Plebis fit abiectio[k] deus angelorum.

Sol in nube tegitur, dies obscuratur,
Trepidat securitas, virtus infirmatur,
Disciplina ceditur, salus vulneratur,
Vita crucifigitur, Deus tumulatur[l].

Tunc[m] nobis non proderat Redemptorem mori,
Ni rediret iterum vita Redemptori.
Liber inter mortuos redditur honori,
Et a dextris assidet natus genitori.

Ut divina resonat pagina scripture,
Precesserunt tempore legis et nature
In antiquis patribus[n] operum figure,
Sensus allegorici species obscure.

Ut a primis ordiar mundi rudimentis,
Fit de costa mulier viri dormientis:
Hec[o] erat ecclesia, que sub sacramentis
Prodiit e[p] latere Christi morientis.

Hoc est arca, quam Noe cataclismo[q] rexit,
Hec[r] in vase scirpeo Moysen inspexit,
Hec est nurus Noemi, quam Iacob dilexit:
Hanc Christus ecclesiam ab inferis erexit.

Hec est tabernaculum in deserto factum,
Atrio circumdatum, tabulis compactum,
Hec est arca federis, hic est vite pactum
Inter verum Israel et Deum contractum.

Atrium exterius vita est activa,
Ubi sacrificia sunt figurativa.
Hic altare concremat[s] carnis incentiva;
Demolitur pinguia, macerat lasciva.

Incenduntur hostie carnibus ablatis[t],
Ligno crucis Domini flamma caritatis,
Agnus innocentie vel simplicitatis,
Hyrcus penitentie, turtur castitatis.

Primum tabernaculum contemplationem,
Mensa que proponitur signat lectionem,
Panis verbum fidei, thus orationem,
Candelabrum spiritus illustrationem.

a) gloria B 2. b) ducet B 2. c) dilecta D 1. d) numeri B 2. e) incidi B 2. f) habuit B 2. g) inar. D 1; mirabilis B 2. h) *versus deest* B 2. i) figuli B 2; *l.* fictili. k) adiectio B 2. l) ordo conturbatur B 2. m) Pax B 2. n) partibus B 2. o) Rutilans ecclesia vite s. B 2. p) a B 2. q) claradismo B 2. r) Hic Iacob evigilans lapidem erexit, Hec — inspexit, Hec — dilexit B 2. s) concremar D 1; congregat B 2. t) obl. B 2.

Futurorum pontifex Christus est bonorum,
Qui semel introivit in sancta sanctorum,
Non yrcorum sanguine neque vitulorum,
Set in suo reserans aditum celorum.

Hic[a] extincxit gladium nobis resistentem,
Gladium versatilem, gladium ardentem,
Ut latronem duceret Christum confitentem,
Nam precessit penitens[b] quamvis innocentem.

Quod fraternis manibus Abel est occisus[c],
Quod[d] oblatus puer est eius nomen risus,
Quod missus in puteum fratribus invisus,
Quod ascendens a Bethel clavus[e] est irrisus[f];

Quod in agno mistico mors est Pharaonis,
Quod saliva diffluit patri Salomonis[g],
Quod intravit Daniel lacum Babilonis:
Totum est misterium Christi passionis.

Tangere sublimia res est[h] honerosa,
Aeris in nubibus aqua tenebrosa.
Ut a spinis discrepat lilium et rosa,
Sic a Dei laudibus vita vitiosa.

Tangens montem bestia debet lapidari,
Et indignus timeo plecti pena pari;
Set a vobis postulo veniam prestari,
Quorum voluntatibus nolo refragari.

Supplicemus interim gratie divine,
Quod humane credimus summa medicine,
Ut expertes ultime fierem[i] ruine,
Et sit salus omnium hic et sine fine.

GESTA FRIDERICI.

PARTICULA XV.[k] DE GESTIS DOMNI FRIDERICI[l] ROMANORUM IMPERATORIS.

Incipit a guerra Mediolanensium[m] *et Lombardorum anno Domini* 1162. *temporibus domni Adriani pape IIII. et Alexandri III.*

Regibus antiquis descripsimus omnia late[m*],
Tu minor etate, Friderice, prior probitate,
Iam tua gesta patent, que recitare placet.
Nam Fridericia tempora, prelia gestaque novi;
Indeque maxima vel magis obtima promere vovi,
Que tulit aut movit, queve recepit ob id[n].
[Dum[o] canimus magni regis, mea musa, cacumen,
Sub brevitate suum studeamus tangere numen.
Altius incipias; organa nostra tument.
Nunc tibi lingua mea panget, Friderice, trofea,
Acta gigantea canat omnis in orbe chorea.
Tu quoque, musa mea, surge; canamus ea.
Flos fuit ex flore regum Fridericus honore;
Sumpsit eum regem Iermania plena favore,
Imperii dominum semper habere volens.
Rex ut Aquisgrani Karulorum sede resedit,
Ordine legitimo Iermania prorsus hobedit;
Finibus Ytalie rex sua signa dedit.]

1. *Incipiunt gesta inter imperatorem Fredericum*[p] *et urbem Mediolanum*[q] *a prima exaltatione imperatoris F. et primo ingressu*[r] *eius in Ytaliam.*

Urbs Melana potens, meritis dicenda leena,
Viribus eximia, populis et milite plena,
Seva, superba, fera, tota rebellis[s] erat.

a) Hinc B 2. b) pontifex D 1. c) elisus B 2. d) Quod offeri Ysaac est a patre visus, Quod Ioseph in putheum mittitur invisus B 2. e) calvus B 2. f) Figurabat virginis filius occisus *add.* B 2. g) Salam. B 2. h) *deest* D 1. i) faciat B 2. k) XX. 2. l) Feder. 2. m) Medol. 1. m*) latae 1. n) ob audit *corr.* ob id 1; obit 2. o) Dum canimus — signa dedit *post add.* 1 *et sequenti rubrica omissa cum reliquis coniunxit. Rubricam hoc loco ponit* 2. Cum 2. p) Fed. 2. q) Mediolani 2. r) i. Ytalie 2. s) rebelis 1.

Urbibus annexa fuit hec, quibus omnia vexat.
Que fuerint urbes, exponere nomina restat.
Brixia, Terdona, Crema, Placenza[a], Bona[b. 82].
Rex ubi Teutonicam meruit captasse coronam,
Querit et Italicam*, quia sic docet inclita Roma.
Per medios Ligures regia signa volant.
Signa sui regis spernit Melana vereri,
Set propria virtute sua vult rura tueri,
Nescia, quod sibi mors rex Fredericus erit.
[Hanc* ubi rex angit regalibus undique bannis,
Dissipat et frangit, sex Marte fluentibus annis,
Urbs, que summa fuit, Marte repressa luit.
1155. Ian. In Ligurum patria manet urbs que dicitur Asta,
Inclita divitiis, modico munimine vasta,
Que cito subcubuit, nec tamen ipsa ruit.
Febr. | April. Inclita[83] Terdona, nimis irascente corona,
Victa ruit prona, capiens tria tristia dona,
Quippe tribus vicibus diruta tota tomat[c].
1155. Flectit iter Romam, sortitur in Urbe coronam.
Regia persona recipit papalia dona;
Ungitur, erigitur; rumor in Urbe sonat.
Presul Adrianus Romanaque curia tota
Tunc sine Romanis conplevit regia vota,
Romaque commota vulgus ad arma vocat.
Acriter[d] iratus consurgit ad arma senatus[e],
Prosilit armatus cesar, feritate citatus;
Marte secus Tiberim[f] fervet utrumque latus.
Pleps abiit; rex obtinuit; multisque necatis[g],
Unda fuit Tiberis defensio sola fugatis;
Sanguine tincta satis turba natabat aquis.
Iul. His ita conpletis, papali munere freti
Dum remeant leti, resident[h] super arva Spoleti,
A quibus et cesar danda tributa petit[i].

---

*) *Versus* Hanc ubi — consiliumque dedit *post addidit* 1 (*et ita* 2), *his deletis* (vacat *in margine scripsit*):
Rex modo dissimulat mala que Melana meretur,
Ad reliquas urbes exercitus ire iubetur,
Et super Astenses arma tulere duces.
Rex abiit; Melana sibi non prebet honorem.
Tempus erit quo facta luet, contrita furore.
Roma vocat regem; rex sua signa movet.
Magna timens regem mox deserit Asta* colonum**, * s. civitas. ** i populum totum.
Ad castrum Nonum* cuncti sua cuncta reponunt[84], * nomen est castri.
Unde suum vacuum deserit Asta solum.
Nec penitus vacua, deserta relinquitur Asta;
Turribus eversis, inventa cibaria vastant*; * s. exercitus regis.
Alterius muri nulla ruina fuit.
Dum rex egreditur[85], melior fortuna paratur:
Iurat ei populus, sic Asta reconciliatur.
Culpa fuit modica, gratia plena datur.

a) za *e corr.* 1; Placencia 2. b) *ita legendum videtur interpunctionis signo post* Placenza *posito, sed cf. infra* Melana bona, Papia bona, Ianua bona. c) tonat 2. d) *sequentia alio tempore scripta videntur.* e) sanatus 1. f) stiberim 1. g) negatis *corr.* necatis 1. h) ressident 1. i) *deest* 2.

82) i. e. Bononia. 83) Haec et sequentia nunc bis narrantur, cum auctor brevem rerum gestarum conspectum secunda manu longiori primae recensionis narrationi praemiserit. 84) cf. Otto Mor., SS. XVIII, p. 593; ubi Noni castrum (Annone) dicitur. 85) i. e. rege egresso; cf. Otto Morena l. l.

Falsa moneta venit; falsum cito cesar ademit.
Prelia namque gerit, multos de plebe peremit;
Intus et exterius pleps superata gemit.
Imperat augustus, pereat locus igne perustus.
Qui fuerat vacuus miles[a], remeavit honustus.
Debita qui sprevit reddere, cunta dedit. Sept.
Regales aquile veniunt ad plana Verone.
Flumina dum transit rex, durius invenit omen.
Marte coartatur; bella Verona movet.
Montibus angustis et fluminis ordine cinti
Rex proceresque sui fuerant quasi carcere vincti,
Conclusique suas non abuere vias.
Arma ruunt, quia saxa pluunt de monte relaxa.
Interimunt, quassant proceres a vertice saxa,
Nullaque, dum pereunt, arma valere queunt.
Quatuor has penas spatio sensere dierum,
Quo sine spe vite tolerant[b] discrimina rerum.
Vulnera suscipiunt, nec tamen ulla gerunt.
Passibus occultis[c] super alta cacumina tendunt;
Unde Veronensi populo male facta rependunt,
Plepsque supercilii montis ad ima ruit.
Nunc pede truncari, nunc funditus exoculari,
Rex iubet ingenuos laqueo super alta levari:
Talis honor reprobis debet ob ista dari.
Presul Romanus tunc mortuus est Adrianus; 1159.
Venit Alexander, cui restitit Octavianus.
Scisma fit ecclesie, pugnat utrimque[d] manus.
Scismate fervente, Friderica potentia venit;
Que Mediolanum post multa potenter ademit. 1162.
Quo satis absorto[e], lis recidiva redit.
Conspirant Ligures, profugus rex inde recessit[f]; 1167.
Omneque ius regis Lonbarda superbia pressit.
Ipsa sibi dominans, tunc quasi cesar erat.
Rex rediit, Morianna luit, Cilenia[g] clusa 1174.
Prebuit introitum regi, pereunte Seusa*, * s. civitate.
Et reliqui Ligures regia signa timent.
Burmia cum Tanaro palearum fecerat urbem[86],
Quam subito veniens rex obsidione perurget.
Succurrunt Ligores[h]; bellica signa patent. 1175.
Cesar ab opposito[i] mox obsidione relicta,
Obviat his; pleps obstupuit, que stans quasi victa,
Pacta petit pacis, plena timore[k] satis.
Nudatos gladios nuda cervice gerentes,
Cesaris[l] ante pedes veniunt, veniam repetentes;
Cesar amore Dei parcere sanxit eis[m].
Regia mandata iurat gens pacificata.
Ante dies octo pax decidit evacuata;
Guerra, velut fuerat[n], stat recidiva rata.
Urbs Mediolanum melius reparata resurgit;
Fortior effecta[o] Lonbarda potentia turget,
Utraque pars tumida fortis ad arma volant.

a) milles *corr.* miles 1. b) tollerant 1; tulerant 2. c) ocultis 1. 2. d) utraque *corr.* utrimque 1. e) asorto *corr.* absorto 1. f) recesit 1. g) Cicilia 2. h) Ligures 2. i) opos. 1. k) dolore 2. l) cesceris *corr.* cesaris 1. m) *deest* 1. n) fuerant 1. o) Fortiam reffecta 1?

86) Alexandriam.

Rex prius obtinuit, set post fugiendo recessit[87].
Nec tamen a patria cessit; set verbere fessi
Tam rex quam Ligures[a] iam super arma silent.
1177. Annis ter senis tribulatis scisma recedit.
Vincit Alexander tandem, cui cesar hobedit,
Paceque consedit consiliumque dedit.]

2. *De*[b] *obsidione et destructione Terdonae*[88].

1155. Febr. | April. Ammodo Terdone* superest recitare dolorem[89], * s civitatis Lombardie.
Que Mediolani veteri subnixa furore,
Consueto more vult inimica fore.
Rex[c] ubi castra movet, metuit fera turba leonem;
Cingitur orribili procerum Terdona labore;
Miles ut agreditur, pleps fugitiva dolet.
Undique rex arcet; populus secedit ad arcem;
Nec sibi sic parcet stringens eques undique partes.
Urbs capitur plane; turba cacumen habet.
Hinc cibus artatur, fons tollitur, apta[d] paratur
Talpa cavans, aries; mangonibus iniaculatur;
Perforat interius, rumpit utrumque latus.
Proxima iam morti cedit gens subdita sorti,
Introitum regi patulis dedit undique portis;
Plebis menbra tamen vitaque salva manent.
Insita telluri rex menia precipit uri;
Inde[e] cadunt muri proprii digne perituri.
Sic Terdona ruit, que satis alta fuit.

3. *De via eundi Romam post destructionem Terdone.*

Haec ubi complevit, celebris legatio venit,
Pergat ut hinc propere papalia iura tueri:
Ex ope pontificis iam monocrator erit.
Utque moras purget, vehementer papa perurget.
Rex bonus exurgens, aquilas direxit ad Urbem,
Mai. Dantque Placentina rura cremata viam[90].
Servit ei Parma; Bononica transiit arva,
Alpe satis parva Florentia pertulit arma.
Nuntius[91] Achaie Palliologus[f,*] adest. * nomen est principis Grecorum.
Arnaldus* capitur, quem Brixia sensit alumpnum[g], * s. magister erroris.
Docmata cuius erant quasi pervertentia mundum;
Strangulat hunc laqueus; ignis et unda vehunt.
Tuscia devota sese dedit undique tota;
Nota vel ignota subduntur regna remota,
Ad Pendentis Aque predia castra iacent[92].

4. *Unde dicitur Biterbium et quare.*

Ad vite meritum veniunt vexilla Viterbum,
Unde patens herebus fontem facit igne protervum.
Fortis ibi populus, miles ad arma probus.

a) Ligares *corr.* Ligures 1. b) *ita pergit* 1 *prima manu.* c) *deest* 2. d) arta *corr.* apta 1. e) *hic versus deest* 2.
f) Palliolongus 2. g) alupmnum 1.

87) De pugna apud Cumas vel Legnanum sermo est; v. infra c. 38. 88) Cf. Otto Fris. Gesta Frid. II, 16—20, quocum haec plane conveniunt. 89) Cf. Vergil. II, v. 1. 90) Otto Fris. II, 20. 91) Haec Otto Fris. II, 23 in posteriori tempore ponit, cum imperator Roma rediret; quod Vita Adriani confirmat. 92) Haec apud Ottonem non leguntur.

Optimus indigenis fons balnea multa paravit;
Fertilis est patria, quam copia multa beavit,
Nam genus et species fertilitate trahit.
Illic Roma suos voluit* requiescere fessos** * olim s. ** s. olim.
Emeritos equites, senio seu vulnere pressos;
Sic vite meritum res facit ipsa locum.
Longa per obsequia* cum vita** labore gravetur, * imperii s. ** militum s. et clericorum.
Si senio premitur, si vulnere debilitetur,
Hic* habeat requiem sepe senile decus. * in Viterbio s.
Si preclara velit cesar sua gesta foveri,
Hoc decus* imperii decet omni lege teneri, * apud Viterbium s.
Debeat ut senibus vita quieta geri.
Non hec servorum fit gloria, set dominorum,
Si defectorum* stet salvus honor seniorum, * in servitiis imperii.
Si nitet ipsorum veste platea, forum.
Si miserum prestat famulum sibi diva potestas*, * imperii s.
Dedecus infestat dominum, cui servit egestas;
Non sibi, set domino stat miser ille suo.

Nota, quia Viterbium dicitur a vita meriti. Olim namque ponebantur ibi emeriti milites ad quietem . . bi erat a. e.

5.

Regia[93] perveniunt tentoria plurima Romam, Iun.
Gestet ut imperium Romana sede coronam;
Cui favet aecclesia, publica signa tonant.
Romanus populus antiquos expetit usus.
Rex despexit eum, primatum milite tutus,
Nil petit, immo iubet; Roma furore tumet.
Spe male frustratus discedit abinde senatus.
Acriter iratus Romanus ad arma paratur,
Vincere primates regis et arma ratus.
Rex animo fortis movet agmina multa coortis[a];
Papa* dedit patulis aditum per devia portis, * Adrianus s.
Tecta beata Petri nocte sub ense petit.
Mane sub aurora sedem tenet* atque coronam[94]. * rex s. Iun. 18.
Munere basilicam Petri reverenter honorat.
Roma dolens plorat; rumor in Urbe sonat.

6. *De bello inter imperatorem et Romanos aput Sanctum Petrum in die qua coronatus est.*

Rege coronato dum Teutona turma recedit,
Mox decus imperii Romana superbia ledit;
Arma tenens populus vulnera multa dedit.
Irruit in regem turba comitante senatus[b].
Miles* ut armatur, subito pleps mixta fugatur; * regis s.
Sic ubi pugna calet, sanguine terra madet.
Turba caduca gemit, quam fluminis unda peremit.
Mortibus innumeris populum tunc cesar ademit;
Inde triunfantis verbere terra tremit.
Hiis ita depressis, cum cesare papa quiescit,
Dans requiem fessis, modicum pro tempore cessit.
Transit abhinc Tiberim; sautia Roma gemit.
Obtulit obsequia tunc obtima terra Sabina,
Terra Tiburtina, Campania, terra Marina[94*].
Cesar ut accedit, munera terra dedit.

a) cohortis 2. b) senatum *corr.* senatus 1.

93) Otto Fris. II, 21. 94) Otto Fris. II, 22. Cf. Vita Adriani. 94*) Maritima.

Undique delitiis dum fertilitate nataret,
Et gravis instaret febris proceresque necaret,
Plena manent feretris prata, platea, lares.

7. *Papa Adrianus conqueritur imperatori F. de senatoribus noviter in Urbe*[a] *institutis et de rege Sycilie.*

Dum male Romuleus populus foret agmine cesus,
In mediis campis fuerat cum cesare presul,
Lesaque* Romana curia tristis erat. * a senatu s.
Cesare multimodam posuit* presente querelam, * papa s.
Et petit, ut dignam[b] satagat prebere medelam.
Materiamque mali sic Adrianus ait:
En novus ingratus consurgit in Urbe senatus,
Tollere primatus, papa prohibente, paratus;
Qui nisi pellatur, spes bona nulla datur.
Conqueror Appuliam Siculo servire tyranno,
Qua Beneventano cupimus consistere Sampno;
Hanc nisi reddideris, non michi cesar eris.
Sum tibi tuque michi sociali federe iunctus,
Esque meis manibus iam[c] *convenienter inunctus.*
Est tibi terra prope, fer precor,* inquit, *opem.* * Apulia s.
Cesar ad hoc motus animo favet ilico totus,
Set neque propositum poterit persolvere votum;
Febris enim dominis[d] tollit ubique iocum[95].
Rex placare bonum satagit mulcendo patronum*, * i. papam.
Tempore quo valeant equites* artare colonum**; * imperii s. ** Apulie s.
Nunc satis est feretrum* flendo referre domum. * infirmorum.
Papa supervacuas Adrianus concipit iras*, * quia rex non vadit secum in Apuliam.
Ad mala conspirat, faciens per secula mira,
Scismatis errores corde manuque movet.
Differo maiorem pape recitare dolorem[96];
Cesaris in patriam reditum describo priorem.
Post loquar errorem, quem male Roma fovet.

8. *De*[97] *destructione Spoleti propter falsam monetam quam dederunt imperatori F.*

Iul. Inde[97] Spoletinam cesar procedit ad urbem.
Castra metatur eques; castrum precingit in orbem;
Digna tributa petit; turba dolosa dedit.
Falsa moneta datur; patuit fraus; pugna paratur.
Miles* ut armatur, populus fugit; illa crematur. * regis s.
Protinus urbs capitur; congrua pena datur.
Nunc sedet augustus; capitur locus ille perustus.
Qui fuerat vacuus miles, discedit honustus.
Debita qui sprevit reddere*, cuncta dedit. * regi s.

9. *De traditione Veronensium, quando imperatorem et totum exercitum occidere voluerunt.*

Sept. Regia[98] signa movent, veniunt ad plana Verone;
Fraudeque maiore plebs* obstitit illa corone, * Veronensis s.
Cesaris et comitum perdere fata volens.
Flumen* transitur; dum montis ad arta** venitur, * Adex s. ** in valle Tridentina.
Mox iter* obstruitur, pons** frangitur, hostis*** aditur, * regis s. ** super Adicem. *** Veronensis.
Et quasi sub laqueo clauditur ille situs*. * i. campus regis.

a) n. i. urbe 1. b) primam 2. c) i. c. *e corr.* 1. d) *e corr.* 1.

95) Cf. Otto Frising. II, 22. 24, qui antecedentia praetermittit; sed narrat, principes Teutonicos expeditionem in Apuliam suscipiendam refutasse; cf. Vita Adriani. 96) Cf. Vergil. Aen. II, 1. 97) Eadem fere supra versus post additi 52 sqq. continent. Cf. Otto Fris. II, 23. 98) Cf. Otto Fris. II, 25. Otto Morena l. l. p. 597.

Inde pluunt lapides de verticis arce[a] rotati*; * a Veronensibus.
Pila, sagitta cadunt*; veniunt mortalia fati. * super exercitum s.
Conclusos equites* rustica turba tenet. * regis s.
Vulnera suscipiunt*; mors undique prona paratur, * milites s. regis.
Arma* vacant equitum, pugne locus inde negatur. * s. quia non poterant pugnare cum illis in montibus.
Pervia* comperiunt; fit rediviva salus. * Teutonici s. ascendendo montem per semitam contra Veronenses.
Passibus occultis patet hinc ascensio* regi. * ad Veronenses.
Rupibus Alpinis iter hoc ad summa peregit.
Rustica turba perit, que mala nostra gerit.
Que* cupit imperium totum simul illaqueari, * turba rusticorum s.
Cogitur ex alto plebs vertice precipitari.
Quotquot precipitant, fluminis unda[b] trahit.
Nec satis est illos unda vel rupe gravari,
Set pede truncari vel funditus exoculari[c];
Non vult* damnpnari singula sorte pari. * rex s.
Imperat ingenuos meliori lege necari,
Quos facit excelsa furca super astra levari:
Talis honor reprobis debet ob ista dari[1].
Haec recipit dona pro traditione Verona.
Nunc tuba magna sonat, procedit abinde corona;
Regia signa volant; pax datur inde bona.
Valle Tridentina nichil impedit ulla ruina.
Brixia[d] festinat Bozanica[e] tradere vina[2],
Gensque subalpina prebet ubique viam.
Hic vada dat Lichus*; Germanica rura capescunt * s. fluvius terre Suevorum.
Prelia compescunt; iocus ingruit; arma quiescunt,
Et repetit patrie gaudia quisque sue.

10. *De initio discordie inter papam Adrianum et imperatorem F.*

Cesar ut in patriam vexilla retorsit ab Urbe,
Grandis et orribilis discordia crevit in orbe;
Pax perit aecclesiae; scismatis error adest.
Federe connexus fuerat cum cesare papa*: * s. hoc pacto.
Si foret interdum pars altera* forte[f] gravata, * i. imperatoris vel pape.
Altera* subveniat: stent ea pacta rata. * i. imperator pape vel papa ei.
Absque pari voto cui consensisset uterque,
Nullum pacis opus Grecis pars* altera prestet; * istorum s.
Sic neque cum Siculis pax agitanda* fuit. * cum papa s. vel cum imperatore.
Federe corrupto, quo fertur papa teneri*, * erga imperatorem s.
Migrat* in Apuliam; vult cesaris hostis haberi. * papa s. Adrianus.
Pactio nostra perit, Grecus amicus* erit**. * s. pape. ** s. contra nos.
Hostibus imperii presul Romanus adhesit;
Federa* dat Siculis, pariter dat federa Grecis: * i. coniurationes.
Fit modo materies mortis et hora[g] necis*. * s. multorum populorum.

11. *De discordia et divisione omnium cardinalium, ubi pars erat cum papa, pars erat cum imperatore.*

Scinditur aecclesia: pars altera* pacta[h.]** recusat, * ecclesie s. ** Grecorum s. et Siculi.
Munera* despiciunt**, et federa Greca refutat[i]; * Grecorum s. et Siculi. ** cardinales quidam s.
Cesaris auxilia pars* retinere putat. * cardinalium s.
Hac in parte* manus misit prior Octavianus**, * cui s. imperator Fridericus favebat. ** cardinalis s.
Guidoque Cremanus*, vir nobilis et veterannus, * cardinalis.
Et reliqui secum scismata longa petunt.

a) arte *corr.* arce 1; arte 2. b) uncta *corr.* unda 1. c) exocultari *corr.* exoculari 1. d) Brixina 1. e) Pozanica *corr.* Bozanica 1. f) fore *corr.* forte 1; fore 2. g) h. n. *e corr.* 1. h) parti 2, *ubi* recusat *deest.* i) *deest* 2.

1) Huc usque eadem fere supra v. 61—78 posita sunt. 2) Cf. Otto Fris. II, 26.

Pars * monocratorem[a.**] pleno fovet ista favore.
Papa suo more werram[b] movet in regione;
Sic et aput Ligures pacta nociva * movet.
Pactio qualis erat, satis hic describere possem.
Parco tamen dictis, ne forte pericla reportent[c].
Sit satis asserere, pacta nociva fore.

* s. cardinalium.
** i. imperatorem.
* s. imperio.

12. *De morte pape Adriani in Campania.*

Ad sua Campana dum predia papa * rediret
Et gelidos fontes modicum spatiatus adiret,
Imperio varias intulit ore minas[d].
Qua iacet astricta nullo medicamine victa,
Colla tument, moritur, werra pro pace relicta;
Nam[e] caput orribilis scismatis ipse fuit.

* s. Adrianus.

Nota, quia musca volavit in guttere papae, dum ridens ore aperto cachinnatur, et inde moritur papa.

1159. Sept. 1.

13. *Quomodo duo pontifices Rome eliguntur, videlicet Alexander et Victor.*

Ordine res agitur, quo presul * in Urbe creetur:
Conveniunt partes *; Rome locus aptus habetur.
Pax ne rumpatur, iurat utrumque latus.
Cardi- simul -nales fuerant quasi bis duodeni.
Divisis animis vultu patuere sereni;
Fraude, dolo pleni, cetus uterque venit.
Pars partem ledit; neutri pars altera cedit.
Scisma parant sedi, qua Petro mundus hobedit.
Una duos dominos turba furore dedit.

* i. papa.
* cardinalium s.

Sept. 7.

14. *Denominatio duorum pontificum in scismate existentium.*

Unus erat Victor, dictus prius Octavianus,
Nobilis, almificus, speciosus, ad omnia planus,
Germine Romanus, larga, pudica manus.
Alter Alexander, Rollandus nomine, Tuscus,
Vir pius et iustus, rebus vitaque venustus,
Inpiger, ingenuus, providus atque probus.*
Hiis ita contorvis totus confunditur orbis.
Languida Romuleis sunt omnia climata morbis;
Omne decus cleri, regula, norma perit.
Lis patet hac hora; quo vincat uterque laborat.
Roma nec explorat, cui iura favent potiora,
Set quis maiora dona det absque mora.**

---

* 1. *addidit sed post delevit, quae desunt* 2:
Cesar Victorem digno refovebat amore,
Cui si vita foret longeva, teneret honorem;
Cum fortuna volet, iura perire solent.

** 1. *addidit sed post delevit, quae desunt* 2:
Vir neque decreto neque lege capescit honorem,
Set qui maiorem populi capit arte favorem,
Hic solet ex more summus in Urbe[f] fore.
Qualibet arte sedens, a scismate nemo recedet[g];
Set maculat plebes, mundum sub scismate ledens,
Ut patriam fedet[h]: sic anathema sedet.
Iudicium spernit, qui scismatis acta recernit,
Ignibus eternis penam magis obtat Averni[i],
Quam male quesitam deseruisse mitram.
Qui moritur, reus est; qui vixerit, ille beatur;
Sic stat papatus vita, stat morte reatus:
Tali lege Deus fit moriendo reus.

a) em *e corr.* 1. b) werra *corr.* werram 1. c) reportet 1. d) *totus versus e corr. manu sec., quae alios tres addidit sed post erasit* 1. *Haec tantum legi possunt:* Cesaris imperium ..... predicat esse R ..... et indign..... e) N. c. o. s. fuit *e corr. manu sec.* 1. f) orbe *corr.* urbe 1. g) recedens *corr.* recedet 1. h) tedet *corr.* fedet 1. i) *ita* 1.

BSB

15. *Quot annis vixit Alexander in scismate et quot in pace.*

Vixit Alexander ter senis scismatis annis,
Exul ab imperio, dum multa pericula tangit,
Rex ubi concedit, pace vocante redit. 1177.
Annis bis binis sub pacis tempore vivit,
Culmen apostolicum tenuit, correxit, adivit,
Gestaque concilii post celebravit ibi.
Pax ubi facta foret, quo tempore, qua ratione,
Differo colligere; venient narratibus horae;
Nunc contra Ligures organa musa movet.

16. *De prima obsidione*[a] *et deditione Medyolanensium.*

Federa dum Siculis Adrianus papa peregit,
Et Grecos Liguresque sibi sociatus adegit,
Ira movet dominum qui diadema regit.
Itala terra tremit, quia cesar in agmine sevit, 1158.
Clade, fame, gladiis hostilia multa peremit; Iul.
Brixia, Melana, torva Placenza gemit.
Predia[b] Brixana[b], super omnia predia cara,
Regis[b] in[b] adventu rabies invasit amara[3];
Inclita[b] Melana bella movere parat.
Influit ad populum tunc rustica turba virorum,
Omne genus pecorum portis reseratur eorum,
Clauditur[c] interius copia multa boum.
Rex ubi procedit, fugiens Melana recedit;
Viribus obsedit populum, quia nullus hobedit.
Ictus mango dedit; ictus ab urbe redit.
Sol erat in cancro[4]; Melana calore laborat. Aug.
Nulla datur requies, omnis datur ictibus hora.
Turba fame moritur, nec valet ire foras.
Maior erat pecorum numerus quam turba virorum[5].
Febribus et gladiis mortis metus instat eorum;
Plena iacet feretris strata, platea, forum[6].
Omne pecus periit numerosaque copia plebis.
Quos gladius cedit, fetor malus undique ledit.
Cesaris ad veniam turba superba redit.
Porrexere preces, veniam pro pace petentes,
Et veniunt nudos gladios cervice ferentes;
Cesar amore Dei parcere sanxit eis.
Vix tribus hic[d] vicibus fuerat lunatio plena,
Cum devicta foret gravis hec obsessa leena: Sept. 7.
Omnia subiciunt cesaris arma fera.
Ortus et occasus urbem superare nequiret,
Quam citius faciunt nostre subcumbere vires.
Hac ita devicta, cetera victa silent.

Set moriendo Deus legitur captasse trofeum,
Et vivendo reus fuit; et cecidit Fariseus.
Sic neque tunc iustus fit moriendo reus.
Quid si morte prius qui vixerat occubuisset?
Hunc cum parte sua numquid mors deposuisset?
Nec mors nec vita rem variaret ita.

a) obsiditione *corr.* obsidione 1. b) *haec et litterae* Inf *desunt* 2 *spatio vacuo relicto.* c) *hic versus ante* Omne — eorum *scriptus erat sed manu secunda huc relatus.* d) hoc 1?

3) Cf. Ragew. III, 25. Otto Mor. p. 603. 4) i. e. mensibus Iunio exeunte, Iulio incipiente; quod minus recte dictum est. 5) Cf. Ann. Col. max., SS. XVII, p. 769: *cum animalia ad pascua exire nequirent, fetor ingens in urbe praevaluit.* 6) Cf. Ragew. III, 40.

17. *De sententia dicta in Runcalia ad iura fiscalia distinguenda.*

Civibus hiis victis, gens Itala tota quievit.
Totius imperii cesar fiscalia querit.
Omnibus Italicis rex nova iussa dedit.
Unde satis propere vocat edita carta Quirites.
Ad loca Runcalie, dixit, *quicumque venite,*
Quotquot sunt urbes in regione site.
Nov. 23. Erigitur solium, procerum constante senatu.
Bulgarus[7] et Iacobus, Martinus et Hugo* vocatur; * s. a Bononia.
Hiis in Runcaliis* dicere iura dedit. * Locus est in Lombardia iuxta Placentiam supra Padum.
Legibus inspectis et rebus abinde notatis,
Iudicis officio proceres sunt certiorati,
Qualiter imperii terra tributa dabit.

18. *Iudices Bononienses M. B. Ugo*[a] *et Ia. iura fiscalia in Runcaliis distinguunt.*

Lex, ait[8], *o cesar, tibi donat ubique monetas;*
Dat tibi tutelas, tibi subdit et ipsa querelas.
Flumina, silva, fera regia iura ferant.
Litora, porta, palus, fisco via publica servit;
Omnis ager plebis dat vectigalia regi,
Omne genus pecorum publica iura ferunt.
Cuncta molendina solvunt tibi iure farinam,
Quotquot habet lina mare, quot vehit unda carinas
Et quod nauta geret, publica iura feret.
Principis officium sine cesare nemo meretur;
Omnis honor mundi te constituente tenetur;
Absque tuo dono vix valet ullus honor.
Tu lex viva potes dare, solvere, condere leges.
Stantque caduntque duces, regnant te iudice reges;
Rem quocumque velis lex animata geris.
Cesar ut innumera[b] sentit sibi crescere iura,
Singula procurat titulis describere rura;
Fiscus abhinc properat tollere iura sua.

19. *De secunda rebellione Mediolani et rehedificatione Terdone.*

Urbibus Italie comites pro consule ponit.
Quos ubi suscipiunt, venerantur ubique coloni;
Et vacat obsequiis terra referta bonis.
Cumque datus preses Melanica rura teneret,
Hos quoque prebere condigna tributa iuberet,
1159. Spernit eum populus*, nec iuga nostra feret. * s Mediolani.
Cuius rupta fides a cesare tota recedit;
Acrior incedit, regnum pro tempore ledit.
Dedecus exhibuit, verba maligna dedit.
1155. Cuius ad inpensas reparat Terdona ruinas[9],
Evaditque minas quas intulit ante Papia*. * Terdone s.
Ut pax non fiat, tollit ubique vias.
Prestat opem sceleri* Brixana, Placentia dives, * Mediolanensium s.
Et passura simul Bononia bella requirens.
Set reliqui Ligures dissimulando silent.

a) *deest* 2. b) in nunera 1.

7) Cf. Ragew. IV, c. 5. Otto Mor. p. 607. 8) Magis cum Ragewino quam cum ipsa Const. de regalibus, Legg. II, p. 111, haec conveniunt. Ita e. gr. ille solus molendina nominat. 9) Quod iam a. 1155. factum est; v. Ann. Mediol. SS. XVIII, p. 362; Otto Morena, ib. p. 596.

Nondum parte sua super hoc discrimine lesa,
Cedit ab Italia cauto moderamine cesar[10];
Cuius et in reditu vindicat ipse dolum.
Obprimit interea fortissima Crema Cremonam[11].
Nunc Melana * tonat, tunc ledit ubique coronam, * absente s. imperatore.
Ut male diripiant que potuere bona *. * imperii s. et Papie.
Si Melana potens garrire velit, scia[a] fiat,
Expedit ut caveat bello veniente, Papia
Ad mala cuncta quia plena furoris yat.
Totius Ytalie frenum Melana teneret,
Si monocrantis ei modicum fortuna faveret;
Quem quia non timuit, digna pericla tulit.

20. *De secunda deditione Mediolani et de eius destructione et de secunda desolatione Terdone.*

Cesaris adventum probitas Melanica novit[12], 1158.
Et mediis campis conmittere prelia vovit.
Civibus eductis, cauta latenter adit *. * bellum s.
Adua * fluminei servabat ** litora ruris, * s fluvius. ** ab hostibus s.
Qua tunc securi fuerant * a sorte futuri. * i. esse putabant. Iul. 23.
Tunc strepitus[b] populi * concitus arma tulit. * s. rusticorum super Aduam.
Cesar in opposito stans litore[c] cuncta notabat;
Cui vada dat fluvius, que nemo vadanda putabat.
Adua tunc aditus plebe negante dabat *. * imperatori s.
Irruit in populum turba trepidante Boemus;
Vincitur * hinc penitus; victricia signa tenemus. * populus s.
Vir perit in fluvio, femina quodque genus.
Pontibus * evectus[d] transit cum milite cesar. * Adue s.
Adua grandis erat; nant plurima corpora cesa.
Rex iubet, ut reliqua * copia castra petat **. * exercitus s. ** ultra fluvium s.

Agmina *, que pridem campo latuisse notavi, * Mediolanensium s.
Regis in excidium Melana superba paravit,
Nescia, quod populi litore turba cadit *. * super Aduam s.
Ex inproviso pervenit ad illa Boemus;
Qui nimis ignarus direxit in agmina * frenum. * Mediolanensium s.
Grandis erat strepitus; vulnus ab hoste ferunt.
Vir dum bella gerit, mortem discrimine querit.
Miles ab hoste perit; neuter putat arma tueri.
In dubium venit, quis modo victor erit.
Regia turma recens veniens adiungitur illis *; * s Boemis.
Quisque * suis manibus gladium presentat Achillis. * Teutonicus s.
Que latitabat agris, turba * dolosa cadit. * Mediolanensis s.
Carcere quingentos equites res publica cepit;
Vulnere confectos reliquos Melana recepit.
Grandis et orribilis planctus in urbe redit.
Tunc Martisanam *, sibi quam Melana subegit, * s. provincia.
Victor cesar habens, ad gaudia prisca redegit[13].
Sic prius oppressos * aula benigna regit. * a Mediolanensibus.
Omnia circuitu subito castella tenemus.
Plurima destruimus; set plurima stare iubemus.
Undique subicimus predia, rura, nemus.

a) sia 1. b) stripitus *corr.* strepitus 1. c) litorae 1. d) evectis *corr.* evectus 1.

10) Res a Gotifredo perturbatae; Fridericus his annis non ab Italia recessit. De tempore ante primam Mediolani oppugnationem (1158.) auctor cogitare videtur. 11) Haec etiam annum 1158. antecedunt. 12) Haec ad primam Mediolani obsidionem pertinere, Tourtual docuit, Böhmens Antheil an den Kämpfen K. Friedrich I. in Italien, Exc. p. 113 sqq.; v. praesertim Vincentii Prag. Ann. SS. XVII, p. 669 sqq. Cf. quae disserui Nachrichten 1866 p. 290 sqq. 13) Cf. Ann. Mediol. 1158, SS. XVIII, p. 366.

1158. Cesar abinde feram precingit in orbe leenam,
Pro meritis merita referens, pro crimine penam,
Ut sic morte ream perdere marte queat.
Aug. Haec ubi gesta tonant, venit generosa Cremona;
Astans mente bona, regi dedit inclita dona.
Gaudia multiplicat nostra Papia bona.
Brixia colla dedit; Bononia prorsus hobedit.
Arte quidem cedit, set corde Placentia ledit.
Cesaris ad libitum terra subacta redit.
Diruta Cuma venit, quam torva leena * subegit, * i. Melana.
Laudaque * conqueritur, quam viribus hostis ** adegit[14]. * s. civitas. ** Mediolanensis s.
Ora rigat lacrimis * qui diadema regit. * compassus s. miserie illorum.
Rex iubet hanc miseram cicius cessare * querelam, * Laudensium s. et Cumanorum.
Et monet, ut nullam super his petat illa medelam,
Ni prius obsessam * perditione premat. * Mediolanum s.
Turgida messis * erat, quam curia perdere querit, * Mediolanensium s.
Arma * premunt segetes, que non potuere tueri; * imperii s.
Terra iacet sterilis[a], fructus ubique perit.
Surgit * ab obsessis[b], postquam perit undique messis; * imperator.
Civibus * obpressis, ad proxima castra recessit. * Mediolanensibus s.
Qua requiem querat, frigus et imber erat.
Servantur montes, servantur et undique valles,
Litora fluminea * cunctique per abdita calles, * servantur s.
Ad loca * morte rea ne cibus ullus eat. * i. ad Mediolanenses.
Evolat[15] interdum solita feritate Boemus,
Cuius ab obsequiis predas retinere solemus;
Perforat intrepidus flumina, rura, nemus.
Urbs * silet et patitur, terroribus undique plena. * Melana s.
Iam lepus efficitur plebs, que fuit ante leena;
Egregius populus iam quasi victus erat.

21. *De rehedificatione[c] nove civitatis Laude per imperatorem F. De[d] rehedificatione Cumane civitatis.*

1158. Viribus imperii iam nunc nova Lauda creatur[16].
1159. Cuma reformatur; invisaque Crema crematur[17].
1160. Grecia turbatur[18]; terror in orbe datur.
Prelia cesarei narrantur in orbe trophei;
Viribus imperii quantum sibi culmen adegit,
Quis vigor insit ei, publica fama vehit.
Ammodo iacturam regum sibi quisque futuram
Estimat, et curat, ne fiat[e] ei nocitura,
Ne per tam dura prelia regna * ruant[f]. * aliorum s. regum.
Urbs[g.] * bona septeno subcumbere cogitur anno * Melana s.
Marte, fame valida, regali perdita banno,
Absque tenore bono iam ruitura solo.
Urbs * veniam querit[h]; veniam nequid ipsa mereri. * Melana s.
Que regnabat heri, nulla valet arte tueri.
1162. Mart. Stantibus aecclesiis, Troia * secunda perit. * i. Melana.
Enses et laqueos nuda cervice ferentes,
Cesaris ante pedes populi iacuere dolentes,
Qui miserendo reis menbra relaxat eis.

a) sterelis 1. b) obsessis *corr. ut videtur* obsessos 1. c) ediffic. 2. d) *haec in margine* 1. e) fiad 1. f) rurant *corr.* ruant 1. g) Ubrs 1. h) repetit 2.

14) Cf. Vincent. l. l. p. 671; Otto Morena p. 604. 15) Cf. Vincent. p. 674. 16) Cf. Otto Morena p. 604. 17) Ibid. p. 619. 18) Cf. Ann. Colon. max. 1161. SS. XVII, p. 774.

Cesar ait*: *Victis solito moderamine parco,* * ad Mediolanenses s.
Corpora Romuleo satis est prostrasse monarcho;* * hostium s.
Vivite vulgari rura colendo lare.
Quattuor ex populo taxentur in ordine turbe*[19]; * Mediolanensium.
Haut procul a veteri iam nunc[a] habitabitis[a] urbe[a].* * Mediolano s.
Quilibet in proprio[b] miles arabit agro[a].*

22. *Actor arguit imperatorem, quia posuit populum Mediolanensem*[c] *ante portam sue civitatis divisum in 4 villas, cum debuisset eum longius removere*[a].

Arguo vos proceres et te simul arguo regem:
Non ita captivis facilem decet edere legem;
Tecta suae patriae quis rehabere neget?
Si captiva potest vulpis rehabere[d] cavernam,
Arte sua latebram sataget retinere paternam,
Et iam capta semel cautius antra tenet.

23.

Iam nunc tempus adest*; ratio monet atque perurget, * post Mediolanensium destructionem.
Ut socie scelerum* pariter sua crimina purgent, * s. civitates alie *et post* s. Brixia, Placentia et Bononia et Terdona.
Et rex morte reas sorte coequet* eas.
Menia Terdone, qua clamabant* fia[e.20] fiat, * cum destructione Mediolani. 1163.
Cesaris auxilio destruxit amanda Papia[21]; * s. contra Papiam.
Nec scelus evadunt, menia cuncta cadunt.
Brixia, Bononia divesque Placentia plangit;
Hasque dolor similis destructis turribus angit.
Menia parva tamen cesare dante manent[22].

24. *De colloquio inter imperatorem F. et Lodoicum regem Francorum pro reconciliatione scismatis in partibus Bysontinis super fluvium Saona in loco*[f] *qui dicitur Dola.*

Regia pax crescit; rex digna tributa capescit; 1162.
Prelia conpescit; gens Itala prelia nescit.
Attamen aecclesias scismata longa gravant.
Unde per imperium condigna querela movetur;
Cesar ut aspiciat, precibus* quam sepe monetur: * principum s.
Vult procerum cetus tollere scisma vetus.
Spondet opem super his rex Francorum Lodoicus,
Vir quasi catholicus, pacis quasi verus amicus.
Cesaris alloquiis querit adesse citus.
Fraude parans artes, spondet constringere partes*, * scismatis s.
Cesar ut ipse suas* simili ratione coartet; * s partes.
Et quem iura volent sumere*, papa foret. * per sententiam s. ecclesie universalis.
Iurat et obsidibus spondet rex Francigenarum,
Debita causarum* non fallere prorsus earum, * scismatis s.
Possit ut ignarum* fallere fraude parum. * imperatorem s.
Sic precibus* cedit cesar; seductus hobedit, * Francorum s.
Et nimium credit*, quia subdola Gallia ledit. * s. Francigenis.
Ad loca iudicii sistere scisma dedit*. * cesar s.
Iudicii prebet nobis Burgundia sedes,
Ne sacras fedent contagia scismatis hedes,
Cesar apostolicum protulit ante* suum. * i. prius.
Rebus in Ytalïcis longa statione patratis,
Ad loca iudicii pergit regina Beatrix[g],
In propria patria* letificata satis. * s. Burgundia.

a) *desunt* 2. b) populo *corr.* proprio 1. c) Mediolanenses a. p. s. c. in 2. d) habere *corr.* rehabere 1. e) sia 1? f) loco Dole 2. g) Beatris 2.

19) Cf. Ann. Mediol. p. 374. 20) Cf. infra c. 35. 21) Ann. Mediol. p. 375; Acerb. Morena p. 642. 22) Cf. Acerb. Morena p. 638 sq.

Annuit egregiis procerum * sententia fatis; * imperii s.
Cesar ut aecclesiis reddat sua iura * beatis, * pacificando eas s.
Vadit ab Ytalia copia * multa satis.* * cleri s et principum.
Obtima nostrorum confinia sunt dominorum *; * s. imperatoris et regis Francorum.
Flumine regnorum * stat terminus aptus eorum, * utriusque s. regis.
Qua sedet amborum fertilitate forum.
Concilii loca Sauna * dedit; locus ipse Laona[23.**], * fluvius s. Burgundionum. ** villa s. super Saunam fluvium.
Quo veniunt proceres quos continet aurea Roma;
Clerus ad hec properat papaque mente bona.
Cesaris aula fuit * sublimibus alta columpnis, * in concilio illo.
Qua[a] sedet innumeris solio stipatus alumpnis *; * s. principibus.
Inclita pars vatum * stringit utrumque latus **. * i. episcoporum. ** imperatoris s.
Rex ibi Danus erat, prebens ingentia dona;
Poscit[b] ut[b] inponat cesar sibi rite coronam.
Diva[b] manus[b] donat; laudibus aula tonat[24].
Rex[b.*] sedet[b] in terra, modica constante caterva. * s. Francie.
Litus[b] aque * servat; solium facit arbor et herba. * fluminis s. Saune.
Maxima ponpa sui non ibi tota fuit.
Solvere promissum * cesar sine fraude paratus, * in iudicando scismate s.
Urget ut alterutrum iudex bonus instituatur;
Set rex * pollicitis defuit ille suis. * Francorum s.
Pactio regis erat * iurandi nexa catena: * cum imperatore s.
Qui modo iudicium fugiat, ferat ordine penam;
Qui reus obses * erit, pena feratur ei. * utriusque partis s.
Fraus * erat in patulo; cesar promissa requirit. * regis s.
Rex promissa negans, pacti violator abivit.
Restat, ut obsidibus pena petatur ibi.
Henricus comes * obses erat sociique potentes * de Campania s.
Cesaris ad libitum remanent, promissa tenentes.
Federe quippe reos causa coartat eos.
Obses * ait: *Rex noster abit, nobisque relictis,* * s. regis Francorum.
Inminet a scriptis persolvere debita dictis;
Cesaris in manibus sorte ferente sumus.
Corpora cum rebus cesar tibi subiciemus,
*Quicquid erat proprium *, per te quasi feuda tenemus.* * nobis s. in possessionibus.
Si pars nostra luit, regia culpa fuit[25].
Hec ubi dicta placent *, procerum plaudente senatu **, * s. imperatori. ** principum s.
Laus datur obsidibus, nullo remanente reatu.
Sponsio * iuratur; gratia plena ** datur. * obsidum s. ** imperatoris s. obsidibus.

Aug. Sept.

cf. Ovid. Met. II, 1.

25. *Imperator a colloquio regis Francorum rediens, transit in Ytaliam, dividens exercitum in duas partes, quarum unam ducit versus Apuliam per marchiam Anchonitanam*[c], *alteram mittit Romam per archiepiscopos Magontinum et Coloniensem, et tunc facta est magna strages Romanorum in monte de Porcu*[26].

Nunc tuba magna sonat, parva trepidante Laona *. * villa s. super Saunam.
Teutona signa volant; procedit abinde corona * * imperialis s.
Et redit ad propria Renica rura bona.

---

* 1 *addit sed linea subducta delevit, quae desunt* 2:
Parte subalpina perreximus absque ruina;
Urna Bisuntina nobis dedit optima vina;
Munera[d] preclara Gallica Sauna parat.

a) *hic versus omissus in inferiori margine suppletur* 2. b) *haec et syllaba* in (inponat) *desunt* 2. c) Anchonitatam 1; Anchonam 2. d) Munere 1?

23) St. Jean de Losne. 24) Cf. Saxo Gramm. XIV. max. XVII, p. 777. 25) Ann. Colon. l. l. Chron. ed. Müller p. 775 sqq. Helmold. I, c. 90. Ann. Stad. Vizeliac. ap. d'Achery Spicileg. IV. 26) Monte SS. XVI, p. 344. Ann. Palid. ib. p. 92. Ann. Col. Porzio.

Temporis exhigui cesar brevitate quievit;
Rursus in Italia propria virtute resedit, 1166. Nov.
Cardinis Ytalici terra tributa dedit.
Censentur bine partito milite* turme.
Una suis* ducibus conducta refertur ad Urbem**,
Perdita[a] colligere, publica iura dare.
Plurima pars equitum, quae cesaris* agmine pergit,
Tendit in Apuliam, quam tunc sine marte subegit*.[27];
Absque labore sui* subdita terra fuit.
Altera pars equitum* Latios invadere pagos
Pergit, et Urbs* animos in eos inpellit amaros,
Et parat, ut bello iam tueatur agros.
Castra movet populus Romanaque signa senatus,
Instructis cuneis saliens ad bella paratus,
Acriter iratus, vincere cuncta ratus.

* i. exercitu.
* Coloniense s. et Maguntino archiepiscopis.
** Romam s.
* s. cum imperatore.
* ex parte s.
* imperatoris s.
* archiepiscoporum s.
* Roma s.

26. *Maguntinus et Coloniensis triumphant de Romanis.*

Obvia Romanis acies Iermana resultat, 1167. Mai. 29.
Quos gladii feritate sui sub vulnere multat;
Terga dedit populus; Romula signa ruunt.
Roma cadit fugiens, cecidit pars magna senatus.
Strata iacens capitur; set et urbs capienda putatur;
Arma, decus, spolium perdit ubique suum.
Urget Agrippinus Rainaldus prelia presul,
Atque Maguntinus Romana trofea meretur,
Victaque Roma vetus perdidit omne decus.
Hii duo presbiteri, quos pretulit ordine cesar,
Tam male cantabant requiem super agmina cesa[28];
Cesa per arva necant et tumulanda vetant[29].
Milia bis bina[30] per prata iacent resupina,
Pluraque captiva retinent in carcere viva;
Vulnera mortifera sanguine prata rigant.
Urbs* exausta suis populis pro pace precatur;
Cesar ab Appulia[31], qua venerat, huc* revocatur;
Urbs ut tradatur*, spes satis ampla datur.

* Roma s.
* Romam s.
* imperatori s.

27. *Quomodo totus exercitus imperatoris Rome egrotavit post casum Romanorum et in*[b] *feretris miserabiliter rediit.*

Fervida stella poli canis est coniuncta* leoni, 1167. Aug. 2.
Ordine zodiaci connectens sidera soli,
Datque calore poli corpora febre mori.
Hoc solet ardore* sol perdere corpora Rome,
Febribus innumeris infligere sepe dolores;
Nunc dedit ex more deteriora fore.
Dum[32] nequid in gladio se maxima Roma tueri*,
Febris ab auxilio poterit salvanda videri:
Miles* febre perit, quem metuebat** heri.
Quos non Roma potest, potuit disperdere ventus*,
Cuius in adventu cecidit Iermana* iuventus:
Sic ubi Roma tacet, gloria nostra* iacet.

* illo tempore s.
* in diebus s. caniculariibus.
* contra imperium s.
* imperatoris s.
** s. Roma.
* febrilis s.
* i. Teutonica.
* imperialis s.

a) Predita 2. b) in f. *desunt* 2.

27) Fridericus non ultra Anconam progressus est.
28) Alludere videtur ad ea quae apud Vincentium Prag. SS. XVII, p. 683 narrantur, Romanos dixisse: *Bene habeat imperator, quod duos presbiteros suos et diaconos ad cantandam Romanis missam direxit.*
29) Cf. Otto Sanblas. c. 20, SS. XX, pag. 312 sq.
30) *quatuor milia interfecta, quinque milia capta,* dicunt Ann. Pis., SS. XIX, p. 256. Alios numeros praebent alii, quorum testimonia collegit Varrentrapp, Christian v. Mainz p. 38 n.
31) ab obsidione Anconae.
32) Cf. Ann. Laud. XVIII, p. 654; Vita Alexandri III. etc.

1167. Aug.

Heu quia Romuleis modico sub tempore morbis
Vincitur et premitur dominator* et Urbis et orbis; * s. imperator.
Febre calente gemit*, quem mare terra tremit. * imperator s.
Cesaris ad libitum iuraverat* omnia Roma. * prius s.
Venit ab australi ventus cum fulgure zona,
Castraque precipitant ventus et aura tonans.
Omnis homo madidus, solis fugiente calore,
Leditur orribili febri, veniente rigore[a].
Et caput ex more, viscera, crura dolent.
Omnia iam fuerant febrili vulnere lesa,
Solus sanus erat, quo nescio munere, cesar.
Qui modo ne pereat, gratia summa vetat.
Cesar ait: *Feretra faciant hinc inde parari.*
Respondetur ei: *Quo possunt monte secari?*
Unde tibi poterunt stramina, ligna dari?
Ecce iacent equites, dudum iacuere clientes,
Plaga tenet pariter dominos servosque dolentes;
Nemo potest domino reddere iura suo.
Roma quidem languet; set si nos sana iuvaret,
Ferre suis feretris tot corpora posse negaret.
Nec si plaustra daret, ducere cuncta valet.* * Roma s.
Quis dabit hiis medicos? aut quae medicina valeret
Corpora tot iuvenum digna pietate fovere,
Omnia quis gelidus fons adaquare feret?
Quis sellabit equos? aut quomodo frena trahemus?
Armaque cum feretris qua calliditate vehemus?
Plena iacent feretris prata, platea, nemus.
Vix regina potest sanos habuisse iugales,* * Beatrix s. imperatrix.
Qui sua sufficiant medicamina posse levare;
Quid reliqui facient, qui neque stramen habent?
Heu dolor orribilis, timor inclitus, orrida pena!
Qui poterunt medici solacia solvere plena?
Quod nequid hic medicus, gratia summa queat.
Fetor ab infirmis nimis intollerabilis exit;
Fetet equus, plus fetet homo, fetet quoque vestis,
Fetet iter nimium, fetet ubique domus.
Cum fetoris honus non possent agmina* ferre, * Teutonicorum s.
Cedit* ad irrigua laudata cacumina terre; * imperator s.
Fontibus et glera[33] lucus amenus erat.
Summus aput Tuscos mons dicitur ille Miatus[b. 34],
Qua requiem capiunt quos fervidus urget yatus*, * i. febris.
Arboribus, pratis, aere, letus aquis.
Cesar ut ascendit*, sua castra sub arbore tendit. * monte Miatum s.
Dum calor intendit, medici solacia prendit;
Curaque flebotomi digna paratur ei.
Sanus et incolomis dum staret in arce monarcus,
Fortius in proceres mortis pretenditur arcus;
Undique dum vadunt, morte calente cadunt.
Regis[35] Conradi natus recolenda potestas
Aug. 19. Dux Fredericus obit, quem regia planxit honestas.
Sept. 12. Dux Welfo cecidit[36], duxque Boemus[37] obit.

a) orribili, febri, v. r. 1. b) nuatus 2.

33) Ducange ed. Henschel III, p. 531 locum affert Chron. Modoet., Muratori SS. XII, p. 1115: *qui iuxta civitatem Vercellarum in glera Sergii se posuerunt;* cogitat de glara, glarea, arena (cf. Ann. Veron. SS. XIX, p. 8: *in foro et glara de Verona*); quod huic loco minime convenire videtur. 34) Amiate inter Viterbium et Senam. FICKER. 35) Cf. Otto Sanbl. c. 20. 36) Cf. Magni chron., XVIII, 489; Ann. Ratisb. ib. p. 588; Weingart. p. 309. 37) Theobaldus, frater Wladislai regis; v. Gerlaci Ann., XVIII, p. 684.

Rainaldus presul*, quem cesar ad omnia misit, * Coloniensis s. 1167. Aug. 14.
Ossa velut reliqui patriae decocta remisit.
Heu quot depereunt febre, calore, siti!
Heu quot pontifices comitesque ducesque potentes!
Plangunt exhauste patrie sine fine dolentes,
Unde pater patrie*, quid sibi plangat, habet. * s. imperator.
Ibant armigeri* bini, iam iam morituri. * inter alios s. infirmos.
Alter ait socio: *Tumulo sumus hic carituri,*
Suscipe iam tumuli tu tibi fata tui.
Mors sedet in prora; iam nulla vivimus hora.
Nil valet ergo mora tumuli, que nec dabit horam.
Spiritus aut anima gestit abire foras.
Tunc ego*: *Dum vivis, cur, stulte, sepulcra requiris?* * Gotifredus s. actor.
Ille refert, tumulos melius fore tunc dare vivis,
Quam careant tumulis corpora lapsa viis.
Que dedit* armatum mater ditissima natum, * in Alamannia s.
Ignorans fatum dum sperat honorificatum*, * esse s. in Italia.
Maternis manibus os sine carne datur*. * in reversione s.
Ossa* tenens mater lacrimis solatia querit: * filii s.
Quis dedit Ytalie tua viscera, nate, mereri;
Ossa michi peperi, cetera, dixit, *ei**. * Italie s.
Cesar ad hec: *Omnes*, inquid, *properanter abite**. * s. a monte Miato.
Eger ait moriens: *Obto, mea fata** *venite.* * i. mors.
Rex iubet, ut pariter suscipiatur iter*. * omnium s. infirmorum.
Pergunt[a] pacifice, servit sibi Tuscia tota;
Ad pontis Tremuli[38] veniunt montana dolosa.
Volvitur* ambigua sorte ferente rota. * in deterius s.

28. *De bello inter Lombardos et imperatorem apud pontem Tremulum, toto exercitu egrotante et ab Urbe revertente.*

Parturiunt[39] Ligures dudum concepta venena, Sept. 4.
Datque scelus sceleri Ligurum Melana leena,
Nec licet ut feretra corpora sana ferant.
Rustica turba* furens equites confundere querit; * montium s. illorum.
Nec putat hic cesar egra corpora posse tueri.
Regia dum comedit* castra sagitta ferit. * imperator s.
Miles ut assistat*, cesar clamoribus instat. * ad defensionem s.
Mors quasi non distat; gladio furit* atque balista. * imperator s.
Non quasi cesar erat, set leo mente fera.
Omnibus armatis, sunt omnia dedita fatis.
Morte minante satis, armatur et ipsa Beatrix[b.]*, * s. imperatrix.
Et geminis clipeis candida colla capit.
Impetus augetur; nimium regina verètur,
Nescio quo merito clipeis protecta tuetur.
Sic dum bella petunt, obtinet illa decus.
Qui iacet eger eques, redivivus ad arma resurget,
Nam timor incumbens plus quam dolor ipse[c] perurget[c];
Sic metus est medicus, pugnaque sanat[c] egrum[c].
Non poterant miseri pacem moriendo mereri[c];
Tecta sui feretri vir cogitur ipse tueri.
Vult pugil hic fieri, qui fuit eger heri.
Miles inermis erat, quia cuncta reliquerat arma,
Vixque potest feretra vacuus vectare per arva:
Undique sunt honeri corpora lesa suis.

a) Paergunt 1. b) Beatris 2. c) *haec desunt* 2.

38) Pontremuli. 39) Cf. Ann. Laud. p. 656, Ianuenses p. 75, qui de Lombardorum impetu nihil tradunt.

1167. Sept.

Parvulus armorum numerus parvusque virorum
Prelia tantorum sic sustinet Ytalicorum,
Nec perit istorum * sarcina, preda, forum.
Plebs mala * conspirat montisque cacumina girat.
Bella ferunt dira; redeunt certamina mira.
Gens egra febricitat, nec minus arma parat.

* s infirmorum.
* rusticorum s.

29. *Opizo marchio Malaspina succurrit imperatori et exercitui pereunti apud pontem Tremulum.*

Opizo markise[a], quem tunc Mala spina vocabant,
Magnus apud Ligures nostros * vehementer amabat;
Dum labor instabat, commoda multa dabat[39].
Quod maris aut terrae mons Appenninus habebat,
Opizo quem memini proprio sub iure tenebat,
Et que turba fera venerat, eius erat.
Hic venit, ut nostris succurrat[b] ibi morituris,
Et facit, ut bellis cessetur abinde futuris.
Hic ubi ductor adest, turba quieta favet.
Aspera terra nimis feretrum deducit ab imis
Asperiorque cibis, gelidis ditissima rivis.
Hinc ad Ticini litora pace venit.
Tunc velut Abigail vel Magdalena Maria
Currit amica pia, domino redeunte, Papia;
Multa per obsequia plena favoris yat.
Corpora fessa vacant; tunc balnea multa parabant.
Tunc cibus instabat, qualem medicina vocabat.
Quicquid egri cuperent, nostra Papia dabat.

* s. Teutonicos.

Sept. 12.

30. *Qualiter imperator per traditionem in civitate Segusia occidendus, fraude comperta, solo duce Bertuldo[c] de Zaringa comitante, aufugit, et per montem Sinisium usque Gebennam[d] civitatem occulte pervenit.*

Grandis aput Ligures iurata rebellio crevit;
Laudaque nos ledit[40], quam cesar ab hoste redemit.
Gaudia sunt reliquis; sola Papia gemit.
Rex sedit iratus, Ligurum feritate gravatus,
Milite nudatus sociisque minorificatus,
Pluribus ingratus ludibrioque datus.

1168. Mart.

Cedit ab Ytalia cesar, paucis comitatus.
Tunc iter obstruitur sibi, mors occulta paratur.
Venit Segusium[41], qua latet hostis honus.
Insidias Ligurum tunc evasisse putaret,
Cum sibi iam mortem Segusius arte pararet.
Dum dolus instaret, fraus patet; ipse cavet[e].
Sic ubi regis eques[42] pro rege manere paratur *;
Nocte fugit dominus *, solo socio comitatus.
Montis[f] Cilleni * nocte sub Alpe venit.
Miles * erat regi specie conformis, et illi
Barba, manus, facies similis flavique capilli;
Quem faciunt regis * sede sedere sui.
Vesteque cesarea persona fuit redimita *;
Creditur a populo cesar fore * fraude petita,
Arteque mentita sede sedebat * ita.

* ut deciperent inimicos imperatoris.
* imperator s.
* i. Monsenis.
* ille s. quem suo loco posuerat.
* s. imperatoris.
* i. ornata.
* ille s miles.
* miles s. ille imperatoris.

a) marchese 2. b) succurat 1. 2. c) Benardo de Car. 2. d) Geltinam 2. e) *versus:* Civibus ingratus vultuque satis variatus *deletus* 1. f) *versus post additus* 1.

39) Cf. Ann. mox laudatos et Placent. p. 462. 40) Cf. Ann. Laud. p. 657. 41) Susa; cf. Otto Sanbl. l. l. 42) Hartmannus de Sibineich ab Ottone dicitur.

Ordine[a] regali[a] mensam[a] iubet ille* parari, * s. miles.
Qua[a] ratione[a] pari stat cetus* eum venerari**, * militum curie s. ** s. pro imperatore.
Fercula[a] militibus mandat* ubique dari[b]. * miles s. ut imperator.
Dux Bertoldus[43] erat, per quem fuga nostra* paratur; * s. imperatoris.
Hic aput* Alpinos populos vehementer amatur; * s. in valle Morienna.
Cuius* et ingeniis vita** redempta fuit. * ducis s. ** s. imperatoris.
Alpibus ingeritur[c], vallemque subit Murionum[44],
Suscipit egregium gavisa Gebenna[d 45] patronum*, * i. imperatorem.
Cui comes et populus contulit omne bonum.
Donat ei Rodanus lucios truitasque decoras;
Gaudet* ab Ytalia dominos restringere lora; * comes s.
Miratur* Ligures hos** pepulisse foras. * comes s. ** i. imperatorem et suos.
Hiis* ita salvatis, ratio monet, ut videatis, * imperatore s. et duce.
Quid Segusa* facit, quid agat regina Beatrix[e], * civitas s.
Et fortes reliqui, quos labor ille capit.
Civis* ubi regem noctu percepit abire, * Segusiensis s.
Arte dolum reprimunt*, quem morte** parant aperire, * i. occultant. ** imperatoris s.
Unde patent domine pacis ubique vie.
Pergit*, et ignorat, quo ducant fata maritum; * imperatrix s.
Carta* refert ipsum patria cum pace potitum. * imperatoris s.
Legit, et ingemuit; nescit et ipsa situm.
Hec ubi carpit iter, studet amplicuisse[f] marito.
Gaudet, et invento[g] longa statione petito,
Cuius ad imperium fervet abire cito.
Inde suam[46] patriam cum coniuge cesar adivit.
Omnis terra sibi placito moderamine vivit;
Fortius Allobroges, nam dominatur* ibi. * s. imperatrix.

Verba actoris.

Sic decet, o lector, que nunc legis acta, notare:
Ut, dum Lombardos dominum loquor inde fugare,
Non quasi vulgares sint* probitate pares. * Teutonici s.
Maxima dum minimam potuit devincere turmam,
Et dum sanus egrum subito certamine turbat,
Si pars egra luit, laus ibi nulla fuit.
Teutonicis gladiis potuit mare terra moveri,
Nulla potest paritas tante probitatis haberi.
Qui fuit eger heri, cras quoque sanus erit.
Sunt, fateor, Ligures animo populoque viriles,
Gens feritate valens proprias extollere vires;
Nec tamen est tenebris* equiperanda[h] dies**. * i. Lombardis. ** i. imperator.
Lombardia foro multoque referta colono,
Subdita Romano Romana lege patrono,
Leta sedet populo, milite, rure, bono.
Quantumcumque tamen dinoscitur aucta decore,
Cesaris ad laudem se conspicit inferiorem,
Huncque suum dominum iure subacta colet*. * s. postea facta pace cum Lombardis.

31. *Quomodo Lombardi omnem potestatem imperii a se excutiunt et omnia iura fiscalia auferunt et[i] usurpant.*

O mala tempestas*, quam Romula protulit estas, * i. egritudo exercitus imperii que olim fuit Rome.
Agmina* funestans, que regia planxit honestas, * s. imperii.
Que veniente gemit, quem mare, terra* tremit. * s. imperator.

a) *haec desunt* 2. b) *hoc loco ante scriptus erat versus:* Montis Cilleni n. s. a. v. 1. c) *e corr.* 1. d) Gabenna 2. e) Beatis 2. f) *i. e.* applicuisse. g) *ita* 2; intiento *corr.* inviento 1. h) equiparanda *corr.* equiperanda 1. i) et u. *desunt* 2.

43) de Zeringen, qui Fridericum imperatorem rubrica teste comitatus est. 44) Morienna in Ann. Laud. l. l. *Maurienne.* 45) Genf. 46) Beatricis, ut videtur, i. e. Burgundiam.

Nunc gravis imperio gens Itala prelia gestat;
Cesaris infesta cessavit ubique potestas;
Fisci pompa ruit; consul ubique fuit.
1167 sqq. Tunc bene vallatam Melana recolligit urbem,
Et magis elatas firmavit in aggere turres,
Dansque magistratus, extitit ipsa caput*.
Nota, quod Alexandria est posita inter fluvium Burmiam et fluvium Tanarim.
Burmia* cum Tanaro** coniuncta nociva patravit,
Ingentes populos cives sibi multiplicavit;
Nomina glorifica villa superba trahit.
1168. Urbs ab Alexandro nomen tulit[47], arte reperta,
Flumine conplexa, populis armisque referta,
Vinetis, pratis, milite, pisce satis.
Hec* nova planta manens, fisci circumdatur agris,
Unde suam propriam* cesar sibi tunc reputavit;
Set quia sic vadit*, ius sine iure cadit.
Hec* sibi gens Liguris maioraque crimina querit;
Sevit, et imperii contempnit iussa vereri;
Tota per Italiam gloria nostra perit.
Nostra Papia timens, ne forte sub hoste periret,
Urget et inquirit[48], dignetur ut ipse* venire;
Ipsa timens Ligures, iam quasi victa silet.

* Lombardorum s.
* fluvius s. Alexandrie. ** fluvio s.
* civitas s. Alexandria.
* esse s. eam.
* werra s.
* s. mala.
* imperator s.

32. *Imperator in quinta expeditione sua dextruit civitatem Segusiam, et obsidet civitatem Alexandriam, que postea Cesarea est nuncupata.*

1174. Sept. Ex precibus* tractus, Ligurum feritate coactus,
Asperior factus, ad prelia dirigit actus;
Carpit iter; solitas dat Murienna vias*.
Montis Cinisi via tunc satis obtima risit;
Rex nichil ammisit*, set prisca pericla** revisit,
Saxa movent populi* tunc super arce siti.
Tunc cum Segusis cesar pro crimine lusit[49],
Civibus exclusis, domibus rebusque caducis,
Ictibus argutis os* perit atque cutis.
Sola domus comitis* stans integra cetera plancxit;
Rex pius hoc sancxit, domus incombusta remansit;
Cuius tutor ego*, qui mea metra lego.
Pluribus armatis castrisque per arva paratis,
Tunc regum genitrix venit regina Beatrix,
Lesa* prius gratis, nunc sibi leta** satis.
Gaudia regine sunt quas videt ipsa ruine*;
Hec decet in fine genti dare dona canine;
Ammodo Segusie pergere nostra sinent*.

* Papiensium et aliorum amicorum Italie.
* s. per montem Cillenum.
* in via s. illa. ** s. in angustiis locorum.
* rusticorum s. illorum.
* Segussiensium s.
* Murienne s.
* Gotifredus s. iussu imperatoris.
* a Segusiis s. ** pro destructione eorum.
* Segusiensium s.
* pacifice s.

33. *Astensis civitas recipitur in gratiam.*

Civis ut Astensis sibi circiter agmina* sensit,
Obtinet inpensis, ne cesaris irruat ensis;
Ordine iuratur, gratia plena datur[50].

* imperii s.

34. *Urbs Alexandria, que est Cesaria, obsessa tenetur.*

Urbs Alesandrina, quam Burmia* parva recludit,
Vidit, et obstupuit, male dum res publica ludit*:
Que Segusa fuit, tota perusta ruit.

* s. aqua fluminis.
* cum Segus(iensibus).

47) Cf. Ann. Ianuenses, XVIII, p. 78; Ann. Placent. p. 413; Ann. Cremon. p. 802; Otto Sanblas. c. 22.
48) Cf. Ann. Placent. Gibell. p. 462.
49) Cf. Otto Sanblas. l. l.; Ann. Placent. l. l.; Vita Alex. III.
50) Ann. Placent. Guelfi p. 413; Vita Alex. l. l.

Optat et ipsa * bonum precibus placare ** patronum: * Alesandria s. ** s. imperatorem. 1174.
Tolle tuum populum cesar propriumque colonum;
En tibi subicimus corpora, iura, solum.
Haec ubi dicta placent *, dum curia tota faveret, * imperatori s.
Marchio * Willelmus satagit maledicta movere[51], * Montis ferrati s.
Corde, manu, precibus parta venena ferens.
Montis farrati comites ad crimina nati[52],
Corde venenati, longeva fraude notati,
Cesaris agnati, tradere regna rati.
Hec aiunt: *Si planta manet, moriemur inulti*[a]*;*
Denique sunt multi vallo vel flumine stulti[a*].
Destruitur plane, si valitura manet.
Debilis est, quinque vel sex capienda diebus;
Dives erit miles, habitis his illico rebus,
Et metuent populi deteriora sibi.
Fraus erit in patulum, comitis dolus inde patebit:
Cum populus fortis urbem sine fine tenebit,
Tunc rubor imperio perpetualis erit.
Fraudibus ille comes animos subvertit exiles,
Et reputat miles[b] populos certamine viles,
Ac nimis exiles, dum super arma silent.
Arva premit populi miranda potentia regis, Oct. 27.
Castraque contiguis populis obsessor adegit;
Plurima circuitu menia rupta cadunt.

Algor et imber adest[53], pluvie vehementer habundant,
Omnia castra natant, quia flumine campus inundat,
Valla damus domibus, fit locus ipse palus.
Stramina deficiunt, lignis omnino caremus,
Prorsus equi pereunt, neque quo pascantur habemus,
Perdita circuitu sunt quoque rura, nemus.
Terra caret cerere[c]; nulle[d] sunt cesaris edes;
Miles habet tristes per rura palustria[d*] sedes.
Pro dolor! omnis eques pergit ubique pedes.
Quomodo nunc proceres poterunt ad bella parari,
Quos maledicta palus sub gurgite precipitavit,
Calceus aut ocrea crura retrorsa trahit?
. . . . . [e]
Sola Papia forum, navi referente[f], petivit,
Arma dabat paucos[g] pauper emendo cibos[55].
Pulcra Boemorum iam multitudo recedit[56], Dec.
Et reliqui, quos dira fames pro tempore ledit;
Miles ut abscedit[h], pabula nemo dedit.
Heu labor, immo dolor, nec sic dolor, immo dolores!
Non sensit Mutina tantos peritura labores.
Heu quantos dominos tradidit ille comes[57]!

35. *Quales machinas et qualia edificia*[i] *habuit imperator.*

Primus et ante suos cesar sua castra locavit,
Excelsas turres hostiliter arte paravit[k]:
Hoc genus artificis Ianua magna dedit.

a) *hic desinit* 1. a*) *fortasse* fulti? b) milles 2. c) carere 2. d) mille 2. d*) *ita emendavit Grotefend;* plaustra 2. e) *versus deest columna nova incipiente* 2. f) reffer. 2. g) paucis p. emenda cibus 2. h) absedit 2. i) edifficia 2. k) arce paratur 2.

51) Cf. Ann. Colon., SS. XVII, p. 787. 52) Gotifredus a marchione Montis ferrati captus erat; v. supra p. 271. 53) Cf. Vita Alexandri III. 55) Cf. Vita Alexandri. 56) V. Gerlaci Ann., XVII, p. 688. 57) Montis ferrati.

Fert[58] lapis inde sonum mangonibus usque colonum,
Mango refert ictum, lapides hinc inde reponunt,
Fossa tenens medium servat in urbe bonum.
Procedit testudo cavans, pellente[a] Papia;
Porte, castra ruunt, qua clamabant fia, fiat!
Sepe putat patulas miles habere vias.
Mango ferit rursus, iterum dat funda recursus,
Sustinet incursus populus quasi forcior orsus[b],
Et reparat nocte, que cecidere die.
Ignibus emissis populus plerumque tuetur,
Ne pereant turres, unda mediante conetur;
Vultibus oppositis pugnat uterque sexus[c].

36. *Universi Lombardi in unum congregantur, ut*[d] *civitatem Alexandriam ab obsidione imperatoris absolvant. Quibus dum imperator in campo occurrit, ad mandatum eius se humiliaverunt.*

1175. Apr.

Congregat interea sibi Lombardia labores;
Quotquot habent equites, veniunt peditesque minores,
Quotquot sunt Ligures, insimul arma movent[e].
Urbs Alexandrina cum iam capienda putatur,
Eius in auxilium Ligurum fortuna paratur,
Extensas acies signaque multa ferens.
Sederat hic septem[59] rex sub certamine menses;
Adversus gentes Ligurum nunc dirigit[f] enses,
Infima postponens, vincere summa volens.
Surgit ab obsessis populis iam vulnere fessis;
Ut leo processit, gaudens quia bella capescit,
Oppositas acies, obvia signa tenens.
Affuit imperii coniuncta Papia labori,
Cuius et in campis acies ausu meliori
Eligit imperio vivere sive mori.
Vidit et obstupuit Lombardica turba leonem,
Cesaris expertum recolit . . . . . [g]
Sat neque signa movent castra . . . . . [h]

Apr. 16.

Circumvallatur, pacem quasi victa . . . . . [i]
Pax cito prestatur[60], cito vita reis reparatur,
Decipitur dominus, gratia plena datur.
Quicquid agunt Ligures, studeas a fraude[k] cavere.
Vulpe salitur ovis, densis dum vepribus[l] heret;
Hac Ligures genitos fabula stirpe refert[m].
Nudatos gladios nuda cervice ferebant,
Omnia vexilla Lombardica prona iacebant,
Ut stantes aquile subdita signa premant.
Nemo prius functus tanto datur ense triumpho,
Qua neque defunctus eques est, neque vulnere punctus,
Tunc erat hoc populo Grecia tota minor.
Regia mandata iurat gens pacificata,
Iam putat optata cesar sibi tempora nata,
Si pax iurata stet sine fraude rata.
Vix octava dies fraudem paritura recedit,
Cum periura manus a tramite lapsa recedit[n];
Unde dolus Ligurum pessima dampna dedit.

a) pelente 2. b) ursus 2. c) secus 2. d) in civitate 2. e) moventes 2. f) dirigat 2. g) turbata furorem *supplet F.* h) que tuta fovent *supplet F.* i) precatur *supplet F.* k) frade 2. l) upribus 2. m) referre 2. n) resedit? *F.*

58) Cf. Ann. Placent. Guelfi p. 414. 59) rectius 6 dixisset. 60) V. Leges II, p. 145.

BSB

37. *Imperator revertitur Papiam, facta pace cum Lombardis.*

Nunc sancti Syri cesar loca[61] sancta requirit,
Gaudia sortiri, requie quacumque potiri;
Occurrunt[a] pueri, femina, signa, viri.
Portat ei dona tunc conciliata Cremona,
Astans mente bona, satagit salvare coronam;
Cetera turba quidem non tenuere fidem[62].

38. *De bello inter paucos Teutonicos presente imperatore et omnes Lombardos aput Cumas.*

Dimissis ducibus sociisque minorificatus,
Mandat, ut a patria miles veniat[a*] renovatus.
Venit, et a Cumis transitus ille[b] fuit.
Incipiunt Ligures venientia signa vereri,
Conveniunt omnes armis sua rura tueri,
Occultas acies callida[b*] turba gerit.
Alpibus abiectis exercitus exilit ultra;
Ignorant equites, ubi parta pericula surgant,
Et quia nescierant, miles inermis erat.
Vix ibi quingentos equites ad bella retentos
Noveris inventos, reliquos de signo clientes[c];
Set tamen hec[d] equitum sarcina multa fuit.
Milia bis sena Lombardus miles habebat,
Et peditum numerosa manus vexilla ferebat,
De quibus innumeros cesaris ira necat.
Prosilit ante suos cesar, dum cuncta notavit, Mai. 29.
Hostibus infestus cuneos binos penetravit,
Tercius atteritur[e], quartum virtute fugavit[63];
Quintus erat validus terribilisque magis.
Rex iubet abscedi[f]; miles iam fessus obedit;
Nox obscura redit; gens mea terga dedit.
Hos ubi pugna premit, nostros fuga facta redemit,
Cumane[g] plebis[64] populum Lombardus ademit,
Clade sui populi languida Cuma gemit.

32. *De pace facta inter papam Alexandrum et F. imperatorem aput Veneciam tempore scismatis.*

Iam quasi ter senis transactis scismatis annis, 1177.
Exulat ecclesia, regalibus obruta bannis,
Et maris et terre multa pericla[h] ferens.
Innumeris precibus monocrator[i] ubique monetur,
. . . . . [k] matrique reconcilietur[l],
Det requiem populis, quam pereundo petunt.
Petiit et querit, quisnam locus aptus haberi
Possit, ubi cleri credunt[m] ab hoste tueri,
Nec male terreri[n], cum sibi tempus erit.
Sors favet Illiricis, Venetis prestamus honorem,
Qua solito more fidei constantia floret,
Here[o], domo, cerere nulla coequa foret.
Presul Alexander ratibus devectus ab Urbe
Pergit, et innumere[p] veniunt per litora turbe,
Qua Ligurum tute tunc sonuere tube.

a) Occurunt 2. a*) venia 2. b) illi? b*) calida 2. c) *ita* 2. d) hic? e) aterit. 2. f) abcedi 2. g) Cum mane 2. h) pericula 2. i) monacrator 2. k) *dimidia linea vacua* 2; Ut pacem faciat *suppl. F. Sensus est:* Ut papae Alexandro matrique ecclesiae reconcilietur. *P.* l) recumc. 2. m) credatur 2. n) tereri 2. o) *i. e.* aere. p) in munere 2.

61) i. e. Papia, cuius primus episcopus erat sanctus Syrus. FICKER. Cf. Otto Sanbl. c. 23. 62) Cf. quae hac de re nuper disputavit Ficker, Sitzungsber. d. Wien. Acad. LX, p. 319 sqq. 63) Auctor versuum ordinem turbavit. 64) i. e. urbis. Cf. Otto Sanblas. c. 23; Ann. Mediol. p. 378; Vita Alex. III.

Legatos Siculus Grecusque per equora mittunt,
Qui referant[a] scriptum, quod erat sub cesare dictum,
Consocii[b] pacis, quam sibi papa facit.
Convocat[c] huc laicos cesar, vocat undique cleros,
Quos numero vero nequeo neque promere quero,
Tedia namque gero, cum[d] breviator ero.
Urbe Ravenatum digno monocrator yatu
Iussit, ut equoreum capiat[e] ratis alta meatum;
Hinc iter arripiunt prosperitate datum.
Occurrunt[f] proceres populusque per equora dives;
Cesar ibi cives habitu conspexit eriles.
Organa dant iuvenes, musaque nulla silet.
Aurea vexilla procul optulit aurea villa,
Ornate quasi mille rates gradiuntur ab illa,
Gaudia multiplicant, aurea signa micant.
Undique cum cithara resonat campana sonora,
Maxima trumba sonans reboavit in ulteriora;
Iul. 24. Dum mare, terra tonat, rex venit absque mora[65].
Quis non mirari poterat visuque vagari?
Ordo puellaris[g] precurrit[h] eum venerari,
Iuncta venus veteri[i] litore, rure, mari.
Quantus erat clerus, baculus, crux, mitra, galerus,
Pontificum numerus, describere nescit Omerus;
Opprimitur populis cesar et omnis erus.
Ad Sanctum Marcum conducit papa monarcum;
Aureus est arcus; iam papa perisset in arto,
Cesar ubi vetulum ni relevasset eum[66].
Sunt satis amplexi domini, quos turba repressit;
Oscula dant fessi, gavisus uterque recessit.
Pax datur ecclesiis, gracia plena bonis.
Fama per Illiricum[k] celebris dispersa vagatur,
Quam probus et sapiens, quam pulcer erat monocrator[l]:
Divus adoratur; laus, favor usque[m] datur.
Qui videt astantes equites aulaque vagantes,
Pro nichilo reputat reges, quos viderat ante,
Quelibet hic equitis regia forma fuit.
Presul Alexander, cui Lombardia favebat,
Impetrat his treguas populis, quos werra premebat,
Et monet, ut Siculus pacificanda petat.
Cesaris audacis Grecus timet acta minacis;
Papa dari gratis petit illi federa pacis.
Restitit optatis rex; dolet ille satis.
Wicmannus presul pacis nunc actor habetur[67],
Cuius apud Venetos honor et laus magna tenetur,
Hic habet eternum pace manente decus!

40. *Imperator, facta pace in Venetia, circuit Tusciam cum paucis.*

Pax ut aput Venetos gratissima tempora fudit,
Romuleis laribus citius se papa recludit,
Nulla super Ligures bellica pena furit.

a) reffer. 2. b) Cum socii 2. c) Non vocat 2. d) tu 2; iam? e) capia 2. f) Occurunt 2. g) puelaris 2. h) precurit 2. i) veneri *F. e coniectura.* k) Iliricum 2. l) monacrator 2. m) esque 2.

65) Cf. Romoaldi Ann. XIX, p. 452. 66) Haec solus Gotifredus refert. 67) Cf. Carm. Burana 29, p. 34: *Hoc decus concordiae sanxit flos Saxoniae, noster felix pontifex Wichmannus omnis pacis artifex* etc.; et quae collegit Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrich I. letzter Streit mit der Kurie p. 125 n.

Castra per Italiam cesar sua visere[a] querit,
Nec volet in populis tamquam gravis hospes haberi,
Imperat armigeris, agmina pauca geri.
Circuit Italiam cesar, paucis comitatus, 1178.
Quem Tuscana fides dimisit honorificatum;
Prospicit archatus; circuit omne latus.
Ianua[68] cum Pisa sunt tunc a cesare visa, Ian.
Utraque gavisa servire per omnia nisa[b],
Hec dominum ditat[c], hec quoque fecit ita.
Pisa suum dominum tanto suscepit honore,
Quantum nemo potest metrico narrare canore;
Invida de more Ianua magna dolet.
Ianua maiorem domino nisi prestet honorem,
Extimat atque dolet se viribus inferiorem,
Unde minor domini gratia danda foret.
Nec mare nec stagna tetigit tunc gens Alemanna,
Set per Serzana[69] subiit montana Lovangna, Iun.
Expensas regi villa Sigestra vehit.
Undique presbiteris populisque per arva paratis,
Laudibus intonuit: *Wilicom! bene vos veniatis!*
Porrigitur gratis victima multa satis.
Organa, trumba sonant, laudatur ubique corona,
Ianua nostra bona sic sic facit usque Saonam[d. 70];
Munera tunc donat, scrinia plena sonant.

41. *Imperator egressus ex[e] Italia ingreditur Provinciam et coronatur aput Arelatum.*

Ianua discedit, maris undique litus obedit;
Subdita Niza[71] redit, cesar super arce resedit,
Grassa, Forum Iulii debita iura dedit.
Que vexilla reget, recipit Provincia regem,
Sub cuius lege longevo tempore deget;
Hoc quicumque negat, cronica nostra[72] legat.
Suscipit inventum dominum pars multa potentum,
Organa tum[f] centum referunt[g] sub laude retentum;
Quot dat musa tonos, protulit arte sonos.
Erogat[h] addictum domino gens optima victum,
Affluit ascriptum, magis effluit inde relictum,
Nam velut unda fluit, potus et esca fuit.
Urbs Arelatensis Rodanusque peroptimus amnis,
Iam quasi centenis dominum non viderat annis,
Nunc gavisa magis cantica longa trahit.
Nunc videt optatum regem gaudens Arelatum,
Rite coronatum, regali sede locatum, Iul. 30.
Fertque sibi gratum munus abinde datum.

---

42. *De depositione Henrici ducis Saxonie per imperatorem F.*

Saxonici qui gesta ducis dignoscere queris,
Cesaris ad laudem referas[i], si digna fateris,
Si variare velis, lector iniquus eris.
Sic neque cum vicio[k] neque turpibus acta reponas,
Nam licet absque mora sic vicerit alma corona,
Assero personam stirpe venire bona.

a) viscere 2. b) visa 2. c) dicat 2. d) Saanam 2. e) in Ytaliam 2. f) cum 2. g) refferant 2.
h) Errogat 2. i) refferas 2. *locus corruptus videtur.* k) vici .. 2.

68) Cf. Ann. Ianuenses p. 98; Ian. 30. Fridericus Pisae fuit, ubi ipso Gotefrido interveniente chartam dedit; v. Praef. p. 2. 69) Sarzana, Lavagna, Sestri. 70) Savona. 71) Nizza, Grasse, Frejus. 72) Cf. Praef.

Dux etenim proceres dum nobilitate foveret,
Dum foret imperio solita virtute coherens,
Gemma fuit patrie, regia facta gerens.
Gratia dum cedit domini, fortuna recedit;
Quem cesar cedit, sol, pontus et aera ledit:
Talia nam dominis gratia summa dedit.
Volvitur humana tamquam rota sepe voluntas;
Gratia si fuerit post a duce plena resumpta,
Fit, qui digna luit, carus, ut ante fuit.
Hinc precor, o lector, cui cesaris acta repono,
Si magnum cecidisse ducem sub cesare promo,
Ne reputes vicio; quippe cavere volo.

43. *De nobilitate et moribus Guelfonum.*

Germina Welfonum iuga despiciunt dominorum,
Munere Grecorum feritas crassatur eorum,
Turbet ut imperii tempora, iura, solum.
Regibus invisa, nimis est ad prelia nisa,
Menteque divisa temptasse refertur iniqua;
Nunc satis attrita victaque languet ita.
Ex hac stirpe ducem scimus[a] cecidisse potentem,
Bawariam cum Saxonia quandoque tenentem,
Sic ratio voluit, sic sua culpa fuit.
Principio werre, quo dux [erat[b]] incola terre,
Non poterant proceres ducis ampla gravamina ferre,
Nec poterant cives pacis habere dies.
Dux homo pontificum feudi ratione teneri
Noluit, aut dominos tunc iure suo revereri,
Set nimis[c] in cleri parte nociva gerit.
Urbis Agrippine, cui copia multa marine,
Sepe fuere mine ducis, amplos tollere fines;
Iura suis dominis nulla quieta tulit.
Fuderat ex ere magnum dux ipse leonem[73],
Cuius et acta movens exercuit ipse furorem;
Talia Welfones rite fovere solent.
Dicitur Henricus, dum cesaris esset amicus,
Federis oblitus Greco sociatus iniquo,
Ledat ut imperium Romuleosque situs[74].
Grecus amicus ei scelus hoc scelerosus adegit,
Spreta lege Dei plenusque dolo Farisei;
Cesaris ense mei pena paratur ei.
Hec ubi prospexit cesar, non crimina texit,
Ultio surrexit, subitanea bella capescit,
Tollit ubique torum rex ducis arva[d], forum.
Dux bone, quid restat, quid ad hec tibi gratia prestat?
Tardus[e] ad hec festa rex Gallus et Anglicus[f] extat,
Non erit hic Siculi[g] res valitura tibi!
Anglicus et Siculus, gens Gallica, munera Greci
Nil magis auxilii referent[h] quam lumina cecis.
Spes tua iam cecidit, traditus ima petis!

Res miranda satis, dux tante nobilitatis
Obrutus in fatis[i] sic perdidit omnia gratis,
Quod neque bella capit nec nocuisse sapit.

a) summus 2. b) *deest* 2; *suppl. F.* c) minus 2; magis F. *coni.* d) araia? 2. e) Cardus 2. f) Aglicus 2. g) Sicculi 2. h) refferent 2. i) infans 2.

73) Cf. Ann. Stad. 1166, M. G. XVI, p. 345. 74) Cf. Gesta Heinrici II. ed. Stubbs I, p. 249.

Viribus imperii velut hic potuit resecari,
Extimo sorte pari reges alios superari,
Ense coartari, flumine, rure, mari.
Iudicio veri si querimus apta fateri,
Dux Henricus heri poterat premaior haberi
Milicia, populis, flumine, rure, feris.

44. *De laude regionis*[a] *Saxonie.*

Optima Saxonia clero populoque decora,
Hospitibus donat, gentes vehementer honorat,
Qua Deus irrorat celitus ampla bona.
Orrea, triticea gens Saxona plena meretur,
Carnibus ac pisce plenissima semper habetur,
Et variis griseis splendet, habundat equis.
Saxonico fundo clipeo gens pulcra rotundo,
Doctior in gladio, toto fortissima mundo,
Maior in ecclesiis, dives, honesta[b] nimis.

45. *De principibus Saxonie et gloria eorum.*

Credo bis denos vel plures esse potentes,
Lumina Saxonie quasi regum more tenentes,
Et quasi regales semper habere lares.
Quos ibi ter denis devicit Karolus annis,
Hos, Frederice[c], potes citius supponere bannis,
Pace tenere truces et renovare duces.
In duo divisit, que dux solet alter habere[76], 1180. Apr. 13.
Bernardumque ducem partem iubet inde tenere;
Intima Saxonie cesaris arma tenent.
Altera pontifici pars magna refertur[d] Agrippo,
Corpore glorifico, placido sermone, Philippo[e],
Cui neque laudis ego culmen adire queo.

46. *De laude archiepiscopi et ecclesie Coloniensis.*

Presul Agrippinus dux est et presul et archos,
Rebus in imperii fit proximus ipse monarcho,
Est et apostolico culmine magnus homo.
Hic ducis obsedit patriam, victorque resedit,
Victor abinde redit, cui gloria plurima cedit;
Ponpa ducis perit, subditus arma dedit.
Marte coartavit, que dux retinere putavit,
Igne, fame[f], gladiis per circuitum peragravit;
Terra ducis periit, duxque repulsus abit. 1181.

47. *De laude Guicmanni*[g] *archiepiscopi Magdeburgensis.*

Saxonie florem, cleri populique decorem
Qui recitare volet, Wicmanno prestet honorem;
Gaudia multa movet, regna decore fovet.
Presul Wicmannus melior quam fertilis annus,
Munere laudandus, virtute sua venerandus:
Hunc efferre[h] volo laude, canore novo.
Corpore formosus Wicmannus, ad omnia letus,
Cui sedet omne decus, quem laudat in ordine cetus,
Stat[i] sibi multa secus laus nova lausque vetus.

a) regis 2. b) honesto 2. c) Fed. 2. d) reffertur 2. e) Philipo 2. f) flame 2. g) Gui magni 2.
h) effere 2. i) Stabat 2.

76) Legg. II, p. 163.

Dum foret Henricus dux presulis huius amicus,
Non erat attritus[a] guerra neque marte petitus;
Ad ducis imperium[b] plebs erat atque situs.
Ast ubi Greca fides hominem variavit inanem,
Desipuit[c] plane, voluit testudo volare,
Defuerant[d] ale, precipitata cadet.
Denique proscriptus dux solus ubique relictus,
Acrius astrictus gladium dedit ordine victus,
Deditus, ut decuit, munera Greca luit.
Saxonie causa modico sub carmine clausa,
Arte mea plausa satis est; mea fistula, pausa[e];
Finis adest libri, gratia, Christe, tibi!

GESTA HEINRICI VI.

AUCTORE, UT VIDETUR, GOTIFREDO.

1189. Guilielmus moritur, Tancredus[f] levatur; — Tempore s pape Clementis tertii (1, 2).
Bella surgunt undique, regnum desolatur.
Pater contra filium bellum nam[h] minatur[i]. — rex Sicilie in regem (2).
Non est qui prohibeat; terra devastatur.

Bellicosus marchio[77] Marsos conturbavit[k],
Celanensem comitem[78] sibi sociavit;
Erant inermes Marsi; multum dubitavit,
Omnes indocti bello, pax quia prostravit[l].

Unus contra alterum cepit dictitare:
Celanensis[m] *compater, malum est pugnare.*
Habent enses ferreos; possent detruncare[n].
Tutior est fuga montes occupare.

Dimittunt arces, castra; fugiunt per[o] horam,
Signa volant aquile, miles usque Soram;
Apuli et Calabri[p] ponunt castra coram;
Nos nolentes[q] fugere multa vetant[r] moram[s].

Arta vallis concava, rupes eminebant,
Saxa ruunt[s*], lapides iter prohibebant;
Metus, tremor undique simul incumbebant;
Vix inde evasimus; multa resistebant.

Amiternum[t. 79] Marsi, Umbri congregati,
Pennenses[80], Abrutini[u] sunt confederati,
Lusiti[v. 81] alii vulgi sociati:
Faciunt plebiscitum stulti fatuati.

Philippus Boamundiis[w] ceperunt iuvare, — De Lava reta[82] (2).
Sub ovina pelle cepit[x] latitare,
Lupus et vulpecula multa cogitare,
Qualiter decipiant, insimul tractare.

a) atritus 2. b) imperii 2. c) Descipuit 2. d) Deffuerant 2. e) plausa 2. f) Lavedus 3. g) *haec rubro scripta ante versus ponit* 1. h) iam 3. i) nimatur 1. k) cumt. 2. 3 *saepius*. l) prestravit 2. 3. m) Cellan. 1. n) detruncore 2. o) phoram 3. p) Calapri 1. q) volentes 1. r) vocant 3. s) oꝑa 1. s*) riunt 1; autem 2. 3. t) Amiternini 1. u) Abruti 2. v) *ita* 1 *vix recte;* Insiti 2. 3. w) Boamundus 1. x) ceperunt?

77) Conradus de Lutzelhard; cf. Toeche Heinr. VI. p. 145. 78) Petrum. 79) Amiterno. 80) incolae civitatis Pennae. 81) Qui sint nescio. 82) Laureto?

Enricus[a] Testa[83] comes Balvam[b.84] peragravit, 1190. Mai.
Castra, villas, oppida[c] multa devastavit,
Fame, flamma[d], gladio quosdam subiugavit,
Obsedit Ortonam[85]; in vanum laboravit.

Plebiscite[e] populi simul congregati
Cum Tancredo Siculo[f] sunt confederati[g].
Usque Soram veniunt milites armati;
Horta[h] est discordia, sunt repatriati.

Plebiscite[i] pessimi quid[k] tunc faciebant?
Castra municipia heris[l] auferebant,
Iura et servitia cuncta respuebant,
Habent tunc dominia, nulli resistebant.

Andreas de Pontibus[86] milites armati
Aggressi plebiscitas; lassi fatigati,
Per montes, colles, alpes turpiter fugati:
Capiuntur plurimi, arte sunt ligati.

Sacer Oderisius[m.87] stricte tunc ligatur, qui fuit actor et inventor (2).
Caccanellus alii fune strangulatur,
Aliis cum zangulo[n] pedes detruncatur[o];
Fugit vulgus pessimus[p], undique fugatur.

Magnanimus Bertoldus[88] pulcer[q] speciosus 1192.
Est agressus Apulos, comes bellicosus[r];
Contra ponit milites Siculus dolosus[r],
Non dat pugne copiam mus[s] ridiculosus[r].

Castrum[89] munitissimum cepit rebellare, 1193.
Et castrenses milites cunctos[t] iugulare[u];
Comes iubet machinas, arma preparare;
Est[v] obsessus undique; cepit balistare.

Hictu[w] funde[x] lapidis fuit interfectus.
Tunc recepit exercitum marchio perfectus[90];
Miles[y] balistariis, clipeo protectus,
Ariete foditur murus stans directus.

Ponit in patibulo omnes proditores,
Patres, matres, filios, fratres et sorores,
Iugulat, interficit viros et uxores;
Non occurrit regulus[91] inter[z] defensores.

Romam cesar venit, a papa coronatur, Hinricus Celestino (2). 1191. Apr. 14.
Reddit[a] Tusculanum; senatus letatur;
Foditur, destruitur[b], totum desolatur:
Roccam capit Arcis[c]; regnum conturbatur. Mai.

Obsedit Neapolim[d] fremens velud leo,
Est similis in prelio Iude Machabeo.
Quedam infortunia dicere vix queo[e];
Redit[f] vere vacuus, caret nam tropheo.

a) Henricus 3. b) Valvam 3. c) opidum 2. d) flamme 1. 2. 3. e) Plebisciti 2. 3; *sed vide v.* 37. f) scilico 1. g) confid. 1. h) *hic versus deest* 1; Orta 3. i) plebisite 1. k) qui *l.* l) cunta respuebant 1. m) Odor. 2; Ador. 3. n) zaculo 1. o) detruncantur 3. p) pessimi 2. 3. q) pulchre 2; pulcher et 3. r) –sos 2. s) michi 3. t) $\overline{\text{ccos}}$ 1; $\overline{\text{ceos}}$ 2. 3. u) vigilare 1. v) Et 1. w) Ictu 2. 3. x) *i. e.* fundibali; fundˆ 2; fundus 3; tandem 1. y) *versus deest* 1. z) neque 2. 3. a) Reddidit 3. b) distr. 3. c) arces 2. 3. d) Neop. 2. e) queso 3. f) Reddit 1. 2. 3.

83) de Kalden; v. Toeche p. 148 n. 1; cf. Ann. Casin. SS. XX, p. 314. 84) Valva. 85) Ortona. 86) Alibi non nominatur. 87) Cf. Toeche p. 162 n. 1. 88) de Kunsberg; v. Toeche p. 320. 89) montis Rodonis; v. Ann. Casin. a. 1193, p. 317, Ryccardus de S. Germano p. 327. 90) Conradus. 91) Tancredus.

1191. Civitas Neapolim iusta[a] mare sita
Est munita moeniis, vallo tripartita,
Turre, epimeniis, muro circumsita.
Mare muros verberat; est rebellis ita.

Satrapes, satellites iussi sunt venire,
Marchiones, comites simul convenire,
Duces, obtimates; camsores[b. 92] non cambire;
Cesar tunc[c] alloquitur, iussit nam redire[d].

Aug. Est apud Neapolim cesar infirmatus.
Miles[e], balistarius rasus, depilatus.
Umbriam[f] per Marsiam miles[e] depredatus[g];
Dec. Redit[h] Alamaniam[h*] dolens, contristatus.

Imperatrix patitur, cepit medicinam;
Salernitani[i] stulti capiunt reginam,
Coacta velle nolle mittunt in carinam;
Ad Panormum ducitur; preparant[k] ruinam.

A celo Celestinus iure[l] nominatur,
Audit tale facinus, valde conturbatur.
Apulus et Siculus, Calaber[m] letatur;
Iubet regi Siculo[n], citius reddatur[o].

1194. Dec. 26. Concipit et peperit imperatrix natum;
Tenet nunc Apuliam, habet Principatum,
Est futurus cesar, sic est vaticinatum,
Habebit imperium, regnum, monarchatum.

Arcitenes[94] Teobuldus[p] comes est effectus,
Probus strennuissimus, sagax et perfectus;
Magnum donum comes a cesare adeptus[q],
Contra pravos Apulos tiro est profectus[r],

Castra, municipia si posset habere.
Nulli nisi cesari natus respondere,
Apulos et Calabros[s] facit deterrere;
Comitem de Aquila cepit ille vere.

Rex Ricardus[t] Anglicus iussit detruncare
Marchionem[95] nobilem, qui erat ultra mare.
Cupit ille Angliam furtim remeare[u].
1193. Cesar cepit eum, nam vult se occultare[v].

1194. Rex Tancredus[w], filius fatis concesserunt;
Apuli et Calabri[x] alium fecerunt;
Comites et proceres cesari miserunt;
Veni, regnum recipe, nuntii dixerunt.

Cesar iubet milites arma preparare,
Galeas, guzas, suescas, tunc per mare; naves (1. 2).
Marcoaldo[y] precipit cuntis[z] imperare;
Ad Panormum cesar nam cupit transfretare.

a) iuxta 2. 3. b) camps. 3. c) nam a. i. tunc 2. 3. d) reddire 1. e) Milex 1. f) Ymbriam 1. g) -dadus 2. h) Reddit 2. h*) Allemanniam 3. i) Salernitam 2. k) preparat 2. 3. l) mere 3; *corr.* iure 2. m) Calaber — Siculo *des.* 3. n) Siculus 2. o) redatur 2; redeatur 3. p) Teoboldus 3. q) est ad. 3. r) perf. 2. s) Calobros 2. t) Richardus 2. 3. u) tēānere 1. v) ocult. 2. w) Taciendus 3. x) Calapri 1. y) Marcvaldo 2. 3. z) cunctis 2. 3 *et infra.*

92) De Ianuensibus cogitat; cf. Toeche p. 196. 93) Cf. Toeche p. 201. 94) i. e. arcem (Roccam Arcis) tenens; v. Toeche p. 347 n. 11. 95) de Monteferrato.

Tripartito agmine cesar incedebat;
Marchio vir nobilis semper precedebat;
Corradus[a.1] Suevie cuneos ducebat.
Vexilla regalia tunc cesar regebat.

Castrum Iohannis[2] forte citra Farum situm,
Ibi fugit regulus[3] undique munitum[b];
Sinit[c] suos comites, nautam[4] Margaritum;
Est obsessus undique agmine[d] Quiritum.

Cesar erat omnia, fata tunc favebant,
Duces, reges, comites, proceres[e] timebant,
Montes, colles, alpes, maria tremebant;
Dii[f] querunt[g] veniam[h]; alii iubebant

Proditores pessimos cuntos estirpare[i].
Balbanensem comitem[5] proiecit[k] in mare,
Quosdam fecit cesar vivos decortare[l],
Pacem cum concordia omnibus prestare.

Ponit in patibulo comitem de Cerra[6];
Quosdam cedit[m] gladio, quosdam[n] secat serra,
Quosdam privat[o] lumine; silet omnis terra,
Timet omnis civitas; non est ulla guerra.

Et erigit, extollit, quos vult sublevare,
Depauperat, quos vult, et facit habundare[p].
Sternit et deponit, quos vult humiliare.
Timet omnis civitas, reges ultra mare.

Gaze, pastoforia[q] diruta[r], distracta,
Candelabra et fialas massa sunt redacta,
Cruces et turibula massa sunt confracta,
Pallia samita, ciclops auro facta.

Palatini comites simul congregati,
Margaritus, regulus simul sociati,
Et magnates alii firmiter firmati,
Cesarem occidere ita sunt iurati.

Hoc postquam cesar scivit, cepit proditores:
Margaritus, regulus et omnes fautores.
Ducit Alamaniam[s] matrem[t] et sorores,
Mares privat lumine, non habent[u] ductores.

Cesar erat omnia, cunta disponebat,
Celum, terra, mare, pluto[v] iam timebat[w];
Fortuna volubilis gradum suum vertebat[x];
Humiliat, sublimat, quos rota ferebat.

Panormum redit cesar, cepit inperare.
Cloto colum baiulat, incipit filare,
Lachesis est presens, vitam cupit dare,
Atropos[y] occurrit et facit detruncare. 1197.

a) Conradus 3. b) minutum 1? c) Sivit 3. d) aggmine Queritum 1. e) procerie 1? f) *ita* 1. 2. 3; *fortasse:* Hii. g) quare 1. h) vaniam 3. i) ext. 2. 3. k) proiecunt 1. l) *i. e.* decortiscare; decoriare 1. m) secat 2. 3. n) quodam 2. o) dāpnat 1. p) abund. 1. q) pastoria 1; pastofora 3. r) dirata 1. 2. 3. s) Allemanniam 3. t) matres 2. 3. u) hs̄ 2. v) et pl. 1. w) terrebat 1. x) amitebat 2. y) andropos *cod.*

1) de Lutzelhard. 2) S. Giovanni; aliud castrum Calatabillotta indicant Ann. Ceccan. SS. XIX, p. 292. Casin. pag. 317. Cf. Toeche pag. 339 not. 2, 577. 3) Wilhelmus. fuerit, non constat. 4) classi praefectum. 5) Quis 6) Richardum de Acerra; cf. Toeche p. 452.

Mars, Bellona seviunt infra citra farum,
Quod est dulce nimium faciunt amarum,
Carum vile redeunt, quod est vile carum,
Ubique sanguis, fuga, luctus est terrarum.

Mars, Bellona Tusciam turbat, Lombardinam [a],
Apulos et Siculos [b], Iadera [7], Solontinam [c. 8],
Ungaros et Bulgaros, Ysdros et Blachinam [9],
Grecos, Sardos, Siros [d] et totam Romaniam.

Velud leo fremuit potens magis Roma,
Iuba [e] sursum erigit, est sublimis coma;
Et superbos concutit velud notus [f] poma.
O regina omnium, Patarenos doma!

Preneste [g] tremit, Tibur, Belletrum [h. 10], Campani,
Umbria [i], Savinia [k], probi Marsicani,
Reate, Narnenses, cunti Spoletani [l],
Sutrium [m], Biterbium [n], Orta et Tuscani.

Melana capit arma [o], furit ut leena,
Cremone, Laude, Parme destruxit [p] amena,
Aste, Come, Bergami, Ticini, bonis plena,
Et modo sunt concordes coniunti [q] catena.

1198. Quedam sub epilago [r] volo [s] enarrare;
Marcualdus farum cupit transvadare,
Marchianos, Apulos, Siculos turbare.
Cepit et Ariminum valde [t] perturbare.

Perturbat Ariminum dolo, fraude, arte;
Extruit insidias ex utraque parte;
Capiuntur [u] plurimi bellicoso marte;
Ponit in custodia, et tenentur arte.

Prosternuntur [v] plurimi pedibus equini;
Succurrit tunc Girardus [w], natus Orlandini [11];
Ducit [x] Bononienses [y]; veniunt Fantini [12],
Defendunt Ariminum sicut palatini.

Postea Marcualdus vadit in Siciliam [z] ibique mortuus est [a. 13].

a) Lombardiam 1. 2; Lombardina 3. b) Sciculos 1. c) Solonemam 1? Salentinam 3. d) suos 3. e) Iub 1. f) nothus 2. 3. g) Penestre 1. 3. h) Velletrum 2. i) Umbra 2. 3. k) Samnia 2. 3. l) Spolitani 3. m) Sitr. 1. n) Vit. 2. 3. o) Campania 1. p) distruxit 2. q) *ita* 1. r) *ita* 1. 2. 3. s) nolo 1? t) valde — Ariminum *desunt* 1. u) Capiunt 1. 2. 3. v) Prostren. 1? w) Gerandus 1. x) Tunc 1. y) Bemenses 2. 3. z) Ciciliam 1. a) etcet. *add.* 1.

7) Zara. 8) Salona? 9) fortasse terra Wlachorum, vel idem quod Blacherna palatium Constantinopolitanum. 10) Velletri. 11) potestas Ariminensis; cf. Savioli, Ann. Bologn. II, 1, p. 22 n. 12) i. e. Faventini. 13) Cf. Ann. Casin. 1197; Ryccard. de S. Germ. a. 1202.

ADDITAMENTA ET CONTINUATIONES.

IOHANNES DE PISCINA DE TRANSFRETATIONE FRIDERICI I.

Quod sibi Gotifredus proposuerat sed non expleverat, de expeditione Friderici I. Hierosolymitana referre, Iohannes presbyter S. Stephani de Piscina postea suscepit et Pantheo brevem eius rei narrationem inseruit, quae cum Historia peregrinorum (Canisius ed. Basnage III, p. 500 *sqq.) ita convenit, ut Iohannes hanc exscripsisse censendus sit. Additae sunt duae aliae notitiae ad Friderici tempora pertinentes. Quis fuerit et ubi vixerit Iohannes, mihi non constat; nisi quod in Italia eum degisse putarem.*

Duo huius additamenti codices exstant Parisiensis Nr. 5003 (E 3), *ubi f.* 171′ *sqq. legitur, a me exscriptus, et Venetus* X. XLVIII. (E 4), *qui auctoris verba negligentius reddidit, a V. D. Arndt in usus nostros adhibitus.*

Hucusque magister Gotifredus[a] historias imperatorum et aliorum regum atque pontificum necnon veteris et novi testamenti perduxit. Deinceps vero ego Iohannes presbiter Sancti[b] Stephani de Piscina quicquid de historiis audivi et auditurus ero apponere curabo, dimissis tamen multis aliis hystoriis et aliis utilitatibus scripturarum a domno Gotifredo editis, que postea ponuntur.

De transfretatione Friderici imperatoris[c] ad terram Iherosolimitanam et de morte eius[d].

Anno ab incarnatione Domini 1187. temporibus Urbani[d] tercii et Gregorii VIII. paparum peccatis christianorum exigentibus terra Iherosolimitana per Saladinum[e] regem Sarracenorum capta est occasione violate pacis, que inter gentem christianorum et paganorum erat[f] per septennium confirmata, per quendam Rainaldum[g], vitricum Boamundi principis Antiochie, qui mercatores complures de[h] terra Saladini omnibus eorum rebus expoliaverat, pax est violata[i]. Pervenit tamen[d] ad aures summi pontificis Gregorii[k] VIII. pape, qui tunc susceperat pontificatum, illa[l] calamitas Iherosolimitana. Qua de re predictus papa[m] et tota curia Romana, immo tota terra christiana tristis effecta est. Tunc papa[n] Gregorius mittens legatos ab apostolica sede ad Fridericum[o] imperatorem serenissimum et ad omnem populum christianum, in[p] remissionem peccatorum[q] iniunxit[r], quicumque pergeret ad terram illam recuperandam et eripiendam de[s] servitute predicti Saladini[t]. Imperator vero prefatus Fridericus vir christianissimus movens se cum magno exercitu Alemannorum, assumpto crucis[u] signaculo, intravit terram regis[d] Ungarie; a quo in superficie totus exercitus imperatoris benigne videbatur recipi[v]; sed fraus erat abscondita in mente eius. Sed imperator et alii, dux scilicet[d] Suevie, filius ipsius imperatoris, et marchiones et comites inde castra moventes, venerunt Brundusium[w. 14], iuxtaque[x] flumen Danubii quieverunt, multis ibi[y] persecutionibus et afflictionibus afflicti, in spoliis exercitui imperatoris diripiendis et personis cedendis[z] et aliis plagis diversis per ducem Brundusii[w] et instinctu imperatoris Constantinopolitani sustinuerunt. Relinquentes itaque Brundusium[a] peregrini, pervenerunt in terram Grecorum ad urbem Phylippolim[b] in terra imperatoris Constantino-

1187. Oct. 3.

Oct. 27.

1189. Mai.

Aug.

a) Gotifridus E 3, *et ita infra.* b) sibi E 4. c) imperatoris Frederici E 4. d) *deest* E 4. e) Salād. E 4. f) p. s. erat firmata E 4. g) Ramald. E 4. h) Salandini de terra E 4. i) v. est E 4. k) pape Gr. VIII. E 4. l) c. i. E 4. m) pontifex E 4. n) summus pontifex E 4. o) i. Fr. E 4. p) *ita* E 3. 4, *fortasse* iis *vel* ei. q) omnium p. E 4. r) injungens E 4. s) a E 4. t) Salandrini E 4. u) s. c. E 4. v) recepi E 3; recepisse E 4. w) Brundis. E 4. x) que *deest* E 4. y) p. i. E 4. z) occidendis E 4. a) Brundiisium E 4 *hoc loco.* b) Phylippoli E 4.

14) Branditz sive Branitschewo.

politani, ibique tunc[a] multa pericula passi[a*] sunt; sed tamen ad finem vicerunt, satis ditati de civitatibus quas ceperunt plurimas[b]. Imperator vero Constantinopolitanus Ysachius dolens de ammissione urbium, cepit mittere[b*] nuncios ad imperatorem Fridericum, volens cum eo reconciliari; omnibus perditis peregrinorum emendatis atque[c] pluribus datis
1190. obsidibus, pax inter eos facta est. Post hec transeuntes inde venerunt in Romaniam; ubi
Mart. quidam miles imperatoris Friderici pro ultione sui fratris, quem predones illius terre occiderant, nudus transiens per paludem, ubi illi[d] delituerant qui fratrem occiderant, 10 viros fortissimos sine alterius auxilio sua propria dextera iugulavit. Per varia generum vincula
Apr. transeuntes illesi, venerunt in terram Turcorum aridam et fervidam, ubi dominabatur soldanus et filius eius Melic. Homines illius terre domibus carent, et sunt sine omni cultu, in dies de loco ad locum mutantes, latrones et scelerati, multa mala inferentes exercitui christianorum, et eadem ab ipsis peregrinis recipientes. Transientes[e] igitur per terram illam, tanta mala sustinuerunt, quod vix[f] credi potest a non vidente. In afflictione famis positi, coacti sunt comedere carnes equinas et asininas decoquendas cum vestimentis et subselliis equorum. Inter eos tale forum erat. Bos unus vendebatur 10 marchis et unus modicus panis plus[d] 5 solidis. In potatione urinam equorum multi bibebant propter laborem preliorum et ardorem[g] solis quem sustinebant, quia terra illa erat inaquosa et nimis sicca. Imperator vero Fridericus vir christianissimus videns exercitum peregrinorum tanta pericula sustinere non posse, votum vovit Domino[h], ecclesiam in honorem sancti Georgii se facturum, si dominus Ihesus Christus dignaretur ei[i] triumphum dare de inimico. Tunc[k] aggrediuntur urbem
Mai. Yconium et eam capiunt; preda accepta in solo palacio Melic[l] estimata fuit ad 10 milia marcharum, et hec contra nostros a Saladino[m] illuc missa fuerant ad opus stipendiorum exercitus conducendi. Qui paulo ante fuerunt egentes[n] et miseri, modo inventis equis[o], mulis, asinis, etiam a fructu frumenti, vini et[p] olei multiplicati sunt et ditati. Cognoscens itaque soldanus tantam fortitudinem imperatoris, quod non posset ab eo devinci, per nuncios sciscitatur imperatorem de pace facienda, promittens obsides se daturum et omnia que necessaria erant exercitui imperatoris usque ad exitum[q] sui regni. Que omnia imperator et dux Suevie filius eius a soldano et filio[r] eius Melic receperunt. Post aliquantos[s] dies imperator cum peregrinis secedens inde, venit ad urbem dictam vulgo Larendam[15], que dividit Armeniam a Licaonia. Ibi destiterunt Turki exercitum peregrinorum. Postquam exercitus gentis nostre a primo ingressu Armenie 4 dierum itinere via difficili processisset, gaudens de tantis bellorum discriminibus et proditionum laqueis se ereptum[t], quasi per ora leonum terram securitatis iam attigisse, die quadam inopinatus et tristis casus populum Dei acephalum reddit[u] et orphanum. Erat itaque via nimis arta et difficilis, nunc per abrupta[v] et
Iun. 10. crepidinem montium, nunc per ima vallium secus descensum[w] fluvii preterfluentis civitatem Saleph[x. 16], et peregrini laboriose gradientes nimio caumate laborabant. Quibusdam vero equitibus de agmine imperatoris pretemptantibus, si fluvium usquam vadabile[y] invenirent, imperator, dissuadentibus his qui secum erant, ad refrigerandum se et lavandum irrevocabiliter fluvium intravit. Et cum se ipsum ad transnandum exposuisset, mox in amne medio fessus[z] et iam incipiens mergi, cuiusdam sui militis, qui secum[a] aquas intraverat, opem miserabiliter invocavit. Cui ille festinanter affectans succurrere, in mediis undis eum arripuit; sed tandem ampnis impetu[a*] prevalente, ab eo vi avulsus, naufragium vix[b] evasit. Alius vero equo insidens celeriter, sed sero imperatorem in gurgite comprehendit; et sic proh dolor! imperator extractus, ad conturbationem et detrimentum exercitus expiravit[17]. Iste Fridericus est 94.[c] ab Octaviano Augusto[d]. Vixit autem in[e] imperio 34 annis. Post hunc imperat Henricus VI, filius eiusdem[e] Friderici imperatoris. Sub temporibus istius Friderici fuerunt catholici pontifices Alexander III, Lucius[f] III, Urbanus III, Gregorius VIII, Clemens III.

a) l. E 3; ibi etiam E 4. a*) possi E 4. b) plurimis E 4. b*) n. m. E 4. c) et E 4. d) *deest* E 4. e) Transeuntes E 4. f) vis E 4. g) ardore s. que E 4. h) Domini E 3; D. v. E 4. i) eos t. habere E 4. k) Ag. tunc E 4. l) palic ext. E 4. m) Salandino E 4. n) et gentes E 4. o) aquis E 4. p) *deest* E 4. q) exercitum E 4. r) M. f. e. E 4. s) a. autem E 4. t) l. ereptus E 4. u) redens E 4. v) abruta E 3; arupta E 4. w) desensus E 4. x) Salem E 3. y) natabilem E 4. z) stenssus E 4. a) secus E 3. a*) non *inserunt codd.* b) vi E 4. c) 93. E 4. d) O. ab A. E 4. e) *deest* E 4. f) Laicius E 4, *ubi* Gregorius VIII. *ante hunc ponitur.*

15) Laranda. 16) Seleucia ad Calycadnum, nunc Seleph. 17) Cf. quae de aliis huius rei narrationibus collegit Riezler, Forschungen IX, p. 126 sqq.

De[a] *pace inter imperatorem Fridericum et Lombardos.*

Expedit hic dici, quod et imperio Frederici
Omnes Lombardi sic efficiuntur amici. 1183.
Sicut et placuit: res patet acta michi.
Filius ipsius Henricus ad alta levatur;
Rite coronatur; uxoris honore beatur.
Fit regis Siculi filia sponsa sibi. 1186.
Sponsa fuit speciosa nimis, Constantia dicta,
Postuma post patrem materno ventre relicta,
Iam tricennali tempore virgo fuit.

De expugnatione Romanorum apud Tusculan.

Anno[17] Domini 1166. fuit magna occisio de Romanis in territorio Tusculanensi apud montem Porcum ab exercitu Raynaldi Coloniensis et Christiani Maguntini archiepiscoporum, quorum alii mortui[a*], alii capti sunt ex[b] magna parte.

CONTINUATIO BREVIS.

Exstat in codicibus C 4. 5. 6. 7, *de quibus supra dictum est. Additur in fine particulae XXIV. (XVII. codd. C.).*

Patre suo domno Fridrico imperatore Ierosolimitanum iter arripiente cum aliis fidelibus anno incarnationis[c] Domini 1188[d], et in eodem itinere sequenti anno rebus excedente humanis 4. Idus Iulii, ipse monarchiam obtinens, anno incarnationis Domini 1191. a Celestino papa, qui successerat Clementi, unctionem accepit imperii secunda feria pasche. 1191. Apr. 15.
Ipse autem dominus papa [Celestinus[e]], predecessore suo in sabbato sancto viam universe carnis ingresso, in die sancto resurrectionis Domini electus et consecratus fuit[f. 18]. Apr. 14.

Anno ab[g] incarnatione Domini 1198. Heinricus VI. viam universe carnis ingressus est, 1197.
et gwerra in imperio orta est, Philippo fratre eius et Ottone, filio ducis Saxonie Heinrici, sibi certatim illud usurpantibus. Ipso eodem anno domnus papa Celestinus decessit, et 1198.
Innocentius successit[h].

CONTINUATIO ARGENTINENSIS.

Descripsi haec ex codice C 3, *ubi f.* 223. *post catalogum breviorem paparum et imperatorum una manu addita sunt, ex antiquiori procul dubio hausta libro. Cf. quae de codice* C 8. *supra pag.* 17 *dixi. Cum Annalibus Argentinensibus et Ellenhardi conveniunt, his tamen antiquiores sunt habendi.*

Anno verbi incarnati 1140. facta est expeditio Iherosolimitana a Bernhardo abbate[19].
Anno 1190. submersus est Fridericus imperator in flumine Saleph[19].
Anno 1208. Philippus[20] rex occisus est festo Albani. Otto regnavit tribus annis. Eodem Iun. 21.
tempore venit Fridericus rex in Alemanniam. Eodem anno fuit iter puerorum et expeditio super hereticos ad civitatem Dolosam.

a) *hoc capitulum deest* E 4. a*) et m. E 4. b) m. ex p. E 4. c) ab i. C 6. d) 1189. C 6. 7. e) *superscr.* C 4. 5; Cel. papa C 6. f) De obitu Heinrici *add.* C 7. g) ab inc. *des.* C 7. h) C 5 *addit:* Huc usque Gotefridus Viterbiensis cronicam suam deduxit.

17) Cf. Gesta Friderici supra p. 321. 18) Hoc die consecratus, sed electus iam d. Martii 30. est, Clemente III. paulo ante mortuo; v. Jaffé Reg. pontif. p. 886. 887. 19) V. Ann. Argentinenses SS. XVI, p. 88. 89. 20) V. Ellenhardi Ann. ib. p. 101. 102.

Anno 1218. capta est urbs Damiat.

Anno 1228. Berhtoldus episcopus et civitas Argentinensis[a] habuerunt triumphum apud
Jun. 8. villam Bladolvesheim[21] contra 14 civitates regis festo Medardi.

Anno 1246. rex Heinricus de Duringia et episcopi ceterique fautores ecclesie habuerunt victoriam apud Frankenfurt contra Cuonradum, filium Friderici excommunicati imperatoris,
Aug. 5. festo Oswaldi.

CONTINUATIO FRANCOGALLICA.

Legitur in codice Parisiensi Lat. Nr. 12774, *qui est Tomus VIII. fragmentorum historicorum a d. Estiennot collectorum, a.* 1681. *compactus, fol.* 380. *sub tit.:* Fragmentum chronici additum chronico Gotafridi Viterbiensis in ms. cod. modo RR. PP. Carmelitarum discalceatorum Burdegalensium, *de quo nunc nihil compertum habemus*[22]. *In usus nostros exscripsit V. Cl. L. Delisle.*

Anno 1099. capta est Antiochia et Iherusalem per Godefredum et christianos, et incaepit ordo Cisterciensis per idem tempus, et ordo Templariorum et Praemonstratensium.

Anno 1165. natus est Philippus rex.

Dec. 30. Anno 1170. quinta die post natale Domini, quae tunc erat feria 4, passus est beatus Thomas Cantuariensis.

Anno 1186. natus est Ludovicus rex, filius regis Philippi ex Elisabeth, et coronatus est anno aetatis suae 36.

Anno 1187. amissa est terra Philistina capta a Saladino.

Anno 1190. Philippus rex Francorum in festo b. Ioannis baptistae aggressus est iter ad partes Iherosolymitanas, et in sequenti anno, videlicet 1191, capta est Acon ab eodem Philippo.

Apr. 13. Anno 1204. Id. Aprilis capta est Constantinopolis a christianis.

Anno 1199. obiit Ricardus rex Anglorum.

Iul 27. Anno 1214. bellum de Bovinis 6. Kal. Augusti, et eodem anno 26. die Aprilis, quae fuit die sabbathi, inter primam et tertiam natus est rex Ludovicus, filius regis Ludovici ex Blancha.

Anno 1219. capta est Damieta a christianis.

Anno 1223. Philippus Bonus rex obiit, et sequenti anno comes Campaniae fecit novam monetam.

CONTINUATIO FUNIACENSIS ET EBERBACENSIS.

Duabus partibus constat. Altera maximam partem versifice scripta et a monacho Funiacensi ut videtur composita, res a. 1224—1226. *gestas narrat; altera res Germanicas, praesertim Rhenanas, breviter inde ab a.* 1187. *usque ad a.* 1235. *exponit, satis accurata huius anni historia conspicua. Descripsit V. Cl. Pertz ex codice* C 9, *olim Eberbacensi. Huius monasterii monacho secundam partem attribuere ausus sum.*

a) Argent. *cod.*

21) Blodelsheim. 22) De ipso haec notantur: „Sequitur in calce eiusdem ms. codicis epistola Innocentii papae IV. ad episcopos missa anno 1250. prout subiungitur: *Innocentius ep. s. s. D. venerabilibus fratribus ecclesiae Rem. suffraganeis sal. et ap. ben. Emergentibus nuper quibusdam — Dat. Lugduni* 7. *Kal. Febr. pontificatus nostri anno* 8. Porro in eodem ms. cod. exstat fragmentum libri cuiusdam Alfonsi ex Iudaeo christiani quo defendit contra Iudaeos religionem christianam."

De valido vento qui contigit anno Domini 1224. *in invencione prothomartiris Stephani.* Aug. 3.

Tanta commocio ac vehemencia ventorum facta est, ut segetes, que usque ad messem profecerant, quasi triturate essent, excussis frugibus et spicis erectis et vacuis remanentibus, in agris deperirent. Hec plaga tam horribilis per omnes provincias et regiones dylatata fecit annone penuriam et insperatam multis intulit egestatem.

De eodem versifice.

Annis[a] a Christo duodenis centuplicatis,
Lux adderat Stephani, senis quater associatis,
Cum matura seges promittere tempora leta
Visa foret, fructu multo regione repleta,
Adveniens ventus vehemens vacavit aristam,
Fruges excuciens, pestem circumtulit istam.
Plurima sic orbis penetrat vi regna potenti,
Defectus anno res parturit ista sequenti;
Prevalet ergo fames, et publica crescit egestas.
Sternit amara necis pecus insuper omne potestas.
Ardens ipsa suos dilatans Ethna meatus,
Longius excurrit, locus hinc est inde crematus;
Trans tria bachatur ignis picis impetus idem,
Milia tria nemus, mare, ligna cremantur ibidem.
Armati cunei cernuntur in igne patenter.
Per ter quinque dies sic vastat cuncta potenter.

De morte domni Engelberti archiepiscopi Coloniensis.

Pax patrie, decus ecclesie, lex regia, mense
Presul in undeno cadit Engelbertus in ense,
Dum citus, ut templi loca sancta dicaret, abivit,
Iustus iusticie pro lege pericla subivit.
Eius quippe nepos Fridericus agens violenter,
Arguitur blande; motus capit arma latenter,
Fit sociis pariter positis in funere causa.
Transit presul, adestque cohors hoc ad scelus ausa. 1225. Nov. 7.
Septima lux patuit feriarum sexta Novembris,
Cum quater octo suis data sunt ibi vulnera membris.
Quintuplat[b] hic quinos, decuplat decies duodenos
Annis, Agrippine[c] quo presul sternitur ense.

Annus Domini 1225. *erat, cum occisus est archiepiscopus Engelbertus Coloniensis.*

De nupciis Heynrici regis.

Eodem anno in vigilia Andree[23] apostoli filius imperatoris Friderici rex Heinricus nupcias, ut regalem decuit magnificenciam, apud Nůrenberg cum sollempni tripudio celebravit. Ex ipsa vero multitudine populorum ibidem conveniencium plures quam quadraginta viri tam nobiles quam ignobiles sunt oppressi, et continuo vitalem flatum emiserunt. 1225. Nov. 29.

Anno Domini 1226. *facta est tempestas maxima circa Funiacum*[24] *per decem miliaria.*

Succedente[d] gravis tempestas tempore surgens
Cuncta terit, vastat, homines terrore perurgens.
Ligna ruunt nemorum, pecus interit omne per arva,
De vita timor est, de rebus questio parva.

a) Arvis *c.?* b) Quincuplat *c.* c) *fortasse:* Annos Agrippina. d) Succendente *c.*

23) Cf. de aliis diei indicationibus Winkelmann, Hist. Frider. II. I, p. 252 n. 24) Foigny dioeceseos Laudunensis.

Hoc Funiacensis conventus turbine tactus,
Fundit vota precum, vix templi limina nactus,
Ante sacram lacrimis suffusus sternitur aram,
Concutiturque locus mortemque minatur amaram.
Protensis manibus *Salve regina* canentes,
Christi tutantur monachi pietate trementes.
Crux a conversis ad eos est versa, patescit
Signum, quod stupidos reddit; spes denique crescit.
Sic versa nutu Domini cruce stante quiescit
Impetus ille fremens, vires extendere nescit.
In laudem Christi prorumpunt voce sonora;
Teque, Dei genitrix, benedicunt, virgo decora.

Circa idem tempus gloriosa virgo Maria cuidam militi desperato solita pietate subvenire dignata est, vidente et presente viro nobili Friderico de Saxonia, ut subsequitur.

Vir fame celebris erat auctus amore potentum,
Diviciis pollens, preclarus honore parentum,
Delicias mundi sequitur levitate reente[a].
Plurima distribuit animo non dampna verente.
Tandem paucorum numero cedente dierum,
Usus opes minuit, decrescit copia rerum.
Exhaustis opibus hominem confusio tangit,
Spernitur; ignorat quod agat; dolor intima frangit.
Querit opem sathane; qui mox sibi spondet honorem
Reddere, si Christum neget ante; dat ergo favorem.
Inde negare Dei matrem iubet. *Hoc*, ait ille,
Non facio. Demon promittit prospera mille.
Non flexo, dicit: *te munera iam spoliasti.*
Sed tamen es socius, factorem quippe negasti.
Nobilis alter ibi fuit omni laude colendus,
Actu dissimilis, fama non dispar habendus;
Illius inbuerat mentem divina sophia,
Est specialis in affectu sibi virgo Maria,
Ornatum mundi pomposum denique spernit,
Non amat in mundo quicquid decurrere cernit,
Castra fugit, corpus virtutum stringit habenis.
Construit hospicium, pascendis tradit egenis,
Ecclesiam simul instituit, sic degit ibidem;
Permanet affectus in voto iugiter idem.
Miles, qui pridem fecit cum demone pactum,
Illuc divertens, plangit miserabile factum.
Ingressus templum, sacre prosternitur are,
Vultum demittit et pectus tondit amare,
Effigiem matris Domini cum prole beata
Cernit, spem recipit in virgine semper amata,
Singula ieiunans per sabbata; nam sibi vota
Fecerat ante, licet fuerit levis actio tota,
Nec prius hanc voluit sathana suadente negare.
Unde piam lugubri festinat corde rogare.
Celitus ergo venit virgo, qui stella vocatur,
Fert gremio natum, quem flecti sepe precatur.
Dicit: *Da, fili, veniam, miserere gementis;*
Peccator meus est, prece flectere queso parentis.
Se non audiri cernens, cum milite prona
Sternitur ante Iesum. *Rex*, inquit, *quod peto dona*,

a) *ita c.; fort.:* recente?

Effectum teneat, quod mater ego pietatis
Nuncupor. Hiis dictis, fons ille favet bonitatis
Ignoscitque reo; cui non tamen ista videre
Concessum fuerat, sed tantum crimina flere.
Hec alter miles audit; videt atque stupescit,
Illum cognoscit, set culpe pondera nescit;
Alloquitur mestum, secum prandere precatur,
Hocque sibi nimio stimulante dolore negatur.
Visa pie recolens, iterum movet: *Oro beate*
Virginis ob meritum mense sociare parate.
Virginis ad nomen ardens devotio crescit;
Consentit, sed non gemitus sub corde quiescit.
Alter ait: *Scio, quod consumpseris omnia vane,*
Certus semper opus quia sis sectatus inane;
Attamen in Christi tibi trado timore fluentem
Diviciis sponsam, neptem mea iussa sequentem. —
Nolo, refert, *quia leta dies me nulla videbit;*
Flens et mestus ero, quo tristis et illa manebit. —
Cur, ait, *hoc refugis? Christus peccata remisit.*
Visa sibi pandit; hinc lugens denique risit;
Plurimis inde fluit lacrimis quam fluxerat ante,
Quas nimia fundit iam leticia mediante.
Virginis in laudem prorumpit, publicat actus,
Unde novus stupor est super omnes undique factus.
Uxorem spernit; hanc solam querit habere,
Que tanta miserum studuit pietate fovere.
Militis officium fugit et mala cognita pridem
Omnia postposuit, et egenis servit ibidem,
Obsequio sese mactat subditque labori,
Arcius astrictus sancte genitricis amori.

De Terra Sancta perdita sub papa Urbano.

Anno ab incarnatione Domini 1187. sub papa Urbano et Friderico Romanorum imperatore Salatinus et Sarraceni ceperunt civitatem sanctam Ierusalem. Quo audito, Fridericus imperator cruce signatus cum plurimis Alemaniae principibus, congregato exercitu christianorum ad 100 milia pugnatorum, estuans animo pro liberatione Terre Sancte, iter arripuit in pascha anno Domini 1189. et duxit exercitum per Ungariam, premittens nuncios Hermannum videlicet Monasteriensem episcopum et comitem de Nassowe aliosque multos ad imperatorem Constantinopolitanum, videlicet ut victui necessaria venderentur exercitui peregrinorum per terram suam transeunti et in pace sine lesione suorum procedenti. Imperator vero Grecorum, spretis eius mandatis, cum exercitus iam venisset ad silvam Bulgarorum, nuncios omnes captivavit. Fridericus ergo imperator audiens contemptum Grecorum et captivitatem nunciorum suorum, vehementer indignatus, in manu valida invasit fines Grecorum, et vastatis civitatibus multis castrisque fortissimis, tanto terrore concussit Grecos, quod, nunciis suis cum multo honore remissis, rogare ceperunt sicut olim Egyptii filios Israel rogaverunt, ut sumptis in via necessariis in pace transirent, multamque navium copiam in transitu maris quod dicitur brachium sancti Georgii eis preparaverunt. Egressi de terminis Grecorum et ducem vie non habentes, erraverunt per devia, multosque labores in invio perpessi, processerunt per fines Turcorum, et ad tam gravem defectum victualium pervenerunt, quod equos et mulos fame cogente comederunt. Venientes autem ad civitatem munitissimam que Cuni[25] dicitur et illam in ore gladii vastantes, post

1187.

1189. Apr. 9.

25) Iconium.

1189. multam penuriam maximam in depopulacione civitatis consecut sunt auri argenti victualium et omnium rerum habundanciam. Cumque venissent in confinia Antiochie, Fridericus Iun. 10. imperator die quadam in nimio calore volens balneari in flumine non magno, iudicio Dei occulto aquis eum preripientibus subito submersus statim exspiravit; sicque omnis exercitus peregrinorum non habens rectorem ad quem respiceret, frustrato labore dispersus, unusquisque ad propria remeavit cum gemitu et dolore, et renovata est lamentacio Iheremie, *Thren.* 1, 1. 1, 4. quia civitas sancta, princeps provinciarum, facta est sub tributo Caldeorum et vie Sion vere lugent, eo quod non sint qui veniant ad sollempnitatem.

De Heynrico imperatore.

In diebus illis Heinricus rex, filius Friderici, in Sicilia constitutus, cum audisset mortem 1191. patris, veniens Romam, in pace maxima tocius curie et civitatis cum multa gloria accepit coronam regni. Ordinatus autem imperator, reversus est cum consorte[a] sua domna 1194. Constantia in Teutoniam, que processu temporis ex Dei providencia genuit filium, nomen illi imponens Fridericus.

De Richardo rege Anglie.

Post non multum temporis Richardus rex Anglie rediens de partibus transmarinis, 1193. incidit in manus ducis Austrie, qui cepit eum et presentavit Heynrico imperatori pro contemptu, quem sibi exhibuerat in Acharon. Richardus ergo rex dedit Heinrico imperatori 100 milia marcarum et duci qui eum ceperat 50 milia marcarum pro redempcione, et 1194. absolutus est.

1196. Heinricus ergo imperator, convocatis principibus ad sollempnem curiam in Frankenfurt, sapientia et industria sua, que ex Dei dono multa fuit in eo, induxit omnes, quod unanimi consensu et pari voto filium suum Fridericum regem elegerunt et electionem scriptis et caucione iuratorio confirmaverunt. Quo facto, Heinricus imperator iam quasi securus, in partibus Alemanie cepit erogare larga manu donationem militibus et iuvenibus ad arma valentibus, congregatoque exercitu magno Teutonicorum, rediit in Syciliam in manu forti, et cum totam terram illam omnesque rebelles sibi subiugasset, Margarita tyranno, qui pyrata fuerat in mari, et maioribus omnibus captis propter conspirationem et tradicionem, quam in eum fecerant, misit eos in Alemaniam, et iussit omnes exoculari, ne malum contra ipsum vel contra filium processu temporis machinarentur. Post multos triumphos debellatis 1197. omnibus imperii adversariis, mortuus est in Palerna[b] et ibidem gloriose sepultus, relicto filio suo Friderico duorum vel trium annorum cum matre sua Constantia, que post ipsum breviter est defuncta. Fridericus vero puer in magna custodia est detentus aput episcopum Troianum, ne Teutonici facultatem haberent accedendi ad eum. Constancia ergo regina Arroganum audiens famam illustris pueri utroque parente orbati, cum iam ad annos iuveniles pervenisset, cum magno apparatu navium et comitatu pugnatorum applicuit ad partes illas et postulavit sibi presentari iuvenem imperatoris filium; quod et statim sine 1209. Aug. condicione factum est, ipseque Fridericus eandem reginam pro magna morum et nobilitatis honestate legitimo copulavit matrimonio. Dum hec agerentur in Sicilia, gravis dissensio orta est in imperio inter principes Alemanie. Adolfus enim Coloniensis archiepiscopus et principes inferiores elegerunt Ottonem, filium Heinrici ducis Saxonie, Treverensis vero archiepiscopus Iohannes et principes superiores elegerunt Philippum ducem Swevie, fratrem Heinrici imperatoris, qui et maximam partem imperii obtinuit usque ad diem obitus sui, paucis cum Ottone remanentibus. Philippus igitur nichil mali suspicatus, cum esset aput 1208. Iun. 21. Babenberg cum paucis, a quodam tyranno de Witelensbach occisus est in dolo. Sifridus igitur de Eppensteyn Moguntinensis archiepiscopus multis diebus de sede sua eiectus est, quia fuerat fautor Ottonis. Cum audisset mortem Philippi, reversus de curia Romana, gloriose receptus est in Maguncia.

De Ottone imperatore.

Nov. 11. Otto vero, convocatis principibus in Franckenfurt, auxilio Sifridi archiepiscopi Moguntini, communi omnium consensu confirmatus est in regno. Postea vero veniens Romam, et

a) sorte *c.* b) *ita c.*

honorifice susceptus a domno Innocentio, qui ei semper contra Philippum favebat, coronatus est ab ipso. Omnibus ergo prospere sibi succedentibus, accepta corona, non contentus 1209. Oct. 4. gratia et gloria, quam apud Deum et homines invenerat, processit in Siciliam in spiritu vehementi, ut Fridericum, filium Heinrici imperatoris regem Sicilie, opprimeret et sibi subiceret. Sed manu Domini eum repellente, statim recessit de partibus illis nichil proficiens. Paucisque diebus elapsis, dum adhuc esset in Tuscania, violavit iuramentum quod fecerat domno pape Innocencio, qui eum exaltaverat; propter quod excommunicatus, reversus est 1212. in Alemaniam. Fridericus autem rex evocatus occulte a quibusdam, de Sicilia venit cum paucis insperatus ex providencia Dei in Teutoniam. Ad cuius adventum Otto conterritus et nusquam plene securus, concitatis contra eum per mandatum domni pape principibus, declinavit in Saxoniam, et breviter vitam finivit aput Brunswig. 1218.

De Terra Sancta reddita Friderico imperatori.

Fridericus vero rex cum multo principum comitatu ad Aquisgrani deductus, in sede regia confirmatus est. Ibique gratiarum actiones referens domino Deo, cuius misericordia 1215. prospera sibi successerant, signo crucis est insignitus, et post paucos annos ordinatis imperii negociis filioque suo Heinrico de consensu principum rege constituto, Romam processit et 1220. a domno papa Honorio ordinatus coronam regni accepit. Anno autem Domini 1228. cum 1228. parvo peregrinorum exercitu transfretavit, mittens legatos ad soldanum, qui tunc temporis Terram Sanctam tenuit, ut Ierusalem et terram christianorum sibi restitueret, alioquin terram suam cum exercitu christiano invaderet. Multisque nunciis hinc et inde missis et remissis, imperator aput Ioppen cum peregrinis manens, eam turribus, muris et fossatis munivit, donec tandem Dei sapiencia, que attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, post multos labores 42 annis a pluribus exercitibus in vanum consumptos, inspiravit memorato soldano, licet pagano, ut Terram Sanctam Friderico imperatori et christianis in pace et sine omni contencione restitueret. Anno igitur 1229. respiciens Dominus de celo 1229. super castra filiorum Israel, misertus est civitati requiei sue Ierusalem, sanctificacionis sue dans testimonium iuxta illud quod dicitur in Ecclesiastico: *Ut sciant omnes qui habitant* Eccli. 36, 19. *terram, quia ipse est conspector*[a] *seculorum*, qui solus potuit perficere in diebus nostris, sicut antiquitus fecit in diebus patrum.

Quod soldanus Bethlehem resignavit.

Octavo[26] decimo die mensis Februarii Fridericus imperator et soldanus et Scaraph Febr. 18. frater soldani et alter soldanus Damasci per iuramentum firmaverunt pacis concordiam, et soldanus restituit imperatori et christianis sanctam civitatem Ierusalem cum omnibus pertinenciis suis, et omnem terram ex utraque parte vie a Ioppen usque Ierusalem, ut peregrini secure possent visitare sepulchrum Domini. Restituit eciam Bethleheym cum suis pertinenciis et terram que est inter Ierusalem et illam, Nazareth quoque cum suis pertinenciis, et terram que est inter Accaron et Nazareth. Castrum etiam Thuronum cum suis pertinenciis, que multe sunt et large. Omnem quoque planiciem civitatis Sydonis cum suis pertinenciis et omnes terras quas christiani ante habuerant. Ierusalem eciam reedificabitur ad placitum imperatoris et castrum Ioppen et castrum Cesaree et Monfort castrum et castrum Sydonis. Soldanus autem usque ad finem treugarum, scilicet ad decennium, nec castra nova facere vel reedificare non debet, et omnes christiani et captivi ex utraque parte reddentur. Imperator eciam coronam regni portavit in capite coram omnibus peregrinis dominica Oculi in Ierusalem, scilicet 15. Kalendas Aprilis anno Domini 1229. Mart. 18.

De conversione hereticorum aput Tolosam.

Eodem anno Tolosa civitas munitissima cum omnibus civitatibus Ambiensium[26*] in partibus Francie, que multis temporibus rebelles fuerant et contradixerant unitati sancte ecclesie catholice errantes in multis fidei articulis, per Dei gratiam simul omnes senes et iuvenes,

a) ɔsp^{c}tor *c.*

26) Ex epistola Friderici, Legg. II, p. 262. 26*) i. e. Albigensium.

viri cum mulieribus renunciantes errori, in quo laboraverant, et confitentes unitatem fidei christiane, ad dominum Iesum Christum sunt conversi, exceptis tribus mulieribus, que fuerant anus antiquissime, et dum nollent cum aliis credere, quia in errore diutino steterant, ad memoriam subsequentium et cautelam aliorum igni sunt conbuste.

Item de imperatore Friderico secundo, qualiter filium suum regem Heinricum apud Wormaciam regali honore privavit.

1235. Anno igitur Domini 1235. Fridericus imperator secundus post redditam sibi Terram Sanctam reversus in Siciliam, ordinatisque omnibus in pace ad libitum suum in regno Sicilie, sopita eciam gravi discordia inter domnum papam Gregorium et ipsum, reconciliatisque per industriam et potenciam suam Romanis cum predicto papa Gregorio, mortua iam uxore sua regina Ierusalem, que filium ei genuerat nomine ...., proposuit Alemaniam redire; missisque nunciis de Sicilia cum magnis muneribus ad Heinricum archiepiscopum Coloniensem, mandavit ei, ut cum duce Brabancie et duce Lothoringie transiret in Angliam pro filia regis Anglie Iohannis, ut eam duceret uxorem. Rex autem Heinricus audiens de reditu patris, turbatus est vehementer, et omnis familia eius cum illo, statimque cepit circuire per civitates de principe ad principes, laborans omnibus modis, precibus scilicet, minis et muneribus, ut secum starent ad resistendum patri suo. Maioribus vero omnibus, episcopis videlicet et principibus, qui alcioris fuere consilii, a stulto eum proposito revocare nitentibus, et ne tale quid contra imperatorem presumeret penitus dissuadentibus, ipse, postposito maiorum et seniorum consilio, sicut Roboam filius Salomonis audiens iuniores et sua commoda cum ipso querentes, non que Dei sunt, attraxit sibi aliquos Teutonie comites et quosdam nobiles, qui tamen respectu principum nulli fuerunt, et de quibusdam civitatibus, que sibi resistere minime presumebant, extorsit maiorum pueros ei dari, in signum adiutorii, obsides, ne postea eo derelicto fraudem quodammodo passus et iniuriam putaretur. Misit quoque armata manu milites cum quibusdam comitibus ad expugnandam Wormaciam, que stabilem et firmam imperatori fidem servabat, nec regis complicibus ingressum dare, nec cum ipso contra patrem fraudulenter stare acquievit, sed quasi fortissimi bellatores in manu robusta et valida de civitate egressi, in occursum veniencium viriliter resistendo inimicorum acies in fugam verterunt. Sicque factum est, ut ea qua ad impugnandam civitatem venerant die, ea quoque ignominiose et confuse ad propria compellerentur redire[27]. Cognita itaque imperator filii sui fraude et perfidia, quam contra se machinabatur, et miserabili pauperum oppressione et plurimorum subversione, qua propter sui contumeliam a rege et eius tor-
Iun. toribus affligebantur, festinavit quantum potuit ad Reni confinia, multisque principibus ei aput Ratisponam obviam occurrentibus, prout imperialem decuit maiestatem, procedens in magna gloria cum quadrigis plurimis auro argentoque onustis, bysso et purpura, gemmis atque preciosa suppellectili, cum camelis mulis atque dromedis, Sarracenos quoque multos et Ethyopes diversarum arcium noticiam habentes cum symiis et leopardis, pecunias et thesauros suos custodientes secum adducens, in multitudine copiosa principum et exercitus Winpiam usque pervenit. Tunc conturbati sunt coadiutores regis Heinrici, robustos eius optinuit tremor, formido et pavor nimius irruit super omnes fautores eius pre magnitudine glorie et potencia imperatoris. Unde cunctis eum statim deserentibus et fere omnibus fugam petentibus, ipse cum paucis sine ducatu iuxta prefatum locum, ut gratiam patris quereret, venit[28]. Imperator vero nolens videre faciem eius, protraxit eum usque Wormaciam, ut magis confunderetur in ipsa civitate, quam paulo ante propter fidelitatem ei servatam conabatur vastare. Susceptus itaque gloriose imperator a civibus Wormaciensibus, cum residisset presente multitudine principum nobilium et comitum necnon diversarum provinciarum populis astantibus, venit filius rex Heinricus et corruit pronus ante pedes patris quasi reus lese maiestatis, querens eius gratiam. Cumque diu prostratus in terra iaceret nec ab aliquo levaretur, intercessione quorundam maiorum iussus est surgere, et stans pavidus et confusus, obtulit se gratie imperatoris, resignans insignia regalia et omnia sua in manus eius. Nec mora, commissus ad custodiendum militibus, post dies aliquos captivus ductus est ad castrum palatini quod Heydelberg vocatur, ibique ad tempus detentus,
Esa. 35,5.6. missus est in Bauwariam. Et videtur esse completum in eo illud Ysaie propheticum: *Non*

27) Cf. Ann. Wormat. SS. XVII, p. 44. 28) Cf. Ann. Erphord. SS. XVI, p. 30.

vocabitur ultra is qui insipiens est princeps neque fraudulentus appellabitur magnus; fatuus enim fatua loquitur, et cor eius faciet iniquitatem. Et sicut dicit Ecclesiasticus: *Dedit maculam in gloria sua, profanavit semen suum, inducens patris iracundiam super se et super liberos suos, facere voluit imperium bipertitum, et factum est ei in obprobrium.* Et iterum dicit: *Rex insipiens perdidit populum suum, et translatum est ab eo regnum propter iniusticias et iniurias et contumelias et diversos dolos. Cor enim fatui quasi vas confractum, et omnem sapienciam non tenebit.* Eccli. 47, 22. 23. Eccli. 10, 3. 8. Eccli. 21, 17.

CATALOGUS PONTIFICUM ROMANORUM VITERBIENSIS.

In codice autographo Gotifredi B 1. *catalogus pontificum Romanorum, qui introductionem decimam Memoriae seculorum efficit, post duobus foliis insertis (26. 27) aliis manibus auctus est et continuatus. Quod partim ope ipsius operis Gotifrediani factum est; ibique res non parum turbatae; de Innocentio III. vero et Honorio III. auctores, quos Viterbii scripsisse patet, quaedam adiecere notatu dignissima. Scribendi imperiti sermone usi sunt plane barbaro, quem alia manus corrigere studuit, equidem vero retinendum duxi. Qualis e correctoris manu evasit, transiit in B 2, cuius lectiones sparsim tantum attuli.*

Benedictus, natus Tusculane ex patre Gregorio, sedit ann. 11, mens. 10, dies 21. 1012.
Iohannes, natus Rome ex patre Gregorio, sedit ann. 9, mens. 4. 1024.
Benedictus, natus Tusculane ex patre Alberico, sedit ann. 15. 1033.
Silvester sedit 56 d. 1044.
Gregorius, clericus Sancti Iohannis porta[a] Latin., sedit ann. 4. 1045.
Clemens sedit mens.[b] 9, d. 7. 1046.
Damasus sedit mensem 1 et d. 1. 1048.
Leo, natione Alamannicus, Tullensis[c] episcopus primitus, sedit ann. 5, mens. 2, d. 6. Iste[d] papa Leo, qui antea Brunus[e] dicebatur, nobili ortus proienie, imperiali auctoritate ad sedem beati Petri fuerat institutus, qui cum assumpta purpura per Gallias iter ageret, contigit eum Cluniacum[f] veniret. Ubi Aldebrandus prioratus ministrabat officio. Ipse eum adiens[g], Dei emulatione plenus, constanter eum de incepto itinere redarguit, illicitum asserens, summum pontificem per manum[h] laicam ad gubernationem universalis ecclesie introire. *Tamen si meis volueris credere te consiliis, efficere poteris, quod neque regis animum exacerbabis*[i] *neque ecclesie sancte auferes in electione pontificis libertatem.* Inclinatus ad admonitionem[k] dicti prioris, purpuram deposuit et peregrinum assumens abitum, iter arripiens ducensque secum dictum priorem. Igitur Romam ambo proficiscentes, consilio ipsius prioris Bruno[l] in summum pontificem elegerunt. 1048. *Gotifr. XXIII,* 37.
Victor, genere Alamannus, sedit ann. 2, m. 3, dies 14. 1054.
Stephanus, natus Alamannie, sedit mensibus 9. 1057.
Benedictus[29], natus[m] Alamann., sedit ann. 10; qui cum suo antecessore defuncto, magna in Romana ecclesia fuit orta confusio; propter quod tres elegerunt patriarchas. Quorum unus Benedictus vocabatur; et ad maioris miserie cumulum, inter se patriarchiis divisis earumque redditibus, unus ad Sanctum Petrum, alter ad Sanctam Mariam maiorem, tertius, id est Benedictus, in palatio Lateran. sedebat. Omnes tamen turpem ducebant vitam. Unde Romani quendam presbiterum nomine Gratianum in pontificem elegerunt eumque Gregorium septimum vocaverunt. Imperator hec[n] audiens, Romam quam citius festinavit. Cui Gratianus apud Sutrium occurrit, eique coronam pretiosam ad eius captandam benivolentiam donavit. Imperator tamen benigne suscepit. Sed postmodum sinodo facto, propter notam simoniam ipsum a papatu eiecit et episcopum Banberiensem nomine Sguideierium[o] papam substituit, et Benedictum vocavit. 1058. *Gotifr. XXIII,* 35.

a) ante portam Latinam B 2. b) ann. B 2. c) Tulenensis B 2. d) Iste — elegerunt *in marg.* B 1; Item B 2. e) antarbrunius B 2. f) Damascum B 2. g) audiens B 2. h) man' B 1. i) exarcebabis B 1; exacerbabit B 2. k) I. admonitione B 2. l) Brunum B 2. m) natus — miserie *desunt* B 2, *pluribus lineis vacuis relictis.* n) Hec autem B 2. o) Seguidegerium B 2.

29) Ordo valde turbatus; error inde natus, quod Gotefridus Gratianum Gregorium septimum nominasset; Benedicti X. et IX. confunduntur.

1059. Nicolaus, natus Burgondie, sedit ann. 3, men. 6, dies 25, et cessavit episcopatus men. 2.

1061. Alexander, natus Mediolan., sedit ann. 11, mensibus 6, dies 25. Hic fuit Luccensis episcopus;
Gotifr. XXIII, 39. qui cum electus esset in summum pontificem, Cadolum[a] quidam Parmensem episcopum Romanam sedem armata manu voluit occupare, qui Alexander costanter repressit. Unde in camera Lat. versus:

Regnat Alexander, cadit Cadolus et superatur.

Ecclesiam vero, que quasi ancillariam invenit, ad pristinam libertatem reduxit. Eius namque temporibus Agnes imperatrix Rom. obiit et in ecclesia sancte Petronille honorifice est sepulta.

1073. Gregorius sedit ann. 12, mens. 1, dies 4. Qui hobiit Salernum, et a Gilberto inperatore[30]
cf. Gotifr. l. c. violenter cathedram invaditur.

1086. Victor sedit ann. 3. Qui fuit abbas montis Cassini et nocte clam fuit in cathedra positus propter Gil-
Gotifr. XXIII, 38. bertum, qui cum violenter Romanum detineret imperium, ne papa nisi de suo consensu elegeretur, civitas Luniana[31] custodiri faciebat.

1088. Urbanus sedit ann. 11, mensibus 4, et cessavit episcopatus dies 16. Iste fuit episcopus
Gotifr. l. c. Hostiensis. Qui, cum suis temporibus terra Hierosolimorum a paganis esset conculcata et detenta, prefatus papa in Gallias transiens, et centum milia hominum ad armas collegit. Constituensque duces et marchiones, scilicet ducem Lotaring. Gottifredum de Bollon, comitem Sancti Egidii, comitem Flandrie et Hugonem fratrem Philippi regis Francie, et sic Deo propitio dictam terram liberata fuit a manibus paganorum, et Babillonia et infinitime civitates sunt capte. Ipse vero pontifex, apud Clarmundam concilio celebrato, Romam revertitur et Gilbertum ab Urbe expellit.

1099. Pascalis sedit ann. 19, mens. 6, d. 18. Istius[b] pape Pascalis temporibus Apulie, Calabrie et Sicilie finibus a Normannis invaditur, et Henricus inperator coronatur; qui sumpta corona tunc in basilica principis apostolorum cepit Pascalem papam, qui ipsum iubet expoliari et in carcere tradi, dicens, quod papalis dignitate iniuste ab inperatore esse subtracta et iuste inperator abere deberet[32]. Qua de causa ipsum misit in carcere et magnam inter ecclesiam et inperatorem[c] orta est contentionem, altercantes in invicem, quis inter papam[d] et imperatorem maior esset in terra. Sed cum super hoc satis esset disputatum ac rationabiliter imperator exinde convictum et[e] ornamenta papalia .....[f] ex auctoritate imperatoris aberet .....[g] probatum fuisset, nudus papa profugit ab eo. Reverso Romam et sinodo ex omni parte convocato, ob verecundiam passum adstans in medio, seque ipsum de cetero esse rennuens pontificem palliumque et cetera deponens ornamenta. Episcopos[h] tamen et prelatos cunctoque concilio dolore compasso talia facere rennuunt, sed ipsum in omni confirmaverunt auctoritate, et inperatorem excommunicare presumpserunt. Quapropter inperator Romam accessit, et ad pedes domini pape veniam postulans promittensque suis observare[i] mandatis, et tactis sanctis euangeliis ac apostolorum Petri et Pauli capita firmiter iuravit, et et sic deinceps pacem inter eos inviolata mansit.

1118. Gelasius sedit ann. 1, d. 3.

1119. Calixtus sedit ann. 5, m. 10, d. 14. Qui cum de consilio archiepiscopi[k] Colonien. et archiepiscopum
Gotifr. XXIII, 42. Maguntinum Henricum inperatorem excommunicationis vinculo innodaret, facto scismate, inperator Romam petiit et Burdinum Yspanum violenter cathedra ..... Recedente vero inperatore, Burdinum cum eo usque ad castrum Viterbium properavit[l]. Quem in reversione apud Sutrium commorante, Romani eum ceperunt ipsumque dispoliaverunt et cum magna iniuria camelum imposuerunt et ad caveam iuxta Salernum eterna custodie tradiderunt; papa vero Calixtus restitutus est in locum suum.

1124. Honorius sedit ann. 5, m. . ., d. 3. Qui cum mortuo, duo pontifices eliguntur, scilicet Innoc.
Gotifr. 46. 1130. et Anacletum; qua de causa oritur scisma. Innocentius tamen Rome stare non poterat propter Anacletum, quia nobilior eo erat, cum esset filius Petri Leonis. Unde Innoc. Franciam ivit; ubi Lotharius rex ei occurrit auxiliumque et favorem ei promittens. Tunc papa concilium apud montem Clarum celebravit. Revertente Romam, Lotharius cum magno exercitu cum eo venit et apud Lateran. eo coronavit; quia pre timore Anacleti apud Sanctum Petrum stare non poterat.

1130. Innocentius, natus Rom. ex patre Iohanne de regione trans Tiberim, sedit ann. 13,
Gotifr. 48. m. 7, d. 8, et cessavit episcopatus d. 2. Iste[m] Innocentius suis temporibus una cum Romanu exercitu

a) *ita* B 1, *cuius errores manifestos retinui;* B 2 *eos corrigere tentavit, sed non semper feliciter, e. gr.*: Codolus contradam peramensi episcopus. b) Istius — mansit *in marg.* B 1. c) imp. et eccl. B 2. d) imp. et papam B 2. e) *abscisum in* B 1. f) haberet *hoc loco* B 2. g) imperatoris probatum B 2. h) Episcopi t. et prelati cum toto consilio compassi t. f. r. B 2. i) obedire B 2. k) *alia manus corr.* (*et ita* B 2): archiepiscoporum Colonien. et Maguntini H. i. e. v. i. facto scismate eodem inperatore Romam petente ab eodem Burdinum Yspanum contra se violenter didicit cathedratum. Idem vero imperator inde regressus secum Burdinum usque ad castrum Viterbii retulit properatum. Quo in reversione apud Sutrium commorante, Romani eum ceperunt ipsumque dispoliatum cum magna iniuria camelum inponentes, ad caveam iuxta Salernum in longam custodiam tradiderunt. l) 1. *manus add. sed ipsa ut videtur del.* ipse vero apud. m) Iste — fecit *in marg. supra ubi de scismate loquitur* B 1.

30) Nota singularem auctoris errorem, qui Gilbertum (Guibertum) imperatorem habet. 31) i. e. Leoniana.
32) Fabulosam sane harum rerum praebet narrationem.

contra Rogerium Apuliam ingreditur, propter quod ipse Rog. predictam terram violenter invaserat, *Golfr. XXIII,* 48.
que antea pro patrimonio ecclesie abebatur. Quadam vero nocte dictus papa a prefato Rogerio capitur et reverenter coacto sub auctoritate apostolica regnum ei concessit, et tunc cepit Apulia abere regem. Hiis temporibus Romani ceperunt innovare senatum, qui longis ita ante temporum curriculis cessaverat, ut Rom. mentio non aberet. Quem Innoc. papa pretio, ingenio et minis solvere voluit et non potuit. Morboque preventus, sub ea discordia diem clausit extremum. Vivente autem, in nocte sancti Clementis tectum Lateran. ecclesie cecidit, quod ipse restaurari fecit.

Celestinus sedit m. 5, d. 13. 1143.

Lucius, natus Bononie, sedit m. 1, d. 4. 1144.

Eugenius, Pisanus natus, sedit ann. 8, m. 4, d. 20, et cessavit episcopatus d. 3; qui fuit abbas Sancti Anastasii de ordine Clarevall. 1145.

Anastasius, natus Rom. ex patre Benedicto, sedit a. 1, m. 4, d. 32. Fridericus imperator ab eo coronatus est[33]. 1153.

Adrianus, Anglicus natus, sedit ann. 5, m. 8, d. 28. Adrianus[a] papa cum Apulien(ses) haberet hostis; et Beneventum voluit secum super eos ducere Fridericum inperatorem, dicens ita: *Nisi tu terram Apuliensem mihi subiceril*[b], *iuxte te ab inperio te expellam.* Imperator vero talia rennuens, nùmquam cum eo ivit. Set abiit Spoletum et obsedit in tantum, quod dextruxit eum propter falsam monetam, quam quondam tempore dederant ei. Discordia vero magna inter papam et inperatorem incepta ecclesia dividitur, pars cum papa, pars cum inperatore abebant. Papa vero eunte cum magno exercitu Apulie, hobiit Campanie. Orta scisma, duo pontifices eliguntur, scilicet Alexander et Victor. 1154. *Gotifr. G. Frid. c.* 7 *sq.* *cf. ib. c.* 12.

Alexander, natus Senen., sedit ann. 22, m. 11, d. 28. Qui vicit 4 scismaticos. Victor, qui antea Ottavianus dicebatur, et Pascalis, qui antea Guido Cremensis vocabatur, et Calixtus et Lando[34]. Octavo anno sui pontificatus fuit homicidium de Romanis ad montis Porc. per archiepiscopos Maguntin. et Colonien. Octavodecimo anno perrexit Venetiam, ut pacem cum inperatorem Fridericum faceret, legationem ubique mittens et non solum clericos et prelatos, verum etiam multitudo gentium armatorum secum ducens. Unde in camera Lateran. versos: 1159. 1166. *cf. ib. c.* 25. 1177.

Presul Alexander ratibus devectus ab Urbe,
Pergit, et innumere veniunt per litora turbe.
Legatos Siculus Grecusque per equora mittunt,
Qui referant scriptum, quod erit sub cesare dictum.

In reversione sua[35] venit Viterbium et ecclesiam sancti Fortunati precibus Ildebrandini Roseguidonis dedicavit. Vicesimo anno fecit synodum. Ipso anno in vigilia exaltatione sancte ⁜ ad mediam diem sol obscuratus fuit; sequenti vero anno fuit valida famis anni Domini 1176. 1179.

Lucius, natus Luccensis, sedit ann. 4, m. 2, d. 15. Tunc fam. et ubertas fuit. 1181.

Urbanus, natus Mediolan., sedit m. 10, d. 28. 1185.

Gregorius VIII, natus Benevent., sedit m. 1, d. 27. 1187.

Clemens, natus Rom., sedit ann. 3, m. 3, d. 8. Tunc Fridericus imperator ivit ultra mare et ibi mortuus est. Alio anno hobiit Guilielmus[c] rex Sycilie, et tunc terra promissionis a Saladino capta est ann. Domini 1188[35]. 1187. 1189.

Celestinus, natus Rom., sedit ann. 6, m. 8, d. 11. 1191.

Innocentius, natus Campanie ex castro Gavinian.[d], sedit ann. 18[d], m.[d] 4[d], d.[d] 21[d]. 1198.
Hic antea Heleutherius dicebatur; qui cum esset diaconus card. ecclesie[e] sanctorum Sergii et Bachi, in summum pontificem est institutus, et hea vero die qua beatus Petrus in Antiochia ipse Rome fuit cathedratus. Tertio anno sue exaltationis optulit in altare beati Petri pallium unum valens plus quam mille marcarum argenti et tertiam partem oblation. ministeriorum. Tempore suo elevavit corpus beati pape Gregorii et onorifice in altare eiusdem beati[f] recondivit in basilica principis apostolorum, et tribunam eiusdem basilice optime decoravit auro gemmisque et lapidibus adornavit. Hic quadam provincia ab ydolorum cultura revocavit et ad Christi fidem convertit. Necnon et Romanie Grecieque partibus Romane ecclesie pedibus subiugavit. Hic iuxta Tiberim hospitale sancti Spiritus Febr. 22.

a) Adrianus — Victor *in marg.* B 1. b) subieceris B 2. c) Guibelinus B 2. d) *alia manu* B 1. e) ecclesie — ipse *e corr. in loco raso* B 1. f) b. pape B 2.

33) Quod falsum esse constat. 34) i. e. Innocentius III. antipapa 1178—80. 35) Anno demum 1181. Alexander Viterbium venit; cf. Jaffé, Reg. pont. p. 826; Gregorovius, Geschichte der Stadt Rom IV, p. 565. 35) a. 1187.

hedificavit et eius nomine consecravit; in quo loco multa bona contulit et magnis ditavit
1207. divitiis. Octavo vero anno sui pontificatus venit Viterbium et expulit omnes inde hereticos[36].
1209. Anno similiter duodecimo[37] iterum venit Viterbium et ibi Ottonem Saxonem ad coronam vocando imperii excepit, dicens: *Hic est filius meus karissimus; complacuit in te animam meam.* Reverso Rome, prefatum Ottonem apud beati Petri basilicam coronavit mens. Octub. 5.[38] die intrante; alio anno venit in obsidion. Viterb. Qui cum in omnibus domini pape con-
1210. tempneret[a] mandatum, prefatus papa publice ipsum excommunicavit, et Fridericum, filii Henrici imperatoris, a regn. Sycilie ad coronam vocavit et in partibus Alamann. cum magn. misit exercitu, prebens ei argentum infinitum, ut prefatum expugnaret Ottonem.
1212. Qui cum supra dictus Fridericus partibus abisset, ut dictum est, Alamannie, omnes barones eum cum gaudio susceperunt. Exercitu vero quam maximo congregato, supra prefatum ivit Ottonem; qui cum ei resistere non potuisset, secessit se ad arcem nomine Brunzvike,
1218. ibique morbo preventus vitam finivit. Fridericus autem honorifice apud Afra[b.39] Coloniam
1215. coronam regni sumpsit Alamann. Supra memoratus autem Innocentius quasi 18. ann. sui
1215. pontificatus Rom. concilium celebravit, qui sic incepit: *Desiderio desideravi hoc pasca cele-*
1216. *brare vobiscum, antequam patiar,* mens. Novembr. Sequenti vero anno iterum venit Viterbium, habiitque Perusiam, ibique morbo preventus, ultimum diem clausit extremum in fest.
Iul. 15. sanctorum Quiri ..[c] et Iulitte.

Honorius[d] III. natus Rome sedit annos 10, mens. 8, d. 3. Hic autem cum esset presbiter card. ecclesie sanctorum Iohannis et Pauli, defuncto Innocentio apud Perusium, in summum pontificem est elevatus. Suis namque temporibus Fridericus coronam imperii
1220. una cum uxore sua Constantia in basilica apostolorum principis honorifice ab eodem suscepit. Qua suscepta, coram principibus pro libertate ecclesie congrua hedidit legem in fest. sancte
Nov. 22. Cecilie virg. anno Domini 1221[f.40]. Hic etiam ecclesiam sancti Laur. foras muros innovavit sive restauravit. Similiter restauravit ecclesiam sancte Marie de Casamaris et copiose magnis ditavit divitiis, et multa bona multarum contulit ecclesiarum[g]. In supradicta basilica beati Petri in opus Cibrurii optulit ducentas marcas argenti et ultra[h]. Decrevit autem, ut Viterbien. ecclesiam optineret ius esse capud episcopatus, scilicet Viterb., Tuscan., Centumcell. et Bledan., et Philippum cappellanum suum episcopum consecrans, Viterbium misit, et ut preesset Tuscan. et ceteris. Qui dictus Philippus Viterbium veniens, cum ymnis et laudibus decenter suscipitur. Amministravit autem per totum episcopatum, excepto vero intus Tuscanella. Supra memorato[i] papa Hon. cum Viterbium veniens[42], ibique diu commoratus, multa bona ecclesiarum Viterbien. contulit ac ecclesiam sancti Mathei de Sonsa et ecclesiam sancti Stephani dedicavit. Tres namque magnos calices fieri censuit, unumquemque pensantem 160 marcas argenti, dansque unum basilic. memoratae beati Petri, alterum vero ecclesiam sancte Marie maioris, tertium autem Lat. ecclesie. Item prebuit altare beati Petri lampad. unam argenteam pensantem marcas 120. Hobiit
1227. autem Rome 12. Kal. Aprilis. Sepultus est in ecclesia sancte Marie maioris in conca porphiretica. Tumulum autem eius reverenter habetur.

a) cōptenēt B 1. b) Asiam B 2. c) *lege:* Quirici; Faustini et Iouite *(i. e.* 15. *Febr.) alia manu in loco vacuo relicto* B 2. d) Noīus B 1, *qui alia manu pergit.* f) XXII. B 2. g) *alia manus (eadem quae supra) corr.:* b. quam plurimis ecclesiis contulit; *et ita* B 2. h) et u. *post del.* B 1; *desunt* B 2. i) *alia manus (quae supra) correxit (et ita* B 2*):* Supra memoratus papa Honorius Viterbium venit i. d. c. m. b. ecclesiis V. c. et e. s. M. d. S. et e. sanctorum Stephani et Bonifatii dedicavit. T. n. m. c. f. c. unoquoque pro penso 160 m. a. quos tribus ecclesiis dedit.

36) Cf. Gesta Innocentii c. 124. 37) *decimo* scribi debebat. 38) Oct. 4; cf. Böhmer Reg. p. 47. 39) De Aquisgrano dicere voluisse videtur. 40) 1220, v. Leges II, p. 243. 41) a. 1220, Gregorovius V, p. 122 n.

BSB

CATALOGUS PONTIFICUM ET IMPERATORUM ROMANORUM TIBURTINUS.

In codice B 2 *fol.* 111'—121' *catalogus iste legitur, a Petri et Octaviani temporibus incipiens. Prima illius pars maximam partem ad Librum pontificalem redit et saepius eadem refert quae in Ann. Ceccanensibus, SS. XIX, p. 277 sqq. leguntur, nonnumquam quoque cum Ann. Casinensibus convenit, et ex horum fonte, quo etiam Ceccanensis usus est*[1], *hausisse putandus est. Praeterea ad Ann. Romanos aliosque, qui in codice olim Seligenstadensi servati in Italia scripti sunt*[2], *accedit; posterior pars peculiaria praebet non pauca. Haec ex annalibus Tiburtinis sumpta esse videntur, quorum laciniae nullo ordine servato seriei tam paparum quam imperatorum insertae, omnia vero antiquiora falsis annis adiecta sunt. Codicis scriptor ordinem etiam magis turbasse et verba nonnumquam male legisse videtur. His nonnisi cauta manu mederi conatus, imperatores tamen singulos ibi posui ubi eos se invenisse auctor dicit, cum codex huius rei vix ullam rationem habuerit.*

1. 4. Anno 42. imperii Octaviani Augusti natus est Ihesus Christus *etc.*

708. 6.

709. 7. Gregorius II, natione Romanus, ex patre Marcello, sedit a. 16, m. 8, d. 20. Hic constituit 5. feria in quadragesima ieiunari et missarum celebritatem sicut totam ebdomadam[a] per totum annum in ecclesia, que antea non agebatur. Huius temporibus Leo augustus deposuit omnes ymagines Salvatoris videlicet et eius genitricis vel omnium sanctorum, et eas in medio civitatis Constantinopolim incendit. Huius temporibus Agareni invaserunt Yspaniam, set 375 milia Francis una die interemta sunt. Audo vero Aquitanius[b] princeps per modicas partes distribuit tres spongias populo suo a Gregorio papa missas, que ad usum mense sue fuerant; et nec unus de suis qui[c] participaverat mortuus et vulneratus est. Hic per Bonifacium monachum et episcopum gentem Germanorum sedentem in tenebris et umbra mortis doctrina lucis convertit ad Cristum.

Item Constantinus cum Leone filio suo et cum Pipino rege Francorum et patricio Romanorum eiusque filio[f] Carulo magno ann. 16. Hic Pipinus obiit. 715. *A. Cecc.*

cf Lib. pont.

Lib pont.

716. 14. Constantius imperator excecatus[g] est.

727. 10. Constantius imperator excecatus est.

730. 13. Niceforus imperator.

732. 15. Gregorius III, natione Syrus, ex patre Iohanne, sedit a. 10, m. 8, d. 24. Hic adiunxit in secreta: *quorum solempnitas hodie in conspectu tue maiestatis celebratur domine Deus noster in toto orbe terrarum*, et fecit recedere totam Ytaliam a potestate Leonis augusti heresiarche[d] ob depositionem[e] ymaginum et ipsum imperatorem excommunicavit et regno privavit. Hic cum esset magni nominis et ante feretria in obsequio sui antecessoris a parvo usque ad maximum in Romanum pontificem est electus. 731. *cf. A. Ceccan.*

Lib. pont.

743. 11. Zacharias, natione Grecus, ex patre Polocronio, sedit a. 10, m. 3, d. 15. Hic[3] Francorum regem Carolummagnum, fratrem Pipini[h], fecit clericum et misit ad Casinensem monasterium fieri monachum, cui etiam monasterio dona plurima cum privilegio apostolice sedis contulit. Hic 4 dialogorum 741. *cf. Ann. Cecc.*

a) edom. *c.* b) Aquintanius *c.* c) *deest c.* d) heresiache *c.* e) deponi ŕonē *c.* f) filii *c.* g) excatus *c.* h) Pipinum *c.*

1) Cf. Hirsch, Forschungen VII, p. 109 sqq. 2) V. Scheffer-Boichorst, Forschungen IX, p. 383 sqq.
3) Ann. Cecc. de Stephano.

Lib. pont. libros de Latino in Grecum translatavit. Hic sacris ymaginibus tam oratorium beati Sylvestri quam et porticum decoravit. Rex autem Rachis cum uxore et filiis devote ad apostolorum limina venientes, per manum pontificis clericus effectus monastico indutus[a] est habitu cum uxore ac filiis. Hic multitudinem mancipiorum utriusque sexus a Venetiis emptam, ne Saracenis venderentur, redemit et absolvit. Per eundem almificum pontificem in urbe Roma magnum thesaurum dignatus est Dominus propalare. Clerum valde dilexit et eis presbiteria in duplo annue augmentavit.

747. 15. Michael imperator.

752. *cf. Ann. Cecc.* 753. 6. Stephanus II, natione Romanus, ex patre Constantio, sedit a. 5, d. 28. Hic[4] ob infestationem[a*] Astulfi regis Longobardorum pergens in Franciam, uncxit Pipinum, filium Caruli, rege Francorum et duos filios eius. Qui rex simul cum eo veniens in Ytaliam, et abstulit Ravennam et 20 alias civitates, et idem Astulfo sub iure sancti Petri redegit; unde patricius Romanus est factus.

760. 13. Carolus I. accepit imperium Romanorum et imperavit annis 13, m. 1, d. 4. Hunc inveni sub papa Stephano II.

757. 759. 12. Paulus sedit a. 10, m. 1. Hic sepius commonuit Constantinum et Leonem agustos pro restituendis ymaginibus sanctorum.

763. 1. Luduicus cum Lothario, filio suo, ann. 25. Hic nutu[f] Dei venit ad Ytaliam; in territorio Sabinensi nocte apparuit Iohannes baptista, qui precepit ei fabricare ecclesiam ad honorem Dei et sui; qui letus mane consurgens, monasterium edifficavit in loco qui dicitur Argentulo ad honorem beati Iohannis baptiste et largissime dotavit. Hunc inveni sub papa Paulo.

768. 765. 3. Stephanus III, natione Siculus, ex patre Olibio, sedit a. 3, m. 5, diebus 28.

767. 767. 5. Constantinus sedit ann. 1, m. 5. Hic adhuc laicus, neophitus videlicet, sedem invasit apostolicam per Totonem[b] pessimum ducem. Hic ordinatus est a Georgio Prenestino, cuius manus aruit, et Eustasio Albanense[c] et *Lib. pont.* Citonato Portuense consecratus est. Hic in medium eductus et lectis sacratissimis canonibus depositus est; accedens autem Maurinus subdiaconus orarium[d] de collo eius proiecit et compages eius abscidit[e]. Postmodum de monasterio Cellanova, ubi intrusus erat, eiectus, eruptis oculis cecus in platea iacuit. His ita gestis, Stephanus papa, qui iam electus erat, cum 12 Francorum episcopis, a Pipino et Carulo eius precibus destinatis, et aliis episcopis habito consilio cum aliis, producto in medium Constantino extra oculos, facta sua dampnavit; episcopos tamen, quos consecraverat, ex decreto ibi facto denuo electos consecravit, diaconos autem et presbiteros ab eo ordinatos in suo statu dimisit, laicos autem ab eo presbiteros et diaconos factos in habitu religionis stare precepit, statuens ut nullus, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus et presbiter cardinalis factus fuerit, ad pontificatus gradum ascendat.

772. *cf. Ann. Cecc.* 780. 3. Adrianus, natione Romanus, ex patre Theodoro, de regione Via lata. Sedit ann. 23 et mensibus 10, d. 17. Huius precibus vocatus Carolus, filius Pipini regis, et obsedit Longobardos in Papia, ubi cepit Desiderium regem cum uxore sua, quos captivos portavit in Franciam; et veniens Romam, reddidit omnia, que pater eius Pipinus dederat beato Petro, adiunctoque ei ducatu Spoletino et Beneventano. Ob hoc etiam ipse meruit dici rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum.

795. *cf. Ann. Cecc.* 796. 4. Leo III. Sedit a. 20, m. 5, d. 16. Hic dum pergeret die sancti Marci cum letaniis ad Sanctum Petrum, captus est et cecatus et mutillatus. Set Deus omnipotens reddidit ei visum et loquelam; et pergens ad Carolum regem Francorum, susceptus cum honore redit Romam cum prefato rege. Facta vindicta de inimicis eius, purificante se per sacramentum papa de quibusdam criminibus sibi illatis; ideoque idem rex est coronatus in imperatorem Romanorum. Hic sermocinarius appellatus.

807. 15. Lotarius regit ann. 10. Hunc inveni scriptum sub papa Adriano.

816. 815. 8. Stephanus IIII. sedit septimum m., scilicet menses 7.

822. 15. Lotarius cum Ludoico filio suo regnavit ann. 5. Hunc inveni in exemplo sub papa Stephano IIII.

817. 817. 10. Pascalis primus sedit ann. 7, dies 17.

824. 823. 1. Eugenius sedit ann. 3, mens. 2. Hic penitentialem librum composuit et in Franciam transmisit.

827. 826. 4. Valentinus dies 40. Hic[5] Ludoicum, filium Karoli, imperatorem constituit et consecravit.

827. *Lib. pont.* 827. 5. Gregorius IIII. sedit ann. 16. Hic ecclesiam sancti Marci prius a fundamentis eiecit et postea novis fabricis erexit.

844. *cf. Lib. pont.* 837. 15. Sergius II. sedit ann. 3, m. 2. Iste coronavit Lodoicum. Huius temporibus Saraceni vastaverunt Ytaliam.

847. *cf. Lib. pont.* 847. 10. Leo IIII. sedit ann. 8, m. 3, d. 6. Hic[6] Karolum, filium Luduici, coronavit imperatorem, et edifficavit civitatem quam Leonianam suo nomine appellavit[g] et fecit ecclesiam sancte Marie nove et sanctorum quatuor coronatorum.

a) inductus *c.* a*) infestitiationem *c.* b) T. ne p. *c.* c) albanese *c.* d) oratorium *c.* e) absidit *c.* f) nuptu *c.* g) appelavit *c.*

4) Haec de Zacharia Ann. Ceccan. 5) Stephanus a. 816. 6) Iohannes VIII.

854. 2. Benedictus III. ann. sedit 2, m. 6, diebus 10. — 855.

856. 4. Nicolaus primus sedit ann. 9, mens. 2, d. 20. — Karolus II. inperavit ann. 1, mens. 9. Hunc inveni sub papa Nicolao primo. — 858.

Hic uno tempore duos imperatores excommunicavit, orientalem nomine Lotarium propter Waldrade pellicis societatem.

864. 12. Adrianus II. sedit ann. 5. Lodoicum, filium Karoli, constituit imperatorem[7]. — 867.

870. 3. Iohannes VIII. sedit ann. 10, dies 2. Hic altercatus[a] cum Amgelberga regina de civitate Ravenna, qui etiam Karolum, filium eiusdem Amgelberge[8], ordinavit imperatorem. — Carolus III. imperavit ann. 9. Hunc inveni sub papa Iohanne VIII. — 872.

880. 13. Martinus[9] I. sedit ann. 1, menses 5. — 882.

882. 15. Adrianus III. sedit ann. 1, mens. 4. — 884.

883. 1. Stephanus V. sedit ann. 6, d. 9. A[10] morte sancti Gregorii usque ad hunc sunt anni 273 et mens. 2. — 885.

888. 6. Formosus sedit ann. 5, mens. 6. Huius temporibus Longobardis rebellantibus[b] Franci perdiderunt imperium. — Ludoicus imperavit ann. 4. Hunc inveni sub papa Bonifacio VI. — 891.

893. 11. Bonifacius VI. sedit dies 15. — 896.

894. 12. Stephanus sedit a. 1, m. 3. Huius temporibus Saraceni occupaverunt Siciliam. — 896.

895. 14. Romanus I. sedit m. 3, d. 12. — Veremgarius imperavit annis 6. Hunc inveni sub papa Romano I. — 897.

896. 15. Theodorus sedit dies 20. — 897.

897. 1. Iohannes VIIII. sedit ann. 2, diebus 15. Huius temporibus Romani capitanei patriciatus sibi vendicaverunt. — 898.

899. 3. Benedictus IIII. sedit ann. 3, mens. 2. — Berengarius imperavit ann. 7. Hunc inveni sub papa Benedicto. — 900.

903. 7. Leo V. sedit 40 diebus. — Ugo imperavit ann. 6. Hunc inveni sub papa Leone V. — 903.

904. 8. Cristoforus sedit mens. 7. Hic de papa monacus factus. — Berengarius imperavit ann. 8. Hunc inveni sub papa Cristoforo. — 903.

905. 9. Sergius III. sedit ann. 7, mens. 3, diebus 16. Hic[10] basilicam Lateranam reparavit. — 904.

912. 1. Anastasius III. sedit ann. 2, mens. 2. — 911.

914. 3. Lando sedit mens. 6. — 913.

915. 4. Iohannes X. sedit ann. 14, mens. 2, diebus 4. Hic pugnavit cum Saracenis et ab Ytalia pulsus in Siciliam fugavit et edifficavit basilicam in palatio Lateranensi. — Lotarius imperavit ann. 2. Hunc inveni sub papa Iohanne X. — 914.

930. 3. Leo VI. sedit ann. 7, diebus 15. — Belengarius cum Alberto filio suo imperavit ann. 11. Hunc inveni sub papa Leone VI. — 928.

937. 10. Stephanus VII. sedit ann. 2. — 929.

939. 12. Iohannes XI. sedit ann. 4, mens. 10. — 931.

944. 2. Leo VII. sedit ann. 3[c], mens. 6, diebus 10. — 936.

947. 5. Stephanus VIII. sedit ann. 3, m. 4, diebus 15. — 939.

951. 9. Marinus sedit ann. 3, mens. 6, d. 24. — Otto primus imperavit ann. 6. Hunc inveni sub papa Marino. — 942.

953. 11. Agapitus II. sedit ann. 10, mens. 6, d. 10. — 946.

963. 6. Iohannes XII. sedit ann. 7. — 955.

964. 7. Benedictus V. sedit mens. 2. — 964.

965. 8. Leo octavus sedit ann. 1, mens. 4. — 963.

966. 9. Iohannes XIII. sedit ann. 7, m. 11. Hic a Petro prefecto Urbis comprehensus et in castello sancti Angeli retrusus, deinde in Campania in exilium missus, post 10 menses et 27 dies reversus est Romam, et de persecutoribus eius supplicium est sumptum ab Ottone imperatore. — Otto cum Ottone filio suo imperavit ann. 8. Hunc inveni sub papa Iohanne XIII. — 965. *cf. A Ceccan.*

974. 2. Benedictus VI. sedit ann. 1, m. 6; qui in castello sancti Angeli retrusus strangulatus est. — 972. *cf. A. Ceccan.*

975. 3. Bonus sedit ann. 1, m. 6.

976. 4. Bonifacius VII. sedit m. 1. — 974.

a) alteratus *c.* b) Longobardi relantibus *c.* c) ann. mens. VI. ann. III. *c.*

7) Regem coronavit Iohannes VIII. a. 878. 8) De Karolo Crasso, filio Ludovici Germanici, cogitare videtur, quem Iohannes a. 881. imperatorem coronavit. 9) Marinus. 10) Similia ex cod. Petri Guillelmi affert Watterich, Vitae pont. I, p. 30 n.

974. 977. 5. Benedictus VII. sedit ann. 9, m. 6.

983. 986. 14. Iohannes XIIII. sedit mens. 8. Hic in castello sancti Angeli per 3 menses fame afflictus mortuus est.

987. 15. Iohannes XV. sedit mens. 4.

985. 988. 1. Iohannes XVI. sedit ann. 10, menses 7, dies 10.

996. 998. 11. Gregorius V. sedit ann. 2.

997. 1000. 13. Iohannes XVII. sedit mens. 10.

999. 1001. 14. Silvester II. sedit ann. 4, mens. 9. Hic omnium liberalium artium peritissimus, qui primitus abbas Bobiensis, postea archiepiscopus Ravenas, post vero papa effectus est.

1003. 1005. 3. Iohannes XVIII. sedit mens. 5.

1003. 1006. 4. Iohannes XVIIII. sedit ann. 5.

1009. 1011. 9. Sergius IIII. sedit ann. 2.

1012. 1013. 11. Benedictus VIII. sedit ann. 11, m. 11, d. 21. Hic germanus Silvestri superioris[11] uno eodemque die et laicus et pontifex fuit.

1024. 1025. 8. Iohannes XX. ann. 9, mens. 9. Hic[12] Ottonem regem Saxonum coronavit imperatorem.

1033. 1035. 3. Benedictus VIIII. sedit annis 14. Iste eiectus de pontificatu, et
1044. Iohannes Sabinensis episcopus factus est papa, cui nomine Silvester. Et iste
1045. quoque eiectus est; et datus est pontificatus Iohanni archipresbitero Sancti Iohannis ante portam Latinam. Et hic ab Henrico imperatore depositus, ultra
1046. montes deportatus est.

1044. 1049. 2. Silvester III. sedit dies 56.

1045. 1050. 3. Gregorius VI. sedit ann. 2.

1046. 1052. 5. Clemens II. sedit m. 9, d. 7.

1047. 1053. 6. Damasus secundus sedit dies 23.

1048. 1054. 7. Leo VIIII. sedit ann. 5, m. 2, d. 6. Hic dimicavit cum Normanis in Apulia.

1054. 1059. 12. Victor II. sedit ann. 2, m. 3, d. 13.

1057. 1060. 13. Stephanus VIIII. sedit m. 9.

1058. 1061. 14. Benedictus X. sedit m. 9.

1059. 1062. 15. Nicolaus II. sedit ann. 2, m. 6.

1061. 1064. 2. Alexander II. sedit ann. 11, m. 6, d. 25.

1075. 13. Gregorius VII. sedit annis 12,
1073. m. 1, diebus 4.

1086. 1089. 12. Victor III. sedit ann. 1.

1088. 1090. 13. Urbanus II. sedit ann. 11, m. 4, d. 4. Kalendas August.[13] feria 6.

1099. 1100. 8. Pascalis II. sedit ann. 18, mens. 5,
1111. dies 7. Hic captus est Pascalis ab Henrico imperatore Teotonicorum in ecclesia sancti Petri, et eodem die ex Romanis sine numero interfecti sunt.

1084.

Otto imperavit ann. 5. Hunc inveni sub papa Gregorio V. Hoc anno[13*] venerunt Saraceni super Capuam, et terre motus ingens per 15 dies et amplius totam Ytaliam exagitavit.

Henricus imperavit ann. 10, et remansit regnum vacuum ann. 5. Luna versa est in sanguine. Hunc inveni sub papa Iohanne XVIII.

Conradus imperavit ann. 15. Cessavit imperium ann. 3. Hunc inveni sub papa Iohanne XX.

Oppressio fuit in septimana, ibique multitudo populi inter se necati sunt.

Henricus[a] imperavit ann. 11. Hunc inveni sub papa Damaso.

Fuit bellum in pratis sancti Petri, quod fecit Kadolus[b.14].

Dux Gotifredus venit in Ytaliam, et insecutus est Normanos a Roma usque ad Quinum[15].

Henricus imperavit ann. 16. Hunc inveni sub papa Victore III[c].

Hic fuit captio pape Pascalis et interfectio Romanorum mense Februario die[d] 12.

Cometa stella in celo apparuit. Hec quidem, cum nascitur, aut regni mutationem fertur ostendere aut bellum aut pestilentiam.

Robertus Guiscardus dux intravit Romam, et pugna ibi facta, ex ea plurima regione incendit. Fames et mortalitas fuit in universa

a) *haec in cod. post* Liuterius *etc. posita sunt.* b) Karolus *c.* c) Victorio IIII. *c.* d) diebus *c.*

11) Quod aperte falsum est. Similia Rodulfus Glaber IV, 1 de Iohanne, fratre et successore Benedicti, narrat, SS. VII, p. 67. 12) De Iohanne XII. cogitare videtur. 13) Lege: *Obiit* 4. *Kal. Aug.;* quae dies sexta erat feria a. 1099. 13*) Cfr. Ann. Cecc. et Casin. 1002. 14) Cfr. Bonithonis lib. ad amic. VI, ed. Jaffé, Bibl. II, p. 646, ubi pratum Neronis vocatur. Prata S. Petri a Benedicto mon. S. Andreae, SS. III, p. 716, et Martino Polono, ed. Prag. p. 127, ubi hac de re agitur, indicantur. 15) Aquinum; v. Ann. Cav. a. 1067, SS. III, p. 189; Cas. SS. XIX, p. 306.

terra [18], et obsedit civitatem Tiburtinam tribus diebus in mense Iulio.

Stelle innumerabiles cadere et quasi 1094.
pluere [g] vise sunt per totum orbem pridie mense Aprilis [19].

Fames [h] per totam Ytaliam invasit, ita ut 1102?
per unum modium frumenti dabatur plus den. 10, scilicet grossorum denariorum [20].

1119. 12. Gelasius II. sedit a. 1.

1120. 13. Calixtus II. sedit ann. 5, m. 10, d. 13. Hic primum Viennensis archiepiscopus et ecclesie Romane legatus, postmodum apostolice sedis pontifex divina providentia subveniente factus, concordiam inter ecclesiam et imperium reformavit, pacem in Urbe constituit; ecclesiam beati Petri de manu laicali eripuit, quam thesauro et decoris hornamentorum [a] varietatibus honestavit. Civitates, castella, portus, lacus et alia multa beati Petri patrimonia longis retro distracta [b] temporibus recuperavit, Burdinum heresiarcham cepit, aquam ad Urbem adduxit. Vixit autem pauperum nutritor, pius [c] viduarum et pupillorum defensor, spiritum Deo reddidit 19. Kal. [d] .... d. [d] incarnatione ann. 1124.

1125. 3. Honorius II. sedit ann. 5, mens. 1, dies 27. Hic fuit vir litteratus ac predicator egregius, religionis amator. In iudicio iustus et in ecclesiasticis negociis pro indaganda veritate diligens inquisitor, spiritum Deo reddidit 16. Kal. Marcii dominice incarnationis anno 1129. indict. 7.

1130. 8. Innocentius, qui et Grego., diaconus Sancti Angeli, sedit annis 13, m. 7, d. 6. Perrexit contra Rogerium Siculum ducem Apulie cum exercitu Romanorum, set cum suis captus est ab eo apud Golozum preter quos fuga cepit mense Iulii 24.

1132. 10. Innocentius papa, facta plenaria synodo mediante, condempnavit totam partem Petri Leonis cum ordinatione illius.

1134. 12. Hic Tiburtini [16] et Guido cardinalis cum capitaneis fugati sunt a Romanis de Quintiliolo et multi capti sunt et interfecti m. Iulii die 7.

1135. 13. Innocentius [17] papa cum universo exercitu venit obsidere Tiburtum m. Madii die 3, set post 40 dies m. Iulii die 12. feria 6. fugatus est, capti sunt autem multi ex magnatibus et plebe Romanorum et interfecti sine numero.

1143. 6. Celestinus [e] II, qui et Guido, cardinalis Sancte Marie, sedit m. 5, diebus 14.

1144. 7. Lucius II, qui et Girardus, cardinalis Sancte Crucis et cancellarius [f], sedit m. 11, d. 5.

Liuterius imperavit ann. 12. Hunc inveni sub papa Honorio II.

Conradus rex Romanorum imperavit ann. 12, et rex Francorum cum magno exercitu ad expugnandum Sarracenos perrexerunt, et flumen Tiberim per segetes inundavit.

Hoc anno obscuratus est sol 6. Kal. No- 1147.
vembris [21].

1139.

Federicus [22] imperator coronatus est in 1155.
ecclesia sancti Petri. Hic veniens apud Tiburtum in Quintiliolo precepit, ut Tiburtina civitas rehedifficaretur in decore et in gloria nominis sui; et rediens in primo anno Spoletum destruxit, et in octavo anno imperii sui destruxit Mediolanum. Hunc inveni sub papa Innocentio.

Hic expugnati sunt Romani apud montem 1166.
Porcum [i] ab exercitu Rainaldi Coloniensis et Christiani Maguntini episcopi; quorum alii mortui alii capti sunt magna ex parte 3. Kal. Iunii. Eodem anno 8. Idus Aprilis destructum est Albanum a Romanis.

a) hornum. *c.* b) districta *c.* c) prius *c.* d) kaī. *c.* e) Constantinus *c.* f) candelarius *c.* g) pulvere *c.* h) *haec in cod. post* Liuterius *etc. posita sunt.* i) p̄ocū *c.*

16) Cf. Ann. Ceccan. 1146, SS. XIX, pag. 283. 17) a. 1142. 18) Eadem ex Annalibus Romanis codicis Veneti edita sunt Forschungen IX, p. 389; cf. Ann. Seligenst. (rectius Romani–Siculi) SS. XVII, p. 31. 19) Cf. Ann. Benev. a. 1094, SS. III, p. 183; Ann. Seligenst. a. 1095 sqq. 20) Cf. Ann. Ben. a. 1102. 21) Die 26. Octobr. (7. Kal. Nov.) 1147; 4. Kal. Nov. legitur Ann. Casin. SS. XIX, p. 310. 22) Rerum ordinem scriptor turbavit Federicum ponens ante Conradum.

1145. 8. Eugenius III, natione Pisanus, monachus[a] Clarevallensis, abbas Sancti Anastasii, sedit ann. 8, m. 4, d. 20.

1153. 1. Anastasius, natione Romanus, episcopus Sabinensis, sedit annum 1, m. 4, d. 25.

1154. 2. Adrianus IIII, natione Anglicus, sedit ann. 4, m. 9, diebus 28. M. Decembris electus est die 5, et fuit in electione diebus 20 eiusdem mensis, et sic sedit ann. 4, et in quinto anno pridie Kal. Septembris obiit.

1159. 7. Alexander III, natione Senensis, sedit ann. 22.

1181. 14. Lucius, natione Lucensis, sedit ann. 4, m. 2, d. 24.

1185. 3. Urbanus III, natione Mediolanensis, sedit ann. 1, m. 10, d. 25.

1187. 5. Gregorius VIII. sedit m. 1, d. 27.

1188. 6. Clemens III. sedit ann. 3, m. 3, d. 6, et fuit natione Romanus.

1191. 1190. 8.

1191. 9. Celestinus, natione Romanus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmidin, id est in scola[b] Greca, sedit ann. 6, m. 9, d. 12. Huius primo anno pontificatus sui cum nollet coronare Henricum regem imperatorem, nisi prius ei redderet Tusculanum, coactus tandem imperator desiderio nanciscende corone reddit Tuscul. in vigilia nativitatis Domini; papa itaque, Tuscul. accepto, coronavit eum, Tusculanum tradens Romanis, qui eum statim destruxerunt. Tandem 6. m. septimi anni pontificatus Celestini in vigilia sancti Michaelis mortuus est.

1198. 1. Innocentius III, natione Campanus, sedit ann. 18, m. 4, d. 23.

1201. 4. Honorius III. natione Romanus.

1208. 11.

1216. 4. Hic obiit Innocentius 18. Kal. Augusti.

1217. 5. Honorius, natus Rome, sedit ann. 10, mensibus 9, diebus tribus.

1229. 1221. 9.

1226. 14. Gregorius VIIII, natus Campanie ex civitate Annanie[24], sedit.

1242. 15.

Hoc anno maior pars solis obscurata est per duas fere horas m. Septembr. feria 4.[23], mediante iam die, et concilium celebratum est.

Federicus imperavit annis 37.

Saladinus cum Saracenis cepit terra christianorum.

Henricus imperator Romanorum coronatus est hic. Hoc anno destructum est Tusculanum a Romanis. Imperator Henricus mortuus fuit in Sicilia, et sepultus Panormi, et vacavit imperium ann. 11.

Otto, filius Henrici ducis Saxonie, imperavit nunc. Hic obsedit Viterbium et fuit coronatus a papa Innocentio 5. die intrante Octubris[25].

Hic Fredericus coronatus fuit mense Novembris in festo sancte Cecilie ann. Domini 1221. in basilica beati Petri apostoli[25*].

a) montis *c.?* b) s. in G. *c.*

23) Hoc in annum 1178. cadere videtur, ubi sol die 13. Sept., quae fuit feria 4, obscuratus est. Concilium vero magnum Lateranense a 1179. celebratum est. 24) Anagni? 25) Anno 1209; v. catalogum praecedentem. 25*) Cf. ibidem.

BSB

CATALOGUS PONTIFICUM ET IMPERATORUM ROMANORUM, EX CASINENSI, UT VIDETUR, SUMPTUS, A PLURIBUS CONTINUATUS.

In codice C 8. *f.* 150 *brevis historia pontificum et imperatorum Romanorum legitur, quae quamvis a Gotifredi Pantheo aliis operibus interpositis dirimatur, eius tamen continuatio dici potest. Non uno tempore confecta. Prima pars Gregorio IX. papa sedente scripta videtur, quippe cuius anni non indicentur. Altera in Germania, nisi valde fallor, addita, pauca de pontificibus annorum* 1271—1276, *postea mera nomina —* 1278, *et brevem imperatorum historiam ab ultimis Friderici II. annis usque ad Rudolfi mortem adiecit.*

Aliud primae partis exemplar integrum ex bibliotheca Hamburgensi nactus sum, 6 *folia membranacea s. XIII ex. scripta, quibus catalogus pontificum Romanorum*[26]*, ordo archiepiscopatuum et episcopatuum per totum orbem christianum et aliae notitiae, denique catalogus imperatorum usque ad Friderici II. tempora deductus legitur. Ex hoc textu patet, breves paparum et imperatorum series, iam Honorii III. papae tempore scriptas esse, in Italia. Hinc inde cum Gotifredo Viterbiensi (codd.* D*) conveniunt, alibi ad Annales Ceccanenses et Placentinos Gibellinos prope accedunt*[27]*, ita tamen ut non tam ipsis quam eorum fontibus usus esse videatur auctor, praesertim notitiis olim in inferiori Italia, fortasse monasterio Casinensi conscriptis, unde, ut hic ab aliis secernatur catalogus, ipsi nomen illud tribuendum duxi. Pontificum Romanorum catalogo recentioris temporis auctor, ille fortasse qui codicem Hamburgensem scripsit, multa inseruit, ordine chronologico valde turbato, ex Chronica S. Aegidii*[28] *maximam partem petita. Quae digna visa sunt quae publici iuris fierent, hoc potissimum loco exhibere visum est, partim codicis Parisiensis textui praemissa, partim e latere expressa.*

CATALOGUS PAPARUM.

Ex cod. Hamburgensi.

Dominus Ihesus Christus primus et summus pontifex sedit in hoc mundo annis 32 et mensibus 3. Iuxta illud *Gotif.* ewangelium: Ihesus erat incipiens quasi annorum 30, id est tricesimum annum inceperat 4 diebus eiusdem anni peractis; qui[a] eodem die revoluto anno convertit aquam in vinum, et in sequenti pascha incarceratus est Iohannes, et in alio pasca sequenti decollatus est. Etiam in tercio pasca, id est tricesimi tercii anni, passus est Dominus, et ita vixit 32 annis integris et de tricesimo [tertio[b]] anno quantum fluxit a natali usque ad pasca, quod pro anno dimidio computatur. Sunt igitur anni ab Adam usque ad ortum Salvatoris 5 milia centum nonaginta[c] 9, a condito[d] vico Romane civitatis septingenti 9, ut ait Paulus Dyaconus in historiis Romanorum.

Petrus primus apostolus post passionem Domini tenuit sacerdotalem cathedram in partibus Orientis annis 4, *Gotif.* ubi primam missam celebravit dicendo[e] solummodo: *Pater noster;* in Antiochia annis octo. Deinde venit Romam, ibidem sedit in papatu annis 25 et diebus 8. Hic 4. Neronis[f] anno Rome cum Paulo martirio coronatur.

. . . . . .

a) quia *c.* b) *deest c.* c) quinquaginta *corr.* nonaginta *c.* d) *ita c.* e) dicando *c.* f) Nenoris *c.*

26) Fol. 1. in superiori margine scripta sunt: *dum se appellari omnibus inhibuit. Ut*(?) *ante Romam Treveris fuit annis mille CC,* alia abscisa. 27) Priori parte Pauli Diaconi historiae Romanorum et Beda afferuntur. 28) De qua cf. Wattenbach, Geschichtsquellen ed. 2. p. 512.

Iohannes [29] I, natione Romanus, sedit annis 2, m. 4, et cessavit d. 8. Huius tempore Francia ad Christum convertitur anno ab incarnatione Domini 525.

. . . . . .

cf. A. Cecc. Vigilius I, natione Romanus, sedit annis 17, m. 7, d. 26, et cessavit m. 3 et d. 5. Huius tempore capta est Roma a Gotis, set a patricio liberatur.

. . . . . .

Chr. S. Aeg. Iohannes V, natione Grecus, sedit annis 3, m. 2, d. 13, et cessavit m. 1, d. 18. Nota: Sub hoc papa Dagobertus rex Francorum fundavit ecclesiam Petri apostoli Erphore.

. . . . . .

cf. cat. supra p. 28. Gregorius II, natione Syrus, sedit annis 16, m. 8, d. 24. Hic per Bonifacium episcopum gentem Germanorum convertit ad Christum.

. . . . . .

supra p. 353. Zacharius I, natione Grecus, sedit annis 10, m. 3, d. 15, et cessavit d. 12. Hic fratrem Pipini, qui erat rex, fecit monachum.

cf. A. Cecc. Stephanus II, natione Romanus, sedit annis 5, d. 28, et cessavit m. 1, d. 5. Hic ob infestationem Longobardorum Pipinum unxit in regem.

Chr. S. Aeg. Nota: Hic papa imperio[a] magnifici Caruli imperium transtulit in Germanos.

. . . . . .

cf. A. Cecc. Adrianus I, natione Romanus, sedit annis 23, m. 5, d. 18. Huius precibus Carolus cepit Desiderium regem in Papia.

. . . . . .

Chr. S. Aeg. Nota: Anno Domini 720. claruit venerabilis doctor Beda in Anglia; de quo tria notabilia. Quando predicavit, angeli responderunt *Amen*. Item de illo cui mala sua scripta ostensa sunt. Item de illo qui captus in bello hora tercia solvebatur, quia putabatur mortuus, et missa tali tempore fiebat pro eo. Et dicitur, cum deambularet iuxta Iuliam et scripta inspiceret, ait illi Romanus quidam: *Quod inspicis, Anglice bos;* cui respondit: *Magnam ruinam super vos.* Postea exposuit litteras Sibille scilicet: rrr et fff sic: *Regna ruent Rome ferro flammaque fame*[30].

. . . . . .

Nicolaus I, natione Romanus, sedit annis 9, m. 2, d. 20. Hic[31] constituit, ut post mortem pape cardinales conveniant ad eligendum vel Romanum vel alterius gentis.

Iohannes VII, natione Romanus, sedit [annis[b]] 10, d. 2. Huius tempore Sarrasceni per Ytaliam discurrentes ecclesiam sancti Benedicti incenderunt.

. . . . . .

Sergius II, natione Romanus, sedit annis 7, m. 3, d. 16.

Nota enim de sancto Godehardo, quomodo per revelationem factus fuit episcopus, cum beata virgo inceperit infundere[c] virtutem suam[d], scilicet quod migravit in ascensione[e] Domini, cum diceretur: *Ascendo*[e] *ad patrem meum.*

Anastasius III. sedit annis 2.

Chr. S. Aeg. Nota: Anno Domini 1028. recessit ecclesia origentalis[f] ab obedientia sedis Romane; postea tamen redigerat[g] sicut tang. decretali de baptismo: *Licet Grecos;* set hoc brevi tempore duravit, rursumque recessit tempore Innocentii[h] IIII. Missi fuerunt nontii und.[i], set negotium mansit.

Lando I, natione Romanus, sedit mens. 6.

Iohannes IX, natione Romanus, sedit annis 14, m. 2, d. 8. Hic fuit archiepiscopus Ravenne, quoniam invasor ecclesie ab omni populo Ravennatis depositus fuit.

Leo VII, natione Romanus, sedit m. 7.

Stephanus VIII. sedit annis 2, m. 1.

A. Cecc. Iohannes X, natione Romanus, sedit annis 4, m. 6. d. 10. Hic fuit filius Sergii pape.

Stephanus IX, natione Romanus, sedit annis 3, m. 4, d. 15.

Marinus II, natione Romanus, sedit annis 3, m. 6, d. 14.

Agapitus II. sedit annis 10, m. 6, d. 10.

Iohannes XI. sedit annis 2. Hic fuit filius Alberici principis Romani.

Benedictus IV. sedit m. 2.

Leo IX. sedit anno 1, m. 4.

cf. A. Cecc. Iohannes XII. sedit annis 7, m. 11. Hic fuit a Petro prefecto captus et in castello sancti Angeli incarceratus.

ib. Benedictus V. sedit anno 1, m. 6. Hic captus a Centhio Stephani in nocte natalis Domini strangulatur[k].

Dompnus I. sedit anno 1, m. 6.

Bonifacius VIII. sedit m. 1.

Benedictus VI, natione Romanus, sedit annis 9, m. 6.

Iohannes XIII. sedit m. 8.

Iohannes XIV. sedit m. 3.

Iohannes XV, natione Romanus, sedit annis 10, m. 4.

Gregorius V, natione Saxonus, sedit annis 2.

Iohannes XVI. sedit m. 10.

cf. Gotifred. Chr. S. Aeg. Silvester II. sedit annis 2, m. 2. Hic fuit Gilbertus. Huius tempore completus est millesimus annus ab incarnatione Domini.

Iohannes XVII. sedit m. 5.

a) imperia manifici *c.* b) *deest c.* c) infunde *c.* d) tuam *c.* e) ascansionem ... astando *c.* f) *i. e.* orientalis. g) *i. e.* redierat. h) Innocantii *c.* i) *ita c.* k) transgulatur *c.*

29) Successor Hormisdae. 30) Huius fabulae nescio an ex eadem Chron. S. Aegidii petitae, recentioris aevi tantum auctores affert Gehle, De Bedae ven. vita (1838) p. 37. 31) De decreto Nicolai II. cogitavit.

Iohannes XVIII, natione Romanus, sedit annis 5.

Sergius III. sedit annis 2, m. 9.

Benedictus VIII, natione Tusculanus, sedit annis 11 et d. 21.

Iohannes XIX. sedit annis 9, m. 9.

Nota: Anno Domini 1020. contigit quoddam mirabile in Halberstadensi dyocesi in villa Colbeke, quod quidam miserabilem anno integro coream duxerunt, quod eis sacerdos inprecatus fuit. *Chr. S. Aeg.* Nota: Sub[a] Gregorio IX. anno Domini 1239. fuit generale capitulum Minorum Rome, et frater Albertus de Pisa electus generalis in aure domni pape. Eodem anno idem papa excommunicavit Fridericum de Stouf. *Chr S. Aeg.*

Benedictus VIII, natione Tusculanus, sedit annis 14. Hic fuit eiectus de papatu et factus est quidam alius, unde tunc maximum cisma fuit. *cf. cat. supra p. 356.*

Silvester III. sedit 56 d.

Gregorius VI. sedit annis 2. Hic cum rege Henrico habuit bellum. Hic[32] fuit Babenbergensis episcopus et vocabatur Suiderus de[a*] somno[a*], qui ipsam ecclesiam multum exaltavit[b].

Clemens II. sedit m. 9. Hic[32] invasor fuit.

Damasus II. sedit m. 1.

Leo X, natione Alemannus, sedit annis 5, m. 2, d. 6.

Victor II, natione Alemannus, sedit annis 2, m. 3.

Stephanus X. sedit m. 9.

Benedictus IX. sedit m. 9.

Nicolaus II, natione Burgundiensis, sedit annis 2, m. 6.

Alexander II, natione Mediolanensis, sedit annis 11, m. 6, d. 25. Contra hunc papam pugnavit Cadolus.

Gregorius VII. sedit annis 12, m. 1, d. 4. Hic[33] captus est a Centhio in nocte natalis.

Victor III. sedit anno 1.

Urbanus II. sedit annis 11, m. 4, et cessavit d. 16. Huius tempore dux Boamundus cum christianis recuperavit sepulcrum.

Pascalis II. sedit annis 18 et m. 5. Hic cum rege Heinrico habuit bellum, et imperator[34] captus est ab eo cum tota sua curia.

Gelasius II, natione Romanus, sedit anno uno.

Calixtus II. sedit annis 5, m. 10, d. 13.

Nota: Hoc tempore Gratianus compilavit corpus decretorum. *Chr. S. Aeg.*

Honorius II. sedit annis 5, m. 2, d. 3.

Nota: Tempore huius claruit sanctus Bernardus, qui migravit ad Christum anno Domini 1108.[35], et multa miracula fecit, unum quod quendam comitem convertit portans corpus Christi de altari, et ille cecidit in terram spumans, et fecit quicquid ei sanctus Bernardus consuluit; aliud, quod veniens ad imperatorem, [qui[c]] Innocentium papam eiecerat et illi alteri pape, id est antipape, adheserat, magistros contra se congregatos elingues fecit, cum proponitur: *Unus Dominus* etc., et sic imperator resipuit, et ille antipapa subitanea morte interiit in [vita[c]] privata.

Innocencius II, natione Transtiberinus[d], sedit annis 13, m. 7, d. 8, et cessavit d. 2. Hic celebravit synodum in basilica Lateranensi in basilica Salvatoris.

Lucius II, natione Bononiensis, sedit m. 11, d. 4.

Eugenius III, natione Pisanus, sedit [annis[c]] 7, m. 4, d. 20, et cessavit d. 2. Huius tempore senatus renovatur in alma Romana urbe.

Anastasius IIII, natione Romanus, sedit anno 1, m. 4, d. 24.

Adrianus IIII, natione Anglicus, sedit annis 4, m. 8.

Anno D. 971. Otto imperator Madeburgensem fundavit ecclesiam, conferens ei suffraganeos 5.

Anno D. 1003. imperavit Heinricus, qui est sanctus, annis 24. De hoc multa mira, unum quod in monte Cassino liberatus fuit de calculo per sanctum Benedictum. Hic fuit imperator 88. ab Augusto. Aliud miraculum, quod in morte eius, cum ipsius opera librarentur, quidam adustus calicem aureum supra libram proiecit et sic preponderavit. *Chr. S. Aeg.*

Nota: 5 pape, Clemens, Damasus, Leo, Victor, Stephanus successive Teutunici fuerunt, quos imperator Heinricus promovit. Ultimus amisso cardinalatu factus fuerat monachus in monte Cassino et in papa electus est. *cf. Chr. S Aeg.*

Alexander III, natione Tuscus, sedit annis 21, d. 11, et cessavit d. 9. Hic celebravit synodum in ecclesia Lateranensi et 4 devicit cismaticos.

Lucius III, natione Tuscus, sedit annis 4, m. 2, d. 18. Huius tempore maxima fames fuit.

Sub Gregorio sancta Elizabet et sanctus Antonius migraverunt, sub Honorio beatus Franciscus.

a) *ita hoc loco c.* a*) *quid haec sibi velint nescio.* b) exaltivit *c.* c) *deest c.* d) Transtibertinus *c.*

32) Haec turbata sunt. 33) Haec perperam huc relata; cf. supra de Benedicto V. 34) Nota errorem manifestum. 35) 1154, Chr. S. Aeg.

Urbanus III, natione Lombardus, sedit anno 1, m. 1, d. 25. Huius tempore Ierusalem capitur a Sarracenis.

Anno D. 1198. indictione 6. Cisterciense collegium.

Gregorius VIII. sedit m. 1, d. 28. Hic moritur apud Pisas.

Clemens III, natione Romanus, sedit annis 3, m. 2.

cf. Chr. S. Acg. Anno D. 1190. Fridericus imperator in die sancti Barnabe submersus fuit in meridie volens refrigerari in flumine.

Hic[36] gloriosum Lateranense concilium celebravit anno ultimo ante obitum suum, ubi multa notabilia fuerunt facta anno 1215. In huius morte contigit visio, quod quidam infolatus fugit draconem, dicens: *Miserere, misericordissime Deus;* set draco dixit: *Iudica, iustissime Deus.* Sed quid acciderit nescitur.

1191. Celestinus III, natione Romanus, sedit annis 6, m. 8. Iste secundo die coronavit Heinricum imperatorem.

Chr. S. Acg. Post[37] Celestinum, ante Innocencium cessavit papatus fere annis 2, et non erant nisi 9 cardinales, qui non poterant concordare.

1198. Innocencius III, natione Campanus, sedit annis 18, m. 7. Mense Ianuarii die 8. electus est apud Septemsolium. Hic enim quantum in omnibus sit gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati. Fulgent enim splendida facta eius in Urbe pariter et in orbe. Fecit enim inter cetera hospitale sancti Spiritus. Et renovavit ecclesiam sancti Sixti. Composuit decretales, sermones, librum de missa et de miseria hominis, et alia multa gloriosa. Anno* vero 18. pontificii huius mense Novembri in basilica Lateranensi, que Constantina[a] vocatur, celebratum est concilium generale, ubi pene corpus tocius universalis ecclesie convenit[b]. Iste migravit apud Perusium.

1216.

Honorius III, natione Romanus, apud Perusium electus sedit annis .... Iste apud Sanctum Laurentium foris murum Autisiodorensem comitem imperatorem Constantinopolitanum coronavit. Iste etiam in basilica

1217.

KATHALOGUS PAPARUM POST TEMPUS FRIDERICI I.

Ex cod. Par.

Celestinus III, natione Romanus, sedit annis 10, mensibus 7, diebus 18. Iste coronavit imperatorem Heinricum.

Innocentius** III, natione Campanus, sedit annis 18, m. 7. Mense vero Ianuarii die 8. electus est apud Septemsolium. Hic autem quantum fuerit moribus gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati. Fulgent enim splendida facta eius in Urbe pariter et in orbe. Fecit autem inter cetera hospitale sancti Spiritus, et renovavit ecclesiam sancti Syxti. Composuit etiam decretales, sermones, librum de misera conditione humani generis, et alia multa gloriosa. Anno vero 18. pontificatus huius mense Novembre in basilica ecclesie Lateran., que Constantina vocatur, celebratum est concilium generale anno Domini 1215; ubi pene corus[c] universalis ecclesie convenerat. Iste migravit apud Perusium Kal.[38] Aug.

Honorius III, natione Romanus, apud Perusium electus, sedit annis 10, m. 7, d. 23. Iste apud Sanctum Laurentium foris murum Petrum Altisiodorensem comitem et imperatorem Constantinopolitanum coronavit. Hic[39]

---

* *Infra f.* 5 *rubr a praemissa* De synodis *legitur:* Anno ab incarnatione verbi 1215. celebrata est sancta synodus universalis Rome in ecclesia Salvatoris que Constantina[d] vocatur, mense Novembri, presidente domino Innocencio papa III; in qua fuerunt episcopi 412. Inter quos exstiterunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus et Ierosoloimitanus. Anthyocenus autem gravi langore detentus non venit, set misit pro se vicarium Anteradensem episcopum. Alexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus fecit quod potuit, mittens pro se diaconum suum germanum. Primates autem et metropolitani fuerunt 71. Ceterum abbates et priores ultra octingentos. Archiepiscoporum vero et episcoporum, abbatum, priorum et capitulorum absencium non fuit certus numerus comprehensus. Legatorum vero regis Sicilie in Romanorum imperatorem electi, imperatoris Constantinopolitani, regis Francie, regis Ungarie, regis Ierosolimorum, regis Cipri, regis Arrogonie, necnon aliorum principum et magnatum, civitatum aliorumque locorum ingens affuit multitudo.

** *Alia manu in margine legitur:* Innocentii huius tempore inceperunt duo ordines, videlicet Predicatorum et Minorum, Predicatorum anno Domini 1198, pontificatus domini Innocencii pape 6, fratrum vero Minorum anno Domini 1206, pontificatus domini Innocentii eiusdem pape 14. anno.

Honorius I. confirmavit ordinem Predicatorum pontificatus sui anno primo.

a) Constiniata *c.* b) convenitur *c.* c) *ita c.* d) Constantinata *c.*

36) Innocentius III. 37) Haec ad tempus ante Innocentii IV. electionem referenda sunt. 38) Numerus 17. ante Kal. excidisse videtur. 39) Cf. supra p. 352.

sancti Petri Fredericum regem Sycilie[a] imperatorem Romanum coronavit. Istius tempore cristiani Damiatam ceperunt et Sarraceni eam recuperaverunt[b].

---

basilica sancti Petri Fridericum regem Sicilie 1220.
imperatorem Rom. coronavit. Huius etiam tempore christiani Damiatum ceperunt, licet Sarraceni cum fortitudine casu contingente eam recuperaverunt. Huius etiam tempore confirmatus et autenticatus fuit sacer et venerabilis ordo Predicatorum et fratrum Minorum.

Gregorius* IX, natione Campanus, mense Marcio die 8. post festum beati 1227.
Gregorii apud Septemsolium electus sedit a. .. Huius tempore sancta Elyzabeth et sanctus Dominicus et sanctus Franciscus et sanctus Antonius et quidam alii canonizati sunt. Iste etiam omnes decretales, resecatis superfluis, constitutionibus suis appositis, in unum corpus providit redigendas. Sub isto etiam exivit quedam maledicta gens que vocatur Tartari. Item iste excommunicavit imperatorem Fridericum.

CONTINUATIO.

Ex cod. Paris.

Celestinus IIII. Innocentius IIII**. Alexander IIII. Urbanus IIII. Clemens IIII.

Gregorius X, natione Longobardus, spiritu Dei plenus celebravit Lugduni 1271.
concilium generale anno Domini 1274. circa festum apostolorum Philippi et Iacobi. In quo Grecos ad obedientiam ecclesie Romane recepit. Crucem ad subsidium Terre Sancte per totum mundum predicari precepit. Decimas omnium ecclesiarum colligi iussit ad auxilium dicte terre. Novas constitutiones edidit, inter quas unam saluberrimam de festina summi pontificis electione condidit, per quam cardinales strictissime cogebantur subito viduate ecclesie Romane providere. Omnes mendicantes religiones abolevit, exceptis nominatim fratribus Predicatoribus et Minoribus, quos idem concilium universali ecclesie utiles iudicavit, prout in constitutione specialiter edita de eisdem clarius continetur.

Innocentius V, de ordine fratrum Predicatorum, natione Burgundus, sedit 1276.
5 mensibus. Iste in ordine plus quam triginta annis existens, magisterium theologie Parisius est adeptus, questiones super sententias et super apostolorum scripta fecit. Provincialis etiam fuit in Francia multis annis. Quem dominus Gregorius papa X. fecit archiepiscopum Lugdunensem. Ubi cum modico fuisset tempore, fecit eum cardinalem et episcopum Hostiensem. Sed cum ipse papa viam universe carnis intrasset, statim post eum in summum pontificem est electus. Qui in papatu brevi vivens tempore, nichil dignum memoriae dereliquit. Scripta autem sua que in ordine fecit appellantur fratris Petri de Tharentasia, sicut antea vocabatur.

Adrianus V, natione Lombardus, sedit 5 septimanis. Hic nec ordinem 1276.
sacerdotalem nec benedictionem episcopalem nec consecrationem papalem adeptus, migravit dyaconus ab hac vita.

Iohannes XXI, natione Hyspanus, sedit circa annum et dimidium. Hic 1276.
statim post consecrationem suam revocavit cum magno scandalo illam sanctam constitutionem, quam G. papa X. de celeri provisione Rom. ecclesie in Lugd. concilio promulgarat, et hoc fecit in consistorio Viterbiensi anno Domini 1276.

---

* *Alia manu in margine:* Gregorius iste fuit dictus ante dominus Hugolinus. Iste canonizavit sanctam Elysabet lantgraviam Toring. Hic per fratrem Reymundum Predicat. ex pluribus voluminibus decretalium unum volumen compilavit, mandans ubique doctoribus illo uti. Hic Reate beatum Dominicum Bonon. sepultum miraculis coruscantem canonizavit, a confirmatione ordinis anno 18, post mortem eius anno 11. Hugo cardinalis fratrum Predicat. tunc floret.

** *Alia manu in margine:* Innocencius canonizavit sanctum Emundum confessorem Cantuariensem episcopum et beatum Petrum Perusii Predicat. et sanctum Stanislaum Assisii Cartoniensem episcopum, qui ab iniquo principe interfectus fuit.

Alexander canonizavit Ananie sanctam Claram, que fuit ordinis sancti Damiani.

Clemens papa[c] canonizavit Viterbii sanctam Hedwigam ducissam Polonie, mire sanctitatis viduam.

a) Sylicie *c.* b) *hoc loco desinit catalogus pont. Romanorum.* c) ip̄ *c.*

Idus Octobris [40]. Quapropter, ut creditur, ultio divina secundo anno sui papatus, trabe de suo solario Viterbii super eum ruente et obruente, tulit miserabiliter de hac vita, et sic, qui revocando tam utilem toti ecclesie constitutionem ipsam scandalizavit, cum tocius ecclesie scandalo est defunctus.

1277. Nycolaus V, natione Romanus. Martinus IIII, natione Gallicus. Honorius IIII, natione Romanus. Nycolaus IIII. de ordine fratrum Minorum. Sub isto ceperunt Sarraceni Accaron et Ierusalem anno Domini 1287.

CONTINUATIO.

Ex cod. Hamburg.

Chr. S. Aeg. Nota: Hic canonizavit sanctum Heinricum imperatorem, sed Innocencius III. sanctam Conegundim.

Nota: Sub isto Honorio, immo sub Innocencio cepit ordo Minorum fratrum anno D. 1209, et ordo Predicatorum circa idem tempus.

Chr. S. Aeg. Nota: Fredericus Stouf fuit centesimus ab Augusto.

Nota: Gregorius papa duos ordines confirmavit, quos sanctus Franciscus fecit, scilicet pauperum dominarum et penitencium et ordinem sancte Marie Magdalene vel filiarum Dei, et fecit decretales de extravagantibus.

Nota: Anno D. 1184. [a] presente imperatore Heinrico, filio Frederici, multi principes et alii nobiles et milites in cloacam fractis trabibus ceciderunt et submersi sunt Erfordie, set [b] ipse imperator in quadam fenestra sedens non cecidit.

Nota: Anno D. 1241. Tartari destruxerunt Poloniam et Ungariam, occidendo et captivos deducendo.

Anno D. 1227. periit multa milicia christianorum apud Brandeis, et hoc per Fredericum [c] imperatorem, ut dicitur, et Ludewicus lantgravius obiit.

Anno [d] D. 1263. in vigilia Simonis et Iude accidit acre bellum iuxta Merseburch, ubi, quod mirabile fuit, dux de Brun(swich) et comes de Anhalt fere cum omnibus suis a principibus de Misena sunt captivati, et post annum circa festum sancti Nicolai sunt redempti.

Anno [e] D. 1270. ....[e*] adventus Domini obiit dominus Lodguicus rex Francie, et filius eius Iohannes, ituri contra Sarracenos in Terram Sanctam.

CATALOGUS IMPERATORUM.

Ex cod. Hamburgensi.

Octavianus Augustus imperavit ante nativitatem Christi annis 42, et nato Christo annis 12. Iste totum mundum in unam redigens monarchiam [f], in litterarum studiis nimis vixit intentus, et in omnibus bonus fuit, preter quod libidini libenter intendebat [g] . . . . . .

Constantinus cum matre sua Yrene tempore Zacharie pape imperavit annis 10, m. 2, d. 2. Postea solus cum Leone filio suo, et Pippino rege Francorum et patricio Romanorum, eiusque filiis Carulo et Carlomagno imperavit annis 15. Hic transtulit imperium ad Francos.

Carolus imperator tempore Leonis pape imperavit annis 13, m. 1, d. 4. Iste antequam

A. Cecc. esset imperator precibus pape Adriani vocatus, obsedit Longobardos in Papia, ubi cepit Desiderium regem et uxorem et eos [h] captivos portavit in Franciam, et veniens Romam confirmavit omnia que pater eius Pipinus dederat beato Petro, adiuncto ei ducatu Spoletano et Beneventano, et ob hoc ipse patricius Romanorum effectus est. Sunt igitur anni ab incarnatione Domini usque ad Carolum Magnum octingenti duo.

Ludoicus, filius Karoli Magni, tempore Stephani, Pascalis pap. et aliorum imperavit annis 15.

Lotarius tempore Gregorii, Sergii pap. et aliorum imperavit annis 9, et cum Lodoico filio suo annis 5.

Karolus tempore Iohannis pape imperavit anno 1, m. 9.

Karolus tempore Iohannis, Martini pap. et aliorum imperavit annis 8. Iste enim prudens fuit in armis, satisque exstitit et [i] fortunatus.

Lodoicus tempore Cristofori et Sergii pap. imperavit annis 6.

cf. Gotifr. Ab isto loco incipiunt Ytalici imperare. Exempto enim imperio a Francis fertur ad Ytaliam secundum sentenciam Romanorum, quoniam Franci non adiuvabant Romam contra Lombardos rebellantes.

a) M. C. *c.* b) se *c.* c) Fredericus *c.* d) *in codice haec antecedunt:* In ecclesia sunt 90 metropoles et 732, qui obediunt Romane ecclesie vel paulo amplius vel minus. Anno D. 1263. accidit acre bellum iuxta Merseburch, ubi mirabiliter dux de Brun. et co. mille et centum et 26 domus fuerunt in ordine fratrum Minorum in capitulo Narbonensi. Anno 1263. vigilia Simonis et Iude et post aliquod recuperate. v. e) *haec alia manu addita sunt.* e*) ctà *c.* f) rediens monachiam *c.* g) intendebaṫ *c.* h) eius *c.* i) *fortasse:* infortunatus.

40) Raynald. 1276. Dec. 27, ea confirmans, quae iam Adrianus V. ordinaverat.

Berengarius tempore Sergii et aliorum imperavit annis 8 in Ytalia cum filio suo Berengario.

Hugo tempore Iohannis et Leonis imperavit in Ytalia annis 27 cum Berengario filio suo[41]. Istius tempore Ungari, qui circa Danubium tum inhabitabant[a], totam Hispaniam devastaverunt. Item in hac tempestate sagitte ignee vise sunt in celo.

Lotarius tempore Agapiti imperavit annis 2.

Berengarius tempore Iohannis pape sub eodem Agapito et aliis imperavit annis 11, cum Adalberto[b] filio suo.

Otto tempore Iohannis et Benedicti imperavit annis 6. Iste fuit primus imperator Teutunicus. Exempto enim imperio ab Italicis, soli Teutonici imperant usque ad presens tempus.

Octo tempore Iohannis et Benedicti tertii (?) et aliorum imperavit annis 10. Iste dum Grecos in Calabria incaute prosequeretur, amissis militibus natantibus[c], de navi exiliens, evasit; deinde vero exercitum congregans, Beneventum obsedit[42]; quo capto, ossa beati Bartolomei apostoli inde asportavit ac Rome insula in tumba collocavit, etiam in terra sua per Tyberim et mare in prefata concha transferre excogitavit. Set eo in brevi vita exempto[d], preciosus thesaurus ibi remansit usque in hodiernum diem. *Gotifr.*

Otto tempore Gregorii pape, Iohannis et Silvestri et aliorum imperavit annis 12. Hii duo Octones feroces[e] tam mirabiles fuere, ut unus Pallida mors Sarracenorum seu Sanguinarius, alter Mundi mirabilia diceretur. *Gotifr.*

Heinricus tempore Benedicti pape et Iohannis imperavit annis 10. Nota, quod plures sunt Heinrici reges quam Heinrici imperatores. Unde[f] cum legitur Heinricus imperator primus, ratione imperii dicitur primus, set ratione nominis dicitur secundus. *Gotifr.*

Conradus sub Iohanne, Benedicto et Silvestro papis imperavit annis 15, et post mortem istius cesar imperavit annis 3.

Heinricus tempore Gregorii, Clementis et aliorum imperavit annis 11, et cessavit imperium annis 26. Hic[43] veniens in Ytaliam, Pandulfum principem Capuanum[g] victum capiens super Troiam, asportavit illum in Alamanniam, et quendam alium Pandulfum comitem Theaonensem principem ordinavit. Huius[44] tempore Normanni intraverunt Romam.

Heinricus sub Gregorio papa, Victore et aliis imperavit annis 17. Huius tempore christianorum gens ad sepulcrum Domini de toto mundo processit duce Boamundo, qui Ierusalem a Sarracenis viriliter abstulerunt.

Heinricus tempore Pascalis pape, Gelasii et aliorum imperavit annis 15. Iste imperio adepto patrem suum capiens, in vinculis mori fecit. Huius tempore Robertus Wiscardus vicit Alexium Chidinianum imperatorem Constantin.[h]

Lotharius tempore Honorii et Innocencii imperavit annis 12.

Conradus tempore Innocencii, Celestini et aliorum imperavit annis 15. Huius tempore quidam magister Arnoldus[i] nomine predicabat in urbe Roma reprehendens divicias et superfluitates clericorum, cuius dicta multi magnates Romanorum sequebantur; captus tandem ob odium clericorum suspenditur.

Fridericus tempore Adriani, Alexandri et aliorum imperavit annis 35. Iste enim strenuus, largus et facundus et in omnibus prudens fuit. Nam Mediolanum pene penitus destruxit, tandem dum iret ad Terram Sanctam recuperandam cum magno excercitu, in quodam parvo [flumine[k]] dum se balniaret, heu tantus princeps, suffocatur et moritur*.

---

* *Folio* 5′ *leguntur:*

De annis ab Adam ad Christum versus .....

Tempus versifico scriptum nobis patet esse
. . . . . .
Sunt octingenti post partum virginis anni
In numero, Karolus Rome dum regnat, et unus.
Dum nongentenus tricenus septimus annus
Exstitit a Christo, tunc rex magnus fuit Otto.
Madeburch anno fuit huius structa secundo.
Anno milleno centeno quo minus uno
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

a) inhabīat *c.* b) Alberato *c.* c) natintibus *c.* d) exemplo *c.* e) fe͡coces *c.* f) aī̄ (*pro* uī̄) *c.* g) Capri-anum *c.* h) Constantinus *c.* i) Anoldus *c.* k) *deest c.*

41) Nota errorem manifestum. 42) Otto III. Vulturn., Muratori SS. R. Ital. I, 2, p. 512, et cf. quae F. Hirsch notavit, Forschungen VII, p. 106. 43) Haec ad Heinricum II. referenda sunt. V. Ann. Casin. a. 1022. cod. 2, SS. XIX, p. 306, et Chron 44) Heinrici IV.

1159. Heinricus sub Celestino et Innocencio papa imperavit annis 7, m. 5. Iste[45] primo anno imperii sui Neapolim obsidens, morbo tam ipso quam excercitu confecto, rediit Alemanniam. Anno vero 4. revertens totum regnum Apulie subiugavit, ubi plurimos rebelles diversis penis cruciavit, filium Transgredi regis Syculorum cum matre, Margarito rege Epirotarum secum in Alemanniam duxit captivos.

Otto Saxonus gente tempore Innocencii et Honorii imperavit. Iste fuit coronatus in basilica sancti Petri; qui accepta corona sta-
1209. tim pugnam habuit cum Romanis, et contra voluntatem domini pape intravit regnum Apulie, auferens illud Frederico[a] regi Sycilie; unde papa hoc excommunicatus. Principes Alamannie 4. anno imperii sui Fredericum predictum in Romanorum imperatorem elegerunt; qui veniens navigio usque Romam a
1212. domino papa et populo Romano honorifice receptus, et in Alamanniam missus fuit contra Ottonem, ibique mirifice superando triumphavit.

Fredericus predictus tempore Honorii imperavit. Iste anno ab incarnatione Domini
1221. 1220. in basilica sancti Petri ab Honorio papa in imperatorem coronatus, plurimos rebelles diversis penis cruciavit.

Cod. Parisiensis.

ITEM DE IMPERATORIBUS.

Heinricus sub Celestino et Innocentio imperavit ann. 7, m. 5. Iste primo anno imperii sui Neapolim obsidens, morbo tam quam exercitu confecto, rediit in Alemanniam. Anno 3. rediens totum regnum Apulie subiugavit. Ubi plurimos rebelles diversis penis flagitavit, filium autem Tancreiz regis Siculorum cum matre et Margarita rege Epirotorum secum in Alemaniam duxit captivos.

Otto Saxo tempore Innocentii et Honorii pap. imperavit, sed non fuerunt sibi propter maliciam suam anni attributi. Iste fuit coronatus ab Innocentio III. papa in basilica sancti Petri; qui accepta corona statim pugnam habuit cum Romanis, et contra voluntatem domini pape intravit regnum Apulie, auferens illud regi Sicilie. Unde papa excommunicavit illum, et principes Alemannie, qui cum eo participabant, quarto anno imperii sui Fridericum, predicti H. filium, in imperatorem elegerunt, et veniens navigio usque Romam, a papa et populo Romano honorifice receptus est[46], in Alemanniam missus contra dictum[b] Ottonem, illum fugando triumphavit.

Fridericus iste tempore Honorii et Gregorii noni et Innocentii quarti imperavit annis 30. et .... Iste anno ab incarnatione Domini 1222. in basilica sancti Petri sub Honorio III. coronatus fuit.

CONTINUATIO.

Ex cod. Paris.

Iste fuit potens et dives et famosus. Imperator habebat enim imperium, regnum Ierusalem, regnum Sicilie, regnum Alemannie, ducatum Suevie et alios plures. Natione Theutonicus, ferax et tenax fuit. Iste quos expugnavit diversis tormentis et penis perdidit et ultra quam cogitari posset. Hic excommunicatus a papa Innocentio et tandem in Lugdu-
1247. nensi concilio depositus et omni honore privatus, ante Parmam devictus, contra sedem
1250. apostolicam rebellis, tandem mortuus est in civitate Messana anno Domini 1250. in festo
1246. beate Lucie; contra quem Heinricus lantgravius Thuringie electus fuit; quo in brevi mortuo,
1247. 1256. comes Willelmus de Hollandia electus est in regem Alemannie, quem Frisones occiderunt.
1257. Post istum comes Richardus, frater regis Anglie, a quibusdam principibus ad regnum Alemannie vocatus, cum apud regnum modico tempore sine honore regio quasi regnasset,

---

Centum Terra sub hiis, demptis ter quatuor annis,
Sancta fuit Domini, quam tunc Saladyn rapuit vi.
Milleno centeno quindeno necat anno
In Welspholt[c] fortes Heinrici Saxo cohortes.
Hinc post quindenum strages Behem fuit annum
Gentis Teutonice, fortesque ruunt ibi mille.

a) a Er. *c.* b) dañ *c.* damnatum? c) Welsphot *superscr. littera* l *post* h *c.*

45) Cf. chronicon infra p. 368 editum. et Ann. Placentinos Gibellinos XVIII, p. 467, quibuscum haec ad verbum fere conveniunt. 46) Cf. Ann. Placent. l. l.

per adiutorium predictorum, postquam infinitam pecuniam expenderat, in Angliam est reversus. Post vacavit regnum usque ad regem Ruodolfum, natione de Habesburg. Sub predicto Friderico exivit gens Tartararum[a] et destruxit regnum Ungarie et alia multa anno Domini 1241.

Anno Domini 1273. crastino beati Mychahelis Ruodolfus lantgravius Alsacie, comes in Habisburg et in Kyburg, per principes electores Alemannie in curia Frankinvurt sollempniter celebrata in regem Alemannie concorditer est electus. Quem absentem et quid de se inter principes ageretur penitus ignorantem idem principes per burgravium de Nuerinberc ad se cum suis litteris electionem expressam de ipso factam continentibus vocaverunt, et venientem ac magnifice prout decuit susceptum ad regimen regni Alemannie in Frankinvurt concorditer et sollempniter extulerunt. Qui de consilio principum predictorum in festo beati Luce immediate sequenti in ipsorum presentia et infinite multitudinis aliorum hominum ac prelatorum Theutonie, qui ad consecrationem eius de ultimis finibus Theutonie confluxerunt, Aquisgrani est cum illustri domina regina uxore sua, filia comitis Burchardi de Hohinberc in Swevia, in regem Romanorum sollempniter consecratus. In qua curia statim unam de filiabus suis Ludewico palatino Reni, aliam duci Saxonie maritavit. Hec sunt facta tempore Gregorii decimi. Hic postquam subiugavit sibi Austriam, Carinthiam, Stiriam, Moraviam, quas terras omnes Ottocarus rex Boemie prius habuerat et post gloriosum triumphum de predicto rege in campestri prelio, in quo ipse rex Boemorum occisus occubuit, post victorias contra comitem Burgundie, Sabaudie, contra Bisuntinos, contra Bernenses, et post multa facta gloriosa que fecit, in quibus omnibus prosperatus semper mundi gloriam obtinuit et honorem, appropinquans morti, venit in Spiram, ibique vitam finiens, cum aliis regibus est sepultus, anno Domini 1291. circa medietatem Iunii. Hic dum adhuc viveret, ducatum Austrie cum aliis terris quibusdam adiacentibus Alberto seniori filio et Ruodolfo iuniori, cui filiam predicti regis occisi pro pace tradidit in uxorem, concessit in feodum et eos honore ducum et nomine insignivit, filiam quoque suam prefati regis Boemorum inpuberi matrimonio copulavit, ut sic inter suos in eternum pacis federa firmarentur.*

1273. Sept. 30.

Oct. 18.

1291.

---

* *F.* 151′ *alia manu haec leguntur:*

Maguntinensis[47] Treverensis Coloniensis arciepiscopi,
Quilibet imperii fit cancellarius horum,
Inde palatinus * dapifer, dux portitor ** ensis,
Marchio * prepositus camere, pincerna Boemus,
Romanum statuunt regem concorditer isti.

* Reni. ** Saxonie. * de Brandenburg.

Bis sexcentos septuaginta tres noto Cristi
Annos, quando rex factus, Ruodolfe, fuisti,
Frankenfurt festo Michahelis stemate septus,
Magnatum regni Romani culmen adeptus.
Papa sedet decimus Gregorius; hic quoque primus
Ruodolfus rex est, si gesta notare velimus.

Annis undenis demptis de mille ducentis
Christus ut est natus, transit mare rex Fridericus.

---

a) tr̃arum *c.*

47) Similia in chron. Colmariensi, SS. XVII, p. 267, in codice Ottonis Sanbl., SS. XX, p. 329, in codice Iordani Osnabrug. D. 2, edit. p. 70, apud Bromton, et alibi leguntur.

CONTINUATIO CHRONICI EX PANTHEO EXCERPTI.

Menckenius Tomo I. scriptorum rerum Germanicarum e membrana bibliothecae suae edidit chronicon „ex libris Pentheon excerptum“, cui haec addita est continuatio, Friderici II. temporibus, a. 1243, *in Italia procul dubio scripta. In fine historiae Friderici II. quaedam deesse videntur. De codice, ut mihi V. Cl. Gersdorf, bibliothecae universitatis Lipsiensis praefectus, retulit, nihil constat. Hinc inde errorem tollere conatus sum.*

Cetera[48] que sequuntur quod recentis memorie sunt, nos ea nobis a viris probabilibus tradita et a nobis partim oculata[a] fide aspecta et auribus nostris audita[49], quanto veracius possumus, etsi non cuncta, favente Domino proponemus. Actum est hoc opus anno Domini 1243, mense Februar., ecclesia Romana vacante, tempore imperatoris Frederici secundi, anno imperii sui 23, regni Sicilie 46.[b], regni vero Iherusalem 18.[c]

De transitu imperatoris Frederici in Terram sanctam et eius morte.

Tandem[d] Fredericus, concilio[e] celebrato et rebus bene dispositis in Ytaliam, atque
1188. signo crucis assumpto, per Ungariam, deinde per Greciam transit in subsidium Terre sancte cum filio suo Frederico, viro prudentissimo, strenuo et facundo. Cum tamen contra soldanum Yconii bella plurima commisisset, tandem ipsum ad dedicionem coegit. Deinde cum ad Iherusalem pergeret et flumen quoddam vadaret, dum vellet quemdam Theu-
tonicum liberare, qui submergebatur in flumine, accidit quod pectus allisit ad lapidem
1189. magnum, qui erat in flumine, dum nataret; unde tam ex collisione quam labore debilitatus, animam et spiritum in eodem loco emisit, anno imperii sui 30. Fredericus autem, filius eius, ad Terram sanctam deducit exercitum, et post pauca apud Tyrum diem clausit extremum.

De Henrico sexto, filio Frederici, imperatore 96. *ab Augusto.*

Interea Henricus sextus, filius Frederici, in regem Romanorum a principibus electus, comperta morte patris dum in Tuscia moraretur, accessit ad Urbem et a Celestino papa
1191. Apr. 15. tercio primo anno pontificatus sui imperium et coronam suscepit 96. ab Augusto anno ab incarnacione Domini 1190. Iste primo anno imperii sui regnum Sicilie intravit; quod Tancredus, filius regis Guillermi naturalis, sed tamen legitimatus, ex eo quod matrem suam nobilem de regno idem rex post mortem uxoris sue receperat in uxorem, ex successione patris fere totum tenebat, et Neapolim per annum[50] obsedit. Tandem tam ipse quam exer-
1194. citus morbo confectus, in Alemanniam est reversus; ubi resumptis viribus, quarto anno imperii sui, cum iam Tancredus[f] obiisset, in regnum revertens, totum illud sibi subiugavit; ubi plurimos rebelles diversis penis cruciavit et filium Tancredi[f] regis Siculorum cum matre in Alemanniam deduci fecit captivos. Ipse autem circa ecclesias ipsius[g] regni clemens et benignus existens, quasdam a fundamento fecit et dotavit, quasdam vero in castris et possessionibus ampliavit, quasdam utpote monasteria de pauperrimis locupletes fecit. Clericos et religiosas personas perfecte dilexit et semper cum capellanis suis comedit in mensa. Dumque in Sicilia moraretur, natus est ei filius ex imperatrice Constancia, que iam processerat in diebus suis, contra opinionem, que in marchia Aconitanensi adhuc morabatur apud Hesum[51]; de quo imperator magnificas laudes fecit et vocavit eum nomine Fredericum; quem una cum matre in Siciliam portari fecit.

a) occultata *ed.* b) XIV. *ed.* c) VIII. *ed.* d) tamdem *ed. semper.* e) consilio *ed.* f) Tamcred. *ed.* g) pius *ed.*

48) Antecedunt verba supra p. 12 n. 39 relata. et Iunio. Quae sequuntur cum Ann. Placent. Gibell., 49) Gotifredi verba ab Ottone Frising. mutuata, XVIII, p. 467, conveniunt. 51) Iesi. XXIII, 41, imitatur. 50) per menses aliquot, Maio

De morte Henrici et custodia Regni sub tutela ecclesie Romane.

Ipse anno imperii suo septimo* in Sicilia vitam finivit, relinquens regnum, imperatricem et filium sub custodia ecclesie Romane. Et quia ve terre cuius rex parvulus est, regnum Apulie tam comites regni quam extranei ceperunt eciam in continenti multipliciter laniare. Nam ex una parte Dyopuldus, quem de Theotonica idem imperator in Apuliam secum ducens sibi fortellicias quasdam ad custodiam dimiserat, qui maliciam suam per partes Apulie ac Terre Laboris extendens, in tantum homines regionis illius suo applicavit arbitrio, quod fere sibi in tota Apulia dominium addicavit, utpote qui de multorum et sublimium iuribus triumphavit. Comes eciam Petrus Celanensis vires suas circa vicinas partes extendens, comitatus plures et barones plurimos et fere usque Sypontum sibi subiecit. Marcaldus vero Theutonicus regnum ingressus, montem Cassinum obsedit. Et tandem Innocencius papa tercius manus auxilii porrexit obsessis et conatus obsidentis elisit. Ille autem iniquus in Siciliam se transtulit, ut ad regni fastigium sine difficultatis obstaculo perveniret. Innocencius autem illuc misit contra eum comitem Iacobum consobrinum suum et Cencium[a] Sancti Laurencii cardinalem cum exercitu copioso, per quos vires ipsius omnino debilitavit[52]. Cumque ecclesia non haberet, quem erigeret contra huiusmodi invasores, comitem Walterum Brennensem[b] misit in Regnum, ut per eum repelleret invasores. Tandem cum Dyopuldo conflictum faciens idem comes, eum quasi pro nichilo reputans, nocte quadam ab ipso Dyopuldo invasus et sagitta percussus obiit[53]. 1205. Jun.

De Petro comite Celanensi.

De Marcaldo.

De comite Waltero Brennensi.

De electione Philippi ducis Suevorum et Ottonis ducis Saxonie.

Interea principes Alemannie ad electionem conveniunt. Et quidam Philippum ducem Suevie, quidam vero Ottonem ducem Saxonie elegerunt. Cumque uterque de imperio contenderet et inter se bella plurima committerent, tandem, ex multis sumptibus et expensis Ottone debilitato, ad talem concordiam devenerunt, ut Otto cederet electioni[c] de se facte et reciperet regnum Arelatense et quedam alia castra et regis nomen atque Philippi filiam duceret in uxorem. Philippus autem talibus elatus successibus, L.[54] Warmatiensem[d] episcopum ad occupationem regni transmisit. Cui dictus Innocencius in Marchia et ad primos Regni fines viriliter restitit et potenter et ipsum episcopali iure privavit. Deinde Philippo ante coronationem imperii a folsagradu[e] principe suo latenter occiso[55], principes omnes postea Ottoni predicto suis voluntatibus adheserunt et ipsum in imperatorem communiter elegerunt; cuius electio a papa Innocencio confirmata. Tandem venit ad Urbem et anno 12. pontificatus domini Innocencii apud Sanctum Petrum coronatur ab eo anno Domini 1209.[f] mense Octobri, 97. ab Augusto. Qui recepta corona subito factus est ingratus et immemor receptorum, pugnam habuit cum Romanis et papam multis provocavit offensis. Nam statim patrimonium beati Petri totum usurpans, primo anno imperii sui contradicente papa et in eum excommunicationis sentenciam promulgante, ad suggestionem et consilium quorundam comitum Regni et precipue Petri comitis Celanensis, Sicilie regnum intravit et illud usque Calabriam occupavit. Innocencius autem, vocato Frederico rege Sicilie ad Urbem et honorifice a Romanis et papa suscepto, ipsum in Alemanniam contra Ottonem transmisit; mandans principibus, ut eum eligerent sine mora. Qui quarto anno imperii Ottonis in imperatorem elegerunt eundem. Otto vero in Alemanniam rediens, pecunia et viribus iam exhaustus desperavit. Arguit enim eum sua malicia, quoniam iusto Dei iudicio post perdidit, qui avare cupierat aliena. Qui 7. imperii sui anno, absolutus tamen, decessit. 1198. 1205. 1208. 1209. 1210. 1212. 1218.

De Ottone imperatore 97. ab Augusto.

De Frederico secundo imperatore 98. *ab Augusto.*

Predictus igitur Fredericus secundus, rebus in Germania recte dispositis, ad Urbem tandem veniens, ab Honorio papa tercio magnifice coronatur, 98. ab Augusto, anno Domini 1220, mense Octobri[56], anno vero regni Sicilie 22.[g] 1220.

---

* Anno Domini 1198. 4. Kalendas Octobris, qui coronatus fuerat anno Domini 1190, *catalogus pontificum Romanorum, chronico annexus.*

a) comitem *ed.* b) Bremensem *ed.* c) electione *ed.* d) Wamat. *ed.* e) *ita ed. pro* pfalzgrav. f) MCC. *ed.* g) *in editione sequuntur quae ad Heinrici III. historiam pertinent, foliorum ordine, ut videtur, in codice turbato.*

52) Cf. Gesta Innocentii c. 25. 53) ib. c. 39. 54) Liupoldum; cf. Böhmer Reg. p. 310. 55) Cf. Ann. Placentini l. l. p. 468. 56) Novembr. 22.

EX CATALOGO PONTIFICUM.

Innocencius papa III, natione Campanus, sedit annos 18, menses 6, d. 9. Gloriosus fuit in omnibus factis suis. Hic assumptus anno Domini 1199. 12. anno pontificatus sui
1209. coronavit Ottonem imperatorem in basilica sancti Petri. Quem postea suis culpis exigentibus excommunicavit et ad ultimum depressit. Item 17. anno pontificatus sui fecit eligi imperatorem Fridericum regem Sicilie, filium Henrici imperatoris, contra Ottonem, eo vivente;
1212. quem de Sicilia per mare conduci fecit. Iste 18. anno pontificatus concilium [a] celebravit in
1215. 1216. basilica Lateranensi [b], et in 19. Perusii diem clausit extremum, et cessavit dies 3.

Honorius papa III, natione Romanus, sedit annos 11 [c], minus 5 diebus [57]. Hic coronavit
1220. imperatorem F. [d] apud Sanctum Petrum, et dies suos in pace disposuit.

1227. Gregorius papa IX, natione Anagninus [d*], sedit ann. 14, mens. 5, diebus 3 [e]. Iste primo anno pontificatus sui excommunicavit imperatorem Fredericum, pro eo quod in [f] Sanctam
1230. Terram non ivit, ut voverat, in termino constituto. Tandem pace cum eo facta et multa pecunia effusa, paullo post guerram iniit cum Romanis; contra quos eundem imperatorem
1239. Mart. 20. in auxilium vocat et eos multum depressit. Tandem cum eis composuit, et anno 13. sui pontificatus in ramis palmarum iterum excommunicavit eundem imperatorem, pro eo quod ecclesias regni suis iuribus et possessionibus defraudarat et terram ecclesie occuparat.
1241. Tandem morte preventus, 15. anno pontificatus sui obiit in Urbe, ipso imperatore remanente in obsidione Urbis; et cessavit episcopatus m. 2, d. 2, cardinalibus apud Septemsolium reclusis manentibus.

Celestinus electus papa IV, natione Mediolanensis, 8. Kal. Novembris electus, sedit d. 17. Nam morte preventus nec pallium recepit nec consecratus more papali nec bullam habuit. Cardinalibus vero quibusdam clam ab Urbe recedentibus, quibusdam vero remanentibus in Urbe, duobus autem [g] in arta custodia eiusdem imperatoris existentibus, et inter se penitus discordantibus, ecclesia Romana diu ab ipso imperatore oppressa pastore vacavit, et cessavit menses 20 et 14 [h] dies [i].

CATALOGI PONTIFICUM ROMANORUM CONTINUATIO LAUDUNENSIS.

Exscripsi ex cod. E 6, *ubi post Gotifredi catalogum pontificum et imperatorum in margine scripta sunt haec diversis manibus. Nonnulla a bibliopega abscisa sunt.*

Celestinus III.
Innocentius III.
Honorius III.
Gregorius IX.
Celestinus quartus, Mediolanensis, sedit diebus 18.
Innocentius quartus, qui Fredericum deposuit.
1254. Alexander [k] IIII. 1258. factus Neapoli.

1261. Urbanus [l] papa quartus, qui de civitate Trecensi in Campania duxit originem. Iste primo fuit canonicus Laud., deinde archidiaconus Laud. et Leodiensis, set hunc resignavit, postea fuit legatus in partibus Alemannie a domno Innocentio papa quarto, deinde factus episcopus Virdunensis per domnum Alexandrum [m] papam quartum. Postea per eundem papam patriarcha Ierosolimitanus, ad ultimum creatus papa, et vixit per 4 annos in apostolatu, et vocabatur Iacobus de Trecis ante suam creationem. Iste vocavit in auxilium ecclesie

a) consilium *ed.* b) Laternan. *ed.* c) XVIII *ed.* d) H. *ed.* d*) *ita correxi;* arraguinus *ed.* e) III etc. *ed.* f) *deest ed.* g) annis *ed.* h) XLIV *ed.* i) *ex eodem codice edidit Mencken catalogum ecclesiarum patriarchalium et cardinalium episcoporum, presbiterorum et diaconorum.* k) *alia manu.* l) *sequentia quarta manu.* m) Alexedrum *c.*

57) Quod minus recte dictum; annos 10 et octo fere menses sedit.

Romane domnum Karolum comitem Andegavie, fratrem piissimi regis Francie Ludovici, contra Mainfredum, filium quondam Federici imperatoris depositi, qui regnum Cicilie et terram Apulie contra voluntatem ecclesie Romane usurpabat et alias eandem ecclesiam multipliciter impugnabat.

Clemens papa IIII, Provincialis nacione de villa Sancti Egidii in Provincia, vir summe 1265.
sapiencie, discretionis et probitatis, vitam quasi sanctam duxit, quamdiu fuit in apostolatu. Primo fuit uxoratus, deinde mortua uxore fuit archidiaconus[a] Avi*ni*onensis[b] et clericus domni regis Francie, postea eiusdem ....., postmodum archiepiscopus Narbonensis, deinde cardinalis per domnum Urbanum papam IIII. .....
erat Guido. Tempore illius pape *Ka*rolus comes Andegavensis, coronatus tamen in regem *Cicilie* per cardinales, de precepto eiusdem Clementis *pa*pe IIII. cum exercitu Francorum debellavit Manfredum hostem Romane ecclesie cum multis nobilibus comi*ti*bus et aliis de terra Cicilie et Lombardie et Alemannie in bello inito[b*] tertia die ab utroque subtus 1266.
Beneventum, paucis *aut* nullis de exercitu predicti comitis interfectis vel occisis. Deinde insurrexit in Lombardia adversus eum cum maxima gente Alemannorum Conradus quidam iuve*nis*, filius Conrardi filii quondam imperatoris Federici condempnati et depositi, qui dicebat, regnum Cicilie et totam *terr*am Apulie aliasque plurimas provincias eisdem adiacentes ad[c] se iure hereditario pertinere; qui Conradus movit exercitum suum contra pre*dic*tum comitem, in quo multos nobiles[d] duces comites de Alemannia secum aduxerat in
bello, et tamen victus fuit a pre*dic*to comite et captus et ad ultimum iudicio baronum 1268.
regni Cicilie decollati[e]. Vixit autem dictus Clemens papa per .... annos parum plus vel minus; sub quo predicta evenerunt. Quo mortuo, vaccavit sedes apostolica .... per tres *annos* ... Postea cardinales, qui per tantum temporis discencierant, ad ultimum con- 1271.
cordaverunt inter se et elegerunt in papam ... *de Pla*sencia natum, archidiaconum Leodiensem, qui tunc erat et diu fuerat in partibus transmarinis apud Acon .....
..... et ille fuit Gregorius X, et miserunt cardinales apud Acon pro eo. Qui
cum rediisset apud ..... rus fuit ibi a cardinalibus et postea 1272.
unc ..... ubi in ecclesia beati Petri celebravit, deinde Mart. 27.
Viterbii rediit. Quo reverso, mandavit concilium per totum orbem generale celebrandum, vocatis omnibus patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, omnibus ecclesiarum prelatis, capitulis de tota christianitate, ut convenirent in unum apud Lugdunum in Galliis extunc in duos annos, super tribus principaliter tractaturi, scilicet super subsidio Terre Sancte, secundum super reconciliacione Grecorum et Latinorum, tercium super statu ecclesie reformando. Pendente die conscilii cum vaccaret imperium tempore illo, barones
Alemannie elegerunt in imperatorem comitem Radulphum de montibus Dausai[f], qui coro- 1273.
natus fuit in regem in civitate Arelatensi, deinte confirmatus in imperatorem per domnum Gregorium papam X. in concilio Lugdunensi. Sicque adveniente die ..... 1274.
prelatis congregatis in unum apud Lugdunum Grecis et.....
..... que ibi fuerunt facta, quod de tota christianitate solveretur decima a prelatis et clericis per sex annos continue in subsidium Terre Sancte. Item Greci obtulerunt se velle obedire de cetero ecclesie Romane et eius mandatis, et ita fuerunt reconciliati. Tartari autem, qui ibi venerant missi ex parte regis eorum et omnium Tartarorum, bathisma receperunt et voluerunt bathizari in eodem concilio. Fuit renovatum illud decretum, quod loquitur super subtractione privilegii clericalis a bigamis, non obstante alia consuetudine super hoc diu obtenta[58]. Item et quod amodo tonsuram non defferrent clericalem sub pena excommunicationis. Item ibi fuerunt prohibiti usurarii publici, ut essent ipso facto excommunicati. Prohibita etiam fuit eis ibi factio testamenti et remoti[g] ob omnibus actibus civilibus, muneribus et honoribus, et plura alia que hic non enarrantur.

a) archidicanus auiēn̄ *c.* b) *plura abscisa sunt; quae littera obliqua exprimi curavi, supplevi.* b*) indito *c.* c) ad se *bis scriptum.* d) nobl̄ies *c.* e) *ita codex.* f) *ita codex;* Hausburg *intelligi patet.* g) sunt privati *superscr. c.*

58) Conc. Lugdun. c. 16, Mansi XXIV, p. 91.

DE LAUDE CIVITATIS LAUDAE.

Ex codice Speculi 1ª *exscripsit V. Cl. Pertz. Gotifredo hoc carmen adscribi nequit, a cuius metro et stilo longe recedit. Non omnia satis me intellexisse fateor, ideoque fortasse verba non semper recte distinxi.*

Iuxta ripam Adue sedet urbs iocunda,
Muris, fossis ardue, meniis rotunda.
Nemo vivit fatue virtute secunda,
Lauda[a] lepra munda, sine demone gaudet in unda.
Flumina sunt pariter ex qualibet parte,
Adsunt naturaliter, etiam sunt arte.
Hanc deffendit acriter gens favente Marte[b],
Portus agente rate sibi prata virentia late.
Hec fuit ex primis gens Rome florida civis,
Nam fuit ex binis vetus urbs renovata ruinis,
Quam spata Ponpeia monuit laudare trophea.
Hanc colit alma dea meritis sua grata[c] corea.
Lauda[a] placet diva patrie sapientia diva,
Gens bona natura renuit mala fata natura[d],
Scandala lasciva sapit hec vitare cadiva.
Fertilis est silva, bona vinea, ficus, oliva.
Bestia passiva canit hic cum vomere stiva,
Predia prativa fugit hinc fera guta cadiva.
Ytalie clavis stat regia porta suavis,
Mercibus est navis, honeratur bestia salmis,
Alta viget palmis, quia cautis utitur armis.
Pontibus arte vadis decoratur frondis opicis.
Fontibus et pratis viget urbs redimita metallis[e],
Fructibus optatis copia magna satis.
Civibus hec gratis veneratur amata Beatrix,
Navigiis lautis que colit unda ratis.
Fluminibus stratis placet hec fidei mediatrix.
Conscia piraticis fuit hec gens noxia nautis,
Militibus laudis et honoribus estat amatrix,
Iudicibus pacis absque calore facis.
Colloquiis aptis ducibus cum regibus altis,
Laudibus et psalmis, iubilis et cantibus almis,
Cornibus et raucis, lituis et dulcibus arpis.
Fertilis ex agnis, ovibus, bovibus sub aratris,
Frugibus et rebus variis, placidis speciebus,
Floridis est talis locus arduus aurea valis.
Hofficiis, tabulis pariter reddimitta cabalis.
Hic fluvii vena, tenet aurum litus arena.
Prandia vel cena data gratis sunt sine pena.
Sunt ibi scriptores, quibus usus et ars dat honores,
Pro meritis mores tribuunt sibi summa valores.
Sunt ibi iocundi sine lepra devicere mundi,
Crismate signati Bassiani fonte renati,

a) lauda *c.* b) fanūte mate *c.* c) gra *c.* d) natā *c.* e) metaP *c.*

BSB

Viribus ornati, pugilum toracibus apti,
Ordine prelati, monaci medicique rogati.
Omnibus arte dati placet urbs satis inclita facti,
Iusticie proni sibi sunt probitate patroni,
Stant super arva boni vigiles ad aratra coloni.
Hic medici cauti stant super arte dati,
Hinc equites grati dociles super arma parati,
Et pedites lauti sub mercibus arte locati.
Omnibus artistis valet urbs decorata magistris.
Nemo iacet tristis fabricans super omnibus istis.
Lauda[a] palude, situ munitur, flumine, cive.
Dictat[b] eam vitis, messis[c] et unda ratis;
Diviciis gratis decoratur prospera fatis.
Urbs benedicta satis decoratur carmine vatis,
Iudicis Orfini Laudensis in arte Latini.
Organa iuncta tubis referunt solamina turbis,
Fama status turpis removetur ab omnibus urbis.
Non ibi secta, set est via recta fideique refecta,
Laudibus infecta, stabilis tenus ordine lecta.
Lex monacharum, flos dominarum, forma dearum,
Sensus earum, gratia quarum stat super aurum.
Presul amenus, mente serenus, dogmate plenus;
Est ibi clerus ordine verus, lege severus.
Regula fratrum munus amatum predicat altum,
Corrigit atrum, dans bene gratum lege novatum.
Lauda, gaude, digna laude iam vere laudaris.
Es in statu bono, factu et re cogitaris,
Si per pacem tollas facem litis et discordie,
Degens recte vel perfecte, gens misericordie,
Es eris, munda sicut unda maris a fectore[c*],
Glorieris et leteris Refino[d] doctore.
Digna Dei laude duo sunt insignia Laude,
Crismate signatis data, gratis fonte renatis.
Iam resonante lira facit hic Deus ardua mira.
Hanc nutrit alma pia genitrix sacra virgo Maria,
Trina gerarcia cui fovet et alta sophia.
Vir Siracusanus iacet hic Siculus Bassianus[60],
Laudensis presul, cui demon lepra fit exul,
Inclitus anticus, vindex et pacis amicus.
Hostibus hic firmus, sapiens, athleta, pudicus,
Laudensem rupem statuit Fredericus in urbem;
Tunc fuit ex[e] binis vetus urbs renovata ruinis[59],
Urbibus antiquis tribuens alimenta propinquis.
Gloria fert carmen, si[f] singula dixerit. Amen.
Celica virga tamen tueatur et omen[g] et agmen.

Moneo quoque et exortor fratres meos, ut in predicatione, quam faciunt, sint examinata et casta eorum eloquia ad utilitatem et edificationem populi, annunciando eis vitia et virtutes, penam et gloriam, cum brevitate sermonis, quia verbum abreviatum fecit Dominus super terram.

a) *sic.* b) *i. e.* Ditat. c) mesis *c.* c*) *i. e.* fetore. d) Orfino? *cf. v.* 58. e) es *c.* f) *deest c.* g) om̄e *c.*

59) a. 1158. 60) a. 378 episcopus.

LAMENTATIO VITERBIENSIS.

In chronico Viterbiensi vulgari lingua scripto, quod nuper ex apographo codicis Romani, bibl. Angelicae B 7. 23, *a V. Cl. I. Ficker exarato, A. Huber edidit (Böhmer, Fontes IV, p.* 686 *sqq.), a.* 1242. *legitur:* Hora soquita lo lamento di Ghottifredo e di Lanzilotto sopra Viterbo. *De Gotifredo nostro, cuius etiam alibi mentio fit (v. supra p.* 2 *n.* 29*), cogitari, verisimile est. Quae sequuntur quamvis neutiquam Gotifredi dicendi rationem sapiant et longe post eius tempora, etiamsi Heinrici VI. mortem eum superasse statuamus (supra p.* 2*), scripta sint, ita ut Lanzilotto illi, qui medio saeculo XIII. chronicon Viterbiense composuit nunc deperditum (v. Huberi praef. p. LXX), tribuenda sint, cum Gotifredi tamen memoria iuncta, ideoque digna visa sunt, quae hoc loco exhibeantur, mendis quibusdam, quibus codex scatet, e coniectura sublatis.*

De nequitia civium Viterbii.

O Viterbium civitas nobilis et amena, iam obierunt tui filii, qui te agnoscentes tenerrime dilexerunt et conducentes te in magnum triumphum et in mirabilia facta, fecerunt te pulcrum et[a] forte et mirabile nimis aspectu. Iam preteriit quoddam tempus, quod te insensati homines possiderunt et abstulerunt omnes virtutes et dominationes. Item abstulerunt tibi bonum altare viaticum[61], quod prestabat magnam fortunam et magnum triumphum tuorum inimicorum, de quo donationem[b] fecerunt. Postquam Viterbium altare predictum amisit, molestari incepit a multis et variis tribulationibus, quas primitus nullo modo sustinebas. Item fuit debellatum in monte Rozzanense[62]; quo transacto amisit comitatum eiusdem cum omnibus suis castris; et expugnatum fuit ad montem Pettonem[63]. Revera sciatis[c] unum, quod de suis est omnibus supradictis, quia propter odium et invidiam unus destruit alium non solum in persona sed etiam in aliis rebus, ita quod[d] vix posset aliquis aliquatenus extimare. Quamvis multi dicant de Viterbii civitate, quod semper crescat in bello, tamen non ita est, quod crescat sub bello; immo decrescit. Et quare accidit? Quod homines ad invicem habent se odio. Item [propter[e]] invidiam, astum[f] et superbiam eorum amisit Viterbium multas granditias et divitias cum multis bonis usibus. Propterea postquam[g] imperator rubeus Federicus ab Urbe Romanorum discessit, venit cum magno exercitu et castrametatus
1167? est apud Viterbium in ora que Riserium nuncupatur. Et tunc ipsis supervenit tam valida mortalitas, quod vix aliquis evadebat, et thesauri[h] eorum Viterbiensibus remanebant. Sed propter fatuitatem et insipientiam quorundam statim ad cesarem adcesserunt rogaturi ipsum, quatenus[i] fructus vinearum et etiam agrorum a suis subditis et fidelibus non debeant devastari. Unde confestim imperator cesar ad interrogata respondit: *O insensati, qui non cognoscitis ea que vobis debeant prodesse, ad vestrum profectum et honorem debeant pertinere!* His auditis et plenarie intellectis, rediit cum toto suo exercitu, et hospitatus est in oris Senensium, et de illa hereditate sunt Senenses et magna pars Tuscorum [ditati[k]]. Ad hec quoque venit marchensis[64] Marcvaldus, volens Viterbiensium esse civis. Et ut eum in eorum civem reciperent, voluit omnes filios nobilium militari[l] cingulo decorare, centum libras[m] cum indumentis et equos et arma unicuique liberaliter pollicendo; et etiam singulis peditibus unam tunicam, decem libras, scutum cum elmo et unum asbergum[65] largiri volebat. Quod propter ignorantiam Viterbiensium, quia sensum habent[n] retro et non ante, penitus renuebant. Ad hec[o] imperator Oddo propter ecclesiam
1210. Viterbiensium bona omnia depopulavit extrinseca; quam depopulationem apostolicus emendare volebat. Quod per invidiam uniuscuiusque[p] Viterbienses recipere neglexerunt. Item in tempore Federici imperatoris, cum acquisiverat maiorem partem Lombardie et etiam debellaverat Mediolanum, venit ad partes
1240. Viterbii et intravit civitatem cum militibus suis. Unde si Viterbienses scivissent querere summo cesari, statim exibuisset eis omne ius et omnem actionem et omnes bonos usus eorum et multa bona contulisset eis. Sed ipsi ignorantes de predictis, amiserunt omnia que dicta sunt, et reddiderunt se absque pacto et tenore, de quo penituit eos valde.

O Viterbium, quare interficis Viterbium? Narra mihi, cur Viterbium occidit Viterbium! Iam video ipsam civitatem pulcram et fertilem et amenam. Et fundamenta[q] ipsius deficiunt non, quia[r] sunt de vivo lapide.

a) et est *c.* b) donatione *c.*, *fortasse* dominationem? c) sacratis *ed.* d) itaque *ed.* e) *deest c.* f) astrum *c.* g) preterquam *ed.* h) theusauri *c.* i) quantus *ed.* k) *hoc supplevi vocabulum.* l) militali angulo *ed.* m) libris *c.* n) habet *c.* o) Adhuc *ed.* p) unius cuique *c.* q) fundamento *c.* r) i. non d. eius non que *ed.*

61) Cf. de hoc altari chron. vernaculum p. 691, ubi ad Gothos refertur. 62) Chron. a. 1210 refert de magno praelio *ad Roccha Altia* contra Ottonem IV. imperatorem commisso. 63) a. 1193. ab Henrico de Calendrino, teste chron. p. 693. 64) Anconitanus. 65) i. e. halsbergum.

Ergo viridaria pulcra et fontes et vinee et molendina et multi[a] agri et etiam silve cum magnis venationibus aut magna abilitas balneorum destruunt hec civitatem non, quia omnia ista facta sunt propter pulcritudinem et abilitatem pulcre civitatis. Igitur civitas interficit homines habitantes in ea non, quia terra non habet manus, cum quibus interficiat eos, et pulcre turres et palatia cum domibus non sunt serpentes nec dracones, qui devorent et interficiant ipsos. Ergo homines sunt, qui destruunt civitatem. Dic[b] ergo, cur destruunt, cum in ea sint nati et filii eius sint! Non sunt filii, sed servi; quia filius non libenter destruit bona paterna, immo crescere facit ea et multiplicari, et colit in vinea[c] bonas et odoriferas erbas et malas[d] destruit; servus autem non sic facit, sed facit sicut laborator, qui vineam ad laborandum accepit alienam, qui dimittit malas erbas crescere et bonas colere nunquam curat; et etiam omnes bonos fructus elidit[e] et arbores frangit et non curat, si destruitur que hereditas ei non pertinet. Ita videte, quid[f] accidit Viterbio, quod non est aliquis, qui[g] Viterbio faciat et dicat vel operetur bonum et augmentum[h]; immo auferunt et diminuunt et destruunt omni die; et virtutes et dignitates et dominationes extorserunt, et in quolibet vendunt[i] auferendo, sicut superius dictum est. Et ille, qui magis simulat bene loqui et bene operari, ille citius accipit et furatur et revendit eum; et nemo est, qui possit lucrari quinque solidos aut decem libras vel centum aut plus vel minus, et communitas Viterbi deterioraretur mille marcis argenti vel duo milia aut plus, quod aliquid ipse curet qui[k] non diligit suam civitatem; immo sepe homines tradunt et faciunt sibi magnum malum, de quo bene adhuc eos penitebit. Et sic Viterbium. Et hec prophetia apparet propter peccata hominum consumari.

De fortuna Viterbii.

O Viterbium, iam est[l] clipeus durissimus et fortissimus, qui nulla vulnera times, et quicunque te portat in bellum, victorie[m] partem tenet; et longo tempore ad percussiones[n] fortissimorum bellatorum durasti, id est pape, imperatoris et Rome, qui dominantur toti mundo totamque terram pessumdant, et quilibet de te scutum facit et sbarram[66], inducit te in magnos labores et angustias, que portare non potes sine dolore multorum. O Viterbium, cum quiescis, tota contrada quiescit, et cum molestaris, tota molestatur contrada. O Viterbium, iam es clavis, qui per totam contradam portam pacis et guerre pandis. O Viterbium, omnis homo facit tibi malum et te vendit et spoliat. O Viterbium, adhuc non habuisti dominum te amantem, qui vellet te crescere vel multiplicare, et te quilibet dominus diligit fraudolenter, suum capiens de te commodum, dum sibi necessarium ades, et recedit de te, qualiter remaneas nunquam curans. O Viterbium, tu es factum petra iacens in via, super quam quilibet terendo transit et nemo te colligere curat, immo te iacere dimittit. Quare? Quia omnis homo videtur te odire et videtur quod verus tibi sit inimicus. Sed tu de omnibus te auxiliante Domino vindicabis, quia nullus te offendentium adhuc inpunitus evasit; nam omnes occidisti, destruxisti et ad paupertatem duxisti, et qui tuam mortem cupiunt, sibi mortem dedisti, et qui te destruere affectant, gladium manuum tuarumne reperiit[o]?, et indubitanter peribit, et qui te maledicit, maledictus sit in secula seculorum. Amen.

VATICINIUM SIBYLLAE.

Ultimo loco huic opusculorum cum Gotifredi Viterbiensis libris coniunctorum editioni addere libet fragmentum vaticinii Sibyllae, quod ab illo esse exscriptum (Part. XVI, c. 24, supra p. 145), sed multis locis mutatum et auctum, primo patet aspectu. Hoc ex cod. Bernensi A 9 *saec. XI. ex. vel XII. in. a Professore Dr. Hagen exscriptum V. Cl. R. Usinger, Professor publicus Kiloniensis, in libro „Forschungen zur Deutschen Geschichte“ Vol. X cum commentario editurus, petenti mihi concessit, ut hoc etiam loco repeteretur. Scriptum esse Heinrici IV. temporibus putarim. Initio plura deesse videntur, quae Gotifredus exscripsit.*

Gottingae die 23. *mensis Aprilis* 1870. *G. WAITZ.*

Tunc surget dux per V nomine, de una parte Salicus et de alia parte Longobardus, et ipse habebit potestatem omnes inimicos suos expugnandi; et in diebus illis procedet rex per O nomen[67], et erit potentissimus et fortis et bonus ad iustitiam faciendam; et sanguis illius complicabitur cum genere Grecorum, et ipse erit rex per O nomen[68], et erit bellicosissimus et misericordissimus nimis, et virtus et cor eius in manu Domini, et non regnabit ultra septem annos; et de ipso procedet rex per O nomen[69], et erit sanguinarius et falcinarius sine fide et sine operibus bonis et sine hereditate, et non regnabit ultra 5 annos.

a) multis agris *c.* b) Sic *ed.* c) ea *ed.* d) mala *ed.* e) eligit *ed.* f) que *ed.* g) qui a *ed.* h) augumentum *ed.* i) veniunt *ed.* k) que *ed.*; *locus corruptus.* l) est *c.* m) vittorie *ed.* n) trañ. *add. c.* o) effugiet *vel simile quid legendum videtur.*

66) gallice *barrière.* 67) Otto I. Numeri annorum plerumque a vero recedunt. 68) Otto II. 69) Otto III.

Tunc surget rex de genere Longobardorum per A nomen [70], et rex Salicus per E [71] nomen, et erit fortis et crudelis, et dum vixit semper erit in contentione et in tribulatione, et paucis temporibus erit regnum eius.

Tunc surget rex de Babilonia, conciliabulum [a] Sathane, in cuius [b] potestate erit occisio sanctorum, et erunt ecclesie destructe; inter paganos multa tribulatio et prelia erunt. Postea insurgent Agarreni [71*] et captivabunt Tarentium et Barim et Apuliam et Pulsariam, et cupient venire [c] Romam, et non erit, qui resistat eis, nisi Deus deorum et Dominus dominorum. Turc surget rex generatus sanguine Grecorum super Hierosolimam, et destruentur templa idolorum apoca Libani, et edificabuntur 60 altaria in nomine Domini, et tunc veniet plaga super omnes gentes paganorum, et veniet locusta et brucus et comedent omnes labores eorum et fructus. Capadotia et Cilicia fame peribunt, et postea surget rex Salicus per C nomen [72], et in diebus eius denegabunt filii patres et patres filios. Tradet autem frater fratrem in morte, et fratres cum sororibus miscebuntur, et pater cum filia, et senex cum virgine, et virgines cum senibus. Sacerdotes predicabunt sicut apostolus, et semet ipsos non predicabuut, et in peccatis morientur presules malefacientes et temptatores, et vendent suas sacrationes, quod Dominus esse proibuit, et fiet tunc effusio sanguinis, et erunt fornicationes et inmunditie sicut sodomite, ita ut non contumelia eis appareat, et erunt homines mendosi, raptores, odientes iustitiam et amantes plus falsitatem quam veritatem, et principes Romanorum inmutabuntur. Si hodie dimittitur, cras occidetur. Cum uno oculo locuntur bonum, cum altero locuntur malum. Propter pecuniam omnes iudices iudicabunt falsa et non vera. Bona promittent et mala facient, et erunt cupidi et avari, amantes munera falsitatis, et destruetur lex veritatis, et dimittent proprias uxores et accipient [d] alias, proximis suis commiscebuntur, et fiet terre motus per multa loca, et diverse insule et civitates ac regna dimergentur, et erunt incendia inter propinquos, et quae homines non facient, per iram Dei venient incendia propter peccata populi, et erunt per loca pestilentiae hominum et boum et omnium bestiarum, et terra ab inimicis desolabitur, et non prevalet consolari priorum (?).

In illo tempore surget dux in Tuscia per B nomen [73], et erit contentio inter Langobardos et Salicos, et ipsum ducem non poterunt superare inimici eius, quia a Deo concessa sunt ei longo [d*] tempore, usque dum compleat terminum et tempus vite sue, usque dum iusticiam faciat [e].

Et consurget in tempore ipso rex in A nomen [74], et obtinebit regnum longis temporibus, et tunc vadit Romam cum magna [f] iusticia, et non mortificabit animam eius Deus in manus inimicorum eius, ut conpleat tempus et dies vite sue, et erit bonus et magnus et perfectus, faciens iusticiam pauperibus, et regnabit longo tempore per iusticiam, et erit ipse rex de genere Langobardorum [g], et post eum venient reges, qui non regnabunt per fidem, quia non habebunt veritatem, et regnum adversus aliud [h] regnum surget, et erit magnum malum et contentio.

Tunc iterum surget rex [i] Salicus de Baiowaria [75], qui veniet cum furore, et ipse erit inicium dolorum, quale non fuit ab inicio mundi, et erunt in suis diebus pugne et multe tribulationes, et sanguinis effusio et terre motus per civitates et regiones, et terre multe [i] captivabuntur, et non erunt qui resistant ei, quia iratus erit Deus in terra, et non erit, qui eruat regnum de manu eius preter Deum, et Romani comprehendentur in manu ipsius regis, nam et Romana civitas erit destructa, et ad terram convertet eam, quod numquam fecit ullus rex. Nam ipsa civitas Babilonia vocatur, et hoc erit ferreum regnum. De ipso rege audient Persidi, Macedoni et Greci, et adiungent se et facient fedus, et [k] venient [l] Romam, et adprehendent ipsum regem Salicum et morte eum periment, et concremabunt et vindicabunt Romam. De illo tunc debet rex procedere de Bizantio, Romanorum et Grecorum, habens scriptum in fronte, ut vindicet regnum christianorum, qui subiciet filios Hismahel et vincet eos, et eruet regnum christianorum de iugo pessimo Sarracenorum. In illis diebus nemo poterit sub celo regnum superare christianorum. Postea gens Sarracenorum ascendet per 7 tempora, et facient universa mala in toto orbe terrarum perimentque pene omnes christianos.

Post hec surget regnum Romanorum et percutiet eos, et erit post hec pax et regnum christianorum usque ad tempus antichristi, deinde increscet persecutio Gog et Magog. Post hec ascendet rex Romanorum in Hierusalem in Golgota locum, et tollet coronam de capite suo et ponet super crucem sanctam, et expandet manus suas ad celum, et reddet regnum christianorum Deo et patri, et cum assumpta fuerit in celum crux sancta simul cum corona regis, tunc veniet dominus Iesus Christus vindicare seculum per ipsum.

Dicunt, Sibillam vixisse 362 annos a tempore David usque ad tempus Darii regis Medorum. Nata fuit in Syria de Manasse patre et matre Papilia de genere Alexandri regis magni. Inde venit Cumas.

a) cū ciabulum *c*. b) quibu cuius *c*. c) cupient venire *in loco raso c*. d) accipiant *superscripta littera* e *c*.
d*) *fortasse:* longa tempora. e) faciet *corr.* faciat *c*. f) omni *superscr.* magna *c*. g) Lagob. *corr.* Lang. *c*.
h) alium *corr.* alius *c*. i) *bis scriptum sed semel erasum c*. k) *quatuor vel quinque litterae erasae c*. l) veniet *c*.

70) Arduinus. 71) Enricus = Heinricus II. 71*) i. e. Normanni, ut in Ann. Rom. SS. V, p. 470 sqq.
72) Conradus II. 73) Bonifacius. 74) Anricus = Heinricus III. 75) Heinricus IV?

BSB

MARTINI OPPAVIENSIS CHRONICON PONTIFICUM ET IMPERATORUM

EDIDIT LUDEWICUS WEILAND PH. D.

Auctorem chronici illius pontificum et imperatorum per ultima medii aevi saecula famosissimi atque usitatissimi Martinum fratrem ordinis Praedicatorum, poenitentiarium et capellanum papalem, fuisse ex ipsius operis praefatione discimus. E Polonia eum oriundum fuisse plerique crediderunt, cum iam ab auctoribus subaevis, Ptolemaeo scilicet Lucensi a. 1327 *mortuo*[1], *Bernardo Guidonis a.* 1331 *defuncto*[2], *Landulfo de Columna, Marsilio Patavino, qui temporibus Ludewici Bawari imperatoris floruerunt*[3], *ei cognomen Poloni inditum sit. Sed iam celeberrimus ille Annalium Boiorum scriptor, Aventinus a.* 1534 *defunctus, codicis sane cuiusdam manuscripti auctoritate nisus, Martinum* Boiemum Oppomensem (*leg.* Oppaviensem) *vocat*[4]. *Cuius sententia compluribus aliis codicibus*[5] *fulcitur, in quibus in praefatione post verba:* ego frater Martinus ordinis Praedicatorum, domni pape penitenciarius et capellanus *subiunguntur verba:* de regno Boemie oriundus, patria Oppaviensis. *Quamquam huius generis codices, septem numero, parvulam sane partem molis codicum superstitum efficiunt, quorum maior pars — quoad nobis compertum est — patrios auctoris lares non describit, tamen haud dubitamus, quin verba illa ab ipsius auctoris manu originem traxerint, qui ipsa uni alterive exemplari operis adscripserit; quod ipse auctum, correctum, immutatum iterum iterumque evulgare non cessabat. Et recte Boemum se vocasse auctorem, qui in oppido Oppavia, quod nos Germani vocamus Troppau, natus fuit, iam nuper evicit dissertatio viri cl. Dudik*[6], *qui regionem Oppaviensem usque ad a.* 1318 *partem marchionatus Moraviae, ideoque regni Boemici, neque vero, ut reliqua Silesia, partem Poloniae*[7], *fuisse demonstravit. Hac igitur codicum auctoritate adnihilantur*

1) In historiae ecclesiasticae epistola dedicatoria ap. Muratori, Script. Ital. XI, 752. 2) Catalogus pontificum Romanorum seu Flores chronicorum ap. Muratori III a, 606: *Huc usque chronica fratris Martini Poloni ordinis Praedicatorum penitenciarii pape de Romanis pontificibus protenditur et finitur.* Cum Bernardus Ptolemaeum multoties exscripserit, etiam cognomen Poloni ab eo mutuasse verisimile est. 3) V. Landulfus in libro De translatione imperii c. 1. 8. An etiam in chronico suo, quod inscribitur Breviarium historiarum, Landulfus Martinum hoc cognomine ornet, ignoramus, quia unicam eius editionem (Pictavis 1479. 8°) inspici non licebat. Marsilius modo in tractatu De translatione imperii c. 2. 10, non vero in Defensore pacis II, c. 22. 25, Martinum vocat Polonum. Ceterum Marsilium Landulfum exscripsisse patet, Landulfum autem cognomen Poloni ex Ptolemaeo hausisse ex eo apparet, quod Martinum episcopum Consentinum vocat; vide infra. 4) Ann. Boi. lib. VII, c. 8. fin. ed. Lips. 1710 p. 673: *Atque haec ego ex Martino Boiemo Oppomensi transtuli.* 5) Huius generis codices septem nobis innotuere: 1. Vindob. 402. Archiv X, 466. Lambec. II, 758. 2. Vindob. 3414. Arch. X, 466. Lamb. II, 748. 3. Vindob. 3390. Arch. X, 575. 4. Gaming. quem laudat Lambec. II, 762. 5. Gracensis fol. 42, 27. Arch. X, 622. 6. Olomuc. 412. Arch. IX, 485. 6) Paris. qui a nobis notatur infra sub Nr. 5. — Omnes recensionis quam B signabimus esse videntur, quamvis de Nr. 2. 3. 6 dubitari liceat. 6) Des Herzogthums Troppau ehemalige Stellung zur Markgrafschaft Mähren. Wien 1857. 7) ut crediderunt plerique, inter quos v. Hankius, De Silesiis indigenis eruditis (Lips. 1707. 4°.) p. 37; comes Ossolinski in Archiv IV, 41.

hallucinationes Dlugossi a. 1480 *mortui, qui primus, patriae sane amore inductus, quem Ptolemaeus Lucensis Poloni cognomine modo adornat, Polonum natione fuisse contendit*[8], *et postea usum temporis sui reprobandum secutus, Martinum* nobilem de domo et familia Streparum *fuisse pro certo affirmat*[9]. *Neque meliore iure ab aliis, quorum princeps falsidicus videtur esse Raphael Maffeus Volaterranus a.* 1521 *mortuus*[10], *Martinus natione Carsulanus, Corsulanus seu Cartulanus, ex oppido Corsigliano Umbriae oriundus dicitur*[11]. *Nec defuere qui eum Carsulanum Polonum*[12], *seu natione Polonum et patria Carsulanum*[13], *seu confundentes eum cum Mariano, natione Scotum*[14] *fuisse contenderent. Sed longum est quae quisque veterum de origine Martini opinatus seu fabulatus est allegare, cum iam Hankius, editores Scriptorum ordinis Praedicatorum*[15], *comes Ossolinski*[16] *ea satis superque reprobaverint. Poloni cognomen Martino a Ptolemaeo Lucensi*[17], *confratre in ordine Praedicatorum, inditum est, non eo quod in Polonia natus fuit, sed quod archiepiscopus metropoleos Polonicae mortuus est, seu ut Dominicani subtili ingenio censent*[18], *eo quod domus ordinis Praedicatorum in regno Boemiae constitutae usque ad a.* 1301 *ad provinciam Polonicam pertinuerunt. Habitum monachalem induisse Martinum in domo ordinis Pragensi, quae sancto Clementi dedicata erat in urbe veteri (Altstadt)*[19], *ibique sacerdotalem consecrationem accepisse docet epistola ei iam Romae degenti a fratre Hyacintho priore Pragensi directa, qua chronicam Martini fratres Pragenses se ab eo accepisse testantur*[20]. *Magistrum, nimirum theologiae, Martinum fuisse ex eadem epistola discimus. Munus inquisitoris pontificii eum gessisse recte Dobnerus concludere videtur ex eo, quod Martinus quidam inter inquisitores a sede apostolica olim ad S. Clementem Vetero-Pragae institutos inveniatur*[21]. *An antequam Romam migraverit in alio conventu ordinis sui versatus sit, non pro certo compertum habemus, cum fidem fratrum Praedicatorum Wratislavensium, qui Iohanni Georgio Eccardo, a.* 1703 *e Polonia reduci, Martinum apud ipsos olim professum fuisse asserentes in testimonium veritatis vetustam Martini picturam praesentarunt*[22], *non satis validam habere possimus. Provinciam Galliae Martinum visitasse seu ibi degisse ex eo coniicere possumus quod ipse translationem sancti Vincentii in Provinciam narrans*[23], *corpus eius a fratribus Praedicatoribus in Castris*[24] *nunc asservari dicit,* sicut ab ipsis fratribus veraciter compertum est. *Quo tempore Romam pervenerit, quis pontificum Romanorum eum primus poenitentiarium et capellanum fecerit, penitus ignoramus. Certo iam sub Clemente IV. papa, a.* 1268. *Nov.* 29. *mortuo, muniis istis functus est, qui iam in primis operis sui exemplaribus, quae nobis innotuerunt, post obitum*

8) Hist. Polon. ad a. 1278. ed. Lips. p. 814. 9) in historia archiep. Gnesnensium ms. v. Archiv, IV, 39. Dlugossum alii innumeri in diffinienda Martini familia secuti sunt, quos v. ibid. Addendi sunt: Fontana, sacr. theatr. Dominican. 1666. p. 338, et idem in Monum. Dominican. 1675. p. 114; Altamura, Biblioth. Dominic. 1667. p. 48, aliique recentiores. 10) qui l. 21 Commentariorum Urbanorum sic fabulatur: *Martinus poenitentiarius Urbis, patria Carsulanus, quam Cascinam vocant, chronicam scripsit quam Martinianam vocant, Ioannis XXII. tempore;* et l. 22 ineunte: *Pontificum Romanorum seu temporum eorum historias scripsere Vincentius et Martinus Carsulanus, ordinis ambo Predicatorum, Ioannis XXII. tempore.* 11) Enumerantur ab Hankio p. 35. 12) ut Gozzeo, Catal. vir. ex famil. Praed. in litter. insign. Venet. 1605. p. 166, et Possevinus, Apparatus sacri. Venet. 1606. II, 410. 13) ut Labbeus Dissert. hist. de scriptor. eccles. II, 62. 14) quos enumerat Hankius p. 35. Primus fuisse videtur Platina in Vitis pontif. Roman. a. 1479 primum editis, sub Victore III. 15) Echard et Quétif I, 361 sq. 16) Archiv IV. 17) Ad quem solum Bernardus Guidonis, Landulfus de Columna, Marsilius aliique recentiores respectum habent. 18) l. c. p. 362. Cf. etiam Archiv IV, 42. 19) Fundatus est conventus Pragensis, primus Boemiae, a. 1222, v. Bzovius, Propago D. Hyacinthi seu de rebus gestis in provinc. Polon. ord. Praed. Venet. 1606. 4°. p. 4. 20) Epistola typis excusa est in Hagek, Annal. Bohem. ed. Dobner III, 11 et repetita in Archiv IV, 67. 21) Dobner l. c. et Archiv IV, 68. 22) V. Corpus hist. med. aevi I, praef. Nr. XX. 23) sub Marcellino papa in fine. 24) Castres in pago Albigensi.

Clementis sed ante electionem Gregorii X. (1271. *Sept.* 1.) *scriptis, titulos poenitentiarii et capellani pontificii sibi vindicat*[24]. *Quae munia sub sequentibus quinque pontificibus, scilicet Gregorio X, Innocentio V, Hadriano V, Iohanne XXI, Nicolao III. continenter gessit, quippe qui in posterioribus chronici editionibus titulos illos retinuerit. Unum ex minoribus tantum sedis apostolicae poenitentiariis Martinum fuisse, ut iam scit Dlugossus*[25], *veri simile est. Cum sedes Gnesnensis eo tempore vacaret, canonicis iam per aliquot annos de electione litigantibus*[26], *sedi demum providit Nicolaus III. papa, qui anno* 1278 *Martinum nostrum,* poenitentiarium et capellanum suum, litterarum scientia preditum, morum honestate conspicuum, consilio providum, in spiritualibus et temporalibus circumspectum, *archiepiscopum creavit Gnesnensem, ut testatur bulla investiturae hoc anno die* 22. *mensis Iunii Viterbii data*[27]. *Sed priusquam ad sedem suam pervenit, eodem anno* 1278 *mortuus est*[28] *et Bononiae sepultus, ut iam Dlugossus compertum habuit:* in conventu fratrum Praedicatorum prope sacristiam. *Epitaphium eius in ecclesia S. Dominici se vidisse affirmat Ughellius*[29] *in parvo lapide hac inscriptione insignitum:* S. fratris Martini archiepiscopi provinciae Poloniae. *Bzovius*[30] *autem lapidem sepulcralem in templo S. Dominici ante aram maiorem secus sacellum S. Thomae situatum*[31], *in maiori sesquipalmari, suo tempore inscriptum fuisse dicit ita:* Hic iacet F. Martinus Polonus ord. Praed. archiepiscopus Gnesnensis. *Bzovio, licet* 60 *annos anterior sit Ughellio, tamen minor fides attribuenda mihi videtur, quippe qui epitaphium propriis oculis se vidisse non dicat. Vox* Polonus *saltem certo interpolata videtur.*

Supersedemus reprobare opinionem illorum qui Martinum archiepiscopum Consentinum, neque vero Gnesnensem, fuisse dicunt, quia iam ab aliis[32] *satis superque refutata est. Orta est nimirum e falsa verborum Ptolemaei Lucensis distinctione, qui fontes suos enumerans sic loquitur*[33]: Fr. Martinus Polonus ordinis fratrum Praedicatorum, archiepiscopus Cusentinus . . . , *duas certe personas significans. Primus in hunc errorem incidisse videtur auctor Ptolemaeo fere coaevus, Landulfus de Columna, canonicus Carnotensis*[34], *quem alii multi secuti sunt*[35].

Praeter chronicon pontificum et imperatorum Martinus complura alia opuscula scripsit, e quibus Trithemius in libro: De scriptoribus ecclesiasticis, quem a. 1494 *primum luci dedit, haec se vidisse testatur*[36]:

1. *Tabulam Decreti. Haec est Summa iuris canonici, Decreti et Decre-*

24) In praefatione cod. Prag. A, omnium anterioris, et A*, modo poenitentiarium, in inscriptione A* et in cod. Paris. 1, aeque ante electionem Gregorii scripto, poenitentiarium et capellanum se vocat. 25) l. c. 26) Cf. Theiner, Monumenta Poloniae I, n. 157. 158. 27) Theiner l. c. n. 159, ubi etiam legitur epistola Nicolai ad clerum et populum Gnesnensem Martini elevationem indicans. 28) A. 1279. Dec. 23. inter mortuos dicitur in bulla Nicolai III, qua Philippo legato suo mandat, ut Wlostoberium in archiepiscopatu confirmet, v. ap. Theiner l. c. n. 161. Ad a. 1278 ponunt Martini mortem Ann. Colmar. maior. (SS. T. XVII, 203) his verbis: *Item obiit frater Martinus, domni pape diu penitenciarius, archiepiscopus factus in* .... et Ann. Polon. I (SS. T. XIX, 642): *Frater Martinus ordinis Predicatorum factus est archiepiscopus Gneznensis a domno papa Nicolao III. nacione Romano, qui priusquam venit Gneznam mortuus est eodem anno.* 29) Italia sacra IX, 299. ed. Coleti 219. 30) Ann. eccles. XIII. 1278 n. 32. 31) 1281 n. 16 Bzovius sepulcrum *pone sacellum S. Vincentii* iacere dicit. 32) V. Hankium, Muratori Script. XI, 745, Echard I, 362, Archiv IV, 45. 33) Muratori l. c. 752. 34) in libro De translatione imperii c. 8: *ut Martinus Polonus episcopus Consentinus scribit.* Cf. supra not. 3. 35) Enumerantur ab Hankio p. 41. Tres primae chronici editiones, Basileensis, Antwerpiana, Coloniensis, hunc errorem adoptaverunt et amplius promulgarunt. 36) fol. 80. Trithemium omnes recentiores imprimis Bzovius in enumerandis Martini scriptis plane exscripsisse patet. Excipiendus modo Leandrus Albertus Bononiensis, qui in libro De viris illustr. ord. Praed. Bononiae 1517. fol. 86′ de suo enumerat opera Martini haec: *Cronicam, Summam iuris pontificii secundum ordinem alphabethi cognomento Martinianam, Sermones de sanctis, plura praeterea digessit quae ad manus meas non devenere.*

talium, quae vocatur Martiniana, secundum ordinem alphabeti digestum, quae qualis habebatur pretii apud iuris canonici peritos cognomen Margaritae Decreti, *quod ei inditum est, comprobat*[37]. *In huiusmodi vocabulariis sive compendiis iuris canonici compilandis fratres ordinis Praedicatorum iam diu operam navasse, testis est Chronicon Colmariense*[38], *quod etiam Martini merita his verbis commemorat:* Item frater Martinus, poenitentiarius domni pape, postea vero episcopus, Martinianam *(sc. summam)* fecit et imperatorum cronica Romanorum. *Pluries, primo a.* 1486 *Argentorati, typis excusa est haec Summa Martiniana*[39].

2. *Sermones de tempore lib.* 1, *de sanctis lib.* 1, *qui et ipsi pluries typis praelo apparuere*[40].

3. *De diversis miraculis lib.* 1. *De quo opusculo Echardus*[41] *dubitat, an aliud sit a promptuario exemplorum ad calcem Sermonum edito.*

His opusculis Bzovius[42], *qui Trithemium plane exscripsit, addit dua alia, quae in bibliotheca Vaticana exstitisse dicit*[43];

4. *De schismate ecclesiae Graecorum et*

5. *Historia de Guelfis.*

Praeterea alii recentiores, quorum agmen ducit Onuphrius ad Platinae Vitas Pontificum a. 1562[44], *Martinum librum De mirabilibus (seu memorabilibus) Romae scripsisse volunt. At liquet, hoc esse nil nisi auctuarium Romanae urbis historiam et descriptionem complectens, quod auctor posterioribus editionibus chronici addidit*[45], *in quo auctuario componendo eum libro illo fabuloso, qui dicitur* Mirabilia Romae, *usum esse infra demonstrabimus. Item quod alii Martino adscribunt opus de* Descriptione Terrae Sanctae, *auctoritate fulti Spanhemii, qui in Catalogo bibliothecae Lugduno-Batavae*[46] *inter manuscripta Latina recenset:* Martini poenitentiarii papae chronica. Eiusdem descriptio Terrae Sanctae. Folio — *hoc opus minime Martini esse, sed alius cuiusdam auctoris descriptionem Terrae Sanctae cum chronico Martiniano casu compactam viros doctos delusisse mihi videtur.*

Scripta Martini modo enumerata perspicienti liquet, eum, quem pontifex maximus ipse litterarum scientia praeditum dicit, non mediocriter eruditioni litterarum, praesertim theologiae et iuris canonici, qualis tunc temporis florebat, imbutum fuisse. Sed erat quaedam eruditio, quae minus naturam rerum perscrutari, cognoscere niteretur, sed potius in superficie versans, quae ab anterioribus tradita erat litterarum materiam in usum proprium et posterorum leviter comprehendere et ad faciliorem intellectum abbreviare studeret. Hoc suo proposito Martinum certe desiderium sui temporis adimplevisse ex eo sane elucet, quod iam eo superstite chronici pontificum et imperatorum sonus, *ut F. Hyacinthus ei scribit,* iam exiit in omnem terram, *quod ipse multoties chronicon, semper variatum et novis studiis auctum, publici iuris fecit, quod innumera eius exemplaria nobis asservata sunt. Post Vincentii Belvacensis, confratris Martini in ordine fratrum Praedicatorum, amplum opus historicum*[47],

37) E quo libro Altamura l. c. p. 48, Bzovium confuse exscribens, duos fecit: *Tabulam Decreti* et *Summam Martinianam.* 38) De rebus Alsat. SS. T. XVII, 233. 39) Editiones enumerant optime, praeter alios, Hankius p. 60; Echard I, 363; Fabricius, Bibl. Lat. ed. altera V, 43; Archiv IV, 48. Praefationem operis denuo typis excudit Lambecius, Comment. ed. Kollar II, 764. 40) V. Hankius l. c. Echard I, 362. Fabricius l. c. Archiv l. c. 41) l. c. p. 370. 42) in libro supra citato: Propago D. Hyacinthi p. 49. 43) Echardus de his duobus libris provocat perperam ad Altamuram, qui Bzovium tantum exscripsit. 44) V. adnotationem in Iohannem VIII. papam, ed. Colon. 1674 p. 122. Panvinium secuti sunt inter alios Vossius, Script. Latin. lib. II, 484; Hankius p. 61; Echardus; Fabricius. 45) Hoc iam Oudin, Scriptor. eccles. III, 545 et Fabricius animadverterunt. 46) a. 1674 edito, p. 401. ms. Lat. 39. 47) Speculum historiale.

quod profanae et ecclesiasticae a condito orbe historiae totam materiam, quae aevo illo innotuit, mira quadam eruditione et diligentia, et quod plus est, gravido veritatis studio et, ut ita dicam, artis criticae cuiusdam usu in unum corpus collegit, sane litterarum studiosis compendii cuiusdam opus erat, quod in hac ampla et densissima silva semitam demonstraret. At pessime Martinum propositum suum absolvisse non possunt quin dicant nostri aevi viri docti[48], *ita ut signifer perversi illius historiae scribendae modi per ultima medii aevi saecula usitati recte aestimandus sit. Externa operis forma maximi ei momenti erat: at quae in schemate hoc inscripsit non nisi ex diversis fontibus sine consilio ac ratione compilata sunt; saepius narrationes eius inter se repugnant, cum fontium suorum discrimina aut non intellexerit aut amovere non valuerit, saepissime cum fontes quidam, e quibus hausit, recta ei praebuerint, in veris falsisque discernendis acumine prorsus carens, fabularum interserendarum gratia ea aspernatus est. Etiam in componenda principum sui saeculi historia, cum fontes sui eum destituerent, adeo falsa cum veris miscuit, et vera quae retulit tam parvi sunt momenti aut tam tenui stilo narrata, ut ad illius temporis cognitionem augendam fere nihil eum contribuere dixeris.*

An opus iussu Clementis IV. papae Martinus composuerit, ut adnotatio quaedam in codice Sangermano, teste Echardo[49], *tradit, in dubio relinquamus oportet, praesertim cum ipse auctor in praefatione nil tale referat, sed solummodo in usum theologorum ac iuris peritorum se chronicon suum fecisse dicat. At cum perpendamus, catalogum pontificum et imperatorum quem Martinus operi substravit, eo tempore in curia Romana vigorem publicum obtinuisse, et famam qua fruebatur chronicon modo praelo datum nonnisi auctoritate sedis Romanae adipisci potuisse — quam auctoritatem novis iisque fictitiis argumentis historicis Martinus augere sine dubio sibi proposuerat*[50] *—, adnotationem illam Sangermanam a vero non prorsus alienam esse putamus.*

Priusquam de editionibus chronici, quas Martinus luci dedit, disserimus, brevius de exteriore operis structura genuina dicamus oportet[51]. *Haec talis erat, ut libri folia versa pontifices, folia recta imperatores occuparent. Singulae paginae quinquaginta linearum, singulae lineae numeris annorum Christi continenter in exordio ornatae erant. Cuique principi, pontifici et imperatori, tot lineae attributae erant, quot annos regimen gessit*[52]. *Hoc ordine, annos scilicet per singulas lineas adnotandi, iam pater christianae historiographiae, Eusebius Caesariensis, usus est; pontificum et imperatorum hoc ordine e regione sibi oppositorum catalogum primus Hugo a S. Victore ineunte saeculo XII. composuisse videtur*[53]. *Cum spatium linearum cuique principi attributarum ad recipienda eius gesta vacaret, saepe evenit, ut cum res gestae tantum paucae adnotandae essent, pars spatii illius historici vacua remaneret, econtra cum copia gestorum narrandorum abundaret, spatium non sufficeret, ita ut auctorem aliqua alio loco adhuc vacuo transscribere signisque appositis suo proprio loco adsignare necesse esset. Hic modus iam in codice Pragensi, quem ipsius Martini*

48) Cf. e. g. quae de chronici compositione optime dicunt Wattenbach, Geschichtsquellen p. 427; Döllinger, Die Papstfabeln des Mittelalters p. 9. — Iudicia econtra comitis Ossolinski in Archiv IV, 57 et San-Marte, in Herrig's Archiv für das Studium der neueren Sprachen XXIII, p. 339 tantum risum movere apta sunt. 49) l. c. p. 363. Adnotatio haec est: *Item nota quod hic sit finis de chronica Martiniana, quia dictus Clemens fecit eam compilare per F. Martinum de causa dicitur chronica Martiniana.* Confessorem Clementis IV. Martinum fuisse alias non traditur, sed verisimile esse videtur. 50) V. de hac re librum egregium modo editum: Der Pabst und das Concil von Ianus. Leipzig 1869. p. 301. 51) Cf. quae prolixius diximus in Archiv XII, p. 8 sq. 52) Vide specimen codicis Pragensis A. 53) V. quae egimus Archiv XII, p. 9.

curis scriptum esse pro certo habemus, adhibitus est. Erat sane iste modus fons erroris et confusionis genuinae operis structurae. Praeterea auctor ipse in posterioribus editionibus catalogum principum annosque cuique attributos multipliciter immutavit. Iam saeculi XIII. codices, qui genuinam operis structuram retinuerunt, spatii distribuendi oeconomia inducti in describendis annis, qui primi regiminum principum esse debent, adeo inter se differunt, ut rectum diiudicare saepe difficillimum sit. Et mox, iam in saeculo supradicto librarii aut totam Martini amussim prorsus confundebant, aut omnino destituebant, ita ut pauci admodum codices iuxta genuinum schema scripti ad nos devenerint. Et certe nil intererat, ut schema istud conservaretur, cum Martinus ipse, quandoque ei libebat, ab ipso discederet. Quo factum est, ut codices plurimi nobis asservati aut gesta pontificum et imperatorum in duo corpora adunaverint, aut prout archetyporum erat paginarum divisio, continua scriptura totam operis materiem per paginam ad paginam transscripserint. Nos equidem difficilius esse rati, genuinam chronici structuram typis reddere, et ipsi (post Romanam historiam, quae editioni posteriori addita schema illud omnino non tangit) primo loco ponemus pontifices, secundo imperatores, adnotatis tantum in exordio cuiusque principis numeris anni Christi, qui a Martino primus annus regiminis habebatur.

Ut supra iam indicavimus, Martinus ipse multa operis sui exemplaria luci dedit, eaque multum inter se discrepantia. Primum fuit chronicon tenue tantum, ut e primaria indole codicis genuini Pragensis apparet, paulatim ab auctore auctum, emendatum, iterum iterumque castigatum est. Saepius etiam quae in priore quodam exemplari scripta in posteriore quodam deleverat, in tertio quodam rursus adoptavit. Unde, etiamsi quis totam codicum superstitum molem adhibere velit — quem tamen operam et oleum perditurum dixeris — difficillimum est, codices seu varias chronici recensiones in certas classes distribuere[54]*. Nos equidem, postquam viginti et plures codices in nostros usus versi sunt, iam sat esse duximus, et complures distinctiones chronici recensionum fecimus, quae licet certis finibus ubicunque inter se disiunctae non sint, tamen facultatem praebent, singulos codices ad virorum doctorum usum facile classi cuidam adnumerandi.*

A. *Omnium quos inspeximus codicum tempore prior*[55]*, isque unicus propriam chronici editionem repraesentans est* codex capituli maioris ecclesiae *Pragensis sign.* G 77 *membr. in fol. saec. XIII, manu saec. XV. inscriptus:* Cathalogus summorum pontificum et imperatorum, *quem eundem librum, quem misit Martinus fratribus Praedicatoribus S. Clementis Pragensis esse, pro certo habemus*[56] *et insuper verba manus saec. XV. in corio dorsi scripta:* Clemens fuit *testari videtur. Foliorum est* 26, *pergameni Italici. Quatuor seu quinque diversis manibus exaratus est, ea quidem ratione ut prima manus omnes annorum Christi numeros, catalogum pontificum et imperatorum seu initium cuiusque principis et quaedam alia sequentia scripserit, secunda manus apud quemque principem primam, tertia secundam etc. exceperit. Nova manus plerumque eo loco intercedit, ubi novus aliquis fons ab auctore exscribitur. Praefatio cum cardinalium et fontium indice in fol.* 1 *a secunda manu exarata est. Rasurae innumerae, obliterationes, permutationes in codice ubivis inveniuntur, ut perspici liceat, quantum laborem auctor adhibuerit, ut opus istud tali quali*

54) Cf. quae prolixius disseruimus in Archiv XII. 55) Priora etiam exemplaria exstitisse demonstravimus Archiv XII, p. 8. 56) V. Archiv XII, p. 4.

est forma perficeret. Codex post mortem Clementis IV. papae sed ante electionem Gregorii X. absolutus sit oportet, quippe qui det tempus regiminis huius pontificis, non vero tempus cessationis episcopatus; sed inceptus est certe ante eius mortem, quia Clementis exordium secunda manu scriptum est. Explicit codex sub Clemente IV. parva de S. Hedwige sententia, — sanctitatis et devocionis viduam, *sub Friderico II. sententia, quae continet ruinam montis in Burgundia factam,* — villas terra et lapidibus operiendo. *Narratio de Iudaeo, quae hoc loco in aliis codicibus sequi solet* (— sub Constantino sexto), *in nostro in fine Innocentii III. posita est. — Textus, quem praebet codex Pragensis, multo brevior est, eo quem dat recensio a viro cl. Pertzio*[57] *vocata prima. Sub singulis fere principibus nonnulla in fine desunt. Ceterum quae adsunt saepe a textu illius recensionis forma et materia discrepant, aliquoties, sed raro, ad recensionem a Pertzio vocatam alteram propius accedunt. Codicem mediante viro cl. Palacky mense Maio a.* 1868 *nobis transmissum ipse contuli, supersedi tamen varias lectiones ex orthographia ortas adnotare, quippe quae in codice cum diversis quibus scriptus est codex manibus variet.*

A*. *Codici Pragensi cognatissimus est textus qui typis excusus est Coloniae a Iohanne Fabricio a.* 1616. *Et ipse multo brevior est, quam recensio Pertzii prima* (B), *sed multa, quae in* A *desunt, iam recepit; et ipse ante electionem Gregorii X. compositus est, qui tempore cessationis post Clementis IV. mortem caret. Cum* A *concordat, quod maximi momenti est, in eo quod Hugonem imperatorem post Heinricum I. quem editiones posteriores abiecerunt, adhuc retinuit, quod sub Constantino I. imperatore tabulam occidentalium et orientalium imperatorum praebet. Licet post* A *inceptus, fortasse tamen ante* A *absolutus est, quia sub Friderico II. narratio ruinae montis in Burgundia facta, et sub Clemente IV. sententia de S. Hedwige in eo desiderantur. Explicit enim sub Friderico verbis* — pro farina uterentur, *sub Clemente verbis* — per regem Karolum decollantur[58]. *Codex, cuius textum Fabricius excudit iuxta genuinam Martini amussim scriptus esse videtur, numeri enim annorum Christi continuo ordine in margine editionis adnotati, lemmatibus tamen, quae singulos principes praecedunt*[59]*, interrupti ideoque non raro perturbati sunt.*

B. *Hoc signo notamus recensionem a Pertzio primam vocatam, a qua posterior* (C) *quatuor praesertim momentis abhorret. Nempe* 1) *in fine praefationis, quae in* B *historiam usque ad Clementem IV, in* C *usque ad Iohannem XXI. deducere promittit.* 2) *Post praefationem* C *inseruit amplissimam narrationem inde ab orbe condito de quatuor regnis et de gestis Romanorum ante Augusti tempora.* 3) *Inter Leonem IV. et Benedictum III. pontifices* C *fabulam illam famosam de Iohanna papissa recepit.* 4) *Pontificum historiam* C *usque ad mortem Iohannis XXI. deduxit. Praeter haec* C *multa continet minora additamenta et mutationes sententiarum et verborum, quae hic enumerare longum est. — Cum omnia recensionis* B *exemplaria post Clementis IV. mortem* (1268. *Nov.* 29.) *scripta sint, tamen discrimina nonnulla inter ea intercedunt, quibus aliquoties accuratius iudicari licet, quo tempore cuiusque codicis archetypon exaratum sit. Nonnulli enim codices tempus cessationis sedis apostolicae post Clementis IV. mortem non adnotaverunt, ideoque eorum archetypa certe ante successoris eius Gregorii X. electionem* (1271. *Sept.* 1.) *scripta censenda sunt. Cum in uno codice (scil. Brancacciano) legitur:* et cessavit

57) Archiv V, 183. 58) Ita in pontificibus etiam expliciunt duo codices Vindobonenses, v. Lambecius II, 757. 758. 59) Haec lemmata forte ab editore addita sunt; certo a Martini ratione sunt aliena.

episcopatus annis duobus, mensibus ..., diebus ..., *archetypon eius post* 1270. *Nov.* 29. *sed ante* 1271. *Sept.* 1. *scriptum esse iudicabimus. Tertium genus, in quo plena cessatio annorum* 3, *mensium* 2, *dierum* 10 *legitur, post Gregorii electionem, immo consecrationem quae a.* 1272. *Mart.* 27. *contigit, scriptum est*[60]. *Alia differentia inter codices recensionis* B *versatur, quae cum priore non omnino congruere videtur. Codices namque nonnulli imperatorum historiam post mortem Friderici II. annalium instar deducunt usque ad* 5. *diem mensis Decembris anni* 1270[61] (Romanum imperium sive — in Siciliam veniens est defunctus). *Quia additamentum istud postea a recensione* C *receptum, in codicibus, qui cessatione illa carent, desideratur, in codice Brancacciano et in codicibus post Gregorii X. electionem seu consecrationem scriptis legitur, certe non mirandum. Miramur autem quod etiam in codice Monacensi (infra notato* 2*), qui cessationem illam exhibet, additamentum historiam Friderici II. non excipit. Sed e natura codicis hoc dubium refellendum, non vero ad eius archetypon reiiciendum videtur. Post recensionem enim* B *absolutam continenter una eademque manu additamenta maiora recensionis* C *subscripta sunt, quibus librarius sane mancum — ut sibi videbatur — exemplar suum supplere voluit, et quorum pars est istud additamentum imperatorum, quod librarius bis describere superfluum duxit*[62]. — *Codices, qui additamento isto ditati sunt, ab aliis etiam differunt in fine historiae Clementis IV. Cum enim hoc additamentum narrationes de exitu Manfredi et Conradini* (Huius anno primo — decollantur), *quae prius sub Clemente IV. scriptae erant, verbis paullisper mutatis ad a.* 1263. 1265. 1268 *reciperet, loco earum alia quaedam brevior narratio de exitu Conradini et prophetia Clementis* (Hic cum Conradinus — evanuit) *in exemplaribus additamentum illud continentibus posita est. Insuper in his exemplaribus, quae claudit Clementis IV. historiam narratio de S. Hedwige paullulum immutatis verbis legitur* (Hic etiam canonizavit — certificavit *pro* Hic papa in ecclesia — certificando, *quod habent priora exemplaria*). *Codex autem Brancaccianus, medius horum duorum generum, quamquam praebet additamentum imperatorum, sub Clemente IV. tenorem priorum exemplarium retinuit, sicque exitum Manfredi et Conradini bis iisdem verbis narrat.*

Sunt autem quos ad textum constituendum adhibuimus codices classis B *hi:*

1. *Paris.* 5019. *Reg.* 4503. *membr.* 4°. *saec. XIII. Continet* 18 *quaterniones octenorum foliorum, unum,* 19um, *sex modo foliorum. Codex tamen nunc est* 147 *modo foliorum, quia tria folia post vitas pontificum excisa sunt: duo vacua, tertium initium imperatorum continens, qui ideo incipiunt sub Octaviano Augusto verbis —* se et quam plurimo decore ornatam. *In primis codicis foliis non numeratis, ad quaternionem quendam non pertinentibus, manu saec. XIV. versus aliquot scripti sunt; sequuntur fol.* 1—70′ *pontifices, tria folia excisa, imperatores fol.* 71—128′, *quos folio* 129′ *excipit Vita S. Benedicti, ab aliis Vitis hucusque notis diversa, et regula ordinis eius manu saec. XIV. exarata usque ad fol.* 146. *Ultimae codicis paginae usque ad fol.* 147′ *rursus versus aliquot continent et notam historicam, quae simul codicis patriam indicat:* Anno Domini 1272. die Veneris ante passionem Domini Philippus rex Francie venit apud Malleziacum invitatus a reverendo patre domno Radulpho tunc temporis abbate dicti loci, ibidemque manducavit et pernoctavit ad proprios sumptus abbatiae, in crastinoque recessit. *In abbatia*

60) Ex hoc dignoscitur, computum cessationis falsum esse, quae ad 1272. Febr. 8. tendit. 61) ad quem diem incidit mors Theobaldi regis Navarrae, cuius fit mentio in fine additamenti. 62) Quod ad pontifices librarius revera continuationem recensionis C bis scripsit.

Benedictinorum igitur, quae vocabatur Malleziacum, hodie Maillezais, in territorio Pictavensi, codicem exaratum esse cognoscimus. Codex omnium, quos adhibuimus, prior neque additamentum imperatorum, neque tempus cessationis post Clementis IV. mortem exhibet. Codex, qui iuxta genuinam Martini amussim non est scriptus, sed imperatores post pontifices ponit, et numeros annorum Christi continuos quidem, sed non per singulas lineas margini adscribit, textum exhibet sub pontificibus e Gestis pontificum Romanorum seu Libro pontificali interpolatum, ita ut cuique pontifici ordinationes ab ipso factae, locus sepulturae aliaque minora plerumque in fine, aliquoties etiam in medio narrationis e Libro pontificali addita sint. Catalogus etiam pontificum aliquoties e Libro pont. emendatus est. Praeterea librarius suo Marte singulis principibus lemmata praeposuit nomina ipsorum continentia. Quamvis codex his mendis maculatus sit, tamen non dubitavimus, ipsum textui constituendo adhibere, quippe qui praebet lectionem omnium codicum a nobis adhibitorum optimam. Superfluum tamen duximus interpolationes eius in notis criticis adnotare, quia e ceteris classis B *codicibus satis constabat, quid esset Martini, quid interpolatoris. Orthographiam tamen, quae aliquibus in vocibus plus quam par est usum generalem excedit, saepe correximus*[63]. *Codicem a.* 1860 *Parisiis Berolinum missum tunc descripsit integrum specimenque depinxit vir doct. Eduardus Winkelmann, modo professor Bernensis.*

2. *Monacensis Lat.* 2691, *olim Alderspac.* 161. *membr. in fol. saec. XIII. Cui insunt: a) fol.* 1—26′. *chronicon iuxta genuinum schema scriptum. — b) fol.* 26′. *continuatio pontificum recensionis* C *usque ad Innocentium V. —* sepelitur, *et quaedam notae historicae nullius momenti.* Cetera require post 5 folia. — *c) fol.* 27—31. Cronica Romanorum prologus. Quoniam scire tempora *etc. usque* Compilavi — sanctorum: *Praefatio et tota historia Romana, qua aucta est recensio* C. — *d) fol.* 31′. *iterum continuatio pontificum recensionis* C — Iohannes XXI. nacione Hyspanus anno Domini 1276. — *e) fol.* 31′. *quaedam de Iohanne XXI. quae non sunt Martini et nullius pretii. — f) eadem pagina continuatio imperatorum —* est defunctus. — *g) fol.* 32—32′. *Annales Alderspacenses, quos Pertzius vir ill. ex hoc nostro codice edidit supra SS. Tom. XVII,* 535. — *Haec omnia una eademque ut videtur manu saec. XIII. exarata sunt, quae in principio nitidissime scribens paullatim degenerat. — h) fol.* 33—45. *manu. saec. XIV. Excerptum ex Honorii Augustodunensis imagine mundi cum continuatione tenuissima usque ad annum* 1303. — *i) fol.* 46—58. *alia manu saec. XIV. Monachus Fürstenfeldensis. — Textus chronici, quem dat codex Monacensis, satis bonus est, et a nobis saepius ad corrigendos codicis* 1 *naevos adhibitus. Magni denique pretii erat codex ad constituendos rectos annorum Christi, qui cuique principi debentur, numeros. Ceterum, quae chronico ex quodam recensionis* C *exemplari*[64] *adiecta sunt additamenta (supra sub* c. d. f.*) et ipsa, utpote bonam lectionem praebentia, in nostros usus vertimus sigla* 2ª. *in adnotationibus criticis ea indicantes. Codicem sicut sequentem ipse contuli Berolini mense Maio* 1868.

3. *Codex biblioth. Dresdensis I* 53. *membr. saec. XIII. in folio, olim monasterii Oschaziensis, continens a) fol.* 1—26. *chronicon. b) fol.* 27—113. *Orosium manu Itala saec. XV. exaratum; cf. Archiv X,* 225. *Adest et tempus*

63) scribentes: *perimere* pro *perhimere, exercitus* pro *excercitus, tentorium* pro *temptorium, tantus* pro *tamtus, cunctus* pro *cumctus, equus* pro *equs, persecucio* pro *persequcio, nititur* pro *nittitur, defunctus* pro *defuinctus* (non *defumctus*) cet. 64) cuius archetypon sane ante Iohannis XXI. mortem exaratum est. Iisdem verbis expliciunt duo codices, unus Vindobonensis, Archiv X, 575, et alter Gracensis, ibid. 622, uterque recensionis, ut videtur, B.

cessationis post Clementis IV. mortem et additamentum imperatorum; praefatio insuper opus usque ad Gregorium X. deducere promittit. Martini schema retentum quidem a librario, sed valde perturbatum est, plerumque principes in falsa linea spatii melius distribuendi gratia positi, cum numeris annorum linea rubra coniuncti sunt, sed hoc modo ignorantia rubricatoris multi errores orti sunt, quare ad restituendum schema codex minimi erat momenti. Ceterum textus, utpote mediocris, rarius emendationem lectionis praebuit.

4. *Codex Teplensis monasterii membr. saec. XIII. in* 8°, *quem typis excudi fecit P. Klimeš, eiusdem monasterii bibliothecarius a.* 1859 *Pragae. Codex ab ordine genuino* totus quantus discrepans absque aliquali intervallo *pontifices et imperatores miscuit*[65]. *Archetypon eius certe post Gregorii X. consecrationem exaratum est, quia Gregorii X. praefatio mentionem facit, et pontifices sic expliciunt:* 1272. Gregorius X. natione Lombardus de civitate Placentina et cet. *Additamentum imperatorum adest. Editione codicis usi, saepius ex eo correctiones sumpsimus, quippe qui det bonam praesertim nominum propriorum lectionem.*

Codex biblioth. Brancaccianae Neapol. I. C. 5. *membr. saec. XIII. in* 4°[66], *cuius supra mentionem fecimus, licet olim a Pertzio viro ill. pro parte collatus, nobis usui non fuit, lectionem eius viliorem adnotare superfluum ducentibus. Eadem fuit ratio nostra in*

Codice Paris. 4965 *membr. saec. XIII. seu XIV. Cessatio post Clementis IV. mortem et additamentum imperatorum adsunt. Alia manus coaeva subiunxit chronico:* Anno Domini 1297 dominica que fuit 3. Idus Augusti summus pontifex domnus Bonifacius papa VIII. presente domno Berenguario episcopo Biterrensi et multis aliis prelatis presentibus, apud Urbem Veterem in ecclesia fratrum Minorum canonizavit sanctum Ludovicum condam regem Francorum, et statuit quod per universum orbem fiat festum de ipso sicut de uno confessore in crastinum sancti Bartholomei apostoli scilicet 8. Kal. Septembris, quia tali die anno Domini 1270 dictus rex in castris iuxta Tunicium diem clausit ultimum, ut in predicta pagina cronicatur.

C. *Sub hac posterioris recensionis, cuius differentias ab recensione* B *supra demonstravimus, littera primo loco ponendi sunt duo codices, quorum archetypa a principio nequaquam ad hanc recensionem pertinuerunt. Sunt autem:*

5. *Paris. Lat.* 6396 *membr. in* 4°. *saec. XIV. ineunt. in cuius ultima pagina manu saec. XVI. scriptum est:* Iste liber est monasterii sancte Marie de Magiano, ordinis Carthusiensis de prope Senas. *Continet a) fol.* 1—10. *Proverbia Senecae, Tractatum Senece de* 4 *virtutibus, Librum Senece de remediis fortuitorum, Verba exceptuata Senece. — b) fol.* 10′—42. *chronicon extra genuinam normam scriptum. Textus chronici in universo inspicienti e tribus recensionibus* A. B. C *mixtum videtur. Posteriori recensioni* C *eum non assignes, quia explicit in Clemente IV. et Friderico II, quia caret Iohanna papissa. Cum autem cognovisses, textum plurima, sed non omnia, continere, quibus* B *recensionem* A *superat, econtra in tabula imperatorum sub Constantino I, in sententiarum vel verborum singulorum forma aliquoties congruere cum recensione* A, *eum medium inter* A *et* B *stare diceres. Porro additamenta plurima recensionis* C *continet; praefatio huius recensionis cum historia Romana in codice post praefationem breviorem priorum recensionum legitur. Haec omnia una eademque manu scripta sunt, nullaque interpolationis recentioris signa prae se ferunt. Ideo a librario*

65) Cf. praefationem editoris. 66) Cf. Archiv IV, 189. Primum pontifices, dein imperatores absolvit.

textus iste e diversis recensionibus compositus sit oportet. Et quidem fundamentum certe praebuit exemplar quoddam archetypon, quod medium erat inter recensionem **A**, *immo* **A***, *et prima recensionis* **B** *exemplaria, in quo Martinus plurima iam sed non omnia recensionis* **B** *additamenta et immutationes inscripsit, Hugonem imperatorem reiecit, sed tabulam imperatorum retinuit. Quod exemplar librarius nactus, copiam suam alio recensionis* **C** *exemplari ita supplevit, ut eius additamenta plerumque suo loco inscriberet*[67], *omissis nescio qua causa continuationibus pontificum et imperatorum, papissa et quibusdam aliis. Praefationem recensionis* **C** *prolixiorem, quae narrationem usque ad Iohannem XXI. deducere promittit post breviorem integram inseruit, quippe quas coniungere non valeret. Codex, in praefationibus praesertim numeris Arabicis ornatus, Berolinum transmissus mense Octobri a.* 1862 *ab Arndtio sodali collatus est.*

6. *Paris.* 5020. *Reg.* 5951. *membr. in* 4°. *saec. XIV. complectitur fol.* 1—18. *praefationem rec.* **C**, *ab eadem manu scriptam sed postea ante cetera alligatam. — a) fol.* 19. *praefationem rec.* **B**. — *b) fol.* 21. *medium miniatura nativitatem Christi repraesentans obtinet, porro usque ad fol.* 56′. *sequuntur pontifices usque ad Clementem IV.* — expeditionis certificavit. — *c) fol.* 56′—59′. **Incipit constitutio domni Urbani pape de corpore Christi officium. —** *d) fol.* 61—97. *imperatores cum additamento* — veniens est defunctus. — *e) fol.* 99—105. **De constructione situ et ornatu antique urbis Romane vel de Mirabilibus Rome.** *Additamenta rec.* **C** *maximam partem in margine leguntur, et ipsa papissa, iuxta quam litteris tenuissimis adnotatum est:* **Hic deficit cronica.** *Dilucide patet, librarium quendam hic textum rec.* **B** *postea recensione* **C** *supplere tentasse. Lectionem dat codex, quem Winkelmannus contulit, admodum depravatam, orthographiam sane singularem*[68], *fortasse e dialecto Portugallico ortam, ad quam terram adnotatio quaedam sub Marcellino papa de Ulixobona tendere videtur. Ceterum textus locis aliquot e Bonizonis chronico pontificum interpolatus est, post Marcellum papam secundum Bonizonem Marcus I. papa inseritur. Raro variam lectionem codicis adhibentes, in praefatione rec.* **C** *tamen eo usi sumus sub sigla* 6ª *et in historia Romana. Ceterum et codicem* 5 *et codicem* 6 *in notis criticis sub recensione* **C** *comprehendemus.*

Additamenta et immutationes minores recensionis **C** *non uno eodemque tempore ab auctore factas esse, codicum varietate facile perspicitur. Archetypa aliquot codicum enim qui paucioribus additamentis et immutationibus instructi sunt ante archetypa aliorum plura continentium scripta esse oportet. Paulatim enim Martini opus crescebat. Omnium quos inspeximus codicum textum antiquissimum, id est recensioni* **B** *propinquissimum praebere videtur*

Codex civitatis Brunswicensis membr. in folio saec. XIII, qui archetypon ad genuinum ordinem scriptum describens, maximam confusionem fecit, quod pontifices et imperatores sine intervallo transscripsit, et paginas in binas columnas dispartitus prioris modo columnae lineis annorum numeros adscripsit. Insuper lectionem dat maxime depravatam, quam omnino aspernati sumus. Pertingit usque ad Iohannem XXI. (— in ecclesia b. Laurentii sepultus existit

67) Magna cum diligentia non versatus est, qui e. g. cessationem post Clementis IV. mortem supplere neglexit, paullo autem post ex exemplari *C* transscripsit corpus illius papae ab Innocentio V. (a. 1276) translatum esse. Ceterum sub Clemente IV. quod attinet Manfredi et Conradini exitum cum *A. C.* cod. 1. congruit, quod attinet sanctam Hedwigim cum 2. 3. 4.

68) Nota e. g.: *Maricius, thesarus, clastrum, atem, relauxare, restaurauta, mauxima, Vaspasianus, sustantabat, nan, tan, navin, sopnis, reliquens, defuctus, trastulit, cumparare, nundum, Cunstantinus, pelunca* pro *spelunca, prebiter, calor* pro *scalor, clavi* pro *sclavi, mondus, troncare, dicontur, Saso* pro *Saxo, dississet, estat* aliaque multa.

et — veniens est defunctus). *Perpauca minora rec.* C *additamenta praebet; Iohanna etiam papissa caret, quae utrum a librario zelotico reiecta, an ab auctore ipso posteriori demum archetypo addita sit, dubitari licet. In fine Clementis IV. tenor narrationis de sancta Hedwige adhuc idem est qui in codd.* 2—6.

7. *Codex Pragensis capituli signatus G* 78. *membr. in folio maximo. saec. XIII. ex. seu XIV. in. est* 37 *foliorum, quorum* 1—6. *praefationem et historiam Romanae urbis;* 7′—33′. *chronicon ad Martini genuinam normam scriptum continent; fol.* 34. *scriptura lapidari nitidissima saeculi XIV. exeuntis nomina paparum a Nicolao III. scripta sunt usque ad verba:* Anno Domini 1378 obiit papa Gregorius, post cuius decessum factum est magnum scisma in ecclesia quod duravit annis . . . *Maxima pars paginae vacua est, sicut et fol.* 34′—35′. *Fol.* 36. *eodem modo nomina imperatorum scripta sunt usque ad verba:*

Subscriptio epitaphii de morte Karoli gloriosissimi imperatoris.

Mille trecentis octo post septuaginta
Annis verbigene decessit ter Ka. Decembris
Cezar magnificus Karolus pius, ordine quartus.
Princeps invictus fuit, iam sub rupe sepultus,
Sensu non pugna qui subdidit sibi regna.
Rexque Bohemorum fuit hic et serra malorum.
Ut Deus in celis locet hunc, pete quisque fidelis.

Fol. 36′—37′. *vacua sunt. Scriptura chronici in principio purissima paullatim degenerat. Pontifices codex usque ad Iohannem XXI. deducens addit etiam de eius successore:* Nycolaus III. natione Romanus sedit. *Plura iam dat additamenta quam Brunswicensis, sed pauciora quam posteriores. Finis Clementis IV. iam a codice illo diversum praebet tenorem. Lectione magni pretii a nobis saepe adhibita historiae Romanae, continuationi pontificum, additamento imperatorum pro fundamento usi sumus. Annorum autem cum principibus coniunctio valde perturbata usui esse non potuit. Codicem mense Maio a.* 1868 *ipse contuli. Codices sequentes in additamentis et immutationibus iam plus ab recensione* B *recedunt.*

8. *Codex biblioth. regiae Berolinensis Mss. Lat.* 4°. *Nr.* 70. *membr. foliis* 141′—224′. *chronicon continet manu saec. XIV. ex. exaratum. Post praefationem et historiam Urbis inde a fol.* 153′. *foliis versis pontifices, foliis rectis imperatores scripti sunt, non vero ad genuinam Martini normam. Lectionem exhibet satis bonam. Post Constantinum VI. imperatorem ultimis verbis Constantini V.* (solo nomine tantum imperabat) *male intellectis, imperator novus Soso inseritur. In schedula assuta alia Iohannae papissae vita legitur. Codicem sicut duo sequentes olim Winkelmannus contulit, post ipse, ubi necesse erat, iterum recognoscebam.*

9. *Berol. Mss. Lat.* 4°. *Nr.* 291. *membr. nunc foliorum* 93. *Inscriptus est fol.* 1: Fratrum Capucinorum Montis Angelorum[69] 1637. *Chronicon in duobus primis foliis praecedunt tabulae pontificum et imperatorum, eadem manu exaratae qua chronicon et quidem a.* 1331, *ut testantur verba fol.* 1′: Summa pontificum 207 sub anno Domini 1331, *et fol.* 2: Summa imperatorum 102 sub a. D. 1331. *Fol.* 3—10. *chronici praefatio et historia Romanae urbis. Sequuntur fol.* 10′—41. *in foliis versis imperatores usque ad fol.* 39′. (— est defunctus) *et eadem manu brevis Heinrici VII. vita, in foliis rectis pontifices*

69) Engelberg e regione Miltenberg ad Moenum fluvium.

usque ad fol. 41. (Iohannes XXI. — sepultus extitit). *Tunc eadem manu subiuncta est Continuatio alius auctoris Romani usque ad Martini IV. mortem tantum* (— qui scripsit hec vidit ea), *quae usque ad Honorii IV. mortem pertingens in multis quoque aliis chronici Martiniani codicibus deprehenditur. Fol.* 41′. *eadem adhuc manu conscriptae sunt breves pontificum sequentium vitae usque ad Clementem V. et annum* 1316. *Inter fol.* 20 *et* 21 *et inter fol.* 31 *et* 32 *singula folia excisa sunt. Textus aliquot locis e Gilberto interpolatus satis bonus est. — Per totum codicem notae aliquot historicae dispersae sunt, e quibus quae sunt maioris momenti hic afferri libet:*

Fol. 39′. *manu saec. XIV:* Anno Domini 1277 in die sancte Gertrudis Willelmus comes Iuliacensis cum duobus filiis suis cupiens capere Aquisgrani, aliter evenit quam optavit. Nam cum circa horam nonam cum suo exercitu scilicet 350 militibus et nobilibus capere nititur, divina permissione in ore gladii quasi omnes sunt extincti. Set infra triennium Iohannes dux Brabancie pacem reformavit pecunia mediante.

Alia manu saec. XIV. ex.: Anno Domini 1288. Io. dux Brabantinus et domnus Syfridus archiepiscopus Coloniensis in Wůrunc habebant prelium[70], in quo dux prevaluit et in quo cecidit comes Luczillinburgensis, pater domni Bald. archiepiscopi Trevirensis, videlicet in die beati Bonifacii.

Item ipsa die anno Domini 1328 ipse domnus Bald. captus fuit a domna comitissa de Starkinberg videlicet dolose (*alio atramento:* ad eius natum).

Alia manu saec. XIV. ex.: Pentha leo capitur, leo stat, leo flos tumulatur.
Anno Domini 1371 lis Iuliacensis in Baiswylre.
Anno Domini 1373 fuit magnus Renus.
Anno Domini 1378 inceperunt pontem Moselle murare, cum testudinibus. Eodem anno fuit Urbanus VI. creatus.

Fol. 78′. *manu saec. XV:*

Mille quadringenti cum currunt papa potens vi
Romane genti pariter dominatur et Urbi.
Undique Romipete peregre pergunt, et ubique
Sunt clades, secte, sunt cismata neutralitasque.
Symon in ecclesia regnans prengnat mala multa,
Secta flagellifera surgit sed spernitur ipsa.
Rex reus Anglorum victus clam iure necatur,
Sed rex Frankcorum vinctus frenesi cruciatur.
Presulis armigeris proprii plebs Herbipolensis
Cesa ruit, viris milleque quater C peremptis.
Saxonie duce capto, dux Bruneswigensis
Frater ea luce fixus ruit ictibus ensis.
Principibus et ab hiis Maguntino, Treverense,
Colonie sed eis adiuncto Bavariense,
Wenzela Romanus rex deponitur quasi vanus,
Et fit Rupertus rex regum Bavarie dux.
Bernardi festum creat hunc solioque decorat.
Hinc pia lux regum, sed et Agrippina coronat.

In tegumine libri manu saec. XIV:

Nota versus de obitu regis.
Mille tricenteno ruit Adolffus sine deno
Ense sub Alberti Processi Martiniani.
Mille tricentis Domini bis sex minus annis
Warninch detentis parcas Deus atque peremptis.
Anno milleno tricenteno nono deno
Ter deno iunctis consurget aquila grandis

70) Proelium apud Woringen a. 1288.

Gallus succumbit aquile victricia signa.
Mundus adorabit, erit Urbs vix presule digna,
Constantine cades et equi de marmore facti
Et lapis erectus et multa palacia Rome.
Papa cito moritur, regnabit cesar ubique,
Sub quo tunc vana cessabit gloria cleri.

10. *Berolin. Mss. Lat. fol. Nr.* 119. *membr. saec. XV. in. foliorum* 138, *in duabus columnis exaratus, in marginibus vetustate admodum laesus. Inscriptus est:* Ex bibliotheca Nicolai Ioseph Foucault comitis Consistoriani. *Ioh. Petrus de Ludewig codicem in Francia nactus Friderico Wilhelmo I. regi dono dedit a.* 1728, *teste primi folii inscriptione. Fol.* 1—16′. *praefatio in initio manca, a verbis* Sicut ergo dicit Orosius *etc. Inter fol.* 1 d *et* 2 a *folium excidit. Fol.* 16 d — 72 d *imperatores cum parvo additamento de Eduardi regis Angliae peregrinatione, quod ex hoc codice infra dabimus et quod etiam in cod. Berolin. Mss. Lat.* 4°. *Nr.* 61. *exstat. Vitis imperatorum usque ad Severum Alexandrum aliae eorundem vitae subiunctae sunt, e Martino, Vincentio Belvacensi, Beda, Sicardo Cremonensi, Scholastica historia et quadam alia cronica compilatae, sed nullius prorsus momenti. — Fol.* 75 — 77 b *rursus praefationis pars:* Supra actum est tantum — summo pontifice videlicet Ihesu Christo. — *Fol.* 77 b — 78 c *rursus Augusti vita. — Fol.* 78 c — 137 d *pontifices cum Continuatione Romana usque ad Honorii IV. mortem. Eadem continuatio iam superius fol.* 72 d — 75 c *scripta erat sed maximam partem manca ideoque nullius pretii. Lectio codicis deterrima est ideoque in historia Romanae urbis tantum a nobis adhibita. Vide scripturae specimen.*

11. *Codex Hannoveranus regius, XIII,* 765. *membr. in* 4° *minori, saec. XIII; cf. Archiv V,* 190. *In foliis versis pontifices, in rectis imperatores scripti sunt. Pontifices cum Continuatione Romana fol.* 127. *in Honorio IV.* (— negotia sollicite prosequenda) *expliciunt. — Fol.* 128 — 137. *alia manu exaratus est* Gualterius de remedio amoris. *Fol.* 137′. *breves pontificum vitae ab Honorio IV. usque ad electionem Benedicti XI. Codex quamvis antiquus lectionem tamen dat vilissimam. Anno* 1867 *Berolinum missus a me ipso collatus est.*

Horum codicum iuvamine fulti, textum chronici recensionumque principalium varietates — quoad omnino fieri potest absque omnium codicum cognitione — nos constituere posse arbitrati sumus, ita ut viros doctos maiore lectionum variarum mole molestare supersedeamus, quam ex multis adhuc codicibus recensionis C *olim a Pertzio in usus nostros versis afferre potuimus.*

Ratio autem editionis nostrae haec est. Pro fundamento usi sumus textu recensionis B, *quippe quae sit prima certis finibus ab auctore stabilita. Quae recensioni* C *priori addidit, uncis inclusa textui inseruimus. Deinde accurate adnotavimus, quando codex originalis* A *a recensione* B *abhorrebat. Asteriscis enim inclusimus quae in* A *desiderantur*[71], *typis cursivis (Italicis) excusa et insuper uncis inclusa sunt pauca illa quibus* A *recensionem* B *superat*[72]. *Columnae binae seu ternae instructae sunt, quando recensionum varietas in uno eodemque principe, in una eademque sententia intercedebat. Codicem Parisiensem* 1 *utpote optimum textui constituendo substravimus, quae in eo desiderantur in initio imperatorum e codice* 2 *supplentes, eiusque menda praesertim ex* A *et* 2 *corrigentes. Ceterum variam lectionem codicis* A *modo in nominibus propriis et aliis notabilioribus locis adnotavimus, quia orthographia eius cum diversis manibus*

71) quorum pars etiam in A* desideratur. 72) et quae saepe etiam in A* leguntur.

variatur. Omnino supersedimus aliorum codicum — nisi necesse erat — varias adnotare lectiones, cum lectorem florilegio mendorum arbitrio, incuria, ignorantia ortorum delectare noluimus. Additamentis recensionis C, *id est praesertim historiae Romanae urbis, continuationi pontificum et imperatorum aliisque minoribus pro fundamento usi sumus codice* 7. *Ad restituendos numeros, qui annos primos singulorum principum indicant, quatuor modo codices* A, A*, 2 *et* 3 *nobis ad manus erant, quia codex* 7 *et ipse ad Martini amussim scriptus eam valde perturbavit. Catalogus tamen Cencii, cui simillimum Martinum operi suo substruxisse pro certo habemus*[73], *valde nobis profuit, utpote cuius auxilio numeri falsi, quales aliquoties etiam* A *praebuit, corrigere valuimus. Animadvertendum tamen erat, ne correctiones in recensione* B *ab ipso Martino factas, quae numeros codicis* A *et Cencii immutaverunt, negligeremus.*

Iam nobis dicendum est de fontibus, e quibus Martinus chronicon suum compilavit. Ab ipso in praefatione[74] *plurimi nominantur et quidem:*

1. *Titus Livius, cuius tantum* C *mentionem facit, quippe qui tantum ad historiam Romanae urbis adhibitus sit.*

2. *Cronica Damasi papae i. e. Liber pontificalis seu Gesta pontificum Romanorum. Et quidem Libro pontificali proprie dicto usus est Martinus usque ad Leonem V. (vulgo IV.) a.* 847 *inclusive; Benedicti III, Nicolai I. vitas non cognovisse videtur, certe eas non adhibuit; neque etiam Stephani V. vitam, a Libro pontificali alienam. Praeter Librum pontificalem proprie dictum Martinus etiam e Gestis pontificum a Bosone cardinali conscriptis diligenter hausit; iam eius Vita Iohannis XII. usus est*[75], *non vero sub hoc papa, sub Ottone tamen I. imperatore. Vitam Paschalis II. etiam a Martino pro parte e Vita a Bosone ipso scripta, non vero ex eius fonte, Annalibus scilicet Romanis seu Registro Paschalis, compilatam esse eo comprobatur, quod Martinus mentionem facit antipaparum, epistolae regis Ungariae, depositionis Paschalis, quae omnia in hoc fonte desiderantur*[76]. *Gregorii IX. vita, quae in plerisque codicibus libri censuum Cencii camerarii cum vitis Bosonis coniuncta est, an Martinus usus sit, dubitandum est. Fortasse in narranda obsessione Urbis a.* 1240 *a Friderico II. facta ex ea hausit. — Vitas pontificum a Petro Pisano et Pandulfo Romano conscriptas Martinum cognovisse prorsus negandum est. Quae inter vitas Libri pontificalis a Muratorio*[77] *e codicibus* B *et* C *excusae sunt vitae Marini I. (seu, ut Martinus eum vocat, Martini II.), Adriani III, Stephani V. et cum Martino ad verbum congruunt, modo interpolationes codicum illorum, ex ipso Martino desumptae, habendae sunt*[78].

3. *Cronica Orosii seu Historiae adversus paganos non solum in historia Romanae urbis, sed etiam in ipso chronico multoties adhibitae sunt.*

4. *Cronica Pauli Romani diaconi seu Pauli Historia Romana*[79] *pro fundamento imperatorum praesertim usus est Martinus, una cum continuatione (seu libro XVII.) quae sub Landulfi Sagacis*[80] *nomine promulgata est.*

73) V. quae disputavimus Archiv XII, p. 10. 74) Index fontium in A et B post cardinales positus est, in plerisque tamen recensionis C codicibus ante historiam Romanae urbis, quae cardinales praecedit, legitur. Insuper ordo quo singuli fontes succedunt in C paullisper immutatus est. 75) Quam v. apud Watterich I, 747 et ad fidem melioris codicis in Mai, Spicilegium Romanum VI, 226. 76) Istam Vitam Watterich non recepit, sed tantum Annales Romanos sparsim typis excudit; v. eam apud Muratori, Script. Ital. III a, 364. 77) III a, 269 not. 78) Corrigendus igitur vir cl. Giesebrecht in Allgemeine Monatsschrift für Wissenschaft und Literatur 1852, pag. 267 not. 1. 79) Quae tota in Historiam Miscellam recepta est. 80) V. ap. Muratori SS. I a, 179—185.

5. *Cronica Bonici (seu Bobini* A. A*. B.*) Sutrini est chronicon breve seu catalogus pontificum Romanorum usque ad Urbanum II, qui exstat in libro IV. Decretalium a Bonizone collectorum*[81].*

6. *Cronica Gilberti in Annalium nostrorum tomo XII. edita.*

7. *Cronicorum Richardi Cluniacensis, quae integre edita nondum sunt, duabus recensionibus usum esse Martinum in Archiv, XII,* 44 *sqq. comprobare tentavimus.*

8. *Cronica Gervasii seu Gervasii Tilburiensis Otia imperialia rarius adhibita sunt.*

9. *Cronica Escodii. Auctorem istum fabulosum Martinus laudat etiam in praefatione prolixiore rec.* C: Modum autem constructionis et dispositionis Romane urbis demonstrat Escodius sic dicens: Postquam filii Noe *etc. Sequens narratio autem et index aedificiorum Urbis desumptus est e libro illo mirabili qui inscribitur* Mirabilia Romae *seu in alia eius recensione* Graphia aureae urbis Romae[82]. *Cum autem Graphia*[83] *sic ordiantur:* Postquam filii Noe edificaverunt confusionis turrim, Noe cum filiis suis ratem ingressus, ut Hescodius scribit, venit Ytaliam — *nil dubii esse potest quin Martinus sub nomine Escodii libro illo Mirabilium usus sit. Quod ad Escodium, fontem Mirabilium, videat de eo futurus libri istius editor. Non solum in praefatione sed etiam in ipso chronico Martinus e Mirabilibus hausit tribus locis. Primo narrationem de visione Octaviani Augusti inde desumpsit, quae iisdem fere verbis apud Gervasium II,* 16 *quoque legitur; secundo narrationem de Agrippa et de constructione Panthei sub Domitiano imperatore; tertio narrationem de immutatione Panthei in ecclesiam S. Mariae rotundam sub Bonifacio IV. papa. Recte igitur etiam in rec.* A *et* B *sub fontibus laudatur Escodius. Cum Martinus textum Graphia et Mirabilia coniungentem adhibuerit, quae autem ratio intercedat inter duas istas eiusdem operis recensiones nondum arte critica indagatum sit, ideoque Martini tenor codicis quasi Mirabilium valorem obtineat, rei aptum esse duximus, ut et varias nominum propriorum lectiones, quales dabant codices octo a nobis adhibiti, quam accuratissime adnotaremus et typis maioribus illam partem operis insigniremus.*

10. *Cronica Gotefridi Viterbiensis i. e. Pantheon rarius et fere nunquam ad verbum adhibitum est. Pantheon etiam laudatur sub Iustiniano II. imperatore:* Cuius gesta leguntur in Pantheon, *nisi forte sub hoc nomine ecclesia S. Mariae rotunda hoc loco intelligenda sit*[84].

11. *Cronica Vincentii Belvacensis i. e. Speculum historiale amplissimum praebuit Martino fundamentum, et multoties et cum et absque ratione ab eo exscriptum est.*

12. *Decretum. Et quidem Decretum proprie dictum, nempe Gratiani, ter modo (sub Leone III. papa, Constantino I, Heinrico III. imperatoribus) adhibitum est, Hugucionis glossa semel laudatur (sub Conrado II.), decretales autem quos vocant Pseudoisidoriani*[85] *multoties exscripti inveniuntur. Iuris canonici in generali fit mentio sub Vitaliano papa.*

13. *Passiones Sanctorum complures adhibitae sunt. Liber de infantia*

81) Editionem integram dedit Mai, Nova bibl. patr. VII, 3, p. 29 sq. Iam in Spicilegio Romano VI, 273 hoc chronicon inde ab Anastasio I. dederat, iuxta quam editionem Watterich I, 618 partem inde ab Iohanne VIII. excudi fecit. 82) Mirabilia et Graphia nil nisi duae eiusdem operis recensiones esse facile perspicitur, et eo etiam comprobatur, quod Martinus et cum Mirabilibus et cum Graphiis passim necessitudinem ostendit. 83) V. apud Ozanam, Documens inédits pour servir à l'histoire litéraire de l'Italie p. 155. 84) V. quae diximus in Archiv XII. 85) Laudamus iuxta editionem Hinschii.

Salvatoris citatur et exscribitur in exordio pontificum, sed alius isque uberior illo qui Arabica lingua scriptus ad nos venit. Quae sub Ponciano papa ex legenda undecim milium virginum leguntur e Vincentio desumpta sunt. Sub Philippo I. imperatore laudatur legenda S. Laurentii, et sub Valeriano quaedam leguntur quae pariter in istius sancti vita, quae exstat in Iacobi de Voragine Legenda aurea, reperiuntur. Cum Legenda aurea congruit etiam narratio de furto S. Petri et Pauli ossium, quae legitur sub Petro. Porro Martinum Actis Translationis S. Clementis sub Clemente I. et Nicolao I, Actis S. Pontii sub Philippo imperatore, Actis S. Gregorii sub Mauritio imperatore, Actis S. Anastasii monachi sub Honorio I. papa usum esse invenimus. Nonnulla sane, quae ad alium fontem reducere nequimus, e legendis nobis ignotis hausta esse videntur.

Praeter hos fontes ab ipso enumeratos Martinum etiam alios ad opus suum componendum adhibuisse compertum habemus. Supersedemus enumerare auctores ab ipso laudatos, quorum nomina ex aliquo alio eius fonte descripsit[86]. *Litterarum Romanarum eum haud imperitum fuisse dignoscitur eo quod in historia Urbis e Vergilii Aeneide hausit et Solinum, scilicet eius librum de memorabilioribus mundi, recte affert atque exscripsit, quod sub Claudio imperatore quaedam de Messalina ex Iuvenalis, quem laudat, satira VI. desumpsit*[87]. — *Quod ecclesiae patrum scripta poenitentiarius pontificius cognovit, non miramur. Sic sub Constantino I. imperatore laudantur Registrum Gregorii et orationes Ambrosii et Hieronymi vitae patrum, sub Alexandro Severo Hieronymi epistolae et Rufini invectivae in Hieronymum. Hieronymus super Matthaeum et super Ioel, qui laudatur sub Gaio et Vespasiano imperatoribus, e Catalogo pontificum et imperatorum, quem Martinus adhibuit, transsumptus est.*

Historiam Tripartitam, quae semel sub Constantino I. imp. laudatur, an Martinus inspexerit, valde dubium, quia contraria iis quae vult Martinus in ea leguntur, neque ulla alia necessitudinis indicia in chronico reperiuntur[88].

Eusebii historiam ecclesiasticam cum Rufini continuatione Martinum, licet rarius, adhibuisse, bis etiam laudare, comprobavimus in Archivo XII, p. 42 sqq.

Cum Historia Miscella connexum quendam ostendere relationes nonnullae Martini sub Iustiniano I, Mauritio, Heraclio, Constantino III. imperatoribus, sed dubium esse an ex illa hauserit, item in Archivo XII, 59 ostendimus. Hae narrationes sicut et narratio de Lamissione sub Constantino III, quae cum Pauli Gestis Langobardorum plane concordat[89], *fortasse ad Richardi recensionem tertiam, quae nobis non innotuit, recedunt.*

Isidori Hispalensis chronicon utrum cognoverit Martinus, an ea quae cum hoc opere congruunt Richardi Cluniacensis chronici recensio tertia nobis ignota ipsi praebuerit, dubitare licet, uti demonstravimus in Archivo XII, p. 43 sqq. Nos quidem ea quae cum Isidoro concordant et in duobus codicibus Richardi a nobis adhibitis, Bernensi scilicet et Parisiensi Colbertino, desiderantur Isidori nomine in margine insigniri curavimus.

Benedicti monachi S. Andreae in monte Soracte chronico[90] *Martinum multoties usum esse, prolixius in Archivo XII, p. 33 sqq. demonstravimus, ita ut hoc loco de hac re longius disputare supersedere possimus.*

86) V. quae allegavimus in Archiv XII, p. 41. 87) Varronis nomen, qui laudatur in hist. Rom. urbis cap. *De modo constructionis*, ex Escodio transsumptum est. Versum hexametrum in cap. *De tempore quo Roma incepit*, scilicet: *Et primus Creteis Saturnus venit ab oris* ad suum auctorem reducere nequivi. 88) Cf. Archiv XII, 43 sq. 89) V. Archiv XII, 60. 90) V. supra SS. Tom. III, 695.

Hugonis a Sancto Victore Chronico seu Historia, adhuc inedita[91], *rarius usus est: sub Constantino Magno tabulam imperatorum in codd.* A. A*. 5 *exstantem et sub Valente pauca de Gothis ex Hugone excerpsit.*

Catalogum pontificum et imperatorum pro fundamento et schemate operis Martinum adhibuisse simillimum illi, quem Cencius camerarius apostolicus, postea papa factus Honorius III, libro censuum addidit[92], *sed uberiorem et multis adnotationibus historicis, Romae natis, illustratum in Archivo XII, p.* 19 *sqq. evincere temptavimus, ubi etiam syntagma dedimus relationum, quas Notis illis vetustis Romanis vindicandas esse censuimus. Utrum partem Notarum illarum, quae sine dubio ad antiquum Catalogum pontificum, qui librum pontificalem continuavit, recedunt, ex ipso Catalogo seu ex aliqua eius epitome desumpserit Martinus, an eas in catalogo illo recentiore, quo pro fundamento usus est, reppererit, pro certo diiudicari non potest.*

In conscribenda sui saeculi historia Martino adnotationes curiae Romanae usui fuisse elucet. Ad epistolam Theobaldi regis Navarrae ad Tusculanum episcopum directam in narrando Ludovici IX. Franciae regis obitu provocat, quam certe prae oculis habuisse existimandus est. At inaccurate versatus et res magni momenti aspernatus est, sanctorum canonizationes, aliaque minoris momenti potius adnotavit, quam quae posteros in scribendis temporis illius rebus gestis iuvarent. Et in hac parte chronici ultima in definiendis annis, quibus singulae res evenerunt saepius erravit, ut e nostris adnotationibus perspici liquet.

In distinguendis iis, quae Martinus fontibus suis debet, hanc rationem adhibuimus, ut typis minimis ea excudi fecimus, quae verbotenus seu fere ad verbum e fonte aliquo descripsit; typis autem mediis[93] *ea quorum sensus e fonte aliquo depromptus est, quorum tamen forma admodum immutata, plerumque decurtata existit*[94]. *Typis demum maximis praeter pauca illa in fine operis, quae historiam sui saeculi enarrant, insignivimus totum imperatorum et pontificum catalogum, quippe qui et ad fontem ignotum seu deperditum respiciat et a Martino ipso, quoad opus sibi videretur, suo Marte mutatus sit; dein quae Notis illis Romanis hoc catalogo adscriptis vindicanda arbitrati sumus et alia quaedam, quae ad certum fontem reducere nequivimus*[95]; *tum Descriptionem Romanae urbis, quia ei vigor codicis libri Mirabilium Romae inesse dignoscitur.*

Cum Martini chronicon ab ipso auctore multis exemplaribus luci daretur, et a sociis sui ordinis, a iuris canonici et theologiae studiosis compendium gratissimum reciperetur et per totum orbem christianum divulgaretur[96], *mox factum est ut Versiones orerentur, quae etiam laicis Latini sermonis imperitis operis cognitionem aperirent. Versionem Germanicam cognoscimus e compluribus codicibus, quorum nullus saeculo XIV. antiquior. E codice Lepsiano-Naumburgensi eam typis excudendam procuravit San-Marte in Herrig, Archiv für das Studium der neueren Sprachen und Literaturen, tom.* 23—25. *Braunschweig* 1858 *sq. Exstat praeterea in duobus codicibus Heidelbergensibus*[97], *in cod. Musei Britannici saec. XV. cum continuatione usque ad Eugenium IV.*

91) Cuius codice Lipsiensi usi sumus. 92) quem typis excudi fecimus in Archiv XII, p. 60 sqq. 93) quos vocant *Corpus* typographi. 94) Saepius e. g. e compluribus Vincentii Belvacensis capitulis Martinus sententiam paucorum verborum effecit. 95) ut constitutiones nonnullae pontificum in priore chronici parte. 96) In bibliothecis urbium et oppidorum Martini chronicon saepissime unicum opus historicum exstare docent indices bibliothecarum in tomis Archivi nostri dati. 97) V. praefationem San-Marte XXIII, 341.

papam[1]*; in cod. Dresdensi I* 546 *chart. saec. XV. in folio, quem ipsi inspeximus*[2]*; alium codicem laudat Echard I,* 370. *Poeticam versionem denique praebet cod. Pommersfeldensis* 2723 *saec. XV.*[3] — *De versione quadam Francogallica saec. XIV. exeunte, tempore Clementis VII. papae Avinionensis a Vernerone canonico Leodiensi facta et usque ad hunc papam protracta, dein a Mamerot usque ad Alexandrum VI. continuata et Parisiis a.* 1504, *ut videtur, typis excusa fusius disserit Echardus*[4]. *Aliam exhibet cod. Bruxellensis* 12184 *saec. XV.*[5] — *Versionem Italicam recensionis* B *in codice saec. XIV. in. bibliothecae Studj Neapoli ante hos quadraginta sex annos V. Cl. Pertz invenit*[6]. *Eiusdem recensionis versionem praebet codex quidam bibliothecae Magliabecchianae Florentiae, cuius specimen dedit* Ciampi, Saggio d'un antico volgarizzamento inedito della cronica di Martino Polono. Milano 1828.[7] *Alius codicis bibliothecae Mediceae Florentiae mentionem fecit Echardus*[8]. — *Versio Bohemica cum continuatione usque ad a.* 1488 *deducta curis Benedicti de Horzowitz (Beneše z Hořowic) illo anno Pragae in folio typis excusa apparuit. — Fragmentum denique versionis Graecae, pontifices inde a Formoso usque ad Iohannem X. complectens e duobus foliis Vaticanis bombycinis luci dedit Mai in Spicilegio Romano VI,* 599—602.

Iam vergente saeculo XIII. Martini Chronico alii auctores pro fonte usi sunt, inter quos primus nobis videtur esse Thomas Aretinus, auctor cuius liber integer mox in Monumentis Germaniae proditurus est, et nomine latente nuper pro parte in Böhmeri Fontibus IV, 609—672 *prodiit, qui chronicon suum, a.* 1278 *et* 1279 *se composuisse fatetur. Qui iam scripsit a.* 1284 *et post a.* 1287 *scribendi finem fecit, Salimbene etiam chronicon ad ultimam partem operis sui componendam adhibuit. Catalogum quidem pontificum et imperatorum libro VII. chronici Ottonis Frisingensis subnexum in codice Musei Britannici (inter a.* 1285 *et* 1287 *exarato) e Martino interpolatum esse docuit socius noster Wilmans*[9]*; at quae in eodem codice legitur continuationem annorum* 1210—1277[10] *nil esse pro maxima parte nisi compilationem e Martino ad verbum fere factam, virum doctum latuit. Auctorem operis saec. XIII. exeunte compositi, quod vocatur: Königsberger Weltchronik, magna ex parte Martini vestigia pressisse, qui id primus inspexit, vir doctus Giesebrecht*[11] *pronuntiavit. Martinus Minorita in Floribus temporum* (1290) *multa e Martini Chronico hausit. Ricordanus demum Malespini in Istoria Fiorentina circa a.* 1293—1299 *scripta pro fundamento chronico Martiniano usus est*[12].

Ex innumera multitudine sequentium saeculorum scriptorum, qui e Martino materiam narrandi hauserunt, hos modo qui praesto nobis sunt allaturi sumus, ad summam rei pervenire non affectantes. Martini chronico igitur usi sunt: Heinricus Heimburgensis 1300[13]*; Guilelmus de Nangiaco et in chronico et in Gestis Philippi III. regis c.* 1301*; Annalium Pegaviensium continuatio tertia; Ricobaldus Ferrariensis in historiis imperatorum et pontificum c.* 1312*; Annales Osterhofenses* 1313*; Iordanus in chronico* 1320*; celeberrimi illius temporis Ludewici Bawari imperatoris publicistae e poenitentiarii papalis opere contra*

1) V. Archiv VIII, 753. 2) Cf. Archiv VI, 227. VII, 720. Versionem sequitur chronicon dictum Luneburgense. 3) V. Archiv IX, 527. 4) I, 369. 370. 5) V. Archiv VIII, 538. 6) V. Archiv V, 192. 7) Cf. Archiv VII, 666. 8) I, 369. 9) V. supra SS. Tom. XX, 108. 109. 10) typis excusa ibid. p. 334—337; cf. p. 304. 11) Geschichte der Deutschen Kaiserzeit I, 794. 12) V. Busson, Die Florentinische Geschichte der Malespini p. 11—22. 13) Testante praefatione, supra SS. T. XVII, 711, perpaucas modo notitias e Martino sumpsit, quas ego quidem in textu invenire non potui.

*papatus arrogantiam arma cudebant: **Landulfus de Columna***[13], *__Marsilius Patavinus__*[14], *__Lupoldus de Bebenburg__*[15], *__Iohannes a S. Victore Parisiensis__*[16]; *Annales Lubicenses* 1324; *Ptolemaeus Lucensis a.* 1327 *mortuus in Historia ecclesiastica et in Annalibus; Nicolaus Trivetus a.* 1328 *defunctus in Annalibus Plantagenistarum. Bernardus Guidonis, qui obiit a.* 1331, *in opere, quod intitulatur Catalogus pontificum Romanorum seu Flores chronicorum, Martini pontifices verbotenus exscripsit et usque ad a.* 1329 *vitas pontificum sui temporis addidit*[17], *ideoque a plerisque continuator Martini vocatur; Iohannes Victoriensis* 1343; *Annales SS. Udalrici et Afrae Augustenses* 1350; *Heinricus Hervordiensis* 1370; *Martinus Fuldensis* 1379; *Chronicon Bertinianum Iohannis Iperii* 1383; *Andreas Ratisbonensis* 1422; *Antonius Rosellus publicista temporis Sigismundi imperatoris in libro de Monarchia; Hermannus Korner* 1435; *Antoninus archiepiscopus Florentinus a.* 1459 *mortuus in Summa historiali; Chronicon magnum Belgicum* 1474; *Platina in Vitis pontificum Romanorum a.* 1479 *primo editis; Dlugossus in historiis Polonicis* 1480[18].

De continuationibus chronici Martiniani hoc loco pauca tantum disserere possumus. De Bernardo Guidonis, qui apud plerosque continuator Martini audit, modo diximus. Quae exstat in multis codicibus pontificum continuatio usque ad Honorii IV. obitum, Romae scripta, infra a chronico seiunctam dabimus. In editione Basileensi legitur continuatio quaedam pontificum usque ad a. 1320 *coniuncta cum continuatione imperatorum usque ad a.* 1315, *ex antiquo codice Fuldensi desumpta, quae res gestas maximi pretii tradit. At investigatione adhibita patet, e Continuatione Romana et e Bernardi Guidonis Floribus chronicorum*[19] *hanc continuationem Fuldensem abbreviando confectam esse, ita quidem ut etiam ad Gesta imperatorum creanda sententiae Continuationis Romanae et Bernardi mutuarentur. Continuationem Fuldensem editio Antwerpiana recepit, sed cum Continuatione Romana integra in unum corpus coadunavit. De aliis continuationibus hoc loco agere supersedemus, quoniam sunt innumerae et maximi et minimi pretii, ac plerumque adeo a genuina operis indole recedunt, ut nomen continuationum chronici Martiniani nequaquam seu vix mereri videantur, ideoque a nobis separatim tractandae sint*[20].

Editiones chronici Martiniani nostram praecedentes sunt hae:

1. *__Basileae__ a.* 1559. *apud Ioannem Oporinum in folio cum Mariani Scoti chronico curis Basilii Ioannis Heroldi, qui duos codices recensionis* C, *unum Fuldensem, alterum Vorawiensem adhibuit, et e Fuldensi etiam continuationem dedit, de qua videas supra.*

2. *Secunda editio a.* 1574. *Antwerpiae procurata est a Suffrido Petro*

13) V. supra. 14) In libro De translatione imperii et in Pacis defensore, P. II, c. 22. 25 Marsilius ad Martinum provocat. 15) In tractatu de Rom. regni et imperii iuribus c. 2—4. 11. 12 et in libello De zelo veterum principum Germanorum, multoties. 16) In tractatu De potestate regia et papali c. 15 (cf. c. 23 ubi agit de papa femina) et etiam in Memoriali historiarum. 17) Hoc opus praeter editiones a Potthastio enumeratas typis impressum est usque ad Gregorium VII. in Spicilegio Romano VI. An Bernardus in Chronica sua imperatorum Romanorum, nondum prelo tradita, simili modo Martini imperatores exscripserit ignoramus, sed certe verisimile est. 18) Multos scriptorum laudatorum ex Hankio mihi innotuisse grato animo confiteor. 19) Bernardus in hoc opere et ipse Continuatione Romana usus est, sed sub Martino IV. tantum, non vero sub Nicolao III. et Honorio IV. Muratorius III a, 275 Baluzium secutus duas recensiones Florum exstare testatur, unam prolixiorem quam prelo dat, alteram breviorem. Fortasse continuatio Fuldensis breviorem adhibuit et discrimina quaedam minoris momenti, quae intercedunt inter eam et prolixiorem Bernardi recensionem, inde declaranda sunt. 20) Praecipui notandi sunt Monachus Fürstenfeldensis, Mathias Nuewenburgensis, Theodericus de Niem, quorum opera Martinum in codicibus continuandi gratia excipiunt. Annales Aldersbacenses iam supra SS. T. XVII. a V. Ill. Pertzio editae sunt.

in 8°, *qui ope quinque codicum chronicon Martini* tertia fere parte locupletius quam hactenus excusum fuerit *se dare gloriatur, sed textum modo prioris editionis codicibus suis, qui ubique e Vincentio Belvacensi aliisque fontibus interpolati fuerunt, adeo ampliavit et spurcavit, ut editio eius prorsus inutilis sit.*

3. *Tertia editio est quam supra notavimus* A*, *Coloniae Agrippinae a.* 1616. *ab Ioanne Fabricio cognomento Caesare, canonico Gladbacensi, in folio procurata. Hac editione, in bibliotheca regia non exstante, e bibliotheca Guelferbytana benevolentia v. docti de Heinemann, eidem bibliothecae praefecti, uti nobis licebat. Repetita est, omissis tamen praefationibus editoris et Martini, in collectione Kulpis-Schilter, Scriptores rerum Germanicarum p.* 337 *sq.*

4. *Quarta denique editio est codicis Teplensis, supra notati* 4, *quae a.* 1859. *Pragae curis P. Philippi Klimeš in* 8° *prodiit.*

Praeterea excerpta chronici e codice Monacensi publici iuris fecit b. m. vir ill. Fridericus Boehmer, operis nostri optimus adiutor grato animo semper recolendus, in Fontium tomo II. Muratorius denique e codice quodam Ambrosiano pontificum vitas inde a Lucio III. sparsim in tomo III, a. Scriptorum Italicorum dedit[21].

Quas quidem editiones omnes nostra nos superasse, virosque doctos deinceps a perscrutando opere compilatoris vilissimi, qualis est Praedicator ille diutius praedicatus sed minime praedicandus, liberasse speramus, veniam petentes, si in tanto labore non omnia ad unguem absolvimus.

Dabam Berolini mense Octobri a. 1868. ***LUDEWICUS WEILAND.***

Quoniam[a] scire tempora summorum pontificum ac imperatorum, nec non et aliorum patrum ipsorum contemporaneorum, quam plurimum inter alios[b] theologis ac iurisperitis expedit, ego frater Martinus ordinis Predicatorum[c], domni pape penitenciarius et capellanus[d.†], ex diversis cronicis ac gestis summorum pontificum et imperatorum presens opusculum per annos incarnacionis Domini a primo[e] pontifice Ihesu Christo et ab Octaviano[f] Augusto[g], per pontifices et imperatores descendendo usque ad Clementem IV.[h] papam deduxi componere inclusive, in una pagina eo anno Domini quo creati fuerunt ponendo pontifices, in alia pagina imperatores. Factum est autem eo compendiosius hoc opusculum, ut scolasticis hystoriis a theologis et a iuris peritis decreto vel decretalibus convenienter possit alligari[i].

usque ad Iohannem XXI.[k] papam deduxi inclusive, in una pagina eo anno Domini quo creati fuerunt ponendo pontifices[l], et in alia pagina econtra sub eisdem annis, eo anno Domini quo creatus quisque fuit ponendo imperatores. Et quia tam pontifices quam imperatores Romane urbis esse dicuntur, idcirco conveniens arbitratus sum de conditione et statu Urbis aliqua premittere, ut sic de ipsius pontificibus et imperatoribus ordinatius possem procedere[m].

† de regno Boemie oriundus, patria Oppaviensis *add.* 5 *et alii codd. quos videas in praef. nostra.*

a) *praecedit lemma in* 1: Cronica de summis pontificibus et imperatoribus ex diversis gestis ipsorum per fratrem Martinum de ordine Predicatorum ac domni pape penitenciarium conpilata et ordinata; *idem lemma in* C, *omissis tamen verbis* de ord. Pred. *et* et ordinata; *in* A: Istud opusculum de summis pontificibus et de imperatoribus ex diversis cronicis et gestis per fratrem Martinum domni pape penitenciarium et cappellanum est compilatum; *alia lemmata aliorum codd. omittimus.* b) alia 1. c) ord. predic. *des. in* C. d) et capellanus *des.* A. A*. e) ab ipso primo C. f) octoviano 1. 7; ottoviano A; primo *add.* C. g) agusto A; sive imperatore *add.* C. h) Gregorium X. 3. 4. i) *sic* A. A*. 5; allegari 1—3. 6. k) Nycolaum III. 6a. 9. 11. l) pontif. ponendo 7. m) *hic inser.* C. *exceptis* 7. 2a. *quae infra de fontibus leguntur* Conpilavi autem — passionibus sanctorum.

21) D. Potthast in Bibliotheca historica p. 436 dicit, alia excerpta dare Sagittarium in Antiquitatibus regni Thuringici. Quae ibi sparsim typis excusa sunt sub Martini Poloni nomine, minime sunt Martini, sed fragmenta cuiusdam chronici Thuringici, Widukindum exscribentis, quod in codice quodam Ienensi Martinum appendicis instar excepit; v. l. c. p. 252.

[Primo[a] ergo dicendum est de 4 regnis maioribus, de quibus Romanum ultimum fuit. Secundo dicendum est de tempore quo Roma incepit. Tercio de personis a quibus incepit. Quarto de modo quo incepit. Quinto de rectoribus et regimine[b] quo profecit.

De 4 regnis maioribus. Sicut[c] ergo dicit Orosius ad beatum Augustinum scribens, a mundi creatione usque ad Urbem conditam anni 4484, et ab Urbe condita usque ad nativitatem Christi anni 715 colli- guntur, et ita ab origine mundi usque ad adventum Christi fluxerunt anni 5199[22]. Reperiuntur autem
Or. 2, 1. inter alia regna 4 fuisse maiora secundum 4 climata mundi; videlicet Babilonicum ab oriente, quod incepit a Nino tempore Abrahe; Carthaginense a meridie, quod incepit tempore iudicum sub Tola duce[23], quando Carthago condita est; Macedonicum a septemtrione, quod incepit ab Alexandro circa tempora Machabeorum; Romanum ab occidente, quod incepit a Romulo. Quorum regnorum duo media minora, primum vero et ultimum maiora, scilicet potencia et duratione leguntur; et sicut
ibid. 2. omnes hystorie Babylonice a Nino, cuius uxor Semiramis Babiloniam instauravit, sic a Procha, qui proavus Romuli fuit, Romane hystorie inicium habuerunt, sicut dicit Orosius. Item sicut a primo anno imperii Nini quousque a Semiramide Babilonia tempore Abrahe instaurari cepit fluxerunt anni 64, sic a primo anno Prochi[d], quo regnare cepit, usque ad conditionem Urbis, que facta est a Romulo, fluxerunt anni similiter 64. Cuius Babilonie casum et excidium rex Cyrus fecit tempore Esdre et Zacharie prophete.

ibid. 6. *De destructione Babilonis*[e]. Nam cum Cyrus orientem magna ex parte subiecisset, ad Babyloniam, que aliis civitatibus opulentior fuit, accessit; sed Eufrates et alius fluvius[f] sibi obstitit. Cumque unus de suis militibus[24] non solum audacior sed etiam forma excellencior transitum attemptaret, et fluvii rapacitate absortus fuisset, rex Cyrus[g], dolens pro milite, iratus[h] protestatus est, eum qui tam preclarum militem vorasset, adeo meabilem facere[i], ut genua feminarum transeuncium non tangeret. Quod et factum est Nam per campi amplitudinem in 460 alveos fluvium divisit. Sic et Eufratem, fluvium validissimum, per mediam Babiloniam fluentem, a civitate avertit, et sic per alveum in luto aquarum multarum, sicut prophetavit Abacuc, hostiliter civitatem intravit, cepitque urbem, quam, sicut dicit Orosius, vel humano opere exstrui vel humana virtute destrui potuisse pene incredibile apud mortales erat. Namque civitas in campi amplitudine sita, undique conspicua, natura loci letissima, per quadrum fuit disposita. Murorum eius[k] latitudo fuit 50 cubitorum et in altitudine quater tantum. Murus[k] eius ex cocto latere atque interfuso bytumine compactus fuit, a fronte murorum 100 portas ereas habuit, et circuitum eius 480 stadiis ambiebat, qui ambitus 51 miliare continebat. Et plura alia mirabilia de ipsa scribit Orosius.

De tempore quo Roma incepit[l]. Tempus quo Roma incepit fuit postquam fluxerunt a creatione orbis anni 4484, anno post eversionem Troie[m] 454, quando regnavit in Iudea rex Achaz[25]. Longe enim ante creationem Urbis plerique in Ytalia circa locum ubi post Urbs condita est leguntur regnasse. Et primus
Paul. Creteis Saturnus venit ab horis[26]. Qui Saturnus eunuchus factus per Iovem filium suum, fugit a facie filii, de Creta navigio in Ytaliam veniens, prope ubi nunc Roma est in silvis et rubis timore filii latuit absconditus, et ideo Latini post regionem illam Ytaliam[n], quasi absconditam, vocaverunt. Qui Saturnus tunc docuit populos terre domos edificare, laborare terras, plantare vineas et vivere sicut homines. Nam ante nesciebant laborare, sed erant sicut bestie, manducantes[o] glandes, et habitabant in criptis et casellis de frondibus coopertis. Et pro hiis omnibus non solum a rusticis silvestribus princeps eorum factus est, sed etiam deus nominatus est. Qui rex factus, ob timorem filii non longe a loco ubi nunc Roma est civitatem construxit, quam suo nomine Saturniam appellavit. Que modo Sutrium[p] esse dicitur, ubi primum granum seminatum asseritur.
ibid. Post Saturnum regnavit Picus filius eius. Post Picum regnavit Faunus[q] filius eius, qui fuit pater Latini. Deinde regnavit Latinus, qui Latinam linguam emendavit; et Latini de suo nomine appellati sunt. Hii predicti reges regnaverunt 150 annis ante adventum Enee, de quo processerunt qui Romam post construxerunt.

De personis a quibus Roma incepit[r]. Persone a quibus Roma condita et denominata est a Troianis[s], id est ab Enea duce Troianorum, originem habuerunt. Nam[t] Troia capta est tercio anno Abdon, qui
Or. 1, 17. iudicavit Israel[27]. Cuius destructio fuit ante Urbem conditam 330[o] anno. Nam propter raptum Helene coniuratio Grecorum et concursus mille navium[u], et post decennem obsidionem Troie excidium secutum est. In quo decennio quam cruentissimo bello et quantas nationes et populos ille turbo involverit atque afflixerit, Homerus poeta lucidissime ostendit. Post cuius excidium exierunt inde Eneas et Anchises pater eius et Ascanius filius Enee, et navigantes 12 navibus devenerunt in Syciliam. Ubi Anchise patre mortuo, cum vellent navigare in Ytaliam, per tem- pestatem maris devenerunt in Affricam. Ubi a Dydone regina, que Carthaginem dicitur construxisse,

a) *quae abhinc sequuntur et uncis inclusa sunt usque ad* id est temporalibus in sequenti pagina, *historiam Romanam ante Augustum continentia add.* C. b) regimine et rectoribus 7. c) *hic incipit* 10. d) Proche *sol.* 5. 6. 11. e) *lemma sol. in* 7. f) *pro* fluvius *leg.* filius sibi filius *in rasura* 7. g) *corr. ex* syrus 7. h) iram 7. i) faceret 7. k) eius—Murus *des.* 7. l) *lemma deest* 5. 6. m) *abhinc unum fol. deest* 10. n) Latinam *sol.* 9. 10. o) herbas et *inser.* 5. 6. 10. 11. p) Suttrium 7; Saturna 6; Saturnum 11. q) Famius 7. 2[a]. r) *lemma deest* 7. 5. 6. s) troianus 7. t) postquam *inser. omnes codd. preter* 7. u) navigium 7, *litteris* gium *erasis* contra eam venit *insuper add.* 7.

22) Orosium quidem ab Adam usque ad nativitatem Christi annos 5199 computasse ex l. I, c. 1 patet; attamen annos 752 ab Urbe condita usque ad Christi adventum fluxisse l. VII, c. 3 dicit, quem numerum etiam infra sub Pontificibus habet Martinus. 23) scil. Israel; cf. infra ubi narrat, Carthaginem tempore David conditam esse. Richardus vero hoc sub Iayr, Tolae successore, factum contendit. Unde dubium, unde noster hanc temporis definitionem hauserit. 24) *unum equorum regiorum* habet Orosius; *unum regiorum equitum* Vincentius III, 11. 25) Tempore Achaz Romam conditam esse ex Richardo haustum. 26) i. e. oris. Nota hexametrum, qui unde sumptus sit, indagare non potuimus. 27) Tertio anno Abdonis Troiam captam esse ex Richardo.

nimium adamatus, post aliquante more contractum, relicta Dydone et Affrica, in Ytaliam devenit. Ubi[28] cum in portu[a], ubi Tyberis influit mare, applicuisset, dictum est ei in sompnis: *Vade ad regem Evandrum, qui regnat in 7 montibus* — scilicet in eo loco ubi postea Roma condita est — *et pugnat*[b] *contra Latinum regem, et tu iuvabis eum, quia tibi debetur regnum Ytalie. Et ut credas, do tibi istud signum: Quando processeris invenies sub arbore ylice suem vel porcam albam cum* 30 *filiis albis.* Et ibi ex hoc eventu post civitas[c] edificata est que usque hodie Albanum nomen accepit. Cum autem Evander vidisset Eneam, suspicatus hostem, sibi cum armis occurrit. At Eneas hoc cernens, tulit ramum olyve, sibi ostendens in signum pacis more antiquorum, qui de terra ad terram transeuntes, ne crederentur hostes, ramum olyve in manu deferebant pacem pretendendo. Confederati itaque Eneas et Evander contra Latinum regem. Turnus rex Tuscie, qui fuit gener Latini, eo quod Laviniam filiam eius haberet in uxorem, venit in succursum[d] regis Latini. Qui bello insimul inito, Pallas filius Evandri a Turno occiditur. Cuius corpus et sepulchrum in urbe Roma post, tempore secundi Henrici inventum fuit, sicut infra legitur ubi de Henrico II. imperatore scribitur. Quo Turno occiso, Eneas Laviniam eius uxorem, filiam Latini regis duxit in uxorem, et post mortem Latini Eneas tenuit regnum Latinorum 3 annis, anno tercio a captivitate Troie. Et eo mortuo, accepit Aschanius filius Enee, quem de Troia secum[e] adduxerat, regnum et Albanum civitatem tempore Sampsonis, quando iudicavit Israel[29], ibi construxit, a qua Latini reges dicti sunt[f] Albani. Ascanius[g] vero cum regnasset 28 annis, mortuus est[g]; Lavinia vero ab Enea conceptum filium post mortem Enee genuit ipsum, qui ex hoc Postumus[h] dictus est, quia post mortem patris natus. Et idem dictus est Silvius[i], quia in silva nutritus. Qui et regnavit annis 29 post Aschanium[k]. Propter quem et omnes Albanorum reges, qui ab isto descenderunt Silvii dicti sunt. Post hunc regnavit Eneas filius Postumi Silvii annis 31. Post hunc Latinus Silvius regnavit 50 annis, sub quo prophetavit Gad et Nathan tempore David. Sub quo etiam dicitur et Karthago condita[30]. Post hunc regnavit Alba Silvius annis[l] 40 tempore Salamonis[31]. Post hunc regnavit Egyptus sive Achis Silvius annis 24 tempore Roboam in Iudea[32]. Post[m] hunc regnavit Capis Silvius annis 28 tempore Asa in Iudea. Ipse fecit Capuam in Campania[m]. Post hunc regnavit Carpentus Silvius annis 13 tempore Iosaphat in Iudea[33]. Post hunc regnavit Tyberius Silvius annis 9 sub Occozia rege Iuda[34]. A quo Tyberio Tyberis flumen nomen accepit. Nam Albula ante dicebatur, sed Tyberio intus submerso, nomen a viro retinuit, sicut dicit Tytus Livius[35]. Post hunc regnavit Agrippa Silvius 40 annis tempore Achab in Iudea[36]. Huius tempore dicitur floruisse Omerus in Grecia. Post hunc regnavit Silvius Aremulus annis 19 tempore Ioas in Iudea[37]. Hic presidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit. Post hunc regnavit Aventinus[n] annis 33, qui et parti Urbis nomen hoc, quia ibi post sepultus fuit, reliquit; et fuit tempore Amasie regis Iuda[38]. Post hunc successit ei in regnum Albanorum Procax[o] filius Aventini et regnavit 23 annis tempore Ozie regis Iuda[39]. Post hunc regnavit filius eius Amulius Silvius annis 43, qui fratrem suum Munitorem[p] a regno eiecit tempore Ioathan regis Iuda[40]. Ex cuius Munitoris[q] filia Rea[41] nomine, cum virgo esset in templo dee Veste electa, et Mars cum ipsa occulte concubuisset, nati sunt duo gemelli, videlicet Romulus et Remus. Quorum mater propter incestum quem commiserat, secundum leges que tunc constitute fuerant, viva sepulta. Filii, scilicet Remus et Romulus, iactati sunt in rubis prope ripam Tyberis, ubi a lupa lactati fuisse dicuntur. Reperiens autem eos quidam pastor Faustulus nomine, portavit eos ad Laurenciam uxorem suam, et nutrivit eos. Ipsam vero Laurenciam, quia erat formosa meretrix et multum de corpore suo lucrabatur, vicini eius lupam vocaverunt. A qua postea et cellule, ubi meretrices habitabant, lupanaria dicta sunt. Tamen[r] — sive predicta Laurencia uxor pastoris, que Remum et Romulum lactavit, dicta sit lupa, sive non — quod a vera[s] lupa lactati fuerint antique sculpture in marmoribus et[t] lapidibus, que in Urbe reperiuntur, hoc representant et etiam Tytus Livius ita scribit[42]. Predicti ergo Romulus et Remus cum crevissent, congregaverunt pastores et latrones et Amulium regem, qui avum eorum Munitorem[u] de regno eiecerat, occiderunt, avum suum in regno reponendo. Ab hiis ergo duobus, scilicet Romulo et Remo, de Enea Troiano descendentibus, Roma constructa fuit et nomen accepit anno a destructione Troie[v] 454.[w], sicut dicit Orosius[43], tempore Achaz regis Iuda[44].

Paul.

ibid.

ibid.

ibid.

De modo constructionis urbis Romane[x]. Modum autem constructionis et dispositionis[y] Romane urbis demonstrat Escodius[z] sic dicens: Postquam filii Noe edificaverunt turrim confusionis, Noe cum aliquibus ratem ingressus venit in Ytaliam et non longe ab eo loco,

a) portum 7. b) *littera* t *erasa in* 7. c) cunctas 7. d) occursum 7. e) *littera* m *erasa in* 7. f) reges *inser.* 7. g) Ascanius — est *des.* 7. h) Postunus 7. i) Silius 7. k) Aschamium 7. l) anno 7. m) Post — Campania *des.* 7. n) Aventimus 7. o) Procas *sol.* 6; Procha 9. p) mimitorem *saepius* 8; inimicorem 10. q) mimitoris 5. r) tunc 6. 11; cum 9. s) *corr. ex* vara 7. t) et *supra lin.* 7. u) nimitorem 5. v) Troio 7. w) 404 *leg.* 7. 6. x) De modo quo Roma incepit 2ª. 8. 9; *lemma deest* 5. 6. y) et disp. *des.* 7. z) Eschodius 5; Estodius 5. 8—11; Ebstobsius 2ª.

28) Sequentia e Vergilii Aeneide l. VIII, v. 36 sq. contexta esse videntur. 29) Hoc tempus ex Richardo. 30) *Quidam autem tunc a Didone Kartaginem aiunt esse constructam, prophetantibus Gath, Natan, Asaph* Richardus sub David; ceterum ponit Latinum Silvium tempore Salamonis. 31) Albam ponit Richardus tempore Roboam. 32) Atim Silvium idem ponit tempore Asa. 33) Capim et Carpentum tempore Iosaphat ponit Richardus. 34) Tyberium idem ponit sub Athalia, quae succedit Ochoziae. 35) Cf. Livium I, 3. 36) Achab fuit rex in Israel, non vero in Iuda. Richardus Agrippam ponit tempore Ioas. 37) Aremulus successor Agrippae audit apud Rich. et Vinc. II, 66, Aremuli regis Latinorum mentionem etiam facit Oros. I, 20; apud Paulum audit Remus Silvius, apud Livium Romulus Silvius. Richardus Aremulum ponit tempore Amasiae. 38) Tempore Amasiae ponitur et ipse Aventinus a Richardo. 39) Tempus ex Rich. 40) Item tempus ex Rich. 41) Nomen Reae ex Rich. 42) Hoc polemice contra Richardum, qui fabulam de lupa nutrice in dubium vocare videtur et etiam Romulo detrectat. 43) Orosius II, 4 a destructione Troiae usque ad Urbem conditam 414 annos fluxisse dicit; numerus vero 454, etiam infra repetitus, ex Escodio sumptus est. 44) *tempore Achaz* secundum Richard.

ubi nunc est Roma, civitatem construxit nominis sui, in qua laboris et vite terminum dedit. Ianus vero filius una cum Iano filio Iaphet, nepote suo, et Camese[a] indigena civitatem Ianiculum construens[b] regnum accepit. Hic cum iam dicto Camese[c] apud Transtyberim palacium construxit, quod Ianiculum[b] appellavit, in eo loco ubi nunc ecclesia sancti Iohannis ad Ianiculum sita est. Eodem tempore Nemroth qui et Saturnus, a Iove filio eunichizatus[d], ad predicti Iani regnum pervenit eiusque iuvamine[e] fultus construxit civitatem ubi nunc est Capitolium. Illisque diebus Ytalus rex ad Ianum et ad Saturnum cum Syracusanis[f] veniens, construxit civitatem iuxta Albulam fluvium, qui post Tyberis dictus est. Hercules quoque filius ipsius post hoc cum Argivis veniens, ut Varro scribit, fecit civitatem Valeriam sub Capitolio. Post hunc rex Tyberis[g] ab origine[h] cum gente sua veniens, edificavit civitatem iuxta Tyberim. Demum Evander[i] rex Archadie cum suis fecit civitatem in monte Palatino. Similiter rex Coriban[k] cum exercitu veniens construxit civitatem iuxta in valle. Glaucus quoque filius minor filii Iovis veniens, civitatem et menia construxit ibidem. Post quem veniens Rome filia Enee cum multitudine Troianorum civitatem ibidem construxit. Aventinus quoque rex Albanorum in monte Aventino civitatem et mausoleum sibi construxit. Anno autem 454. destructionis Troie Romulus Priami Troianorum regis sanguine natus, fratre suo iam mortuo, anno etatis sue 22, 15. Kalendis May omnes civitates predictas muro cingere cepit et perfecit[l], et ex suo nomine Romam vocavit, et in ea Sabinenses, Albanenses, Tusculanenses[m], Politanenses[n], Ficanenses[o], Camarinenses[p], Campennati[q], Lucani et omnes pene nobiles de Ytalia cum uxoribus et filiis conveniunt ibi habitaturi. Habet autem turres 360; in circuitu eius vero sunt 22 miliaria preter Transtyberim et civitatem Leonianam, cum quibus dicitur habere 42 miliaria.

Liv praef. Et dicit Tytus Lyvius in prologo de Roma, quod tempore paupertatis nusquam alter locus ea sanctior nec bonis exemplis dicior fuit, et quanto rerum minus habuerit, tanto minus cupiditatis habebat. Post divicie avariciam et luxuriam induxerunt.

De portis[r]. Porte principales Urbis sunt hee: Porta Capena, que dicitur porta sancti Pauli iuxta sepulcrum Remi. Item porta Apia, que ducit ad Domine quo vadis? et ad cathacumbas. Item porta Latina, iuxta quam sanctus Iohannes in oleo coctus fuit. Item porta Asynaria Lateranensis. Item porta Metronii[s], ubi rivus influit[t] civitatem. Item porta Lavicana, que maior dicitur, que est circa Sanctam Crucem. Item porta Taurina vel Tyburtina[u], que dicitur Sancti Laurencii. Item porta Numentana, que vadit ad Sanctam Agnetem. Item porta Salaria, que vadit versus Sanctam Sabinam[v]. Item porta Pinciana, que est circa Felicis in Pincis. Item porta Flamminea, que est circa ecclesiam sancte Marie de populo, et per eam itur ad pontem Milvum[w]. Item porta Collina, que est circa templum Adriani circa pontem sancti Petri. Trans Tiberim sunt porte tres et in civitate Leonina tres.

De palaciis[x]. Palacium maius erat in medio Urbis in signum monarchie Orbis. Item palacium Romuli, quod erat iuxta tugurium Faustuli[y]. Item palacium Neronis Lateranense prope Sanctum Marcellinum et Petrum, et dictum Lateranense a latere septemtrionalis plage, in quo situm est, vel a rana, quam Nero latenter ibi peperit. Item palacium Susurrianum, ubi modo est ecclesia sancte Crucis. Item palacium Pacis, ubi Romulus posuit statuam suam auream dicens: *Non cadet, donec virgo pariat*[z]. Item palacium Traiani. Item palacium Adriani, ubi est columpna. Item palacium Claudii prope Pantheon. Item palacium Antonini, ubi est alia columpna. Item palacium Neronis supra hospitale sancti Spiritus usque ad Sanctum Petrum. Item palacium Camilli. Item palacium Iulii Cesaris, ubi requiescit. Item palacium Cromacii. Item palacium Eufemiani in monte Aventino. Item palacium Tyti et Vespasiani foris muros ad cathacumbas. Item palacium Constantini, ubi est quidam equus[a] ereus cum insidente, qui dicitur Constantinus, sed

a) Tamese 6. b) construens — Ianiculum *des.* 7. c) cum iani decotamese 6; cum Ianiculo camese 9; cum iam dicto Ianiculo cam. 10. d) eumichizatus 7. e) iumine 7. f) Syracusatus 7. g) Tybris 7; Tibris 2a. h) *sic* 7. 2a. 5; ab oriente 6. 8—11; Aboriginum *Graphia.* i) evender 7. k) *sic* 7. 2a; Corinbam 9. 10; Coubam 5; Cotibam 5. 11; Oribam 8. l) et perfecit *des.* 7. m) Tusculanenses *deest* 7. n) Polit. *deest* 5; Celenenses *add.* 2a; Celanenses 9; Celarenses 8. o) Sicanenses 5. 8; Sicanentes 9; *deest* 2a. p) Carmamenses 5. 6; Camanenses Camarinenses 8; Tarnianenses 11. q) Campani 6. 10; Carpenati 5. r) de portis Rome 8; de portis urbis Rome 10; de p. Romane urbis 11; *lemma deest* 5. s) Metronia 10; Meturmi 6; Mavonii 8. t) influxit 7. u) Tyburina 7. v) versus Sabiniam 7. 2a. w) milium 11; militum 5. 6. 8. 10; molinum 9. x) urbis rome *add.* 10; romane urbis *add.* 11; *lemma deest* 5. y) *sic* 10. 11; Fastuli 7. 2a. 5. 8. 9; Fustuli 6. z) pariet 7. 9. 10. a) equs 7.

non est. Tempore enim quo consules et senatores Urbem regebant, quidam armiger magne forme, virtute audax, quendam regem potentissimum, qui Urbem obsedebat, captata hora cum idem rex ad secreta nature ivisset ad locum consuetum, raptum deportavit in Urbem, et sic soluta fuit obsidio Urbis, Romanis exercitum eius[a] ad nichilum deducentibus. Et hoc memoriale factum est armigero, ut petivit. Item palacium Domiciani trans Tiberim ad Micam Auream. Item palacium Olimpiadis, ubi assatus est sanctus Laurencius. Item palacium Octaviani[b], circa ubi est ecclesia sancti Silvestri ad caput. Item palacium Veteris[c. 44] apud scolam Grecam. Item palacium Ciceronis, ubi nunc est[d] domus filiorum Petri Leonis. Item palacium Kathiline, ubi est ecclesia sancti Antonii[e], iuxta quam[f] est locus qui dicitur Infernus, eo quod ex antiquo tempore erat ibi vorago, ex qua exalatio magnam perniciem Romanis inferebat, ubi Martinus[g] Circius[h], ut liberaretur civitas, responso deorum armatus proiecit se, et clausa est terra et civitas liberata. Palacia vero que dicuntur terme[i] fuerunt hec, videlicet terme[i] Antoniane, Tyberiane, Nepociane, Domiciane, Maximiane, Luciniane, Dyocleciane, Olimpiadis, Agrippine[k], Alexandrine. Capitolium vero erat caput mundi, ubi consules et senatores morabantur ad gubernandum orbem. Cuius facies erat erecta muris altis et firmis, vitro et auro undique coopertis, ut essent speculum omnibus cernentibus.

De templis[l]. In summitate arcis[m] Capitolii fuit templum Iovis, in quo erat aurea statua Iovis sedens in aureo throno. Ibi eciam fuit templum Asylum, in quo interfectus est Iulius Cesar. Item sub Capitolio[n], ubi iacet simulacrum Mamertini[o] fuit templum Iovis. Item ubi est Sancta Martina fuit templum Fatale. Item ad Sanctum Adrianum fuit templum Refugii. Item ad Sanctum Sergium fuit templum Concordie. Item in Canapara fuit templum Cereris[p] et Telluris. Item templum Veste ubi dicitur Infernus et draco cubare. Item in ecclesia sancti Cosme fuit templum Asilum[q]. Item retro Sanctum Cosmam fuit templum Pacis. Item superius fuit templum[q] Romuli. Item ubi est Sancta Maria nova fuit templum Concordie et Pietatis. Ibi etiam prope fuit cartularium, eo quod ibi fuit bibliotheca publica, ex quibus 28 fuerunt in Urbe. Item ante Coliseum fuit templum Solis, ubi fiebant cerimonie symulacro quod stabat in summitate Colisei, habens in capite coronam auream gemmis ornatam; cuius caput et manus sunt in Laterano. Item Septisolium, quod[r] fuit 7 ordinibus columpnarum subnixum, fuit templum Solis et Lune; ubi prope est Sancta Balbina in Albiston[s], ubi fuit Mutatorium Cesaris. Ibi fuit candelabrum factum de lapide albiston[t], qui semel accensus et sub divo positus nulla arte extinguitur. Qui locus ideo dictus est Albiston[u], quia ibi fiebant albe stole imperatorum. Ibi post altare est ymago Salvatoris divinitus picta. Circus Prisci Tarquinii, qui fuit inter montem Aventinum et maius palacium, duabus[v] portis, una ab oriente, altera ab occidente, claudebatur, fuit mire pulchritudinis, et fuit ita dispositus quod nemo Romanorum offendebat alterum in visione ludi qui ibi fiebat. Ibi erant duo equi[w] erei deaurati in fastigio arcuum sive portarum elevati, unus ab oriente, alter ab occidente, qui sua dispositione videbantur provocare equos ad cursum. Quos Constantinus secum in Constantinopolim deportavit. Item in Exquilino monte, qui est inter Sanctam Mariam maiorem et Lateranum, ubi quedam adhuc columpne et ymagines apparent, fuit templum quod vocabatur Cimbrum eo quod Cymbros id est Germanos deiecerat. Item ubi nunc est Sancta Maria maior, ibi fuit templum Cybales[x]. Item ad Sanctam Mariam de Fontana fuit templum Fauni, quod simulacrum locutum est Iuliano et decepit eum. Item templum Veneris fuit ad Sanctum Petrum ad[y] vincula. Item in monte Ulio[z], ubi nunc est[a] mensa imperatoris, fuit templum Iovis et Dyane. Item iuxta caballos marmoreos fuit templum Saturni[b] et Bachi, ubi nunc iacent simulacra eorum. Caballi vero marmorei quare fuerunt facti, breviter tangam. Tempore Tyberii imperatoris venerunt

a) eius *deest* 7. b) Octovian. 7 *saepius;* 6. 11. c) *sic* 10; lentis 7; ventis 2a. 5. 6; nentis 11; veneris 9. d) est *deest* 7. e) Antonini 7. 5. 8. 9. f) quem 7. 2a. 8. 10. g) Marcus 9; Marchus 10. h) cyrius 5; curnus 9; cursius 10; cirrius 11. i) terine 7. k) aggrippine 7. l) rome *add.* 10; romane urbis 11; *lemma deest* 5. 6. m) artis 7. n) capitulio 7. o) marmoreum 6. 9. 11. p) ceretis 7. q) *sic* 2a. 5. 9; asylii 8; auxilii 6. 10; asilum — templum *des.* 7. r) quia 7. s) albiscon 7; albeston 8. 9; arbeston 6. t) *sic* 11; abeston 7. 2a. 5. 8; albeston 10; abiston 9; albiton 6. u) *sic* 6. 11; albesto 7. 5; albeston 2a. 8. 10; abiston 9. v) duobus 7. w) *leg.* equites. x) Cybeles *sol.* 6. 10. y) de ad 7. z) *sic* 7. 2a. 5. 6; Ulio vel iulio 11; celio 9. 10; tilio 8. a) dicitur 2a. 5. 9. 10. b) saturnini 7. 5. 8 9.

45) Veteris i. e. Spei Veteris, cf. Becker, Römische Alterthümer I, 547 sq.

Romam duo iuvenes philosophi Praxitelus[a] et Fibia[b], qui penitus nudi incedebant. Quos cum imperator interrogasset, cur nudi incederent, responderunt: *Quia omnia nuda sunt nobis et aperta; et quod mundana omnia contempnimus et nichil possidemus; quia quicquid tu dixeris in secreto nobis apertum est et notum.* Quod cum imperator comperisset, ita esse sicut dixerant, implevit eis promissum quod petiverant, tale memoriale relinquendo. Item ubi nunc dicitur Sancta Maria rotunda fuit templum Cybales[c], que fuit mater deorum. De cuius templi constructione habes infra, ubi ponitur Domicianus imperator†. Item ad gradellas templum Solis. Item ubi est Sanctus Stephanus rotundus fuit templum Fauni[d]. Item in Elephanto fuit templum Sibille et templum Cyceronis[e], ubi nunc est[f] domus filiorum Petri Leonis. Ibi etiam est carcer Tullianus, ubi est ecclesia sancti Nicholai. Ibi etiam iuxta fuit templum Iovis, ubi fuit pergula aurea. Item ad Sanctum Angelum fuit templum Severiani[g]. Item ad Velum[h] Aureum templum Minerve. Item in ponte Iudeorum templum Fauni. Item ad Sanctum Stephanum in piscina fuit templum quod olim dicebatur olovitreum, totum factum de cristallo et auro; ubi erat astronomia[i] cum omnibus signis celi. Quod legitur sanctus Sebastianus cum Tyburcio filio Cromacii destruxisse. Item ad Sanctam Mariam trans Tyberim fuit templum Ravennancium[k], et fuit domus meritoria, ubi merebantur milites qui gratis serviebant senatui. Item sub Ianicula[l] fuit templum Gorgonis. In[m] insula fuit templum Iovis et Esculapii. Hec et alia palacia multa et templa imperatorum, consulum, senatorum, prefectorum[n], civium in urbe Roma fuerunt, mire pulchritudinis ex auro et argento, ere, ebore ac preciosis lapidibus et marmoribus diversorum colorum.

De rectoribus et regimine Urbis[o]. Expedito modo constructionis Urbis, quantum ad muros, turres, portas, palacia et templa, quibus urbs Romana extitit decorata, ulterius procedendum est ad eos qui ipsam rexerunt et gubernaverunt, ut sic convenienter perveniamus ad pontifices et imperatores ipsius post antecedentes rectores. Romulus ergo et Remus sicut primi Romanam urbem condiderunt, sic et
Paul. primi in eadem dominati fuerunt. Nam cum haberent annos 18, quia gemelli fuerunt, congregatis pastoribus et latronibus, fecerunt parvam civitatellam in monte Palatino, et per illam et per tyrannidem omnes alias subiugaverunt ibidem constructas. Sed anno 3. ab Urbe condita Remus occisus est rastro pastorali a Fabio duce Romuli, cum contenderent[p] fratres de augurio vulturum quod uterque viderat.
Liv. 1, 7. Nam sicut dicit Titus Livius, cum fratres gemelli essent et eiusdem etatis, quis eorum conditam urbem tanquam senior regeret, condixerunt ut per augurium determinaretur. Cumque propter hoc in montem Aventinum uterque cum suis ascendisset, priori Remo dicuntur apparuisse 7 vultures; Romulo vero cum duplex numerus vulturum se ostendisset, uterque se felicius augurium habere asserebat; Remus, propter hoc quia prius viderat, Romulus vero, quia numero avium superabat, dicebat se prevaluisse, et sic in seditionem versi, Remus in turba occiditur. Vulgarior tamen opinio est, Remum, quia novos muros
Paul. contra statutum transilierat, interfectum. Mortuo igitur fratre, cum Romulus solus regnaret, elegit 100 senes pro consilio, quos et senatores appellavit. Mille etiam pugnatores elegit, quos a millenario numero milites appellavit. Cumque populus eius uxores non haberent, per fraudem rapuerunt filias Sabinorum, et propter hoc post bellum magnum a Romulo victoria habita, Sabini cum Romanis pacem fecerunt. Post hec Romulus apud paludem Capree, tempestate magna orta et tonitruis, circumdatus nube[46] nusquam comparuit, et nomine Quirini inter deos consecratus est. Post Romulum senes predicti rem publicam rexerunt per annum et dimidium, quod regimen[q]
Paul. appellatum est intertempus. Post Romulum regnavit Numa Pompilius annis 41 tempore Ezechie in Iudea. Hic primus militibus stipendia ordinavit. Ianuarium et Februarium anno addidit. Tunc Sibilla Erictea[r] claruit[47].
ibid. Post hunc regnavit Tullius Hostilius tempore Manasse in Iudea. Hic primum purpura usus est. Qui post longam pacem bella reparavit; Albanos, Vegentes, qui a Roma distabant per 18 miliaria, et Fedenatos, qui per 12 distabant, trans Tiberim vicit. Tandem postquam regnasset per 32 annos, cum tota domo sua fulmine arsit. Item alia Sibilla, que
ibid. a Samo Samia dicta est, tunc claruit[48]. Hoc tempore Bizancium a rege Spartanorum[s] condita est, que post Constantinopolis dicta est. Post hunc quartus Romanorum rex Ancus regnavit tempore Yosie in Iudea. Hic supra[t] mare 16° miliario ab Urbe Hostiam civitatem condidit. Regnavit annis 23. Ancus[u] primum pontem trans
ibid. Tiberim inter montem Aventinum et Ianiculum fecit[49]. Post hunc 5. Romanorum rex Priscus Tarquinius

† Ibi iuxta fuit templum Minerve, ubi simulachrum eius colebatur, ubi nunc est ecclesia que dicitur Sancta Maria de Minerva. *addit* 6; *legitur etiam in ed. Basil.*

a) praxitellus 5. 8; praxicellus 11; prasitellis 9; praxitelles *sol.* 6; piatilla 10. b) fidia *sol.* 9; sibia 6; sybia 11. c) cybeles 6. 8. 9. 10. d) faimi 7. e) cytheronis 7. f) est *deest* 7. g) severianum 7. h) vellus 7. 2a. 5. 8. 11. i) astranomia 7. k) ravannancium 8. 10; ravennatinum 9; ravennaticum 5. l) ianiculo *sol.* 10. m) Item in 6. 8. n) preceptorum *corr.* prefectorum 9; precorum 6; prefatorum 10; prefatorum *al. man. corr.* pretorum 11. o) De hiis qui primo Romam rexerunt et gubernaverunt 9; De gubernatoribus Romane urbis 11; *lemma deest* 5. 6; *vetustate deletum in* 10. p) intenderent 7. q) regnum 2a. 6. 10. r) *sic* 2a. 6. 9. 10; erutea 7; ericta 5; eructea 8; erecte 11. s) sparcanorum 7. t) super 7. u) antus 7.

46) *tempestate — nube* ex Livio I, 16. 47) Hoc de Erythrea ex Gotifredo in versibus seu ex Vinc. II, 102. 48) De Sibylla Samia cf. Gotifredum. 49) Cf. Livium I, 33. *Adventinum montem et Ianiculum Urbi addidit, super Tyberim pontem fecit* Richardus.

regnavit annis 37 tempore Ioachim regis Iude[50]. Hic circum ad ludos Rome edificavit, muros et cloacas, que aquam et lutum Urbis deferrent in Tyberim, construxit, Capitolium fabricare cepit. Et dictum est Capitolium, quia, cum fundamenta foderentur, inventum fuit caput hominis sine corpore[51]. Post hunc regnavit Servius Tullius[a], 6. rex Romanorum tempore Sedechie regis Iude[52]. Hic fossas circa muros Romanos duxit. Item ordinavit primus ut census tolleretur, de quo ante hoc ignorabatur. Tandem occisus est a Tarquinio Superbo Hoc tempore excidium Iudeorum factum est per Nabuchodonosor regem Caldeorum tempore Sedechie regis[53]. Post ipsum regnavit Tarquinius Superbus rex Romanorum 7. in diebus Cyri 35 annis. Iste primus excogitavit omnia genera tormentorum, cathenas, exilium, tormenta, carceres, compedes et huiusmodi. Hic propter Tarquinium filium suum, qui Lucreciam, nobilem feminam genere et virtute, vi corruperat, a regno est expulsus. Que Lucrecia post querimoniam de vituperio marito et patri et consanguineis suis factam se ipsam occidit propter vituperii dolorem[54]. Tarquinius de Roma expulsus ad Porsennam regem Clusinum confugit. Qui rex cum exercitu Tuscorum et aliorum contra Romam veniens usque ad litus Tyberis circa Ianiculum magnum timorem Romanis intulit, sed pace facta cum Romanis, obsedit Aritium[55]. Post Tarquinium Superbum cessaverunt reges in Urbe regnare, qui regnaverant per annos 240, et ordinaverunt Romani rem publicam regendam per consules, et statuerunt ut duo consules per unum annum regerent. Idcirco per unum annum[b] debebant esse, ne ex protractu temporis ex dominio in superbiam erigerentur. Duo autem eligebantur, ut unus alterum in factis rei publice, si excederet[c], restringeret. Et tunc Roma vix adhuc usque ad 15. lapidem imperium tenebat; miliaria enim tunc lapidibus distinguebantur, sicut et modo alicubi termini agrorum per lapides distinguuntur. Fecerunt ergo tunc consules Lucium et Brutum. Hiis temporibus Pytagoras Rome obiit, et Anaxagoras, et Socrates[d] venenum in carcere bibit. Aristotiles audivit Platonem 18. annum agens. V. 3, 82.

Paul. ibid. ibid. ibid.

Anno post Urbem conditam 244° Brutus primus apud Romanos primus consul factus est. Cuius tempore Sabini gravi manu et apparatu Romam contendunt invadere, propter quod Romani dictatorem creant, qui consules potencia preiret. Hiis temporibus facta est Rome dissensio plebis a senatu. Eo tempore[56] Cyrus rex Persarum Babiloniam magnam cepit et destruxit, sicut supra in principio tactum est. Or. 2, 5.

Anno 16° postquam reges Romanorum regnare cessassent, et bini consules facti fuissent, populus Romanus conquerebatur de oppressione consulum[e] et senatus; et ideo facti fuerunt tribuni, qui essent pro consulibus sicut iudices et defensores populi. 300° autem anno ab Urbe condita, tempore consulum leges Athenienses Romam delate sunt in 10 tabulis, quibus due addite sunt a Romanis; ita dicit Tytus Livius[57]. Paul.

Anno autem 301° cessaverunt regnare consules in Urbe; et anno 315° Vegentes victi sunt a Romanis tempore Assueri regis. Circa idem tempus Senones[f] Galli duce Brennio pugnaverunt cum Romanis apud Alliam fluvium, et victi sunt Romani, et capta est civitas preter Capitolium. Quod etiam perdidissent, si pervigil anser Romanos ex lassitudine pugne dormientes clamore valido non excitasset[58]. ibid.

Anno 365° ab Urbe condita loco consulum tribuni a Romanis ordinati sunt. Tunc victa est Penestre a Romanis apud fluvium[g] Alliam, et 8 civitates, que sub potestate illius erant, adiuncte sunt Romanis. Hiis[h] temporibus multa pestilentia et mortalitate afflicta est Roma. Inter que in media Urbe aperta est terra, et subito quasi infernus apparuit et de exalatione fetoris occidit multos, de quo habes[i] supra notatum, ubi ponuntur palacia. Iterato Galli aggrediuntur Urbem, et cum unus de Gallis Romanum quemdam nobilem ad singularem fixuram provocasset, victor existens Romanus tulit torquem auream de collo occisi et misit in collo suo, et extunc ille Romanus et usque huc omnes de suo genere Torquati dicti sunt. Circa idem tempus Alexander filius Philippi, rex Macedonum, ex Olimpiade[59] nascitur, cuius acta mirabilia et strennua specialem librum requirunt. Eo tempore Apius Claudius consul Romanorum Rome viam Apiam stravit. Ariminum in Romaniola[k] et Beneventum in Sampnio condite sunt a Romanis. ibid.

Anno ab Urbe condita 426° Alexander patri Philippo successit in regnum, et cum pene totum Orientem sibi subiugasset, sperans se et Occidentem possidere, cum per 12 annos regnasset, veneno interiit. Circa idem tempus cum Romani potentes esse cepissent, a Sampnitis, qui medii erant inter Campaniam et Apuliam, aurea et argentea arma habentes[l], impugnantur, et hoc pro Campania, cuius terre bonitas ex portibus marinis et ex multis aliis utilibus elucescit[m]. Cuius Campanie caput urbs Capua tunc erat, equalis in magnitudine Rome vel Carthagini. Et primo quidem Sampnite a Romanis victi, post victores effecti de Romanis, ultimo sic fuerunt a Romanis prostrati, quod 24 milibus occisis et rege ipsorum cum reliqua multitudine capto, civitatem funditus everterent. Nullus enim hostis Romanis crudelior quam Sampnite[n]. Or. 3, 16. Paul. Or. 3, 22.

Anno ab Urbe condita 443° Tarentini Romanis se opponentes et nuncios ipsorum dehonestantes, ut Romanis resistere possent, plurimo finitimorum presidio fulti, Pirrum regem Grecie ob magnitudinem virium de transmarinis partibus vocaverunt. Qui cum 80 milibus peditum, equitum vero 7 milibus et cum 20 elephantis, usque ad illud tempus invisis a Romanis, veniens in Ytaliam, inito durissimo bello cum Romanis, victus miserabiliter ad partes suas rediit. Tunc Tarentini contra Romanos fedus ineunt cum Cartaginensibus[60], et ex hoc Punica bella inchoata fuerunt. Carthago enim fuit civitas magna et caput Affrice, ante quam Roma 72 annis condita fuit[61]; Siciliam et alias maris insulas defendere voluit, Or. 4, 1. 2.

a) tulius 7. 5. 8. b) annum *deest* 7. c) exerceret 7. d) socrotes 7. e) consilium 7. f) senatores 7. g) flumen 7. h) romanis *inser.* 7. i) habes *deest* 7. k) romaniolo 7. l) habentibus *sol.* 10. m) *littera initialis* e *supra lin.* 7. o) sennite 7.

50) *tempore Ioachim* ex Rich. 51) Talia leguntur sub Iulio Caesare apud Richardum, qui etiam addit, caput illud litteris Tuscis notatum fuisse. 52) Tempus ex Richardo. 53) secundum Richardum. 54) ex Livio I, 58. 59. 55) indidem II, 9. 10. 14. 56) secundum Oros. II, 6 seu Gotifredum. 57) l. III, c. 32—34. 58) De ansere, cuius mentio non fit apud Paulum, cf. Vinc. III, 81 seu Livium V, 47. 59) Cf. Vinc. IV, 1. 60) secundum Oros. IV, 2. 61) secundum eundem IV, 6.

ne tollerentur a Romanis. Et anno ab Urbe condita 483° Hanibal senior cum innumerabili multitudine hominum et 30 elephantis navigio Syciliam advenit. Sed[a] a Romanis, Gneo et Gayo consulibus, ibidem
Or. 4, 8. victus, etiam amissa sua nave in qua vehebatur, amissis hominibus et navibus, vix aufugit. Atilius[b] Regulus consul Romanorum cum Carthaginem cum exercitu applicuisset et, tribus regibus[c] cum innumerabili multitudine devictis, et 74[d] civitatibus Romanis per Affricam subactis, cum venisset ad fluvium qui dicitur Bagrada[e], ibi serpentem maximum 120 pedum, qui plures iam homines de suis devoraverat, occidit et
ibid. 9. corium eius Romam misit. Tandem Carthaginenses dum cum Regulo Atilio[f] pacem facere voluissent et ille rennuisset, adiunctis sibi Affricanis, Regulum bello aggrediuntur[g], et prostrato Romanorum exercitu, Regulus capitur et in Cartagine cathenatus recluditur. Emilius vero et Fulvius[h] consules Romanorum, audita dolorosa Reguli captivitate, exercitum cum 300 navibus mittunt in Affricam. Quibus cum totidem navibus Cartaginenses dum occurrissent, victi fuerunt[i].

ibid. 11. Anno ab Urbe condita 508° repentina subversio contigit Urbi. Siquidem Quinto[k] Lucatio Catulio, Aulo Manlio consulibus, Tyberis insolitis auctus ymbribus magnitudine redundans, omnia Rome edificia in plano posita deiecit.

ibid. 12. Eodem tempore novi Galli, tempore Sympronii Gaii, Valerii consulum, Romanos invaserunt, adversus quos varia sorte bellatum est in Liguria, et victi sunt a Romanis. Galli siquidem, ut scribit Orosius[l. 62], sunt animo feroces, corpora forciora aliis hominibus habentes; sed hoc comprobatum est, quod sicut in primo impetu virtus eorum forcior est aliis hominibus, ita postea virtus eorum minor est quam mulierum.

ibid. 14. Anno ab Urbe condita 533° Hanibal Penorum sive Affricanorum imperator Saguntum[m] florentissimam Hyspanie civitatem, amicam Romanorum, obsidyone et fame cruciatam captam[n] delevit, nec legatos Romanorum ad se missos videre voluit. Et tempore Publii Scipionis, Sempronii consulum contra Romanos versus Ytaliam processit, ferro viam aperiens; Pyreneos[o] montes transgressos[p], cum multo labore et bello ad plana Ytalie pervenit; fuitque exercitus eius 100 milia peditum et 20 milia equitum. Cui occurrit Scipio consul circa Ticinum et in congressu Hanibalum[q] graviter vulneravit[r], et succubuit ibi pene omnis exercitus Romanus. Sempronius consul, cognito socii sui Scipionis casu, a Sicilia[s] cum exercitu rediit, et pugnans ibidem cum Hanibale, amisso exercitu vix solus evasit. Hanibal autem cum versus Tusciam procederet, primo mense verni in Appenninis montibus tanta nix cecidit, ut pre
Or. 4, 15. frigore omnes elephantes et iumenta multa amitteret. Sciens tamen Hanibal Flaminium consulem solum in castris remansisse, festinavit ut cicius imparatum obrueret. Contra quem Flaminius exiens, arte Hanibali circumventus, funditus trucidatus est, ita quod 25 milia Romanorum ceciderunt et 6 milia capta fuerunt.

ibid. 16. Anno ab Urbe condita 540° Lucius Emilius Paulus et Publius Tarentinus[t] Varro consules contra Hanibalem missi, infelicissime apud Canosam[62*] Apulie vicum pugnaverunt. Nam in ea pugna 44 milia Romanorum interfecta sunt. Nullo bello Punico Romani sic ad extrema deducti fuerunt. Periit in illo bello consul Emilius Paulus, consulares et pretorii viri 20 interfecti sunt, senatores vel capti sunt vel occisi 30, nobiles viri 300, pedestrium militum 40 milia, equitum[u]. Varro consul cum 50 equitibus Venusium fugit. Nec dubium[v], illum diem Romani status ultimum fuisse, si Hanibal mox post victoriam ad Urbem accessisset. Hanibal vero in testimonium tante victorie tres modios anulorum aureorum Cartaginem misit, quos ex manibus nobilium interfectorum extraxerat, sicut dicit Orosius. Et in tantum iam desperaverant Romani, quod ab Urbe fugere volebant, nisi Scipio Affricanus tunc tribunus militum stricto gladio ipsos cohercuisset. Tunc Romani de publico precio servos emptos milites fecerunt. Arma diis consecrata de templis acceperunt. Iunius quoque dictator antiquum factum tempore Romuli recolens, pro supplemento exercitus latrones, homicidas[w], et cuiuscunque obnoxii sceleris essent, impunitate promissa milicie mancipavit, quorum numerus ad 6 milia virorum fuit. Tunc Roma desperata spem habere cepit. Qui tunc, sicut dicit Orosius,
Or. 4, 16. Romanam miliciam vidisset, pudore perfundi potuisset, quia nisi aut puer aut servus aut sceleratus aut debitor; et[x] nec sic quidem numero ydoneus erat; senatus omnis pene novicius videbatur.

Or. 4, 17. Anno ab Urbe condita 543° Hanibal de Campania movens exercitum, tribus miliaribus ab Urbe consedit. Romani tocius civitatis cum senatoribus populoque stupore et metu percussi, velud amentes facti sunt; femine quoque per propugnacula cucurrerunt, in muris saxa reponendo, prime prompte de muris pugnare[y]. Hanibal vero cum suo exercitu usque ad portam Colinam accessit, sed Fulvius proconsul cum Romanis adversus ipsum aciem direxit. At ubi congredi debuissent, pluvia cum grandine mixta tanta se effudit, ut turbata agmina vix ad castra possent redire. Deinde cum serenitas rediisset, et illi acies iterato ad pugnam disposuissent, rursus violentior venit tempestas compellens exercitus ad tentoria confugere. Et sic Hanibal advertens quod ad subvertendam urbem Romanam non
Or. 4, 18. obstitit fortitudo, sed divina miseratio, ab Urbe recessit. Scipio Affricanus 27 annos natu habens transivit in Yspaniam missus, et primo impetu Novam Cartaginem cepit, ubi thesaurum auri et argenti pro futuris stipendiis multum invenit. Ibi etiam Magonem fratrem Hanibali cepit et Romanis misit. Scipio post victorias Yspanie transiit in Affricam, et facta pugna cum duce Penorum, 40 milia de adversariis Scipio occidit. Et cum omnia depopulatus esset, Cartaginenses mandaverunt Hanibalo, ut pro succursu eorum
Or. 4, 19. rediret in Affricam. Qui flens relinquens Ytaliam, omnes milites Ytalicos qui ipsum sequi nolebant in Affricam occidit, et in Cartaginem rediens, cum de pace cum Scipione mutuo se videndo tractassent et non convenissent, congressi in prelio, post durum bellum Carthaginenses vincuntur et Hanibal cum 4 equitibus vix aufugit, et Scipio victor factus civitatem Carthaginensem est ingressus[63].

a) hic *add.* 7. b) vero *inser.* 7. c) regibus *deest* 7. d) 84 *leg.* 7; 73 *leg.* 9; 82 *Oros.* e) *sic.* 5. 9; Bragada 7. 10; Bradaga 8; Bargada 11; Barguida 6; bagradea 2ª. f) attilio 7. g) congrediuntur 7. h) filius 7. i) fugerunt 2ª. 5. 8. 10. k) .v°. 7. 2ª. 6; vero 8. 10. 11. l) ut scr. Orosius *hic omisit et post* mulierum *inser.* 7. m) *restitui;* sanguntum 7. 10. 11; saguntam 5; soguntinum 6. 9; sargunnum 8; *lacuna* 2ª. n) capeam 7. o) pyteneos 7. p) progressus 7 *in marg.* transgr. q) hanibalem *sol.* 10; hanibal 6. 9. 11. r) vulneraverunt 11; vulneratus est 6. s) Sycia 7. t) carentinus 2ª. 9; carentius 6. u) *suppl. ex Orosio* 35 milia. v) dibium 7. w) homicidias 7. x) et *deest* 7. y) pugnate 7.

62) Fortasse haec respiciunt ad Oros. III, 6 init. 62*) Cannas. 63) *triumphans Urbem* (scil. Romanam) *ingressus est* Orosius.

Anno ab Urbe condita 546º bellum Punicum secundum finitum est, quod gestum est annis 16. Cui Macedonicum bellum continuo successit, quod Quintus Flamminius consul sortitus, post multa bella, quibus Macedones victi sunt, pacem Philippo dedit. Romani captivi qui sub Hanibale per Greciam venditi fuerant et recuperati fuerant, capitibus rasis ob detersam[a] servitutem currum triumphantis secuti sunt. Sed post rex Antyochus Romano populo bellum parat, de Asya per mare in Europam transiens. Cui Hanibal de Affrica secreto veniens se adiunxit. Sed Antyocho a Cornelio Scipione et Marco Acilio[b] consulibus devicto[c], et Hanibale, qui Antyochi navibus preerat, a Scipione Affricano superato et in fugam converso, Antyochus cum Scipione et Romanis pacem fecit. Multa hic Romanorum in diversis partibus bella brevitatis causa pertranseo. Or. 4, 20.

Anno ab Urbe condita 602º Lucio Censorino et Marco Manlio consulibus tercium bellum Punicum exortum est. Cum igitur senatus Carthaginem delendam decrevisset, profecti in Affricam consules et Scipio Affricanus, tunc tribunus, Cartaginensibus evocatis preceperunt eis, ut omnia arma navesque traderent. Quod et factum est. Sed Carthaginenses postquam iussi sunt inde ad 10 milia passuum a mari recedere, dolore ingenti[d] ducti, magis elegerunt pugnando ibi mori, quam recedere. Et eligentes duos Astrubales in duces, cum arma ferrea non haberent, ex auro argentoque ferri inopiam ad arma facienda suppleverunt. Cartaginis autem situs huiusmodi dicitur fuisse: 30 milibus passuum muro vallata tota pene mari cingebatur absque[e] faucibus, que tribus milibus passuum aperiebantur. Idem locus murum 30 pedes latum habuit, saxo quadrato in altitudine[f] cubitorum 40. Arx vero, que dicebatur Birse, paulo amplius quam duo milia passuum tenebat. Cumque Cartago a Scipione et consulibus capta fuisset, 25 milia mulierum et 30 virorum ne clade consumerentur, in servitutem se tradiderunt, alii vero voluntarie se pocius in ignem iactabant, quam Romanis servire vellent. Ipsa autem civitas continuis 17 diebus arsit, miserumque spectaculum cernentibus prebuit. Dirupta est autem Carthago, omni murali[g] lapide in pulverem redacto, 701º anno a fundatione sua, et sic bellum Punicum tercium terminatum est in 4º anno, quia totum bellum per 20 annos duravit. Or. 4, 22. ibid. 23. ibid.

Anno ab Urbe condita 606º, hoc est eodem anno quo Cartago deleta est, Gneo[h] Cornelio Lentulo[i], Lucio consulibus, Corinthus, toto orbe famosa et opulentissima, capta devastata est. Et tota Achaya subiugata est a Romanis. Sane propter multitudinem statuarum[k] columnarumque et simulacrorum[l] auri argentique Corintho igne succensa cum omnia metalla confluxissent in unum, novum genus metalli ex illo factum es Corinthum dicitur, unde[m] vasa ex illo facta usque hodie longe lateque[n] Corinthia dicuntur. Circa idem tempus sub Servio et Flacco consulibus Rome puer ex ancilla natus est quadrupes, 4 manus habens, oculos totidem[o], aures totidem, virga virili duplici. Item in Sycilia mons Etna torrentem flamme[p] eructavit et viciniam exussit. Item in Sycilia bellum servile ortum est, quod non solum Romanos sed etiam consules terruit. Nam sicut dicit Orosius, servilis tumultus quanto rarior ceteris est, tanto crudelior. Libera enim multitudo commovetur ut patriam augeat, servilis ut perdat. Ceterum Sycilia in hoc miserior fuit, quia insula, et nunquam status sui iuris ydonea fuit, nunc tyrannis[q] subiecta, nunc servis dominatu improbo exigentibus servitutem[r]. Or. 5, 3. Or. 5, 6.

Anno ab Urbe condita 624º, Lucio Celio[s] et Tyto Flamminio consulibus, Kartago in Affrica restitui iussa est, 22º demum anno quam fuerat eversa. Que reparatio debuit fieri per familias deductas illuc civium Romanorum[t], que eam incolerent; et sic restituta et repleta fuit. Eodem tempore inter Graccum et Flaccum consules et populum Romanum magna dissencio fuit[64]. Per idem tempus mons Etna ultra solitum flammeos ignes evomens Cathaniensis civitatis tecta a calidis cineribus perusta cadere fecit. Cuius levande cladis causa senatus Romanorum 10 annorum vectigalia Cataniensibus[u] remisit. Or. 5, 12. ibid. 13.

Anno ab Urbe condita 641º Gneus[v] Manlius consul et Quintus Scipio proconsule[w] bellant adversus Cymbros, Theutonicos et Ambronas, Gallorum Germanorumque gentes, que tunc, ut Romanorum imperium extinguerent, adunantur. Qui multo discrimine Romanorum victi sunt. Siquidem Marcus Emilius[x] consul et duo filii consulis occisi sunt, 80 milia Romanorum et 40 milia colonum[y] trucidata sunt, ita quod 10 tantum homines qui miserum nuncium[z] reportarent evaserant. Maximus tunc[a] Rome non solum luctus verum etiam timor fuit, ne confestim Cimbri Ytaliam intrantes eam delerent[b]. Cum igitur Theutonici et Cymbri Ytaliam intrassent, ibique post[c] rigidum gelu[d] blandioribus auris, poculis, cybis ac lavacris emollirentur[e], Marius quinto consul et Catulus adversus eos missi, subito in eos irruerunt, antequam illi aciem ad pugnam ordinassent, ac illam totam multitudinem nimium[f] perturbarunt et non sine suorum dampno deleverunt. Cesa sunt autem illorum 140 milia, 70 milia capta absque innumera multitudine mulierum, que se suosque parvulos femineo furore diversis generibus mortis necaverunt. In memoriam autem tante[g] victorie Romani templum mirificum extruxerunt, quod usque hodie Cymbri[h] vocatur, prope Sanctam Mariam maiorem[65]. ibid. 16.

Anno ab Urbe condita 645º post Cymbricum et Theutonicum bellum status Romanorum per intestinum bellum et discordias sic labefactus est, ut pene ad extremum concideret, nisi Marius quinto consul leni[i] persuasione populum commotum sedasset, auctoribus seditionum occisis. Or. 5, 17.

Anno ab Urbe condita 659º, Iulio Cesare et Lucio Marco consulibus, prodigia dyra Romam terruerunt. Apud Careptinos[k] cum panes per convivia frangerentur, cruor de medio panum quasi de vulneribus fluxit. In Sampnitis[l] prope Beneventum ex hyatu terre flamma prorupit et usque ad celum extendi visa est. Item omnium generum animalia, que inter homines vivere solita erant, relictis stabulis et pascuis, cum balatu et hynnitu ac mugitu miserabili ad silvas fugerunt. Canes quoque, quorum[m] natura societatem hominum requirit, lacrimosis ululatibus vagantes, ut lupi oberrabant. Quod prodigium mox subsecutum est. Nam Iulius Cesar apud Sampnites[n] amisso exercitu vix aufugit. Item Pompeius pretor victus est, et in diversis provinciis exercitus Romanorum deleti fuerunt, ita quod senatus iam pre tristicia saga, id est veste meroris, se induerat et eandem Iulio Cesari induendam Or. 5, 18.

a) *sic* 5. 9. 11; decimam 7. b) *sic* 9. 10; atrito 7; acrito 5; ato *corr.* atonio 6; atrio 8. 11; acyrio 2ª. c) divicto 7. d) *corr. ex* ingentum 7. e) ab 7. f) altitudinem 7. g) miserali 7; mirabili 5. 6. 10. 11. h) geneo 7. i) *restitui*; lenculo 9: lenulo 7. 2ª. 5. 11; lerno 6; lebarnio 10; *deest* 8. k) et *inser.* 7. l) et simul. *des.* 7. m) et 7. n) longe lateque *des.* 7. o) quatuor 7. p) flammeum 7. q) tyrannus 7. r) servientem 7. s) *pro* celio *rasura in* 7. t) familiis *add. codd. excepto* 7. u) cactaniensibus 7. v) geneus 7. w) *sic* 6; proconsul 11; proconsules *cett.* x) emulius 6. 8. 11. y) colonorum 10; calonum *Oros.* z) ut *inser.* 7. a) autem 7. b) delererent 7. c) post *deest codd. praeter* 7. d) genus *Oros.* e) emolirentur 7. f) nimiam 7. 6. g) tante *deest* 7. h) cymbrum *sol.* 10. i) levi 7. k) caraptinos 9; taremptinos 5; campinos 6; cathentinos 10; aretinos *Oros.* l) sannitibus 7; samitibus 2ª. m) quorum *deest* 7. n) sannites 7.

64) sec. Oros. V, 12. 65) V. supra ubi agitur de templis Urbis.

transmiserat. Sed Iulius postquam hostes qui ipsum debellaverant, iterato confligens, feliciter vicit, saga deposuit. Pompeius etiam, prius victus, gloriosus victor extitit. Post Pompeius Asculum obsedit, et capta ea, 18 milia Marsorum cum ipsorum imperatore occidit. Eodem tempore bellum civile tam crudele fuit, quale numquam Rome ante extitit. Nam senatoribus et consulibus aliquibus contra Sillam, et aliquibus
Or. 5, 21. cum Silla contra alios pugnantibus, innumerabilia milia Romanorum sunt occisa, ita quod Quintus Catulus Sille dixit: *Cum quibus tandem victuri sumus? in bello armatos, in pace inermes occidimus.* Ad hoc verbum Silla primus infamem tabulam proscriptionis statuit. Prima proscriptio 80 milia hominum fuit, secunda proscriptio 500 hominum[a],
ibid. 22. inter quos 4 consules erant; et sic Romani aut proscribebantur aut iugulabantur. Hoc bellum civile per 10 annos
ibid. 6, 6. protractum plus 150 milia Romanorum consumpsit et Silla mortuo finem habuit. Pompeius vero consul Orientem in magna parte expugnavit[b] et cum 22 regibus conflixit.

ibid. 7. Anno ab Urbe condita 693.[c], Gaio Cesare et Lucio Bibulo consulibus, Iulio Cesari tres provincie cum legionibus 7 in quinquennium date sunt, Gallia Transalpina et Cisalpina et Yllиricus[d]. Galliam Comatam postea senatus adiecit. Hanc ystoriam Suetonius plenissime narrat. Galli vero cum Germanis perpetuo pene bello altercabantur, quos Renus fluvius tantum dividit. Cesar primum Gallos, multis per bellum prostratis, superat ac Treverorum civitatem vastat[66].
Or. 6, 9. Demum in Germaniam facto ponte super Renum transit. Post victoriam Gallorum Cesar Romam revertitur. Sed
ibid. 15. consilio Pompeii sicut decebat a Romanis non suscipitur. Negataque sibi ex erario pecunia, fractis foribus erarium spoliavit. Inde veniens Ariminum ad legiones, mox transiens Alpes, Massiliam et inde in Yspaniam contra Pompeianos[e] processit. Inde rediens in Ytaliam Pompeius contra ipsum et ipse contra Pompeium bellum parat. Pompeius in suo exercitu 88 cohortes disposuit, Cesar econtra 80 cohortes habuit. Tandem post multam pugnam inter se, Romanorum et casum, exercitus Pompeii fugit, et Pompeius in Asyam transiit. Inde per Tyrum in Egyptum venit, ubi per Ptolomeum regem Egypti ob graciam Iulii Cesaris victoris occisus est. Cesar vero Pompeium
ibid. 16. persequens, Alexandriam venit, perlatoque ad se et viso capite et anulo Pompeii, flevit. Postea Cesar Romam rediens, dictator et consul creatus in Yspaniam contra Pompeianos[f] processit. Quibus expugnatis, Romam rediit[67], ibique cum per triennium et 7 menses principatum tenuisset[g], occisus est dolo Bruti et Cassii[68]. Fuerat quippe Rome imperatum a Romulo sub regibus annis 267[69], post sub consulibus res acta est annis 444 usque
V. 6, 42. ad regimen Iulii Cesaris. Obiit autem Cesar anno 56. etatis sue; corpusque eius pro rostris combustum est. Statuit autem populus in foro solidam columpnam marmoream 20[h] prope[i] pedum, supra quam tumulatum est; que et Iulia
ibid. 41. dicta est. 100. autem die ante mortem eius fulmen cecidit iuxta statuam eius in foro et de nomine eius superscripto C litteram capitalem abrupit. Nocte precedente diem obitus fenestre thalami eius cum tanto strepitu aperte sunt, ut exiliens a stratu Cesar, ruituram domum existimaret[k]. Eodem die eum ad Capitolium iret, date sunt ei littere indices[l] mortis imminentis, quas si statim legisset, de morte cavisset[70]; sed cum mortuus efferretur, invente sunt in manu eius
ibid. 48. adhuc clause. Tunc bos etiam aranti et bovem stimulanti locutus est: *Cur me exagitas? in brevi magis desinent homines quam frumenta.*

Or. 6, 18. Anno ab Urbe condita 710. Iulio Cesare mortuo, Octavianus[m] nepos Cesaris avunculo successit in dominio. Adhuc quidem adolescens Romam venit et iuventutem suam civilibus bellis exercuit. Nam ut breviter concludam, bella civilia 5 gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Acticum[n]. E quibus primum et novissimum adversus Marcum Antonium, secundum adversus Brutum et Cassium, tercium adversus Lucium Antonium, quartum adversus Sextum Pompeium.

Or. 6, 20. Et anno ab Urbe condita 725. Cesar Augustus ab Oriente victor ad Urbem rediens, tunc primum a Romanis, eo quod rem publicam auxerat[71], Augustus dictus est, quod nomen posteris successoribus summum apicem declarat imperii. Atque ab illo tempore penes unum potestas cepit imperii, que Grece dicta est monarchia. Octavianus factus Augustus Yspaniam in bello personaliter aggreditur, alias terras et provincias per diversos duces et legatos
ibid. 21. expugnat[72]. Illis temporibus Pannoniam, ubi modo sunt Ungari, per Tyberium privignum cruentissima cede delevit, et continuo Germaniam[o], que a[p] Pannonia usque ad Renum fluvium extenditur, sicut innuit Orosius[73] et Solinus[74], qui dicit quod maiores fluvii Germanie sunt Alba, que fluit de Bohemia, et Gutalus[q] id est Odra[r], qui nascitur in Moravia, Wisla, qui nascitur in Polonia et fluit per ipsam in occeanum. Que
Or. 6, 21. Germania sicut dixi extenditur usque ad Renum. Quam Germaniam Octavianus per Tyberium cum 12 legionibus militum aggressus est, bellans per triennium. Quod bellum adeo fuit maximum et formidolosum Romanis, quod, sicut dicit Suetonius, preter Punicum bellum sive Cartaginense nullum maius et periculosius fuit Romanis. Nam tres legiones Romanorum ibi delete fuerunt[s].

Supra[t] actum est tantum de uno regimine Urbis, scilicet temporali. Consequenter agendum est de duplici regimine Urbis, scilicet de spirituali, quod fuit per pontifices, et temporali, quod fuit per imperatores. Et pontificale quidem regimen incepit Urbis et orbis a Christo primum, qui fuit pontifex presencium et futurorum bonorum; imperiale vero regimen incepit ab Octaviano, qui primus fuit imperator et augustus Urbis et orbis[t].

Or. 6, 22. Anno ab Urbe condita 752. Cesar Augustus ab oriente in occidentem, a septentrione in meridiem, ac per totum occeani circulum cunctis gentibus una pace compositis, cum ipsum pro deo Romani colere vellent, prohibuit, nec dominum se appellari permisit. Et eodem tempore natus est Ihesus Christus. Tunc concurrerunt duo regimina Romane urbis et tocius orbis, pontificale et imperiale: pontificale regimen per Christum, imperiale per Octavianum. Hii sunt duo gladii, videlicet materialis et spiritualis, qui sufficiunt ad regimen ecclesie.

a) nominum 7. 2a. b) impugnavit 6. 8—11. c) 624 *leg.* 7; 603 *leg.* 2a; 623 *leg.* 6; 673 *leg.* 8; 675 *leg.* 10. d) *sic* 2a. 5. 9; ylaricus 7. e) pompellanos 7. f) pompelanos 7. g) rennuisset 7. h) 120 *leg.* 6. 9. 11; 220 *leg.* 10. i) porte 7. k) extimaret 7. l) indicens 7. m) octovianus *hic* 7. n) ac titum 7. o) aggreditur *add.* 7. p) a *deest* 7. q) guttalus 7; guttaliis 5; grutalus 6. 11. r) odora 6. 8. 10. 11. s) romanorum ceciderunt 7. t) Supra actum — orbis *des.* 2a.

66) secundum Oros. VI, 10 fin. 67) ex Oros. VI, 17. 68) ex Vinc. VI, 42. 69) Supra dictum est, reges 240 annos regnasse. 70) *quas si — cavisset* ex Vinc. VI, 42. 71) *eo quod rem publicam auxerat* ex Paulo. 72) secundum Oros. VI, 21. 73) l. I, c. 2, ut videtur, ubi tamen de Germaniae terminis specialiter non agitur. 74) Cf. Solinum, de memorabilioribus mundi cap. 28.

Unde postquam dixit Petrus apostolus: *Domine, ecce duo gladii hic,* Christus respondit: *Satis est.* Hec sunt duo luminaria magna, que posuit Deus in firmamento celi, id est in universali ecclesia, que sunt pontificalis auctoritas et imperialis potestas. Inter que luminaria, sicut luminare maius est sol et luminare minus luna, sic spiritualis potestas est maior et imperialis minor. Propter hoc ego de utraque dignitate scribere volens, primo ago de pontificali, tanquam de luminari maiori quod preest diebus, id est spiritualibus, in prima pagina; post de imperiali tamquam de minori quod preest noctibus, id est temporalibus, in sequenti pagina.]

Et quia primo summo pontifici, id est Christo, in triumphanti[a] ecclesia tres ierarchie angelorum obsequuntur[b], et ad exemplar illius in militanti ecclesia circa vicarios ipsius tria genera cardinalium obsequentium ipsis sunt instituta[75]. De ipsis, quot sunt et qui sunt et ad quid sunt, in principio breviter est premittendum.

Numerus ergo ipsorum primordialis est[c] 51. Qui in tria genera distinguuntur[d], quia quidam[e] ipsorum sunt domno pape assidentes ut episcopi, quidam assistentes ut presbiteri, quidam insistentes ut diaconi. Episcopi enim in sollempnitatibus sunt domni pape assessores, unde[f] ipsi soli inter alios cardinales cathedris utuntur. Presbiterorum vero cardinalium quilibet suam septimanam servans, in missis et horis assistit domno pape. Diaconi vero cardinales insistunt ministeriis. Ipsi enim papam induunt eundemque sustentantes deducunt et ei circa altare deserviunt.

Sunt autem episcopi 7 secundum primitivam institucionem: videlicet Hostiensis, qui propter pape consecracionem dignior est aliis et palleo[g] utitur; episcopus Portuensis; episcopus Albanensis; episcopus Sabinensis; episcopus Penestrinus[h]; episcopus Sancte Rufine[i]; episcopus Tusculanus. Et isti[k] episcopi tamquam vicarii domni pape in dominicis diebus et festivis et precipuis sollempnitatibus in altari sancti Salvatoris Lateranensis debent deservire[76].

Presbiteri cardinales sunt 28 numero. Qui divisim per numerum septenarium[l] residuis 4 patriarchalibus ecclesiis sunt intitulati ad celebrandum. Isti 7 sunt intitulati ecclesie sancti Petri: videlicet cardinalis Sancte Marie trans Tiberim; Sancti Grisogoni[m]; Sancte Cecilie; Sancte Anastasie; Sancti Laurencii in Damaso; Sancti Marci; Sancti Martini in monte. Isti sunt 7 alii Sancti Pauli, qui debent in altari maiori deservire: videlicet cardinalis Sancte Sabine; Sancte Prisce; Sancte Balbine; Sanctorum Nerei et Achillei[n]; Sancti Sixti[o]; Sancti Marcelli; Sancte Susanne. Isti sunt 7[p] presbiteri Sancte Marie maioris: videlicet cardinalis Sanctorum Apostolorum; Sancti Cyriaci in Termis[q]; Sancti Eusebii; Sancte Potenciane; Sancti Vitalis; Sanctorum[r] Marcellini et Petri; Sancti Clementis. Isti sunt 7 cardinales Sancti Laurencii: videlicet Sancte Praxedis; Sancti Petri ad vincula; Sancti Laurencii in Lucina; Sancte Crucis in Iherusalem; Sancti Stephani in Celio monte; Sanctorum[r] Iohannis et Pauli; Sanctorum Quatuor Coronatorum.

Diaconi vero cardinales, ad ministerium domni pape deputati, sunt 16: videlicet Sancte Marie in Donica[s], et ille est archidiaconus aliorum; Sancte Lucie in circo Palacii[t] iuxta Septisolium; Sancte Marie nove; Sanctorum[u] Cosme et Damiani Palatii; Sancti Adriani Palatii; Sancti Georgii Palatii; Sancte Marie in scola Greca; Sancte Marie in porticu; Sancti Nicholai in carcere; Sancti Angeli; Sancti Eustachii[v]; Sancte Marie in Aquario[w]; Sancte Marie in Via Lata; Sancte Agathe; Sancte Lucie in capud Sabure[x]; Sancti Quirici.

Ostenso igitur quot sunt cardinales, quia 51, et qui sunt, quia episcopi, presbiteri vel diaconi suis titulis vel ecclesiis declarati[y], et ad quid sunt, quia ad domni pape et ad[z] 5 patriarchalium ecclesiarum ministerium, consequenter procedendum est ad pontifices, quibus deserviunt, incipiendo a primo summo pontifice Ihesu Christo.

Compilavi autem presens opusculum:

Ex cronicis Damasi pape de gestis pontificum.

Item et cronicis Orosii de gestis imperatorum.

Item ex cronicis Pauli Romani diaconi cardinalis ex[a] gestis utrorumque.

Item ex cronicis Bobini Sutrini episcopi de gestis utrorumque[b].

Item ex cronicis Gilberti[c] de gestis utrorumque[d].

Ex scriptis Titi Livii[e].

Item ex cronicis Orosii.

Item ex cronicis Damasi pape de gestis pontificum.

Item ex cronicis Bonici[f] Sutrini episcopi de gestis pontificum et imperatorum.

Item ex cronicis Pauli Romani diaconi cardinalis de[g] gestis utrorumque.

Item ex cronicis Richardi monachi Cluniacensis.

a) triumphali A. A*. 6a. 8. 10. 11. b) obsecuntur 1; obsequntur A. c) fuit A. d) distinguntur 1. e) *corr.* quidem 1. f) et 1. g) *sic* 1. A. h) prenestinus A. 2. i) ruffine 1. k) Isti etiam 1. l) septemnarium 1. m) *sic* 1. A; chrisogoni A*. 2; crisog. 3. n) archilei A. o) xisti 1. p) cardinales *inser.* A. q) in termas A*. A. 3; inter vias 1. r) sancti A. s) *sic* A. 2. 3. 7; domca A*; dominica 1. 5; dompnica 6. t) pallatii A *semper.* u) sancti A. v) custatii A. 5. w) aquiro *sol.* 9. x) sybure 2; saburre 10; S. Sabinae A*. y) suis titulis — declarati *in marg. add.* A. z) ad *deest* 1. a) *sic* A. A*. 1—3; de 4. b) Item ex cr. B. — utrorumque *des.* A*. 5. c) *sic* 1. 2. 5. gislberti A; gisilberti 3. 4. d) Item ex c. G. — utrorumque *des.* A.* 6. e) Ex — Livii *des.* 7, *sed inseruntur infra; des. omnino* 2a. f) boniti 5a; bobicii 2a. g) ex 7.

75) Sequentia de cardinalibus Richardum imitantur, cuius verba passim repetuntur; v. ap. Muratori, Ant. Ital. IV, 1112. 1113. 76) Haec fere ad verbum congruunt cum Richardo.

Item ex cronicis Richardi Cluniacensis monachi.

Item ex cronicis Gervasii.

Item ex cronicis Escodii[a].

Item ex cronicis Gothefridi[b] Viterbiensis.

Item ex cronicis fratris Vincencii Belvacensis.

Et aliqua[c] ex Decreto et ex passionibus sanctorum.

Item ex cronicis Gilberti[d] de gestis utrorumque.

Item ex cronicis Gervasii.

Item ex cronicis Escodii[e].

Item ex cronicis Gotefridi[f] Viterbiensis.

Item ex cronicis fratris Vincencii Belvacensis[g].

Et aliqua accepi[h] ex Decreto et quedam[i] ex passionibus sanctorum.

PONTIFICES.

1. Anno 42. Octaviani[k] Augusti natus est Ihesus Christus filius Dei in Bethleem Iude ex
Gilb. virgine Maria[77], nocte diei dominice[78]. Qui Salvator noster dominus[l] Ihesus Christus primus et summus pontifex sedit in hoc mundo annis 32, mensibus 3, iuxta illud euangelii[m]: *Ihesus erat incipiens quasi annorum* 30, hoc est: inceperat 30. annum, 13 diebus eiusdem anni peractis, quia eodem anno revoluto convertit aquam in vinum. Et in sequenti pascha incarceratus est beatus Iohannes baptista, et in alio pascha sequenti decollatus est. Crisostomus[n] tamen dicit super Matheum[79], quod Christus vixit plenarie 33 annis et tantum supra quantum est a nativitate usque ad pascha; et dicit ipsum plene complevisse 30 annos, quando venit ad baptismum[n], sic* dicens: *Post* 30 *annos venit Ihesus ad baptismum legem veterem soluturus. Et post vixit* 3 *annis integris et quantum fluxit a natali usque ad pascha, quod pro dimidio anno computatur.* Et ita secundum
Gilb. ipsum Christus vixit 33 annis et dimidio*. Fuerunt[o] igitur usque ad nativitatem Christi anni completi ab Adam 5199[p], et a condicione Romane urbis anni 752[80], ut ait Paulus diaconus in hystoriis Romanorum. Hoc ipso die quo natus fuit, trans Tiberim de taberna emeritoria fons olei e terra manavit ac per totum diem
Gerv. 2, 9. largissimo rivo fluxit. Tunc etiam circulus ad speciem celestis archus circa solem apparuit[81]. Tunc etiam statim ut virgo peperit, illa statua aurea corruit, quam in Romuliano palacio Romulus posuerat dicens: *Non cadet*[q], *donec virgo pariat*[82]. Anno etiam domini 17. Pilatus factus est preses in Iudea.

V. 7, 7. Et anno 19.[r] Iohannes[s] cepit predicare baptismum penitencie. Anno autem 32. idem Iohannes decollatus est.

V. 6, 91. Tertio decimo die a nativitate Domini venerunt magi Iherosolimam. Eodem anno, quo natus est, tulit eum
ibid. 95. Ioseph in Egiptum. Quo ingrediente corruerunt ydola Egypti iuxta vaticinium Ysaye. Et sicut traditur, non fuit
ibid. 103. in Egypto templum in quo non corruisset ydolum. Et in 7. anno a nativitate sua de Egypto revertitur in Iudeam. Porro de infancia Salvatoris et de operibus eius usque ad baptismum non legitur in euangelio, nisi quod Lucas dicit, quod duodenus remansit in Iherusalem, et post triduum inventus est a parentibus in medio doctorum in templo[t]. Legitur tamen in libro de infancia Salvatoris[83], quod Ihesu fugiente in Egyptum, cum sub una palma recubuissent, beata virgine matre pueri fame laborante, ad preceptum pueri se palma usque circa terram inclinavit et post collectionem fructus ipsius ad pristinum statum palma se erexit. Et etiam siciente Ioseph ibidem ex precepto pueri Ihesu arida terra fontem produxit. Legitur etiam ibidem quod, cum in eodem itinere in ore cuiusdam spelunce hospitati fuissent, ex eadem spelunca duo inmanissimi[u] drachones sunt egressi, ad quorum contuitum dum beata virgo et Ioseph nimio terrore concuterentur[v], ad preceptum pueri Ihesu drachones cum omni mansuetudine inclinatis capitibus deserta pecierunt; et quod etiam unus leo in ipso itinere adveniens usque in Egyptum ipsis obsequiosus fuit. [*Eo tempore Rome inventa sunt civium nonagies* 380 *milia que fuerunt computata sub Augusto*[w. 84].]

30. Christus baptizatur hic, eadem etiam die, ut dicitur[x], magi adoraverunt ipsum, revolutis annis quasi triginta. Et hac eadem die revoluto anno, ut fertur, convertit aquam in vinum.

33. Christus crucifigitur. Et* eodem anno, mense Augusti, tercia die Stephanus lapidatur*.

34. Et de Saulo Paulus efficitur. Post passionem Domini anno sequenti beatus Petrus apostolus, filius Iohannis,
Gilb. provincie Galilee de vico Bethsayda, frater Andree[85], tenuit sacerdotalem cathedram in partibus Orientis annis 4, ubi primam missam celebravit dicendo solummodo *Pater noster*.

a) Item ex cr. Escodii *des.* 1. b) gothefredi A; gotfridi 2; gothofredi 5. c) alia 3. d) *sic* 8. 9. 11. gilliberti 7; guilberti 6[a]. e) estodii 8. 9. 11. f) gothefridi 5[a]; godefridi *rell.* g) Item aliqua ex Tyto Livio *inser. hic* 7. h) accepi *deest* 7. 2[a]. i) quedam *deest* 7. 2[a]. k) octoviani 1. A. l) dominus noster 1. m) euangelium 1. n) Crisostomus — babtismum *in marg. alio calamo add. sed rubrica septa in* A. *) sic — dimidio *des.* A; *adsunt* A*. o) fuerant 1. p) 5129 *leg.* 1. q) cadat 1. r) 29 *leg.* 8 *cum Vinc.;* 30 *leg.* 9. 10. s) Ihoannes 1. t) Porro — templo *in* A. *videtur alio calamo, sane posteriore, scriptum, spatio tamen plenarie impleto.* u) maximi A; magni C. v) Ioseph terrerentur C. w) *add. al. calam.* A; *des.* A*. x) qua *inser.* A. *) Et — lapidatur *des.* A. A*.

77) *Anno* 42 — *Maria* aeque leguntur in Catalogo Cencii. 78) *nocte diei dominice* dicit Vinc. VI, 88. 79) Cf. Chrysostomum super Matthaeum homil. 10, ed Montfaucon VII, 139. 140. Qui tamen nequaquam dicit, Christum 33 annos et dimidium vixisse. Cf. etiam Vinc. VII, 7, qui et ipse Chrysostomum laudat, et Gilbertum. 80) Numerus 752 ex ipso Paulo desumptus est; Gilbertus hic habet 709. 81) Quae de fonte et de circulo narrantur iisdem verbis habet Catalogus Cencii. Primus haec portenta tradit Orosius VI, 18. 19. Cf. etiam sub Augusto. 82) Cf. praefationem ampliorem Ed. III. ubi agitur de palatiis Romae, supra p. 400. 83) Hic liber uberior fuit illo Arabico, cuius versionem Latinam dedit Tischendorf, Evangelia apocrypha. Cf. etiam Vinc. VI, 94, ex quo tamen noster hic non hausit. 84) Similia leguntur in B. C. sub Augusto imperatore in fine. 85) *beatus Petrus — Andree* ex Gestis pontificum.

Deinde venit Antiochyam anno 38. nativitatis Christi, ubi cathedram adeptus sedit annis 7. Inde venit Romam, ubi 25 annis, mensibus 7[86] et diebus 8 pontificatum tenuit. Hic scripsit duas epistolas, que canonice nominantur, et euangelium Marchi, quia eius auditor fuit et filius de[a] baptismo. Hic etiam fecit ordinaciones mense Septembri: episcopos 6, presbiteros 10 et diaconos 7. G. p.

Anno etiam[b] Domini 40. Matheus euangelium scripsit et anno 44. Marchus euangelium edidit, et fames valida fuit. Nec multo post apostolus Petrus Apollinarem mittit Ravennam[87], que tunc in Ytalia et magnitudine et populi frequencia post Romam famosior erat, Syrum Papiam, Marcum vero interpretem suum, postquam in Ytalia Aquileye scripserat euangelium, ad Egyptum destinavit, qui Alexandrinam primus fundavit ecclesiam[88]. Misit etiam in Gallias ad plures civitates plures discipulos, sicut sanctum Savianum[c], Potencianum[89], Altinium[d] et Marcialem[90], qui dicuntur fuisse de septuaginta duobus discipulis et alios plures per diversa Gallie loca et civitates.

Paulus vero sicut continetur in actibus apostolorum[91], propter apellacionem a Iudea Romam veniens, extra Urbem horreum publicum conduxit, ubi cum fratribus de verbo vite tractavit, et satis innotuit Urbi[e] de signis et prodigiis et sanctitate ipsius. Concursus quoque magnus fiebat ad ipsum de domo Cesaris. Nam et Neronis instructor[f] Seneca sibi valde familiaris extitit, ita ut, cum ore ad os sibi loqui non possent, se epistolis visitarent. Sed quia Paulus coram Nerone dixerat figuram mundi per ignem resolvendam, iussit omnes, qui per ipsum crediderant, igne cremari, Paulum vero tamquam maiestatis reum secundum humanas leges capite truncari[g]. Fuerunt discipuli beati Pauli apostoli viri egregii et illustres, sicut Timotheus, Tithus, Trophinus[h], Onesimus[i] et multi alii, quos ad diversas partes mundi predicacionis causa direxit. [*Hic Paulus* 2. *anno Neronis a Festo procuratore Iudee vinctus Romam mittitur*[k. 92].] V. 9, 9. ibid. 17. ibid. 9, 49.

Beatus Petrus apostolus primus instituit[l] ante pascha Domini quadragesimale ieiunium[93] et ante natale tres ebdomadas et quartam inperfectam ab omni christiano populo instituit venerari, in commemoracionem primi et secundi adventus domini nostri Ihesu Christi. De quorum pontificatu et morte ipsorum scribit Gelasius[m] papa dicens: Sancta Romana ecclesia nullis[n] synodicis constitutis ceteris ecclesiis prelata est, sed euangelica voce Domini et salvatoris nostri primatum obtinuit dicentis: *Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.* Cui data est societas beatissimi Pauli apostoli, qui non diverso, ut heretici garriunt, sed uno tempore eodemque die in urbe Roma cum Petro sub Cesare Nerone[o] agonizans coronatus est. Et pariter predictam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt ac ceteris urbibus in universo mundo sua corporali presencia ac venerando triumpho pretulerunt. Et pro tanto Romana sedes prior est omnium dignitate, licet Antiochena sedes prior sit tempore[p]. Passi sunt autem Petrus et Paulus ultimo anno Neronis: Petrus quidem in via Aurelia ibique sepultus iuxta palacium Neronianum in Vaticano ubi crucifixus est, Paulus vero ad aquas Salvias in via Hostiensi[q]. Bon. V. 9, 22. Gilb. G. p.

Tempore[*] autem Cornelii pape Greci furati[r] corpora sanctorum apostolorum, ut ipsa in Greciam[s] deferrent, asportabant. Sed demones habitantes in ydolis divina coacti virtute clamabant: *Viri Romani, succurrite, quia dii vestri auferuntur.* Fideles hoc intelligentes de apostolis, infideles vero de suis diis, multitudo adunata fidelium et infidelium illos persequitur. Quod videntes Greci apud cathacumbas apostolorum corpora in puteum proiecerunt. Sed a beato Cornelio papa sunt inde extracta. Sed cum in dubium verteretur, que essent ossa Petri vel Pauli, orantibus fidelibus et ieiunantibus, divinitus responsum habuerunt, quod maiora ossa sunt predicatoris, minora vero piscatoris. Que tamen post beatus Silvester dicitur cum lance equaliter ponderasse et consecrando utriusque ecclesiam in utraque utriusque ossa collocasse[*·94].

Linus Ytalicus de regione Tuscie patre Esculano[t] sedit annis 11, mensibus 3 et diebus 13.

Hic ex precepto beati Petri apostoli constituit, ut mulier in ecclesiam[u] velato capite intraret. Hic martirio coronatus est, sepultus in Vaticano iuxta corpus beati Petri 9. Kal. Octobris. Dicunt quidam, qui de cathedra Romane ecclesie diligencius perscrutati sunt, quod Linus et Cletus non sederunt ut pontifices, sed ut summi pontificis coadiutores, quibus in vita sua beatus Petrus unam credidit ecclesiasticarum rerum dispensacionem[v]. Ipse vero tantum oracioni et predicacioni vacabat, propter quod tanta auctoritate dotati, meruerunt in cathalogo[w] pontificum poni. Clementem vero ipse beatus Petrus successorem sibi constituit. Hic beatus pontifex Linus cum demones effugaret, mortuos suscitaret et innumerabilia miracula faceret, et multos baptizaret, et cum etiam Saturnini consulis, qui ipsum captivaverat, filiam a demone liberasset, Saturninus consul, credens hoc magicis artibus fieri, ipsum diversis penis afflictum[x] decollavit[95]. Et licet corpus eius primo fuerit in Vaticano sepultum, post tamen a Gregorio G. p. V. 9, 22.

a) in 1. b) Domini *deest* 1. c) Savinum 1; Savinianum 9. 10. d) *ita* 1. 6. 7. 8; Altimum A. 3. 8; Alrinium 5. e) ubi *male* 1. f) instru‖ctor *fol.* 2′ *in* A. g) *abhinc incipit* 7. h) Trophimus A. 2. 3. i) Onesius A. k) *add.* A *alio calamo; deest in* A*. *Pergit* A *ad a.* 58, *quod postea linea atramento ducta ad a.* 70 *tractum est:* Petrus et Paulus passi sunt. Petrus quidem sepultus est via aurea in templo Apollinis iuxta locum ubi crucifixus est, iuxta palatium Neronianum in Vaticano, iuxta territorium triumphale 3. Kal. Iulii (*sic et* A* *sed inferius in linea a.* 68). De quorum pontificatu — pontifex dicitur. Beatus Petrus — Iesu Christi. l) instituit *deest* 1. m) *correctum in* Pelagius *in* A; *quod etiam in* 9. n) in illis 1. o) successore Neronis *eadem manus in marg. corr.* 1. p) pretulerunt. Pro tanto et Romanus pontifex summus pontifex dicitur *leg.* A. A*. q) *pro* Passi — Hostiensi *leg. hic* A*: Petrus et Paulus — Kal. Iulii, *quod v. supra not.* k. *) Tempore — ossa collocasse *des.* A. A*. r) furari voluerunt 1. s) Grecia 1. t) Herculano *sol.* 1. u) ecclesia 1. v) disposicionum 1. w) cathologo 1. x) affectum A.

86) Numerus 7 non cum Gestis pont., sed cum Catal Cencii concordat. 87) secundum Vinc. X, 7. 88) secundum eundem VIII, 92. 89) secundum eundem IX, 41. 90) secundum eundem IX, 39. 91) Act. apost. 25, 10. 92) Hoc secundum Vinc. IX, 5. 93) Hoc ex Bonizone haustum videtur, qui tale sub Telesphoro narrat. 94) Haec narratio fere ad verbum concordans legitur etiam in Iacobi de Voragine Legenda aurea sub S. Petro. 95) Haec narratio legitur in Breviario Romano, fortasse e legenda quadam desumpta.

Hostiensi episcopo cum magna sollempnitate cleri in Hostiam est deportatum et in ecclesia maiori scilicet, sancti Laurencii reconditum.

Cletus nacione Romanus de regione Vico Patricio patre Emiliano sedit annis 11,
G. p. mense 1 et diebus 11[a]. Hic ex precepto beati Petri 25[b] presbiteros ordinavit in urbe Roma mense Decembris. Sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano[c] 6. Kal. Maii, et cessavit episcopatus diebus 35[d]. Hic pontifex invenitur primus posuisse in litteris suis salutem et apostolicam benedictionem. Hic etiam pontifex omnibus populis scribens approbat et commendat peregrinaciones ad sanctos et maxime ad limina sancti Petri, asserens quod validior est ad salutem sancti Petri visitacio, quam duorum annorum ieiunium. Et illos cum anathemate execratur[e], qui visitacionem predictam impediunt vel dissuadent[f].]

Clemens nacione Romanus de regione Celio monte ex patre Faustino sedit annis 9, mensibus 2, diebus 10. [*Hic constituit canonem misse, et ut episcopus electione cleri et laude plebis constitueretur*[g. 1].]

G. p. Gilb. Hic dum multos libros christiane religionis scriberet, martirio coronatus est. Hic fecit 7 regiones dividi notariis, qui gesta martirum unusquisque per regionem suam diligenter perquireret. Hic quamvis[h] a beato Petro esset electus, tamen coegit Linum et Cletum ante se pontificari, et ita est ipse primus post Petrum per electionem, tercius vero per gradum.

V. 9, 37. Unde[i] ipse scribit in epistola ad Iacobum Iherosolimitanum dicens: „Symon Petrus tempore, quo finem vite sibi imminere presensit, in conventu fratrum positus apprehensa manu mea sic dixit: *Fratres hunc Clementem*[k] *episcopum vobis*[l] *ordino, qui michi ab inicio usque ad finem comes*[m] *in omnibus fuit.* Cumque ego ad pedes procidens, declinarem cathedre honorem, respondit: *Tu peccati*[n] *periculum timens fugis cathedram. Certus esto, quia amplius peccas, qui populum Dei velut in fluctibus positum, cum possis iuvare, subterfugis, tui tantummodo consideracionem habens, et non quod in commune expedit providens.*“ Huius corpus circa Cersonam, ubi exilio relegatus fuerat, in mare Ponticum proiectum diu iacuit. Sed post multorum annorum curricula mari ab illo loco recedente a beato Cyrillo Moravorum episcopo et pene omnium Sclavorum[o] apostolo divinitus est repertum et delatum est tempore primi Nicholai pape Romam[p] et in ecclesia sancti Clementis per papam et populum Romanum[q] honorifice reconditum. In qua ecclesia et beatus Cyrillus post paucos dies diem claudens extremum tumulatur

Bon. miraculis coruschando[2]. [Hic Clemens statuit, ut cathedra episcopalis in eminentiori loco debeat statui, in qua residens episcopus omnes circumspicere possit et ab omnibus circumspici. Hic etiam statuit[3], ut baptizatus, prout citius potest, confirmetur, quia aliter non esset perfectus christianus, qui confirmacionem non necessitate sed incuria aut voluntate omitteret[r].]

Anacletus[s] nacione Grecus de regione Athenis ex patre Antiocho sedit annis 9, mensi-
G. p. bus 2, diebus 10[t], et cessavit episcopatus diebus tresdecim. Hic memoriam beati Petri construxit et composuit seu alia loca, ubi episcopi traderentur[u] sepulture. Sepultus est iuxta corpus beati Petri 3. Idus Iulii[v].

Gilb. V. 8, 93. Hic constituit, ut clericus nec comam nec barbam nutriat. De[w] isto tacet Eusebius in cronicis et dicit, quod Anacletus ipse est qui et Cletus. Sed Damasus papa in cronica Romanorum pontificum, quam scribit Iheronimo, ponit eos diversos et dicit, quod Cletus fuit nacione Romanus, Anacletus autem nacione Grecus. Non solum autem in hoc, sed etiam in pluribus aliis cronica[x] Eusebii dissentit ab aliis[y] cronicis. Hic[*] etiam beatus pontifex per epistolam suam omnes fideles monuit, ut presbiteri pre ceteris honorentur, dicens quod[4] deo sacrificantes non debent vexari, sed portari atque ab omnibus venerari. Voluit etiam[5], ut presbiteri, quando sacrificant, testes secum habeant maxime episcopi, ut domino perfecte sacrificare probentur[*].

Euaristus nacione Grecus ex patre Iudeo nomine Iuda de civitate Bethleem sedit
G. p. annis 10, mensibus 7, diebus 2, et cessavit episcopatus diebus 18[z]. Hic titulos in urbe Rome divisit presbiteris, et septem diaconos constituit, qui custodirent episcopum predicantem propter stilum erroris[6], qui[a] posset imponi episcopo ab emulis et sic infamaretur episcopus et verbo divino[b] detraheretur ab insidiatoribus[7]. Constituit etiam[8], ut a parentibus coniugium publice sponsetur, et demum a sacerdote
G. p. benedicatur sollempniter[c]. Hic martirio coronatur sub persecucione[d] Traiani. Qui sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

Alexander I.[e] nacione Romanus ex patre Alexandro de regione Capri Tauri sedit
G. p. annis 8, mensibus 5, diebus 2, et cessavit episcopatus diebus 35. Hic constituit aquam aspersionis
V. 10, 73. cum sale benedici, et[f] in habitaculis[g] hominum aspergi. Hic sub Adriano imperatore missus est in carcerem, et
G. p. Hermes prefectus Urbis, qui per eum crediderat, atque Euencius presbiter et Theodulus[h] diaconus. Qui cum papa Alexandro et cum pluribus aliis diversis penis afflicti martirio coronantur. Alexander autem papa tunc in via
Bon. Numentana sepultus, post in ecclesiam sancte Sabine est translatus[9]. Hic[i] ob memoriam passionis Christi in canone

a) mense 1, d. 11; *des.* 8. 9. b) 21 *leg.* 8—10. c) martirio coronatus *add.* C. d) 36 *leg.* 1. e) execrare 6. f) *uncis inclusa addit* C. g) *in marg. hoc loco adiect. in* A; *des.* A*. h) quamvix 1. i) *alius calamus incipit in* A. k) in *inser.* 1. l) urbis 1. m) michi *abundat* 1. n) peccasti 1. o) Solavorum 1. p) Romani 1. q) Romanorum 1. r) Hic Clemens — omitteret *des.* 5. s) *fol.* 3′ *in* A. t) dieb. 10 *des.* 1. u) redderentur A. v) *add.* 6 *e Bonizone:* Hic martirio coronatus sepultus est in Vaticano. w) *alius calamus incip.* A. x) cronicis 1. y) illis 1. 3. 5. *) Hic — probentur *des.* A. A*. z) 13 *leg.* A. a) *al. calam.* A. b) non *male add.* 1. c) solenniter A. d) persequtione 1 *semper.* e) *numerus ut semper superscriptus in* A, *deest semper in* 1. f) *al. calam.* A. g) abitaculis A. h) Teodolus A; Theodolus 3. i) *hic rursus al. calam. in* A.

1) ex Bonizone. 2) Eandem narrationem v. infra sub Nicolao I. Desumpta est ex translatione S. Clementis, v. Acta Sanct. Boll. 9. Mart. II, 19 sq. 3) V. Decreta Clementis Pseudoisidoriana ed. Hinschius c. 79. 4) V. Decreta Anacleti c. 9. 5) V. ibid. c. 9. 10. 6) *stilum erroris* ex Gilberto; Gesta pont. habent *stilum veritatis.* 7) *verbo — insidiatoribus* ex Decret. Euaristi c. 1. 8) V. ibid. c. 2. 9) De hac translatione sub Eugenio II. facta cf. Acta Sanct. 3. Mai. I, 370.

addidit: *Qui pridie quam pateretur* usque *hoc est corpus meum.* Hic etiam statuit[a], ut vino aqua in missa misceretur[b] ad designandam unionem Christi et ecclesie, et[c] ut oblacio fieret ex azimo[d] et in modica quantitate, dicens: *Hec oblacio quanto pocior, tanto rarior*[e.10].

Syxtus I. nacione Romanus ex patre Pastore de regione Via lata sedit annis 10, mensi- 129.
bus 3, diebus 21[f], et cessavit episcopatus diebus 2[g]. Hic constituit ut diceretur: *Sanctus, sanctus, sanctus* Gilb.
dominus deus[h] et cetera in missa, et ministeria sacrata[i] non tangerentur nisi a ministris. Iste foris portam Apiam G. p.
decollatus fuit, ubi Dominus apparuit Petro[k]: *Domine, quo vadis?* Sepultusque est in Vaticano iuxta corpus
beati Petri. Huius[l] temporibus dum seviente ubique persecucione[m] christianorum paucissimi invenirentur qui se dicerent V. 10, 75.
christianos, christianis in Gallia poscentibus, ut ipsis aliquem virum dirigeret, qui pene iam extinctam lucernam fidei
reaccenderet, misit Peregrinum episcopum genere Romanum ipsi plures[n] alios associando. Qui Peregrinus multis ad fidem
conversis, ibidem martirio coronatur. Hic[o] constituit, ut corporale non fieret ex serico, sed de purissimo lino contexto Bon.
non tincto, et ut mulier sacra vasa altaris et pallas non tangeret. Hic* etiam statuit, ut quicumque episcoporum vocatus G. p.
fuisset ad sedem apostolicam rediens ad ecclesiam suam non susciperetur nisi cum litteris papalibus*. [Hic sepultus est Bon.
prope altare sancti Petri in sepulcro in quo requiescunt Linus et Cletus et Anacletus et Euaristus, et[p] tantorum
martirum altare quod est super eos solius[p] sancti Sixti nuncupatur.]

Thelesforus[q] natus[r] ex Anachorita[s] sedit annis 11, mensibus 3, diebus 22, et cessavit 139.
episcopatus diebus 7[t]. Hic constituit, ut 7 ebdomadas ante pascha ieiunium celebraretur, et ut missam ante[u] G. p.
terciam nullus canere presumeret[v]. Et constituit canere hymnum angelicum[w] ante sacrificium, et in natali[x] Domini
cantari[y] tres missas cum *Gloria in excelsis Deo*[11]. Hic[z] martirio coronatur et[a] in Vaticano iuxta corpus beati Petri
sepelitur 4. Nonas Ianuarii. Septem autem ebdomadarum ieiunium plene ieiunandum maxime clericis precepit
dicens[12]: *Sicut discreta debet esse vita clericorum a laicorum conversacione, ita et ieiunii debet esse discrecio. Has ergo septem ebdomadas omnes clerici*[a*] *a carnibus et deliciis ieiunent.* Tres missas autem in natali[b] Domini instituit: primam Bon.
in pullorum cantu proximante media nocte, quando Christus in Bethlehem nasci dignatus est, secundam inlucescente
aurora, quando Christus in cunabulis a pastoribus est adoratus, terciam missam ipsa hora diei tercia, quando illuxit
nobis dies redempcionis nostre. Hic* martirio coronatur et sepultus est apud Sanctum Petrum* [in Vaticano[c]].

Yginnus[d] nacione Grecus de Athena, cuius genealogia non invenitur, sedit annis 4, 150.
mensibus 3, diebus 6, et cessavit episcopatus diebus 3. Hic clerum composuit et gradus distribuit. G. p.
Hic sepultus est in ecclesia beati Petri[e]. Hic constituit, ut unus patrinus vel patrina suscipiat levatum[f] a fonte Bon.
baptismi, similiter et in confirmacione et in catezizacione[g]. Hic martirio coronatur[h]. [Hic scripsit[13] fidelibus omnibus
generalem epistolam, de Deo trino et uno et Dei Filii incarnacione plenariam fidem continentem catholicam[i].] Hic* etiam
statuit[14], quod excepto Romano pontifice nullus metropolitanus audiat causam episcopi sue provincie, nec
eum condempnet, nisi causa in conspectu episcoporum suorum conprovincialium[k] fuerit ventilata*.

Pius nacione Ytalicus de civitate Aquileia ex patre Ruffino[l], sedit annis 11, mensibus 4, 154.
diebus 21, et cessavit episcopatus diebus 14. Sub cuius episcopatu Hermes librum scripsit, in quo man- G. p.
datum continetur, ut resurrectio dominica non celebretur nisi in dominica die. Hic constituit, hereticum venientem ex
Iudeorum heresi suscipi et baptizari. Hic[m] fecit ordinaciones 5, et martirio coronatus, sepultus est iuxta corpus beati
Petri in Vaticano. Huius[n] tempore Policarpus episcopus Ephesinus, Iohannis apostoli discipulus, Romam veniens[15], Bon.
multos ab heretica labe revocavit, qui Valentini et Cerdonis[o] fuerant doctrina corrupti[16]. Hiis temporibus Bon.
fuerunt Rome sanctissime[p] due virgines Potenciana et Praxedis[q]. Quis* autem fuerit predictus Hermes, idem
papa in epistola sua demonstrat dicens: „Istis temporibus Hermes doctor fidei et scripturarum effulsit inter nos, et D. P. c. 1.
licet pascha Domini die dominica celebremus et quidam inde dubitant, ad corroborandas animas illorum eidem Hermeti
angelus Domini in habitu pastoris apparuit et precepit, ut pascha Domini die dominica ab omnibus[r] celebraretur, quod
et nos auctoritate apostolica pronunciamus“*.

Anicetus[s] nacione Syrus ex patre Iohanne de vico Mirra[t] sedit annis 9, mensibus 3, 165.
diebus 4, et cessavit episcopatus diebus 15. Hic[u] constituit, ut clericus non nutriat comam nec[v] barbam G. p.
et ut haberet coronam in[w] modum sperule[17]. Hic constituit[18], ut episcopus consecrari non debeat nisi ad minus
a tribus episcopis, nam et[x] apostoli, sicut ipse asserit, hoc servaverunt. Si autem archiepiscopus est
consecrandus, omnes comprovinciales episcopi debent[y] adesse, sicut omnes tenentur ei obedire. Item

a) constituit A. b) aqua misceretur in sacrificio A. c) item statuit ut A. d) non ex fermento *add.* A. e) *sic* B; quanto potior tanto parcior A; tanto potior quanto rarior A*; quanto rarior tanto pocior C. f) 22 *leg.* 1. g) ep. mensibus 2 *leg.* 1. h) sabaoth A. i) sancta 1. k) dicenti *add.* 10; et dixit 9. l) *al. calam.* A. m) persequc. 1 *semper.* n) pluresque 1; plerosque A. 6. o) *rursus al. calam.* A. *) Hic — papalibus *des.* A. A*. p) et cum tanti martires sint cum eo, altare solum 6. q) Thalesf. 1. r) natione Grecus A; natione Romanus 8. 9. 10. s) Anachorista 1. t) 8 *leg.* 1. u) post 1. v) nisi esset ieiunum *add.* 1. w) *in marg.* A. x) natale 1. y) cantare 1. z) Hic — Ianuarii *des.* C. a) *al. calam. in* A. a*) ac laici *male add.* 1. b) natale 1. *) Hic — Petrum *des.* A. A*. *et* 4. 1. c) *uncis inclus. add.* C. d) *sic* A. 3. 7; Hyginius A*; Ygimius 1; Yginus 2. 4. *al. al.* e) Hic sep. — Petri *des.* A. f) *fol.* 4' *in* A. g) fiat *add.* A. h) coronatus sepultus est in ecclesia S. Petri A. i) *uncis inclus. add.* C. *) Hic — ventilata *des.* A. A*. k) provincialium 1. l) Rufino A. 3. m) *al. calam. in* A. n) *rursus al. calam. in* A. o) Terdonis A. 3. 5. p) sacratissime 1. q) braxedis A. *) Quis — pronunciamus *des.* A. A*. r) ab omn. *desunt* 1. s) Anacletus 1; *Anicetus in* A *in lin. a.* 163 *incipit, cum quo etiam linea rubra coniunctus est, sed linea atramento post ducta ad a.* 165 *trahitur; in* A* *ad a.* 166 *ponitur.* t) Murra 1. u) *al. calam. in* A. v) neque 6. 11. w) ad 1. x) et *deest* 1. y) dedebent 1.

10) *ut vino — rarior* ex Decret. Alex. c. 9. 11) *et in natali — Deo* ex Gilb. 12) V. Decret. Telesfori c. 1. 13) Decret. Ygini c. 1. 14) Decret. Ygini c. 2. 15) Haec leguntur apud Bonizonem sub Aniceto. 16) Cf. Vinc. X, 93. 17) *ut haberet — sperule* ex Gilberto. 18) Decret. Aniceti c. 1.

statuit[19], ut si aliquis episcopus habeat aliquid erga suum archiepiscopum, non alias esset[a] deferendum
G. p. nisi ad primatem vel ad sedem apostolicam. Hic sepultus est in via Apia in cymiterio Calixti. Hic* etiam statuit[20], ut nulli archiepiscopi primates vel patriarche[b] vocentur, nisi illi qui primas tenent civitates, quarum episcopos apostoli vel successores eorum regulariter patriarchas vel primates[c] esse constituerunt, sed metropolitani nominentur*. [Eodem tempore Hireneus nacione Grecus doctor eximius Lugdunensem gubernabat ecclesiam d. 21.]

175. Sother[e] nacione Campanus ex patre Concordio de civitate Fundana sedit annis 9,
G. p. Gilb. Bon. mensibus 3, diebus 21, et cessavit episcopatus diebus 22. Hic constituit, ut nulla monacha pallas sacratas tangeret nec incensum poneret in sancta ecclesia, et ut velum portet[f]. Constituit etiam[g], ut legitima non habeatur uxor, nisi per sacerdotem fuerit benedicta et a parentibus fuerit sollempniter tradita et a paranimphis custodita,
V. 10, 112. cavens multis periculis, que solent circa matrimonium contingere[h]. Hic martirio coronatus sepultusque est in Vaticano in ecclesia sancti Petri[22]. Huius temporibus Cathafrige heretici exorti sunt, qui a Frigia provincia, unde originem habuerunt, nominati sunt[i]. Hii Spiritum sanctum nec apostolis nec aliis datum asserunt, nisi tantum ipsis. Quorum auctores fuerunt Montanus, Prischa et Maximilla.

184. Eleutherius[k] nacione Grecus ex patre Habundio de oppido Nycopolis sedit annis 15,
G. p. mensibus 6, diebus 5, et cessavit episcopatus diebus 6. Hic accepit epistolam a Lucio rege Britannico, ut christianus per eius mandatum fieret. Et hoc iterum firmavit, ut nulla esca, que fieret usualis, a christianis repudiaretur
Gerv. 2, 17. maxime fidelibus, que rationabilis et humana esset. Cui[l] papa misit duos religiosos viros, videlicet Fuganum et Dimianum[m], qui regem predictum baptizaverunt et populum. Erant tunc in Britannia 28 pontifices ydolorum, quos flamines vocabant, inter quos tres archiflamines erant. Sed predicti sancti de mandato
G. p. apostolici, ubi erant flamines, instituerunt episcopos, et ubi archiflamines, instituerunt archiepiscopos. Hic, quod
V. 10, 112. apostoli firmaverant, suo decreto renovavit, ut videlicet a christianis nulla esca repudiaretur, que rationabilis esset et humana. Hic martirio coronatus[23], sepultus est in Vaticano apud sanctum Petrum[n]. Huius tempore Apollinaris[o] Herapoli et Dionisius Corinthi[p] clarissimi habentur episcopi. Hic* etiam beatus pontifex statuit[24], ut nullus a suo gradu deiceretur nisi primum esset accusatus, asserens, quod dominus noster Ihesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non fuit accusatus, ideo non est deiectus et quicquid interim inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit. Prohibuit etiam[25], ut absente eo, cuius causa ventilatur, sentencia nullatenus proferatur*.

199. Victor I.[q] nacione Afer ex patre Felice sedit annis 10, mensibus 2, diebus 10, et
G. p. cessavit episcopatus diebus 12. Hic constituit sanctum pascha die dominica celebrari[r]. Hic ad sacerdotum
V. 10, 124. interrogacionem de termino paschali celebravit concilium. Celebratum[s] est autem hoc concilium in[t] Alexandria Palestine, cui interfuit ipse papa Victor, Narcissus[u] patriarcha Iherosolimorum, Theophilus quoque Cesaree episcopus et Hyreneus episcopus Lugdunensis. Ubi statutum est, ut semper die dominica pascha celebraretur, observata[v] quartadecima luna mensis Aprilis usque ad vicesimam primam[26]. Multi enim tunc episcopi Asie[w] et Orientis cum Iudeis pascha celebrabant.
G. p. Hic constituit, ut necessitate faciente quicunque hominum sive in flumine sive in fontibus sive in mari, tantum christiana confessione[z] credulitatis clarificata, baptizaretur. Hic sub Severo principe martirio coronatur[y] sepultusque est apud sanctum Petrum in Vaticano. Cuius festum agitur 5. Kal. Augusti.

209. Zepherinus[z] nacione Romanus ex patre Habundio[a] sedit annis 9, mensibus 6, diebus 10,
G. p. et cessavit episcopatus diebus 6. Hic constituit in presencia omnium clericorum et laicorum fidelium, ut omnes christiani 12[b] annorum heucharistiam in die pasche accipere deberent, et fecit
G. p. statutum in ecclesia, ut omnia vasa altaris essent vitrea vel stagnea[c. 27]. Sepultus est in cymiterio Calixti pape in via Apia.

V. 9, 19. Eo[d] tempore Alexander episcopus Capadocie, cum causa devocionis[e] Iherosolimam venisset, vivente adhuc Narcisso[f] eiusdem[g] urbis episcopo in etate senili, ipso tunc moriente, idem Alexander[h] in episcopum per revelacionem ibidem eligitur. Hic* etiam Zepherinus[i] statuit[28], ut patriarcha vel primas vel metropolitanus contra accusatum episcopum sentenciam non proferant, nisi prius fulti auctoritate apostolica[k]; et[29] ut ordinaciones presbiterorum ac levitarum tempore statuto et multis coram astantibus sollempniter fierent de approbatis et doctis viris*.

218. Calixtus I. nacione Romanus ex patre Demetrio de regione urbe Ravennata[m] sedit
G. P. annis 5, mensibus 2, diebus 10, et cessavit episcopatus diebus 6. Hic fecit basilicam sancte Marie

a) *sic correxi ex* esse A. 1. 2. 5. 6; *deest* 3; est *rell. codd.* *) Hic — nominentur *des.* A. A*. b) vel patriarche *des. in* C *excepto* 6. c) vel primates *des. in* C *excepto* 6. d) Eodem — ecclesiam *des.* 5. e) Lother 1. f) et — portet *des.* 1. g) Hic constituit A; *al. calam. incip.* h) contingi 1. i) nomen receperunt A. k) Eleuterius 1. l) *al. calam. in* A. m) Dumanum A; Dymianum 1; Damianum 8. 9. n) apud s. Petrum *des.* A; *pro* apud *leg.* iuxta 1. o) Apolinaris A. p) coronati 1; Chorinti A. *) Hic — proferatur *des.* A. A*. q) primus *ins.* 6. 9. r) celebrare 1. s) *fol.* 5' *et al. calam. in* A. t) in *deest* 1. u) Narcissinius 1. v) quadragesima et *inser.* 1. w) Cesaree *male* 1. x) confexione 1. y) et in ecclesia S. Petri tumulatur *al. calam. add. in* A, *reliqua des.* z) Stephanus 1. a) Abundio *hic* A. b) 14 *leg.* 1. c) nam ante erant lignea *in marg. add. alia ut videtur man.* A. d) *al. calam in* A. e) cum ex desiderio locorum sanctorum A. f) Narciso 1; Narcyso *hic* A. g) eius 1. h) id. Alex. *des.* A. *) Hic — viris *des.* A. A*. i) Stephanus 1. k) essent *add.* 1. m) Ravennantium A *cum Cenc.;* de origine urbis Ravennate 1.

19) Decret. Aniceti c. 4. 20) Decret. Aniceti c. 3. 21) ex Bonizone. 22) Hic locus sepulturae forte secundum Bonizonem: *hic iacet in sepulchro cum fratribus suis.* 23) *Hic martirio coronatus* ex Bonizone. 24) Decret. Eleutheri c. 3. 25) ibidem c. 5. 26) *usque ad vic. primam* ex Gestis pont. 27) *ut — vitrea* ex Bonizone. 28) Decret. Zepherini c. 2. 29) ibidem c. 14.

trans Tyberim et constituit ieiunia 4 temporum. Hic[a] fecit cymiterium in via Apia, quod modo vocatur cymiterium Calixti[30], ubi quam plurima multitudo martirum est sepulta. Hic[b] martirio coronatur et sepultus est in cymiterio suo. [Huius tempore pars Capitolii divino incendio concremata est, et sinistra manus Iovis aurea fulmine liquefacta est.[c. 31]]

Urbanus I. nacione Romanus ex patre Ponciano sedit annis 8, mensibus 11, diebus 12, 223.[d]
et cessavit episcopatus diebus 30[e]. Hic de regione Via lata, fecit ministeria sacrata omnia argentea G. P.
vel aurea vel stagnea[32], et convertit multos ad baptismum, et etiam Valerianum nobilissimum virum sponsum sancte Cecilie[f], quos usque ad martirii palmam perduxit. Hic[g] Urbanus, genere nobilis, ab infancia christianus, virtute abstinencie V. 11, 25.
et castitatis ornatus, persecucione adhuc seviente successit Calixto pape, qui dignitatis officium virtutum studiis adornans, multociens proscribitur ex Urbe, sed a fidelibus clam revocatus dum predicacioni et baptizacioni fidelium insisteret, capitur et post carceris scalorem decollatur. [Et sub eodem altari cum Cecilia Tiburcio, Valeriano et Maximo[h] sepelitur[33]. Huius tempore primum cepit Rome ecclesia predia possidere, de quibus sanctus Urbanus clericis et notariis, qui gesta martirum conscribebant, sumptus deputabat. Ante enim vivebat ecclesia ad instar apostolorum, pecuniam tantum recipiens pro egenis[i]. Bon.

Poncianus sedit annis 5, mensibus 2, diebus 2[l], et cessavit episcopatus diebus 10. 231.[k]
Hic nacione Romanus ex patre Calpurnio[m] portatus fuit in exilium in insulam Sardinie, martirio coronatur. Quem[n] G. P.
beatus Fabianus adduxit per navim Romam et sepelivit in cymiterio Calixti in via Apia. Ponciano dicitur successisse Cyriacus papa et sedisse[o] anno 1 et 3 mensibus, sed quia contra voluntatem cleri cessit de papatu, V. 20, 41.
Anteros substituendo, et cum 11 milibus virginum[p], quas Rome[q] baptizaverat, Agrippinam[r] tendendo, non est positus in catalogo[s] pontificum. Credebant[*] enim plerique[t] eum non propter devocionem, sed propter oblectamenta virginum papatum dimisisse, cum tamen ipse virgo existens cum virginibus martirio fuerit coronatus, sicut legitur in legenda virginum[*].

Anteros vel Anterius[u*] nacione Grecus[v] sedit annis 3[w], mense 1, diebus 15[x]. Hic con- 237.[u]
stituit, ut episcopi de sede in sedem transferri possent et ut[y] gesta martirum scriberentur. Hic[z] martirio coronatus sepultus G. p.
est in cymiterio Calixti.

Fabianus nacione Romanus ex patre Fabio sedit annis 13, mensibus 12[b], diebus 11, et 240.[a]
cessavit episcopatus diebus 7. Hic fuit[c] de regione Celii[d] montis.

B.

Iste Fabianus cum de quodam loco cum amicis suis reverteretur, papa defuncto, et accessisset ad populum, qui de futuri pape electione tractabant, rei exitum exspectans, subito candida columba de celo descendens super caput eius resedit dicens: *Rome episcopus ordinaberis*[34]. Qui sic divinitus electus, statuit 7 notarios ut gesta martirum scriberent[35]; et ut omni anno in cena Domini consecraretur crisma[36]. Martirio coronatur, sepultusque est in cymiterio Calixti[e.37].

A. C.

Iste divisit regiones diaconis et fecit 7 subdiaconos, V. 11, 36.
qui 7 notariis imminerent, ut gesta martirum in integrum colligerentur; et ut omni anno in cena Domini consecraretur crisma. Martirio coronatur 4. Kal. Februarii, sepultus est in cimiterio Calixti via Apia. Fabianus[f] iste cum de quodam loco cum amicis suis reverteretur, papa defuncto, et cum de futuri pape electione populus loqueretur[g], affuit inter ipsos exitum rei expectans et subito candida columba super caput eius descendit de celo, dicens: *Rome episcopus ordinaberis.* Qui sic divinitus electus post laudabilem vitam a Decio pro fide decollatur[h].

Novacianus[k] hereticus presbiter ecclesie Romane ambiens episcopatum hereticus factus est tempore Decii. 246.[i]
Contra quem concilium in urbe Roma celebratum est 60[l] episcoporum. Hic[m] enim hereticus lapsis spem venie V. 11, 41.
denegabat, unde in concilio hoc reprobando statuerunt, ut lapsis misericorditer venia promitteretur, dummodo per penitenciam revertantur.

Cornelius[n] nacione Romanus ex patre Iustino sedit annis 3, mensibus 2, diebus 10. 252.
Hic constituit ut sacerdotes, si vellent, pro certa causa iurare possent. Hic[o] rogatus a sancta Lucina corpora beati Petri Gilb.
et Pauli de cathacumbis[p] levavit, et Lucina corpus beati Pauli posuit in predio suo in via Hostiensi[q] iuxta. Beati autem G. p.
Petri corpus beatus Cornelius[r] posuit iuxta locum[s], ubi fuit crucifixus, in templo Apollinis[t] in Vaticano palacio Neronis[u]. Post hoc iubente Decio[38] martirio coronatur.

a) *al. calam. in* A. b) Sed et hic *rursus al. calam. in* A. c) Huius — liquefacta *in margine* 2; *des.* 5. d) 224 *leg.* A*. e) 21 *leg.* 1. f) cum fratre suo Tyburcio *add.* 1. 6. g) *al. calam.* A. h) Maximiano 6. 9. 10. i) Et sub — egenis *des.* 5. k) *sic* 2. 3. 7; 232 *cum Cenc.* A. A*. l) diebus 2 *des.* 1. m) Calpunino 1; Calpruino A; Calpurino 3; Calpurio 7; Cal^{s}putino 5. n) *al. calam. in* A. o) sedisset 1. p) cum undecim virginibus 1; virginum *superscr. al. calam. in* A. q) Romam 1. r) Agrippiam 1; Agripinam A. s) quarto loco 1. *) Credebant — virginum *des.* A. A*. t) *sic* 4. 6; *plerumque 1; quamplurimi 3; cardinales 5. 8. 9. *Vinc.* u) *sic* A*. 2. 3. 7; 236 *cum Cenc.* A, *sed lin. atramento post ducta Antheros ad a.* 237 *trahitur.* u*) vel Ant. *des.* A. 5. 8—10. v) nac. Grec. *leg. in* A. *post* diebus 15. w) sed. a. 3 *des.* A; *in marg. adiecit al. ut videtur manus* sedit anno 1. x) 11 *leg.* 1. y) *deest* 1. z) *al. calam.* A. a) *sic* 2. 3; 238 *cum Cenc.* A. A*; 239 *leg.* 7. b) 11 *leg.* A. c) Hic fuit *des.* A. d) Celio 1. e) *tenorem* B *etiam* 6 *habet.* f) *al. calam. in* A. g) *haec strictius Vinc. secuta sunt.* h) ordinaberis. Qui tandem iussu Decii decollatus est A *et* A*, *quae et in prioribus* A *imitatur.* i) 247 *leg.* A*. k) *priori rursus calam.; linea anni* 245 *vacua est, et littera initialis* N *prius rubricata, postea detersa et atramento superducta est in* A. *Littera imit. etiam rubricata in* 3 *et* 7, *ut novum papam incipere crederes.* l) 70 *leg.* 1. m) *al. calam. in* A. n) *fol.* 6′ *in* A. o) *al. calam. in* A. p) cathachelo 1. q) ostensi A. r) corpus iuxta corpus beati cornelii 1. s) in loco 1. t) in monte aureo *add.* 1. u) Neroniano 1; *loco* Hic rogatus — Neronis *ponit* 5 *narrationem Bonizonis* Huius tempore corpora — in palatio Neronis.

30) *quod modo — Calixti* ex Bonizone. 31) ex Eusebii hist. eccles. VI, 21 legitur. 35) *Qui — scriberent* ex Gestis pont. 36) *et ut — crisma* ex Gilb. 37) *Martirio — Calixti* ex Gest. pont. 38) *iubente Decio* sapiunt Vinc. XI, 55. 32) *vel aurea vel stagnea* ex Gilberto. 33) Cf. infra sub Paschali I. 34) Hoc dictum columbae neque in Vinc. neque in Bonizone seu ex Vinc. XI, 24.

255. Lucius I. nacione Romanus ex patre Porfirio[a] sedit annis 3, mensibus 3, diebus 3[b].

G. p. Hic constituit, ut duo presbiteri et tres diaconi semper sint cum episcopo propter stilum erroris. Hic[c] primum in exilio fuit, demum ad ecclesiam suam reversus a Valeriano capite truncatus est.

258. Stephanus I. nacione Romanus ex patre Iuliano sedit annis 4, mensibus 2, diebus 15.

G. p. V. 11, 60. Hic constituit sacerdotes et levitas veste sacrata cotidiano usu non uti. Hic[c] dum multos gentilium convertisset et multa corpora martirum sepelivisset, comprehensus post templi ydolorum ruinam, quam impetravit[d], evadens, demum missam celebrantem in sua sede decollaverunt.

262. Syxtus II. nacione Grecus[e] ex patre Sophor sedit annis 2, mensibus 11, diebus 6, et

Gilb. cessavit episcopatus diebus 22. Hic constituit, ut missa celebraretur[f] super altare, quod antea non fiebat. Hic[g] cum Felicissimo et Agapito Decio presentati capite truncati sunt[39]. Quos beatus Laurencius et Ypolitus cum multis aliis per martirium secuti sunt[40].

265. Dionisius ex[h] monacho, cuius genus non invenitur, sedit annis 2, mensibus 3, et cessavit episcopatus diebus 8[i].

[Hic[k] constituit in Urbe presbiteros in titulis singulis singulos, et parrochias divisit. Hic martirio coronatur[l].]

[Hic parrochias et cimiteria divisit et unicuique ius proprium statuit, mandans, ut singuli terminis[m] suis contenti essent et alienos non usurparent[n]. Hic in Urbe divisit parrochias, singulis singulos dans presbiteros[o. 41]. Hic martirio coronatus, sepultus est cum aliis pontificibus[42].]

268. Felix V. nacione Romanus ex patre Constancio sedit annis 2, mensibus 10, de regione

G. p. Capritauri, et cessavit episcopatus diebus 3[p]. Hic[q] constituit super memorias[r. 43] martirum missas celebrari.

Hic[*] fecit basilicam in via Aurelia miliario ab Urbe[s] ibique sepultus est[*]. *[Et martirio coronatur.][44]*

270. Euticianus[t] nacione Tuscus[u] ex patre Marino de civitate Luna sedit annis 8, mensibus 10,

G. p. diebus 4. Hic constituit, ut fruges super altare et fabe prime benedicerentur[v]. Hic[w] sanctissimus papa per diversa loca 342[x] martires manu sua sepelivit, et hoc constituit, ut quicumque ex fidelibus martirem sepeliret, sine dalmatica aut collobio[y] purpurato nullatenus sepeliret. Hic martirio coronatus sepultusque est in via Apia in cymiterio Calixti 8. Kal. Augusti.

278. Gayus[z] nacione Dalmacia[a] ex genere Diocleciani ex patre Gallo sedit annis 11, men-

G. p. sibus 4, diebus 9, et cessavit episcopatus diebus 11. Hic constituit, ut omnes ordines in ecclesia sic ascenderent, ut si aliquis dignus fuisset, primo hostiarius[b], lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus presbiter, deinde episcopus ordinaretur[c]. Martirio[d] coronatur et[e] in via Apia in cymiterio Calixti sepelitur. Hic constituit[45] paganos et hereticos christianos non posse accusare aut[f] vocem infamacionis inferre. Item statuit[46], ut nemo

G. p. episcopum aut reliquos[g] clericos apud iudices seculares accusare presumat. Hic fugiens persecucionem Diocleciani in criptis habitando martirio coronatur. Qui sepultus est in via Apia in cymiterio[h] Calixti[i]. Hic[*] Rome regiones divisit diaconibus, ut gesta martirum perquirerent et conscriberent ac etiam alia negotia pertractarent. Hoc ipsum statuit[47] fieri in omnibus urbibus populosis, ita tamen ut quecumque difficiles questiones, per singulas provincias exorte fuissent, semper[k] ad sedem apostolicam referrentur. Hic etiam contra hereticos epistolam edidit[48] de verbi dei incarnacione plenam fidem catholicam continentem[*].

289. Marcellinus[l] nacione Romanus ex patre Proiecto[m] sedit annis 7, mensibus 2, diebus 25,

G. p. et cessavit episcopatus annis 7[n], mensibus 6, diebus 25[o]. Hic de regione Capritauri,

Gilb. G. p. a Diocleciano imperatore compulsus incensum posuit ydolis. Postea synodo facta in Campania, proprio ore penituit coram 180 episcopis, et cinere aspersus capite nec non et cilicio indutus penitenciam egit, dicens se peccasse. Tunc iratus Dioclecianus imperator fecit eum decollari. Qui sepultus est in cymiterio Priscille via Salaria, martirio coronatus. Coniuraverat[p] autem beatus Marcellinus Marcellum presbiterum, qui consequenter post ipsum papa factus est, ut preceptum Diocleciani de immolacione non adimpleret. Postquam autem beatus Marcellinus decollatus

a) Porfino 1. b) mens. 4, dieb. 4 *leg.* 1. c) *al. calam. in* A. d) imperavit 1; quam impetravit *in marg.* A. e) et philosophus *add.* 1. f) cantaretur 1. g) *al. calam.* in A. h) patre *inser.* 1. *male.* i) 7 *leg.* 1. k) *al. calam. in* A. l) A* *sic habet, forte rec. man. add.:* Iste Dionysius, et non reperio de alio, distinxit dioceses, ut notatur c. 13. qu. 1. m) terris 6. 9. n) Hic — usurparent *des.* A*. o) usurparent dividens singulis presbiteris singulas parrochias in urbe 6. p) et cessavit — tribus *des. in* C *exc.* 5. 6. 7. q) *al. calam. in* A. r) reliquias A. *) Hic fecit — est *des.* A; Hic constituit — est *des.* A*. s) Roma *add.* 1. u) Grecus 1. v) 343 martires sepelivit *eod. calamo additum fuit, sed deletum est in* A. w) *al. calam. in* A. x) 345 *leg.* 1; 343 *leg.* 6. y) colobio A. z) Gayius A. a) *sic cum Cenc.* A. 4; Galmacia 1; nac. Dalmata A*; nac. Dalmatica 3; nac. de Dalmacia *vil. codd.* b) *add.* 1: secundo, tercio *etc.* — septimo. c) ordinetur 1. d) Hic a Diocleciano mart. *in marg. al. calam. in* A. e) *al. calam. in* A. f) nec 1. g) aliquos 1. h) cymisterio 1. i) Qui sep. — Calixti *des. in* C *exc.* 7. *) Hic Rome — continentem *des.* A; Hic fugiens — continentem *des.* A*. k) semper *deest* 1. l) *nomen videtur corr. ex* Marcellus; *numerus* Ius *superscr. est in* A; Marcellus *sine numero leg. etiam* 3. m) Preiecto 1. n) VII. *postea supra lin. add. in* A. o) persequente Diocleciano christianos *add.* 1. p) *al. calam. in* A.

39) ex Gestis pont. *Decio presentati* sapiunt Vinc. XI, 92. 40) ex Vinc. XI, 93. 95. 41) *Hic parrochias — presbiteros* Decret. Dionysii c. 3. 42) ex Bonizone. 43) *memorias* sapit Richardum seu Decret. Felicis c. 16. 44) ex Bonizone. 45) Decret. Gai c. 2. 46) Decret. Gai c. 3. 47) Decret. Gai c. 7. 48) Decret. Gai c. 5.

fuisset et corpus eius per triginta dies in platea iacuerat in exemplum christianis, Marcellus[a] presbiter nocte cum presbiteris et diaconibus cum hymnis et Lucina cum ipsis sepelierunt illud. Sed[b] hoc de eo[c] invenitur, quia Bon. cum se in concilio[d] episcopis iudicandus supposuisset, dicens se paratum ad omnia obedire, quicquid sibi[e] imponerent, illi responderunt: *Absit, ut summus pontifex ab aliquo alio iudicetur. Negasti tu: negavit et Petrus magister tuus et quis apostolorum ausus fuit illum iudicare? Sed egressus foras*[f] *flevit amare. Tu ergo in te ipso collige causam tuam, et*[g] *ore proprio te ipsum iudica.* Ad hec Marcellinus: *Ob scelus,* inquit, *ydolatrie iudico me deponendum. Anathematizo etiam, quicunque corpus meum tradiderit sepulture.* Et flens[h] dixit: *Heu me avarum, me corrupit aurum et non possum in sacerdocio remanere.* Sicque pergens ad Diocletianum profitens se christianum cum Claudio et Quinino[i. 49] capitalem accepit sentenciam, et cum corpus eius per 30 dies iacuisset inhumatum, nocte[k] apparuit in visione Bon. beatus Petrus Marcello, qui in papatu successit sibi, dicens: *Marcelle, dormis?* et ille cum dixisset: *Quis es, domine?* respondit: *Ego sum princeps apostolorum et quare corpus meum inhumatum non sepelis*[l]*?* dans ei intelligere hoc dictum de corpore Marcellini[m], et addidit: *Non legisti*[n]*, quia omnis qui humiliat se, exaltabitur? Denique multum se humiliavit, qui se indignum sepultura iudicavit. Vade ergo et sepeli eum iuxta me, ut quos iustificavit gratia, non dividat sepultura.* Sub[*] hoc tempore in Hyspania passus est sanctus Vincencius levita apud Valenciam, cuius corpus propter impetum Sarracenorum transportatum est in Provinciam, ad locum qui dicitur Castris[50]. Quam nunc ecclesiam et predicti sancti corpus habent fratres Predicatores, sicut ab ipsis fratribus veraciter est compertum[*].

Marcellus[o] nacione Romanus ex patre Benedicto de regione Via lata sedit annis 5, 304.
diebus 22, et cessavit episcopatus diebus 25. Hic constituit 15 cardinalatus in urbe Roma propter baptismum et sepulturas hominum. Huic preceptum est a[o*] Maxencio imperatore, ut quia[p] diis sacrificare nollet, iumenta et animalia custodiret. Noctu vero eius clerici eduxerunt eum de stabulo. Sed cum consecrasset domum Lucine in V. 12, 103.
ecclesiam[q] in via lata, Maxencius turbatus de ecclesia stabulum faciens, ipsum sub custodia publica, ut custodiret animalia, intus reclusit. Ibique defunctus in cymiterio Priscille via Salaria sepelitur[r]. G. p.

Eusebius[s] nacione Grecus ex[t] medico sedit annis 2, mensibus 2, diebus 25, et cessavit 310.
episcopatus diebus 7.

[Huius tempore Maxentius[u] *christianis graves persecutiones intulit. Passi sunt eo tempore Sergius et Bachus.*[v. 51]*]*

[Huius tempore, sicut ipse in epistola sua scribit, inventa est sancta crux, et ideo ipse instituit inventionem sancte crucis sollempniter celebrari.[w. 52]]

Melchiades[x] nacione Afer sedit annis 3, mensibus 6, diebus 8[y], et cessavit episcopatus 312.
diebus 16. Hic constituit, ut nulla racione ageretur iciunium die dominico vel die Iovis, quia[z] eos dies pagani quasi G. p.
iciunium sacrum celebrabant.

Silvester I. nacione Romanus ex patre Rufino sedit annis 23, mensibus 10, diebus 11, 315.
et cessavit episcopatus diebus 15. Huius precepto in Nicena[a] Bithinie congregati sunt 318 episcopi catholici, G. p.
qui exposuerunt fidem catholicam integram. Et multa decreta constituit. Hic baptizavit Constantinum imperatorem G p.
valida scaloris lepra perfusum[b. 53], qui statim a lepra mundatus est. Eodem tempore Constantinus augustus[c] fecit basilicam beato Laurencio martiri in via Tyburtina in agro Verano supra harenarium[d] cripte[e] et usque ad corpus beati Laurencii fecit gradus ascensionis et descensionis. In quo loco construxit capsidam[f] et exornavit marmoribus porfireticis et desuper inclusit argento purissimo. Ornavit et cancellum, qui pensatur libris[g] ducentis et ante ipsum locum in cripta posuit lucernam de auro purissimo et ante corpus beati Laurencii fecit pharacantarum argenteum cum delphinis[54]. Construxit[h] etiam intra palacium Lateranense Salvatoris nostri ecclesiam, 12 cophinos terre propriis humeris V. 13, 55.
ad fundamenta deportando. Quam ecclesiam censuit esse in toto orbe matrem ecclesiarum. Et construxit etiam ecclesias beatorum apostolorum Petri et Pauli, quas auro argentoque locupletavit, in thecis preciosissimis ipsorum corpora recondendo[i].
Silvester vero papa post conversionem Constantini magnum conflictum a Iudeis, procurante Helena[k] matre V. 13, 50-52.
Constantini iudaizante, perpessus est. In quo conflictu post multorum verborum altercationem et post tauri a beato Silvestro resuscitacionem Helena cum omnibus Iudeis ad Christum conversa fuit. Postquam V. 13, 53.
vero beatus Silvester a drachonis pestilencia Romam liberavit, maxima pars Urbis baptizata fuit. Cotidie enim dracho 6 milia hominum flatu suo interficiebat. Ad quem sanctus Silvester per 150 gradus cum presbiteris descendens, facta oracione et signo crucis, ipsum ligatum ereis portis conclusit et usque ad diem iudicii seris obfirmavit. Hic Silvester G. p.
constituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre, et constituit, ut diaconi dalmaticis uterentur. Item hic constituit, ut sacrificium altaris non in serico neque in panno tincto celebretur, nisi tantum in lineo ex terra procreato, sicut corpus Domini nostri Ihesu Christi in syndone linea sepultum est.

a) *in marg. adiect.* A. b) *rursus al. calam. in* A. c) laudabile *add.* A, *sed deletum.* d) positus *add.* A, *sed deletum.* e) sibi *deest* 1. f) foris 1. g) ex 1. h) fratribus 1. i) Quintino 1. k) noctu A. l) sepilis A. m) *fol.* 7′ *in* A. n) legistis 1. *) Sub — compertum *des.* A. A*. 5; *add. hic* 6: Sed dicitur quod corpus sancti Vincencii est in regno Portugalie in civitate Lisbonensi, que est in portu maris et applicantur ibi multe naves de Anglia, Francia et Flandria. o) *numerus* II. *supra lin. in* A. o*) ex 1. p) *al. calam. in* A. q) ecclesia 1. r) Postea religione christiana crescente domus illa in pulcherrimam ecclesiam est translata, que usque hodie s. Marcelli nomine titulatur. *add. in marg.* 6. s) primus *sup. lin.* A. 3. t) patre *add.* 1. u) *al. calam. in* A; Maxentius — Bachus *in rasura.* v) *des. in* A*. w) 7 *sic habet:* Huius tempore inventa est sancta crux Ierosolimis sicut invenitur in decreto, de con. di. 3. Crucis. x) Melciades A. 3; Melthiades A*. y) 7 *leg.* 1. z) *al. calam. in* A. a) uicena 1; ţinuicena A, *litteris* na *postea additis;* nycea 3. b) valida — perfusum *al. calam. in* A, *quae verba ultimam partem lineae complectuntur.* c) *corr. ex* augustinus A. d) harenam 1. e) *litt.* t *superscr. in* A. f) *sic codd. leg.* apsidem. g) libras A. h) *al. calam. in* A. i) recondenda 1. k) matr. Helena 1; Elena A *et infra.*

49) Hi socii Marcellini ex Gestis pont. historiam translationis a. 855. factae ab Aimoino scriptam in Act. Sanct. 22. Ian. II, 400 sq. 50) Cf. Vinc. XII, 76. 51) sec. *lida — perfusum* ex Vinc. XIII, 47. 52) Decret. Eusebii c. 20. 53) *va-* 54) In basilica Constantiniana, non vero in basilica S. Laurentii Constantinum pharumcantarum argenteum cum delphinis fecisse tradunt Gesta pont.

Hiis temporibus multe gentes in Christum crediderunt[55]. Gens Yberorum[a] per quandam mulierem christianam ab eis captam conversa est[56]. Similiter in India per duos pueros christianos Christus annunciatur[57]. Hic in Niceno concilio Osio episcopo Cordubensi ab Hyspania et Victori ab Ytalia vices commisit apostolicas. Mortuus est in pace et sepultus Rome iuxta palacium Octaviani in loco qui dicitur ad Caput.[58]]

338. Marcus nacione Romanus ex patre Prisco sedit annis 2, mensibus 8, diebus 20. Hic
G. p. constituit, ut episcopus Hostiensis, qui papam consecrat, palleo uteretur;
Bon. *[et[d] ut symbolum in missa alta voce decantaretur. Quievit in pace, sepultusque est in ecclesia sancti Petri.]*

[et ut symbolum in missa alta voce cantaretur. Sepultusque est apud Sanctum Petrum.[e]]

340. Iulius nacione Romanus ex patre Rustico sedit annis 11, mensibus 2, diebus 8, et
G. p cessavit episcopatus diebus 15. Hic constituit, ut nullus clericus ad causam in publico ducatur nisi in ecclesia.
V. 13, 62. Sepultus est[f] in cymiterio Calipodii miliario tercio ab Urbe[g]. Tempore huius celebrata est secunda[h] synodus Nycena[i] 318 episcoporum, in qua dampnata est heresis Arrii, qui asserebat Filium minorem. Hoc factum est vivente adhuc Constantino augusto. Huius tempore florent Athanasius[k], sanctus Pannucius[l], Eusebius Cesariensis, beatus Nicholaus, sanctus Hylarius Pictavensis, Victorinus rhetor, sanctus Ylarion, sanctus Epiphanius, item[m] Iohannes Crisostomus[59] et multi alii heremite et sancti ut Sysoys et Pastor abbas[60].
V. 14, 7. Floruit[n] etiam[o] beatus Maximinus[p] in Treveri, qui sanctum Athanasium Alexandrine civitatis episcopum fugientem a facie
V 14, 23. Constancii[q] imperatoris recepit ibique symbolum *Quicumque vult* composuit. Quod de Hylario Pictavensi solet dici, quod Leo hereticus papa dixerit Hylario: *Tu es Gallus, sed non de gallina*, — et ipse debuit respondisse: *Tu es Leo, sed non de tribu Iuda,* et quod in concilio nullo sibi assurgente dicendo, *Domini est terra*, volens in terra residere, terra se erexerit, quod etiam papa sibi minanti[r], sicut predixerat Hylarius, subito expiraverit, in nullis cronicis invenitur, maxime cum suo tempore nullus papa Leo vocabatur, nisi forte Liberius papa, qui Constancio heretico et suis favebat, Leo alio
G. p. nomine dictus sit vel forte aliquis alius falsus papa dictus Leo tunc fuit. Iulius[s] vero papa post exilium 10 annorum et post multas tribulaciones[t], quas a Constancio imperatore perpessus est, post mortem eius[u] ad sedem beati Petri cum gloria reversus est, et fecit duas basilicas, unam in foro urbis Rome[v], aliam sancti Valentini via Flaminea[w].

[Hic[b] in urbe Roma cum consilio augusti celebravit concilium 282 *episcoporum. Hic confessor Christi Rome quievit in pace, sepultusque est iuxta palacium Octaviani.[c]]*

354. Liberius nacione Romanus ex patre Ligusto sedit annis 16, mensibus 7[x], diebus 3[y], et
G. p. cessavit episcopatus diebus 25. Hic de regione Via lata, in exilio deportatus est a Constancio augusto eo, quod noluisset[z] heresi Arriane consentire, et fuit in exilio annis 3. Quo[a] in exilio existente, clerus Romanus de consilio predicti Liberii ordinaverunt Felicem presbiterum in papam, virum venerabilem. Quo Felice celebrante concilium, invenit interesse duos presbiteros Arriana heresi infectos nec non imperatoris Constancii familiares, videlicet Ursacium et Valentem et eiecit ipsos de concilio 48 episcoporum. Post paucos[b] autem dies provocati contra Felicem rogaverunt Constancium, ut revocaret Liberium de exilio, tamquam ipsis magis consentaneum. Liberius autem ut preceptis imperatoris heretici assensum dedit, de exilio est revocatus. Imperator vero convocato concilio cum hereticis Arrianis et cum Ursacio et Valente Felicem de papatu, quia erat catholicus, eiecit et Liberium, quia sibi et Arrianis consenserat, in sede reposuit et sic infelix Liberius basilicam sancti Petri et Pauli et sancti Laurencii vi[c] tenuit 6 annis;
V. 14, 12. et tunc persecutio magna in Urbe, ita ut clerici Liberio contrarii martirio coronarentur. Passus est et tunc presbiter Eusebius in Urbe, quia Liberium esse hereticum declarabat.

369. Felix II. sedit anno 1, nacione Romanus ex patre Anastasio. Hic[*] fuit catholicus et constituit,
Gilb. G. p. ut episcopus vocatus ad concilium veniat[*]. Hic declaravit[d] Constancium[e] filium Constantini esse hereticum et secundo rebaptizatum[f] ab Eusebio Nichomediensi episcopo et propter hoc ab eodem Constancio de papatu depositus capitis decollacione[g] martirio coronatur 4. Kal. Augusti[h].

370. Damasus nacione Hyspanus ex patre Antonio sedit annis 18, mensibus 2, diebus 10, et cessavit episcopatus diebus 31. Hic elegans in versibus componendis[i] ingenium habuit multaque et brevia opuscula eroico metro edidit. Huic sanctissimo viro beatus Iheronimus multa ecclesiastice religionis scripta[k] misit, inter que etiam duos versus scripsit scilicet *Gloria patri, Sicut erat* post psalmos
G. p. canere. Octogenarius sub Theodosio moritur. Hic[l] etiam instituit, ut psalmi die noctuque cantarentur et ut[m]
ibid. chori in duas partes divisi psalmos alternatim cantarent. Hic multa corpora sanctorum requirens invenit, quorum tunbas versibus decoravit. Hiis temporibus floruit in India Iosaphat, filius regis, heremita factus, et Barlaam,

a) Hebreorum 1; Gedal Hebreorum civitas 11. b) *al. calam. in* A. c) Hic — Octaviani *des.* A*, *ubi leguntur aliqua de donatione Constantiniana, sane recentiore interpolatione addita.* d) *al. calam. in* A. e) et — Petrum *des.* 7. f) est *deest* A. g) ab Urbe *des.* A. A*; Sepultus — Urbe *des.* 3. h) fc⁵a A; sancta A*. i) Nycea 3; Nicena A. k) Anastasius 1. l) Prancacius 1. m) in cuius tempore A. A*. n) *al. calam. in* A. o) et A. p) Maximus 1. q) Constantini 1. r) minans *sol.* 10. s) *al. rursus calam. in* A. t) tribulacio‖nes *fol.* 8′ *in* A. u) mortuo eodem imperatore A; mortem ‖ eius *hic deficit cod.* 3 *usque ad Anastasium I. papam, folio uno absente.* v) urbis Rome *des. in* C. w) Flamininea 1; Flamminea A; Iulius vero — Flaminea *des.* A*. x) 3 *leg.* 1; 8 *leg. in rasura* A; 17 *leg.* C. y) 4 *leg.* 1; diebus 3 *des.* A. z) noluit A. a) *al. calam. in* A. b) Post autem paucos 1. c) *pro* vi *leg.* martiris 1. *) Hic — veniat *desunt* A. d) *al. calam. sequentia in rasura in* A. e) Constantinum 1. f) baptizatum A. g) de papatu — decollatione *des.* A. A*. h) 4. Kal. Aug. *des.* 1. i) et bonum *male inser.* 1. k) *deest* A. l) *al. calam. in* A. m) *deest* 1.

55) secundum Vinc. XIII, 58. 56) secundum eundem XIII, 97. Iberi inter Colchidem et Armeniam. 57) secundum Vinc. XIII, 96. 97. 58) *Hic — caput* ex Bonizone. 59) De istis sanctis cf. Vinc. sparsim in libris XIII. XIV. XVII. XVIII. 60) De Pastore cf. Vinc. XIV, 60.

qui ipsum convertit[61]. Floruit et Apollinaris Antiochenus[a] in* scripturis sacris eruditissimus[62], quem beatus Ieronimus reverenter audivit*.

Beatus[b] Ambrosius Mediolani ordinatur episcopus[63]. Omnes in Ytalia[c] ad fidem rectam con- 377.
vertuntur. Florent Basilius Cesariensis, Gregorius Nazanzenus, ambo college et Athenis eruditi, Didimus[d] Alexan- V. 14, 96. ibid. 88.
drinus philosophus, Ieronimus, sanctus Martinus Turonensis, in Egypto Pachomius[e] abbas, duo Macharii, Ysidorus[f], Moyses, Beniamin[g], Eraclides[h], Effren[64], sanctissimus Athanasius episcopus Alexandrinus quievit in pace. Ieronimus correxit psalterium Septuaginta, quod in omnibus ecclesiis cantabatur. Quo iterum viciato iterum[i] V. 16, 92.
novum composuit, quod papa Damasus rogatu Iheronimi cantari instituit in ecclesiis Gallicanis, et propter hoc Gallicanum vocatur, Romanis psalterio[k] secundum Septuaginta remanente; tercium transtulit de Hebraica veritate in Latinum de verbo ad verbum. Damasus papa rogatu Iheronimi instituit, ut diceretur in fine psalmorum in ecclesia *Gloria patri* etc. Ambrosius ritum canendi antiphonas in ecclesia instituit. Secunda sancta synodus 150[l] patrum Constantinopoli celebratur, ibid. 17, 3. ibid. 16, 96.
in qua dampnatur Macedonius, qui negebat Spiritum sanctum esse Deum, et assertum est, Spiritum esse consubstancialem[l*] et coequalem Patri et Filio, dans symboli formam, quam et Latina confessio[m] predicat[n] in ecclesiis. [Hic voce publica dampnavit Liberium et omnia facta eius. Damasus papa Rome moritur et in ecclesia sancti Petri sepelitur[o. 65].]

Siricius[p] nacione Romanus ex patre Tyburcio, sedit annis 15, mensibus 11, diebus 25, 388.
et cessavit episcopatus diebus 20. Hic Manicheos invenit, quos exilio deportavit, et constituit, ut non parti- G. p.
ciparent cum fidelibus communionem et precepit, ut si quis de eadem secta conversus rediret ad ecclesiam, nullatenns communicaretur, nisi tantum relegacioni[q] monasterii omnibus diebus vite sue obnoxius teneretur, ieiuniis et oracionibus maceratus probatus, sub omni examine usque ad ultimum diem transitus sui, et ita viaticum accipiat. Hic[r] synodum Constantinopoli celebravit cum 315 episcopis. Huius temporibus Ieronimus presbiter, interpres et doctor V. 17, 62.
egregius, secundum[s] Ebraicam veritatem bibliam transtulit de Hebreo in Latinum. Clarebat[t] et Rufinus Aquileyensis ibid. 99.
presbiter. Per idem tempus Paula multum nobilis matrona Romana cum filia sua Eustochium Iherosolimam adiit[u]. ibid. 89.
Arsenius in urbe Roma[v] claret, qui ex senatore factus monachus[w] per 40 annos in heremo vixit. Eodem tempore in ibid. 63.
Emaus castello natus est puer ab umbilico et sursum divisus, ita ut haberet duo pectora et duo capita, et quilibet proprios ibid. 64.
sensus, uno edente vel dormiente, alter non comedebat nec dormiebat. Porro postquam duobus annis vixissent[x], unus mortuus est, altero usque in tercium diem supervivente. Eo tempore floruit Iohannes Crisostomus primo presbiter Antio- ibid. 42.
chenus, post archiepiscopus Constantinopolitanus.

[Rome etiam Paulus Orosius, presbiter discre-
tissimus, beati Augustini discipulus claret, qui multa
librorum opuscula edidit; inter que ad beatum Augu-
stinum scribens, cronicam ab exordio mundi incipiens,
usque in finem suorum temporum luculento sermone
perduxit[y].]

*[Hic[z] Syricius constituit ut nullus presbiter mis-
sas celebraret nisi in sacratis ab episcopo locis. Et
hic defunctus sepultus est apud sanctum Petrum.]*

Anastasius I.[a] nacione Romanus ex patre Maximo sedit annis 2, diebus 26, *[et cessavit* 404.
diebus 26*]*. Hic constituit, ut qui careret[b] aliquo menbro, non possit fieri clericus[66]. Gilb.

Huius tempore beatus Ieronimus apud Bethleem librum de illustribus viris composuit[c].

Florebat Iohannes Crisostomus, Orosius ystorio-
graphus[d. 67].

Hic[e] Anastasius constituit, ut quocienscunque euangelium recitaretur, presbiteri et clerici non sederent, sed[f] starent, G. p.
et constituit, ut nullus transmarinus ad clericatus honorem susciperetur, nisi 5 episcoporum sigillis designatum exhiberet cyrographum, propter Manicheos.

Innocencius I. nacione Albanensis ex patre Innocencio sedit annis 15, mensibus 2, 407.
diebus 20. Hic constituit ieiunium sabbato celebrari, quia Dominus sabbato in sepulchro iacuit et discipuli ieiunaverunt. G p.
Constitutum fecit de ecclesia et de regulis monasteriorum et de Iudeis et paganis, et multos Cathafrigas invenit, quos exilio[g] relegavit et Scelestinos[h] hereticos, et dampnavit eos. Et constituit, ut qui natus fuerit de christiana per baptismum nasci denuo debeat. Hic decrevit ad missam pacis osculum dari. Floret Alexius Rome, nobilissimi[i] Romani Eufemiani V. 18, 42. ibid. 43.
nomine filius, qui primus in palacio imperatoris fuit. Hic Innocencius statuit oleo ad usus infirmorum ab episcopo con- ibid. 42.
secrato uti, non presbiteris tantum[k] sed etiam omnibus aliis christianis. Hic dampnavit[l] Pelagium in Britannia[m] cum execrabili sua doctrina exortum, asserentem[n] hominem sine gratia Dei posse salvari, unumquemque suis meritis[o] propria voluntate ad iusticiam regi[p], et infantes sine peccato originali nasci. Dampnavit et[q] Celestinum et Iulianum complices Pelagii. Hic fecit 4 ordinaciones per mensem Septembrem. Qui sepultus est Rome in cymiterio[r] ad Ursum Pileatum G. p.
5.[s] Kal. Augusti. Hic excommunicavit Archadium imperatorem, quia consensit, ut sanctus Iohannes Cri-
sostomus a sede sua, videlicet Constantinopolitana[t], pelleretur ab[u] Eudoxia uxore sua propter predica-

a) Apolinaris Antyocenus A. *) in — audivit *des.* A. b) *rursus prior calam. in* A, *verba* Beat. Ambr. *cum a.* 377. *linea rubra coniuncta sunt.* c) Ytaliam 1. d) Dindimus A. e) Panchomius A. f) Ysodorus 1. g) Beniamini 1. h) Eracliades 1; Heraclides A. i) *deest* 1. k) psalterium 1. 5. l) *hic sequitur in* A, *sed oblitteratum:* A beato Ignatio discipulo apostolorum primus, *quod prius linea atramento ducta post* patri etc. *tractum erat.* l*) consustancialem 1. m) confexio 1. n) predicatur 1. o) *uncis inclus. add.* C. p) Syricius 1. q) religioni 1. r) secundam *add.* A. s) secundam 1. t) *al. calam. in* A. u) addiit 1. v) Rome 1. w) fact. est mon. et A. x) vixisset A. y) *des.* 7. z) *al. calam. in* A. a) *hic rursus incipit* 3. b) careret 1. c) Huius — composuit C, *excepto* 7. d) *sic etiam* 7. e) *al. calam. in* A. f) recte *male add.* 1. g) exilia 1. h) Celestinos *sol.* 6. 4. i) *al. calam. in* A. k) *deest* A. l) damnavit A. m) Brictania 1, *saepius;* Britania A. n) asserens A. o) execrabili — meritis *in marg.* 1. p) ad instanciam regis 1. q) et *deest* 1. r) in cymiterio *des.* 1; cymiterio *in marg. al. calam. in* A. s) *al. calam. in* A. t) vid. Const. *des.* A. u) ab — ydolatrie *des.* A; Hic excomm. — ydolatrie *al. man. add. in* A*.

61) sec. Vinc. XV, 1 sq. 62) Haec Apollinarem Laodicenum respicere videntur, de quo Vinc. XIV, 48. 63) Cf. Catal. Cencii. 64) De istis sanctis cf. Vinc. sparsim in libris XIV. XVI. XVII. 65) *Hic voce — sepelitur* ex Bonizone. 66) Gilbertus haec scribit de Innocentio I. 67) secundum Vinc. XVIII, 3. 6.

cionem, quam fecerat contra eam, eo quod circa ymaginem sue speciei, quam erexerat, mulieres et puellas ludere compellebat; quod sanctus Iohannes Crisostomus predicabat vicium esse ydolatrie*. 68.

422. Zozimus[a] nacione Grecus sedit anno 1, mensibus 8, diebus 25, et cessavit episcopatus
Bon diebus 11. Hic constituit, quod servus nullo modo clericus fieret[69] et[b] ut in sabbato sancto *[in omnibus ecclesiis c]* cereus benedicatur et ut nullus clericus in publico potum vendat[d].

425. Bonifacius I. nacione Romanus ex patre Iocundo presbitero sedit annis 3, mensibus 8,
G. p. et cessavit episcopatus diebus 9. Hic[e] decrevit ut nulla mulier aut monacha pallam sacratam altaris tangeret[f] aut lavaret, et ut servus aut obnoxius curie non fiat clericus.

428. Celestinus I. nacione Romanus ex patre Prisco sedit annis 8, diebus 9, et cessavit epi-
Gilb.
G. p. scopatus diebus 21. Hic constituit ut *Iudica me Deus* et *Discerne*[g] diceretur ante introitum misse; et psalmi David 150[h] ante sacrificium psallerentur canendo ex omnibus antiphonatim Quod antea non fiebat, sed epistola Pauli
V. 20, 1. et euangelium dicebantur, et ex hoc instituto excepti sunt introitus de psalmis et gradualia et similiter offertoria[i] ante
ibid. 2. sacrificium. Hic misit sanctum Patricium filium Conthes[k] sororis sancti Martini Turonensis in Yberniam[l] et convertit
ibid 3. omnes ad fidem. Tercia sancta synodus universalis Ephesina 200 patrum collecta est Ephesi iussu pape huius Celestini et Theodosii minoris, in qua dampnatus est Nestorius duas personas in Christo asserens, et condempnatus anathemate, et confirmatum est, Christi esse unam personam in duabus naturis; et ut beata Maria Theotocos, id est[m] mater Dei, appelletur[70].

436. Syxtus III. nacione Romanus ex patre Prisco sedit annis 8, diebus 9, et cessavit epi-
Gilb. scopatus diebus 22. Hic de regione Celii montis, constituit, ut nullus clericus in parrochia alterius ordinari
G. p. presumat. Hic[n] congregata synodo purgavit se[o] coram 57 episcopis de crimine, quod sibi Bassus coram augusto imposuerat; et Bassus in concilio est condempnatus. Hic[p] edificavit ecclesiam sancte Marie maioris, que dicitur ad presepe[71], [sicud scribit Ysidorus in cronicis suis et Paulus diaconus cardinalis][q]. 72. Hic etiam multas alias
ibid. basilicas auro argentoque decoravit et multa pauperibus distribuens, sepultus est in via Tyburtina in cripta iuxta corpus beati Laurencii.

444.[r] Leo I. nacione Tuscus ex patre Quinciano sedit annis 21, mense 1, diebus 27. Hic
G. p. misit epistolam Marciano augusto et sue coniugi pulcherrime omnem fidem exponens[73]. Et misit ad Fabianum episcopum Constantinopolitanum[s] epistolas 8, inter quas eciam scripsit unam preclaram adversus
ibid. Euticem[t] de incarnacione Domini, in qua redarguit eius blasphemiam. Hic post cladem Wandalorum[u] renovavit[v] omnia sacra ministeria[w] argentea. Sub[x] hoc facta est tercia[74] synodus Calcedonie. Hic etiam sepultus est apud
V. 20, 29. basilicam beati Petri apostoli 3. Idus Aprilis[y], cuius* festum fit[z] in vigilia apostolorum*. Hic doctor addidit canoni *sanctum sacrificium, immaculatam*[a] *hostiam.* Huius* manum cum quedam femina communicando cum aliis in die pasche osculata fuisset, tantam temptacionem ex hoc in carne concepit, ut manum[b] que occasio fuerat scandali, clam amputaret et a se penitus reiceret. Verum cum tumultus contra ipsum invalesceret, quod missam non celebraret, ipse in angustia constitutus, totum se beate Marie virgini commisit. Cui vigiliis et oracionibus intendenti beata Maria manum portans visibiliter apparuit et sibi suam manum[c] apposuit, de quo miraculo non solum beatus pontifex gratias egit, sed etiam in suis predicacionibus ipsum miraculum frequenter omnibus publicavit*.
ibid. 35. Quarta synodus Calcedonensis 360 episcoporum apud Calcedonem industria Leonis[d], mandante Marciano imperatore, celebratur. In qua Eutices Constantinopolitanus abbas et Dioscorus Alexandrinus episcopus, qui dicebant unam verbi Dei et carnis esse naturam, dampnati sunt. Et rursum Nestorius et eius error dampnatus est et diffinitum, predicari duas in
Paul Christo naturas et unam personam. Hic Leo Totilam[d] regem Wandalorum[f], postquam de Pannonia in Ytalia regressus fuisset, per triennium Aquileiam obsidens cepisset ferro ignique omnino consumptam[g], Veronam, Vicenciam, Brixiam, Pergamum, Mediolanum, Tycinum diripuisset[h], Leo papa sanctissimus, ne Romam veniens idem faceret, personaliter adiit ipsum, ubi circa Padum morabatur, et non solum Romanam[i], sed etiam tocius Ytalie salutem reportavit. Et mirantibus omnibus barbaris, cur sic honorifice Totila[k] contra consuetudinem papam recepisset et in omnibus exaudivisset, respondit, quemdam vultu[l] terribilem pape astitisse et mortem sibi minantem, nisi papam in omnibus exaudivisset. Unde statim de Ytalia exiens in Pannoniam rediit *[et ibi ex nimio potu suffocatus est]*.

Hic etiam Leo sanctissimus cum contra Fabianum patriarcham Constantinopolitanum et Euthicem epistolam ad Calcedonense concilium scripsisset, eandem[m] antequam misisset, epistolam Rome super altare sancti Petri ponens, per 40 dies ieiuniis et oracio-

Hic[n] *etiam Leo sanctissimus Gensericum*[o] *principem Affrice, qui cum magna multitudine per mare Romam veniens et ipsam pene totam vacuam inveniens, quia tam nobiles quam alii propter timorem suum ab Urbe fugerant, rogavit et optinuit, ut in Urbe ab igne et cede abstineret. Qui per 13 dies Urbem spolians per Apuliam et Syciliam ipsas va-*

*) ab — ydolatrie *desunt* A; Hic excomm. — ydolatrie *al. man. add. in* A*. a) Zosimus A. b) *al. calam. in* A. c) titulis *Bon.* d) propinaret A. e) *al. calam. in* A. f) contingeret A. g) causam meam *add.* 10. 20. h) *in rasura* A. i) ostentoria 1. k) Conches 1. l) Ysbernia 1. m) id est *des.* 1. n) *al. calam. in* A. o) se *deest* 1. p) *rursus al. calam. in* A. q) *uncis inclusa add.* C, *except.* 4. 5. 6. r) 443 *leg.* A*. s) Constant. *deest.* A. A*. t) Eucionem 1. u) Waldalorum A. v) revocavit 1. 3. A. w) misteria 1. A. x) *al. calam. in* A. y) 3. Id. Apr. *des. in* C, *exc.* 5. 6. z) cuius festum fit *om.* 1. *) cuius — apostolorum *des. in* A. A*. a) immolatam A. b) manum *deest* 1. c) sua manu 1. 5. *) Huius manum — publicavit *des.* A. d) Neronis 1. e) Totylam 1; Attilam *sol.* 4. f) uandalorum A. g) consumpta 1. 3. 4. 5. A. A*. h) disripuisset 1; diripui *oblitteratum tunc al. calamo*, et quam plurima alia loca diripu||isset *fol.* 10′ *eod. ac prius cal. in* A. i) Romam 1. k) Attila 4; Acrilla 6. l) vultum 1. m) tandem 1. n) Hic — Affricam *in* A. A* *non solum, sed etiam in* 5. 6. o) Genshericum A.

68) Haec ex breviore narratione Richardi confecta videntur. Cf. etiam bullam excommunicationis spuriam apud Baronium, Ann. eccles. a. 407, n. 23. 69) Hoc etiam infra sub Bonifacio I. ex Gestis pont. legitur. 70) Haec tradit Vinc. XX, 35 de concilio Chalcedoniensi. 71) *maioris — presepe* ex Bonizone. 72) Neque in Isidoro neque in Paulo talia leguntur. 73) Epistolas, quarum non fit mentio in Gest pont., complures Marciano et Pulcheriae augustae scriptas v. inter Decreta Leonis I. 74) *tercia* Gilbert.

nibus insistens, rogavit sanctum Petrum, ut si quid esset in eadem epistola emendandum ad[a] fidei, propter quam[b] scripta erat, informacionem, ipse dignaretur corrigere et emendare. Quod et factum est. Nam in fine 40 dierum invenit eandem epistolam in omnibus ad propositum correctam et emendatam, hoc ipsum sibi Petro apostolo revelante[c].

Eodem tempore sanctus Paulinus Nolane civitatis episcopus pro cuiusdam vidue filio capto se tradidit et in Affricam deductus fuit, de quo scribit beatus Gregorius in dialogo. *[Huius*[e] *beati Leonis pape inductu Marcianus augustus iussit Calcedonie convocari concilium, in quo fuerunt* 530 *episcopi cum cyrographo beati Leonis pape, in quo fides ecclesie katholice exposita erat, quam omnes confirmaverunt et approbaverunt. Tunc dampnaverunt Nestorium et Euthicen. Leo autem sanctissimus reparatis*[f] *vasis sacratis ecclesiarum que a Wandalis fuerant direpta*[g]*, quievit in pace sepultusque est in Sancto Petro*[76]*.]* V. 18, 37.

Hylarius[h] nacione Sardus ex patre Crispino sedit annis 6, mensibus 3, diebus 10[i], et cessavit episcopatus diebus 10. Hic constituit, ut nullus pontifex successorem sibi constitueret, et fecit ad Sanctum Laurencium balneum et monasterium, qui etiam ibidem sepultus est iuxta corpus eiusdem martiris. Per[k] idem tempus, ut legitur in historia Britonum[l], in Britannia[m] regnabat Arturus[n], qui benignitate et probitate sua Franciam, Flandriam, Norvegiam, Daciam ceterasque marinas insulas sibi servire coegit[77]. In prelio quoque letaliter vulneratus, secedens ad curandum vulnera in quandam insulam[o], deinceps Britonibus de vita eius usque hodie nulla certitudo remansit[p. 78]. 465. Gilb. G. p.

Simplicius nacione Tyburtinus ex patre Castino sedit annis 15, mense 1, diebus 7, et cessavit episcopatus diebus 6. Hic vir beatissimus dedicavit basilicam sancti Stephani[q] iuxta basilicam sancti Laurencii et basilicam sancte martiris Bibiane[r], ubi corpus eius requiescit cum 4 milibus et 257 sanctorum corporibus exceptis parvulis et mulieribus. Hic constituit ad Sanctum Petrum et ad Sanctum Paulum, ut 7 presbiteri per ebdomadas manerent propter penitentes et baptizandos[s]. Et fecit quinque regiones presbiteris Urbis dividendas, primam regionem ad Sanctum Petrum, secundam ad Sanctum Paulum, terciam ad Sanctum Laurencium, quartam ad Sanctum Iohannem Lateranensem, quintam ad Sanctam Mariam maiorem. Et constituit, ut nullus clericus investituras a layco recipiat. Sepultus est in Vaticano iuxta corpus beati Petri apostoli. Eodem[t] tempore fuit in Britannia[u] Merlinus vates ex filia regis santimoniali et incubo demone natus. Nam mater ipsius, regis Demetie[v] filia, inter monachas in ecclesia sancti Petri degebat in urbe Kaermediu, que asseruit se nunquam virum cognovisse. Sed quidam in specie pulcherrima ipsam frequenter deosculans et evanescens et rursum apparens et eam amplectens gravidam reliquit. Et cum rex Britannie[w] edificium mire magnitudinis construeret, et nocte evanesceret quod de die edificabatur, ammirans a magis responsum recepit, quod edificium non proficeret, nisi calcina misceretur sanguine alicuius sine patre procreati. Et cum per regnum talis quereretur, Merlinus puer a quodam puero[x] secum contendente talis notificatur et captus magos mentitos esse dixit, et ostendens sub terra voraginem totum absorbentem, mortem evasit[79]. 471. G. p. ibid. Gilb. G. p.

Felix III. nacione Romanus ex patre Felice presbitero de regione Fasciole sedit annis 8, mensibus 11, diebus 17, et cessavit episcopatus diebus 5. Hic fecit basilicam sancti Agapiti iuxta basilicam sancti Laurencii martiris. Hic constituit ecclesias ab episcopo esse consecrandas. Sepultus est in basilica sancti Pauli. Huius[y] tempore venit relacio de Grecia Petrum Alexandrinum propter heresim dampnatum ab Acacio[z] Constantinopolitano episcopo revocatum, quod sanctus Felix graviter accipiens convocato concilio dampnavit Acacium[a] et Petrum. Hic etiam duos episcopos, quos pro predicta causa in Constantinopolim legatos direxit, quia per imperatorem pecunia corrupti fuerant, convocato concilio dampnavit[b]. [Hic constituit, quod accusato dande sunt inducie, ut ad respondendum preparare se possit, et quod accusatores et iudices tales esse debent, quod omni careant suspicione.] 486. G. p. Gilb. G. p.

Gelasius I. nacione Afer ex patre Valerio sedit annis 4, mensibus 8, diebus 28, et cessavit episcopatus diebus 7. Hic fecit oraciones, tractus[c] et ymnos sicut[d] Ambrosius. Et prefacionem misse conposuit: *Vere dignum et iustum est* etc. cotidiano usu. Huius tempore facta est invencio cripte sancti Michaelis. Invenitur corpus sancti Barnabe et cum eo euangelium, quod propria manu in Ebraico sanctus Matheus scripserat. Avitus episcopus Viennensis Galliam defendit ab heresi Arriana. 494. G. p. Gilb. V. 20, 102. ibid. 103.

a) a 1. b) quod 1. c) Hic — revelante *des.* 5. 6. d) Hic — Affricam *in* A. A* *non solum, sed etiam in* 5. 6. e) *al. calam. in* A. f) reparatis *bis scriptum, sed a scriptore et rubricatore deletum.* g) direpte *cod.* h) Ylarus A. i) 11 *leg.* 1. k) *al. calam. in* A. l) Brictonum 1; Brittonum A. m) Britania 1; Brittania A. n) Attarus 1. o) scilicet Analonie *add.* 9. p) Tamen creditur eius corpus apud Glasconem esse sepultum *add.* 9; *sequuntur in* A. *aliqua de Merlino, quae iam erasa vix legi possunt.* q) in Celio monte — et aliam basil. S. Stephani *add.* 1 *ex Gest. pont.* r) Biviane A. 3; intra urbem Romam iuxta palacium Lucinianum *add.* 1. s) baptizantes 1. A. *alii.* t) *al. calam. in* A, *sequentia de Merlino in rasura.* u) Britania 1; Brittania A. v) Demitie A. w) Brittannie 6; Britanie 1; Brictanie 5. x) puo A. y) *al. calam. in* A. z) Acario 1. a) *sic hic* 1; Achacium *hic* A. b) condempnavit 1. c) *leg.* tractatus. d) et *inser.* 1.

75) *Hic — Affricam* ex Paulo. 76) secundum Gesta pont. 77) *Franciam — coegit* forte secundum Gervasium II, 17. 78) Haec de Arturo desumpta sunt ex Vinc. XXI, 74 seu ex Richardo, quorum uterque allegat historiam Britonum. 79) Haec de Merlino ex uberiore narratione Richardi desumpta sunt, cuius verba passim repetuntur.

498. Anastasius II. nacione Romanus[a] ex patre Fortunato sedit anno 1, mensibus 11,
Gilb diebus 23, et cessavit episcopatus diebus 4. Hic constituit, ut nullus clericus pretermitteret officium suum
G. p. ira vel rancore preter missam. Hic[b] Anastasium imperatorem[c] excommunicavit[80]. Eo tempore multi presbiteri et clerici se contra papam erexerunt eo, quod *[sine consilio episcoporum]* communicasset Fontino[d] diacono Tessalonicensi[e], qui familiaris[f] fuit Acacii[g] dampnati per ecclesiam. Et quia[h] Acacium[g] restituere[i] voluit, licet non potuerit, divino iudicio percussus est.

Quia dum ad secreta nature secessisset, egerendo intestina miserabiliter vitam finivit[81]. *Sepultus est apud Sanctum Petrum*[k. 82].

501. Simachus[l] nacione Sardus ex patre Fortunato sedit annis 15, mensibus 7[m], diebus 28,
G. p et cessavit episcopatus diebus 7. Hic constituit[n], omni die dominico et in nataliciis sanctorum *Gloria in excelsis Deo* canere[o], et que sequuntur post verba angeli addidit in eodem ymno. Sub contencione ordinatus est uno die cum Laurencio Symachus in basilica Constantiniana, Laurencius in basilica sancte Marie maioris. Ex qua causa separatus est[p] clerus, et populus divisus est a senatu, et facto Ravenne iudicio coram Theodorico rege, electus est Symachus et confirmatus[q].

506. Clodoveus[r] rex Francorum a beato Remigio baptizatur; qui et Parisius regalem ecclesiam edificavit in honore apostolorum Petri et Pauli[83]. Boecius vir consularis in Ytalia claret, qui exiliatur a Theodorico rege Ytalie, ibique libros[s] sibi[t] de consolacione philosophie edidit[84]. Hoc tempore clarent sanctus Remi-
V. 21, 26. gius, sanctus Maxencius abbas, sanctus Leodegarius, sanctus Arnulphus et sancta Genovepha[85]. Eo[u] tempore sanctus Sigismundus rex Burgundie ad honorem beati Mauricii sociorumque eius apud Agaunum ibidem quiescencium
G. p. monasterium construxit, multisque possessionibus ditavit. Eodem tempore papa Symachus, convocata synodo, ex misericordia constituit predictum Laurencium Nucerinum[v] episcopum. Post paucos annos criminatur ex invidia per falsos testes Symachus et occulte revocatur Laurencius, et iterato est[w] divisus clerus: quidam adherebant Symacho, alii Laurencio. Sed convocata synodo yterato 215 episcoporum, expurgatus Symachus de crimine falso cum gloria restituitur, Laurencius[x] cum suis condempnatur[y].

516. Hormisda nacione Campanus[z] de civitate Freselon[a] ex patre Iusto sedit annis 9,
G. p. diebus 17, et cessavit episcopatus diebus 6. Hic[b] clerum conposuit et psalmos erudivit, et Grecos reconciliavit, qui obligati fuerant vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinum episcopum. Hic postquam elemosinas[c]
ibid. multas pauperibus erogasset nec non et basilicis diversa ornamenta contulisset[d], apud Sanctum Petrum trabem argenteam mille quadraginta librarum relinquens[e], ibidem sepultus quiescit.

525. Iohannes I. nacione Tuschus[f] ex patre Constantino[g] sedit annis 2, mensibus 8, diebus 18,
Gilb. et cessavit episcopatus diebus 8. Huius tempore Francia convertitur ad Christum. Hunc[h] Theodoricus[i] rex
G. p. Gothorum, qui dominabatur in Ytalia, misit in Constantinopolim ad Iustinum imperatorem, sed reversum cum
Paul. sociis suis carcerali angustia peremit[k]. Quod Deus parvo post tempore acriter punivit. Nam post paucos dies est rex
G. p. extinctus, cuius animam quidam sanctus heremita vidit per Iohannem papam in ollam[l] vulcani proici[m]. Obiit autem Ravenne in carcere, cuius corpus translatum est Romam et sepultum est in ecclesia sancti Petri.

527. Felix IV. nacione Savinus[n] ex patre Constantino sedit annis 4, mensibus 2, diebus 13, et cessavit episcopatus mense 1, diebus 15. Hic constituit, ut infirmi[o] ante transitum
Bonizo. suum sancto oleo debeant[p] inungi. Hic[q] patriarcham Constantinopolitanum excommunicavit.

531. Bonifacius II. nacione Romanus ex patre Figivuldo[r] sedit annis 2, diebus 26, et cessavit episcopatus diebus 6. Hic constituit, ut clerici sint divisi a laicis in celebracione misse.
G. p. Et hic sepultus est in ecclesia sancti Petri.

533. Iohannes II. nacione Romanus ex patre Proiecto de Celio monte sedit annis 2, men-
Gilb. sibus 4, diebus 6, et cessavit episcopatus diebus 7[s]. Hic dampnavit Antemium[t] Arrianum episcopum.
V. 21, 71 Maurus discipulus sancti Benedicti sanctitate claret in Gallia.

536. Agapitus I. nacione Romanus[u] de regione[v] Iohannis et Pauli sedit mensibus 11[w],
G. p. diebus 18. Hic constituit processiones fieri die dominico. Hic[x] ad Iustinianum imperatorem in Constantinopolim veniens defunctus est. Cuius corpus Romam translatum[y] in basilica sancti Petri sepultum est[z].

a) de regione Capritauri *add.* 1. b) *al. calam. in* A. c) Constantinopolitanum *add.* A. d) photino *sol.* 6. e) Fontinum diaconum Tessalonicensem 1. f) comunis A. g) Achac. A. h) occulte *add.* A. i) revocare A. k) Hic Anastasium — Petrum *des.* A. l) Cimachus *vel* Cymachus 1 *semper; fol.* 11′ *in* A. m) 8 *leg.* 1. n) ut *add.* 1. o) caneretur 1. p) *deest* 1. q) et confirmatus *al. calam. add. in* A. r) *linea rubra cum a.* 506. *comunct. in* A. s) libro A, *littera* s *postea addita.* t) *deest* A. u) *al. calam. in* A. v) Nucherinum A. w) est *postea superscr. in* A. x) vero *add.* 1. y) condampn. 1. z) Conpanus 1. a) freseloñ A. b) ex patre iusto *add.* A, *sed postea deleta.* c) helem. 1 *saepius.* d) Hic post elemosinas studiose pauperibus erogatas, post multarum basilicarum ornamenta A, *al. calam.* e) decoratam fecit qui A. f) Tuscus A. g) constañ A; constancio 1. h) *al. calam. in* A. i) Thedricus A. k) perhemit 1, *qui add.* 15. Kal. Iun. l) olla 1. m) prohici 1. A. n) Sabinus 1. o) infirmus 1. p) debeat 1. q) *al. calam. in* A. r) *sic* A; Figuuildo *Cenc.;* Figinuldo 3. 7; Figmuldo 4; Fugimildo 5. Siginulpho 1; Sigunildo 6; Sigimundo 9; *al. al.* s) 7 *deest* 1. t) Antenium 1. 6 *fortasse e coniectura;* Autiminum A; Auximanum *Gilb.* u) ex patre Gordiano *add.* 1. v) s̄ *add.* A. w) 9 *ley.* 1. x) *al. calam. in* A. y) est et *add.* 1. z) *deest* 1.

80) Hoc legitur in Gestis Gregorii VII. (apud Watterich I, 326), quae ex Bonizone *Adamicum* hauserunt. Legitur etiam in Bonizonis chron. Rom. pont. omisso tamen imperatoris nomine. 81) Hoc de Arii obitu falso ad Anastasium translatum videtur. 82) ex Gestis pont. 83) secundum Vinc. XXI, 6. 13. 84) secundum Vinc. XXI, 14. 15. 85) De istis sanctis v. Vinc. XXI, 22. XXIII, 124. XXI, 25. 3.

Silverius nacione Campanus ex patre Hormisda episcopo Romano sedit anno 1, mensibus 5, diebus 11[a]. Hic in exilio interfectus est ab imperatore. Nam[b] Theodora imperatrix propter Antemium[c] episcopum de heresi[d] condempnatum, quia ipsum restituere noluit, misit in exilium in Ponciam insulam. Ibique mortuus est. 538. Gilb. Paul. Diac.

Vigilius nacione Romanus ex patre Iohanne[e] sedit annis 17, mensibus 6, diebus 25, et cessavit episcopatus mensibus 3, diebus 5. Huius tempore Belisarius[f] patricius liberavit Romam a capcione Gothorum[86], et obtulit sancto Petro crucem auream de Wandalorum spoliis pensantem libras 100. Moritur[*] in exilio in civitate Siracusis[*]. Hic[g] ordinavit missam celebrari in ecclesie orientali parte. Hunc[h] quemadmodum et predecessorem suum Theodora imperatrix propter Antemium[i] episcopum Constantinopolitanum persecuta[k] est, et de mandato ipsius ductus est in Constantinopolim. Ubi cum nollet Antemium[l] episcopum[m] restituere, alaphizatus[n] de ecclesia sancte Sophie, in quam fugerat, extrahitur, et misso fune in collo, per totam civitatem a mane in vesperam tractus in exilium[o] missus[p] moritur. Hoc tempore in una urbe Sycilie[q] constat Theophilum[r] archidiaconum extitisse, qui Christum et eius genetricem[s] abnegando diabolo homagium fecit. Qui post per diabolum ad quod volebat promotus, ad cor rediens et cum fletu dura penitencia se affligens, mediante beata virgine Maria, veniam et graciam recuperavit. Hic Vigilius licet papatum male intraverit, eo quod cupidus ad papatum anhelasset, cum esset Silverii pape archidiaconus, propter ipsius consilium Silverius papa ab imperatrice Theodora[t] exilio est relegatus[u], ut ei in papatu succederet, quia tamen de facto penituit, pro fide exilio relegatus[u] ibidem feliciter terminavit[v]. Tempore[w] huius[x] apud Constantinopolim 5. synodus congregata est sub Iustiniano principe contra Theodorum et omnes hereticos, qui beatissimam Mariam tantum[y] hominem et non Deum et hominem genuisse affirmabant. Hoc[*] tempore sanctus Medardus episcopus Noviomensis obiit, quem Clotarius rex Suessionis cum gloria sepelivit. Hoc tempore[z] sanctus Remigius obiit, qui 72 annis Remensem rexit ecclesiam[*]. 541. G. p. G. p. V. 21, 69. 70. Boniz. Got. 20. V. 21, 77.

Pelagius I. nacione Romanus ex patre Iohanne[a] sedit annis 4, mensibus 10, diebus 18, et cessavit episcopatus mensibus 3, diebus 25. Hic constituit, ut heretici vel scismatici[b] per potestates seculares punirentur. *[Hic[c] sepultus est apud Sanctum Petrum[87].]* Hoc tempore beatus Brandanus in Scocia clarus habetur. Iste[*] papa culpatus fuit de morte Vigilii pape; sed[d] coram omni populo tangendo crucem et euangelium se[e] purgavit. Huius tempore ossa prothomartiris Stephani sunt Romam delata et cum sancto Laurencio in una tumba collocata[*]. 558. Gilb. V. 21, 81. ibid. 77.

Iohannes III. nacione Romanus ex patre Anastasio[f] sedit annis 12, mensibus 11, diebus 27[g], et cessavit episcopatus mensibus 10 et diebus 3. Hic reparavit et restauravit cymiteria sanctorum martirum. His[h] temporibus Fortunatus poeta, vir egregius et ingenio clarus de Ytalia Turonis veniens, gesta beati Martini episcopi[i] conscripsit et demum in Pictavensem episcopum est ordinatus[k]. Eodem tempore beatus Maurus sancti Benedicti discipulus[l], qui[m] de Ytalia Gallias venerat, post laudabilem vitam monasticam migravit ad Christum et[*] prope Parisius quiescit tumulatus[*. 88]. Hoc tempore ante adventum Lonbardorum in Ytaliam[n] ignee acies in celo vise sunt, de quibus scripsit[o] beatus Gregorius in omelia: *Erunt signa* etc.[p] Iohannes[q] vero papa postquam perfecit in Urbe ecclesiam apostolorum Philippi[r] et Iacobi et dedicavit eam, sepultus est in basilica beati Petri apostoli. Circa[*] hec tempora sanctus Germanus Parisiensis episcopus claret. Qui cum egrotaret, iussit[s] ex opposito sui in muro sculpi 5. *Kal. Maii.* Cuius scripture causam post mortem ipsius, que tali die evenit, constitit sibi divinitus fuisse revelatam[t]. Sepultusque est in ecclesia que usque hodie dicitur ad Sanctum Germanum de Pratis[*]. 562. G. p. V. 21, 126. Got. G. p. V. 21, 65.

Benedictus I. nacione Romanus ex patre Bonifacio sedit annis 4, mense 1, diebus 18, et cessavit episcopatus mensibus 3, diebus 10. Huius tempore Longobardi invaserunt totam Ytaliam comitante[v] multa fame et mortalitate. In quibus laboribus et afflictionibus idem Benedictus papa mortuus est et sepultus in basilica sancti Petri[w]. 574.[u] G. p.

Pelagius II. nacione Romanus[x] sedit annis 10, mensibus 2, diebus 10, et cessavit episcopatus mensibus 6 et diebus 25. Hic ordinatus fuit absque iussione principis. Eodem tempore Longobardi obsederunt Romam; multa vastacio ab eis in Ytalia fuit. Eodem tempore tante pluvie fuerunt, quod omnino dicerent, ut diluvium inundaret. Et talis clades fuit, qualem a seculo nullus meminit audivisse. Ab[y] hoc beatus Gregorius in 580. G. p. V. 21, 132.

a) et ces. d. 5 *add. et statim deleta in* A. b) *al. calam. in* A. c) *littera* e *in* A *superscr.*; Antenium *sol.* 1. d) episcopum Constantinopolitanum hereticum A. e) consule *add.* 1. f) Belisareus 1. *) Moritur — Siracusis *des.* A. g) *al. calam. in* A. h) *hic inseruit* A, *quae in* B *et* C *infra leguntur his verbis:* Hic licet fraudulenter papatum habuisset, eo quod existens Silverii pape archidiaconus et in Constantinopoli apocrisiarius ipsius, et per ipsius consilium Silverius exilio relegatus fuisset, ut sibi succederet in papatu, quia tamen de facto penituit et imperialibus contra ius noluit obedire preceptis ipsum quemadmodum *etc.* i) *sic hic sol.* 6. 8; Antenium 1; Antimum A; Arthemium 3; Artemium 5. k) persequta 1. l) Antonium 1; Arthemium 3. m) hereticum A; ipsum hereticum 6. n) colaphizatus 1. o) Syracusis *add.* A. p) ibidem *add.* A. q) Cylicie A. r) *fol.* 12′ *in* A. s) matrem ipsius A. t) de *add. male* 1. u) revocatus 1. v) Hic Vigilius — terminavit *des.* A, *cf. not.* h. w) *rursus al. calam. in* A. x) Vigilii pape A. y) solum A. *) Hoc — ecclesiam *des.* A. A*. z) Circa hoc 1. a) Vicario *add.* 1. b) cismatici 1. c) *al. calam. in* A. *) Iste — collocata *des.* A. A*. d) se 1. e) se *deest* 1. f) illustri *add.* 1. g) 28 *leg.* 1. h) *al. calam. in* A. i) *deest* A. k) demum factus est Pyctaviensis episcopus A. l) sancti Bened. discipulus *des.* A. m) *deest* 1. *) et — tumulatus *des.* A. n) in Ytaliam *ead. man. superscr. in* A. o) tangit A. p) in sole *add.* 10. q) Et Iohannes 1. r) Philipi 1. *) Circa — Pratis *des.* A; Hoc tempore — Pratis *des.* A*. s) cepit 1. *manu post. in marg.* iussit. t) revelatum 1. 5. 8. u) 573 *leg.* A*. v) *al. calam. in* A. w) apud S. Petrum A. x) ex patre Unigildo *add.* 1. y) *al. calam. in* A.

86) Cf. etiam Gilbertum. 87) ex Gestis pont. 88) secundum Vinc. XXI, 71. 72.

Constantinopolim apocrisiarius directus ortatu[a] Leandri[b] Hispalensis episcopi libros[c] moralium in Iob conposuit. Cum* v. 22, 9. vero Tyberis ex predictarum pluviarum[d] habundancia in tantum inundasset, ut[d] super muros Urbis ingrediens, magnam partem regionis occuparet, secum trahens innumeram multitudinem bestiarum maxime serpencium cum uno ingenti drachone, que bestie post diluvium putrefacte ex aeris corrupcione maximam mortalitatem homini induxerunt, ita ut multe domus in Urbe vacue remanerent. Ex qua clade et Pelagius papa est defunctus, [et sepultus est in ecclesia sancti Petri][*]. [89].

591. Gregorius I. doctor nacione Romanus ex patre Gordiano sedit annis 13, mensibus 6, diebus 10, depositus[e] 4. Idus Marcii *[imperante domno Foca augusto, anno 2. indictione 7.]*, et cessavit episcopatus mensibus 5 et diebus 16. Hic doctor divinarum scripturarum sollertissimus G. p. inquisitor[f] mansuetus. Hic composuit omelias numero 40, Iob et[g] Ezechielem exposuit[h], registrum pastoralem[i], dialogum et multa alia bona fecit. Hic in propria domo fecit monasterium. Merito terrestris angelus vocatur, quia Bonizo. celestem vitam duxit in terris. In singulis ecclesiis Romane urbis in remissionem humani generis singulis diebus quadragesime statuit fieri staciones devocioni fidelium celebrandas. Et ne erroris antiqui semen de cetero pullularet, ymaginibus demonum capita et menbra fecit generaliter amputari, ut per hoc extirpata radice Gilb. heretice pravitatis[k] palma ecclesiastice[l] veritatis plenius exaltaretur. Et addidit in missa *diesque nostros in tua pace disponas,* et conposuit multos libros, et fecit supra corpora apostolorum Petri et Pauli iugiter celebrari a papa Paul. sive a cardinalibus[90]. Hic instituit per septiformem letaniam placare iram Dei. Septiformis autem ideo dicta est, quia in primo choro fuit omnis clerus, in secundo abbates cum monachis, in tercio abbatisse cum congregacionibus suis[m], in quarto omnes infantes, in quinto omnes laici, in sexto omnes[n] vidue, in septimo omnes coniugate. Hic[o] primus v. 22, 107. pontificum[p] *servus servorum Dei*[q] se scripsit[91]. Et* licet vita et scientia fuerit preclarus, multos tamen post mortem maxime habuit detractores, adeo ut propter detestacionem ipsius et memorie deletionem omnes libri sui conburi debebant[r], nisi Petrus eius diaconus per Spiritum sanctum, quem in columbe specie viderat super ipsum sedisse, libros ipsos conscripsisse iuramento et mortis sue quem predixit termino, scilicet legendo in pulpito[s] euangelium, confirmasset*.

604. Savinianus[t] sedit anno 1, mensibus 5, diebus 9, et cessavit episcopatus mensibus 11, v. 21, 107. diebus 21. Hic constituit, ut hore diei per ecclesias pulsarentur. Hic[u] cum beato Gregorio pape[v] post mortem derogaret et maxime ipsius liberalitati[w], et propter hoc egenis manum adiutricem subtraheret[x], sanctus Gregorius ipsum ter per visum pro culpa redarguens et quarto, cum se corrigere nollet, in capite percussit, quo tactu etiam evigilans vexatus in capite expiravit.

606. Bonifacius III. nacione Romanus[y] sedit mensibus 8, diebus 28. Hic constituit, ut nitidus pannus super altare poneretur.

607. Bonifacius IV. nacione Marsorum de civitate Valeria ex patre Iohanne medico sedit G. p. annis 6, mensibus 8, diebus 12, et cessavit episcopatus mensibus 7 et diebus 25. Hic[92] optinuit ab augusto Foca[z] imperatore, ut ecclesia beati Petri apostoli caput esset omnium ecclesiarum, quia[a] Constantinopolitana primam omnium ecclesiarum se scribebat. Iste Bonifacius papa et christiani[b] templum, quod dicitur Sancta Maria rotunda, ubi multociens a demonibus percuciebantur christiani, rogavit imperatorem Focam ut condonaret ei hoc templum, ita mirabiliter dedicatum ad honorem Cybeles[c] matris deorum et Neptuni dei marini in Kal. Novembris, ut ipse posset dedicare[d] illud ad honorem beate Marie virginis et omnium sanctorum, quod cesar ei concessit. Et ipse papa cum Romano populo in die Kalendarum Novembris illud dedicavit et statuit, ut in isto die Romanus pontifex ibi missam celebraret et populus accipiat corpus et sanguinem domini nostri Ihesu Christi sicut in die natalis Domini et in isto die omnes sancti cum virgine matre Christi Maria et celestibus spiritibus et omnis populus christianus habeant festivitatem, et defuncti habeant per ecclesias tocius mundi sacrificium sequenti die pro redempcione animarum[93].

613. Deusdedit nacione Romanus ex patre Stephano subdiacono sedit annis 3, diebus 20, Gilb. et cessavit episcopatus mense 1, diebus 16. Hic dum quemdam oscularetur leprosum, statim a lepra mundatus est[94].

616. Bonifacius V. nacione Campanus[e] de civitate Neapoli[f] sedit annis 5, diebus 13, et Gilb. cessavit episcopatus mensibus 6, diebus 13. Hic constituit, ut fures ecclesiarum essent anathematizandi,

a) ornatu 1; hortatu A. b) Loandri 1. c) libro 1. *) Cum — Petri *des.* A. A*. d) *deest* 1. e) dep̃ *sol.* A; cep̃. *seu* cepit *rell. codd.* f) fuit *add.* 1. g) *super lin. postea additum in* A. h) *in marg. adiectum in* A. i) pastorale 10. k) vanitatis A. l) ecclesie, *manu post. add.* astice 1. m) suis *deest* A. n) universe A. 5. o) *al. calam. in* A. p) pontifex 1. q) Dei *om.* 1. *) Et — confirmasset *des. in* A. A*. r) debeant 1. s) publico 6. 8. 11. *al.* t) *fol.* 13′ *in* A. u) *al. calam. in* A. v) papa 1. w) libertati 1. x) substrah. 1. y) ex patre Iohanne *add.* 1. z) Phoca A. a) ecclesia *inser.* A. b) et christ. *ead. man. suprascript.* 1; videns *add. sed delet.* A. c) Sybeles 1; Sibeles A; Sibiles 5. d) edificare 1. e) Conpanus 1. f) Neapolim 1.

89) *et sepultus — Petri* ex Gest. pont. 90) *et fecit — cardinalibus* secundum Gesta pont. 91) ex Vinc. XXII, 19. 92) Sequentia in Gestis pont. sub Bonifacio III. leguntur. 93) Haec de Pantheo desumpta sunt ex libro de Mirabilibus Romae, seu quem noster laudat Escodio. 94) Gilbertus haec dicit de Deodato, a Martino etiam sub Agathone secundum Bonizonem repetuntur.

et ut testamentum valeret[a] principis iussione, et acolitus reliquias martirum non audeat levare. Sepultus* est apud G. p. sanctum Petrum*.

Honorius I. nacione Campanus ex patre Petronio consuli[c], sedit annis 12, mensibus 11, 621.[b] diebus 17[d], et cessavit episcopatus mensibus 7 et diebus 18[e]. Hic constituit, ut in omni sabbato Gilb. ad Sanctum Petrum procederent letanie. Hic[f] etiam[g] clerum salubriter[h] erudivit ac super elemosinas[i], quas cotidie pauperibus distribuebat, larga manu[k] multas ecclesias auro argentoque decoravit. Hic* sepultus est ibid. apud sanctum Petrum.* Hoc[l] tempore Anastasius monachus martirio coronatur. Qui natus in Perside magicas artes puer a patre didicit. Sed mox ut a captivis christianis nomen Christi didicit[m], Iherosolimam petens post baptismum monachus efficitur, tandem a Sarracenis captus diversis et gravissimis penis interimitur. Mox quidam demoniacus eius tunica indutus curatus est. Cuius corpus Eraclius imperator devictis Persis deducens Romam in monasterio sancti Pauli ad aquas Salvias collocavit[95]. Hic etiam papa eccle- G. p. siam beati Petri apostoli auro argentoque splendide decoravit et eam tabulis ereis per totum cooperuit. Fecit etiam ecclesiam beate Agnetis, ubi requiescit, et beati Pancracii[n] via Aurelia et quatuor Coronatorum. Sepultus est in ecclesia sancti Petri[o].

Severinus[q] nacione Romanus ex patre Abieno sedit anno 1, et cessavit episcopatus 633.[p] mensibus 4, diebus 28. Hic[r] pontifex[s] sanctus et benignus fuit, amator cleri et pauperum, res ecclesiarum[t] et possessiones ampliavit sepultusque est apud sanctum Petrum.

Iohannes IV. nacione Dalmatia ex patre Venancio scolastico sedit anno 1, mensibus 9[u], 636. diebus 18, et cessavit episcopatus mensibus 1, diebus 13. Hic[v] thesauris ecclesie distractis[w] multa Bonizo. milia hominum per Hystriam et[x] Dalmaciam a servitute redemit[y]. Sepultusque est in ecclesia sancti Petri[z]. Hic* Ana- G. p. stasii et Vincencii martirum et aliorum sanctorum, quorum reliquias de Dalmatia[a] et Hystria adduci preceperat[b], iuxta fontem Lateranensem in oratorio Iohannis euangeliste recondidit*.

Theodorus I. nacione Grecus ex patre Theodoro episcopo de civitate Iherusalem sedit 641.[c] annis 6, mensibus 5, diebus 8, et cessavit episcopatus diebus 52. Hic constituit benedictionem cerei in sabbato sancto. Hic[d] librum penitencialem conposuit. Huius tempore Paulus Con- Bonizo. stantinopolitanus episcopus Pirri successor non tantum vesana sua doctrina, sed etiam aperta persecucione catholicos cruciat; apocrisarios[e] etiam Romane ecclesie, qui ad eius correpcionem[f] missi fuerant, quosdam carceribus[g], quosdam vero verberibus affecit, unde et ipsum sicut et antecessorem suum papa dampnavit[h. 96].

Martinus I. de civitate Tudertina provincie Tuscie sedit annis 6, mense 1, diebus 26, 647.[i] et cessavit episcopatus diebus 28. Hic dum celebraret missam, spadarius Olympii missus est ad occidendum G. p. eum. Qui levando gladium statim cecus effectus est. Hic[k] celebravit Rome concilium, ubi dampnavit pravi dogmatis V. 23, 84. assertorem[l] Paulum Constantinopolitanum, falsi nominis patriarcham, propter quod Constantinus imperator ipsum Constantinopolim evocavit. Et inde[m] in exilium Cersonam missus ibi ad Christum feliciter migravit. Cuius* festum G. p. celebratur in crastino[n] sancti Martini Turonensis*.

Eugenius[p] I. nacione Romanus de regione Aventina[q] clericus a cunabulis ex patre 652.[o] Rusiano[r] sedit annis 2, mensibus 8[s], diebus 22, et cessavit episcopatus mense 1, diebus 28. Hic omnibus benignus et amabilis maximeque sanctitatis[t], sepultus[u] est apud sanctum Petrum. G. p.

Vitalianus[w] nacione Signensis provincie Campanie ex patre Anastasio sedit annis 14, 656.[v] mensibus 6, et cessavit episcopatus mensibus 2, diebus 13. Hic cantum Romanorum composuit et Gilb. organo concordavit[x]. Hic[y] nuncios suos direxit Constantinopolim ad imperatorem, iuxta consuetudinem significans de G. p. sua ordinacione. Qui nuncii postquam reverenter fuissent recepti renovatis Romane ecclesie privilegiis redierunt, portantes euangelia auro conscripta et preciosis gemmis decorata, que imperator sancto[z] Petro apostolo transmiserat[a]. Sepultusque est apud sanctum Petrum. Hic* papa quendam Grecum nomine Theodorum, habitu monachum et V. 2?, 117. magne litterature virum Canturiensi ecclesie in Anglia[b] prefecit in episcopum. Qui Theodorus scripsit peni- ibid. 123. tencialem[c] librum mirabili et cauta discrecione distinguens modum singularum culparum. De quo libro in iure canonico fit frequenter mencio*.

a) valeat A. *) Sepultus — Petrum *des.* A. A*. 5. b) 622 *leg.* A*. c) *sic* 1 *et* A petroniocõsi, *ex quo compendio non intellecto* Petromocorsi *etc. multi codd.* d) mens. 12, dieb. 14 *leg.* 1. e) 17 *leg.* 1. f) *al. calam. in* A. g) *deest* A. h) celebriter 1; pie A. i) helemos. 1 *saepius.* k) larga manu *des.* A. *) Hic — Petrum *des.* A. 7. 8. l) *al. rursus calam. in* A. m) Sed mox — didicit *des.* 1. n) Prancacii 1; in *add.* 1. o) Hoc temp. Anast. — Petri *des.* A*. p) 635 *leg.* A*. q) Severius 1. r) *al. calam. in* A. s) *deest* A. t) cleri A. u) 8 *leg.* 1. v) de *add.* 1; de *punctis suppositis deletum* A. w) *littera initiali in* d *mutata incipit al. calam in* A. x) *deest* 1. y) Hic de thesauris ecclesie multos captivos redemit 9. *Gilbertum secutus.* z) Et sep. est apud s. Petrum A. *) Hic — recondidit *des.* A. A*; *add.* 3. 6: Sepultus est apud s. Petrum. a) Almacia 1. b) *sic* 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8; et aliorum martirum corpora de Dalmacia et Ystria transferens 5. 9—11. c) 638 *leg.* A*. d) *al. calam. in* A. e) apocrifarios 1. f) correctionem 5. 11. g) et *inser.* A. h) ipse sicut et antecessor ipsius ab apostolica sede dampnatus est A. i) 645 *leg.* A*. k) *al. calam. in* A. l) assertores 1. m) idem 1. *) Cuius — Turonensis *des.* A. A*. n) vigilia 1. o) *sic cum Cenc.* A. 3; 651 *leg.* A*. 2. 7. p) *fol.* 14′ *in* A. q) Aventinense A. r) *sic* 1. 3. 5. 6. A. A*. *Cenc.;* Rufiano 4. 7. 8. *al.* s) 3 *leg.* 1. t) fuit *add.* 1. u) que *add.* 1. v) 653 *leg.* A*. w) Vitalis A*. x) et org. conc. *des.* A, *sequens similinea in rasura.* y) *al. calam. in* A. z) sanctus 1. a) tramsm. 1. *) Hic papa — mencio *des.* A. 5; Hic nuncios — mencio *des.* A*. b) in Anglia *des.* 1. c) penitenciale 1.

95) Cf. acta S. Anastasii in Act. Sanct. 22. Ian. II, 426 sq. cum commentario ibid. 425, nec non Gotifredum.
96) *Huius tempore Paulus — dampnavit* ex Gestis Theodori et Martini I. hausta sunt.

671.[a] G. p. Deodatus nacione Romanus ex monacho de patre Iobiano sedit annis 4, mensibus 2, diebus 5, et cessavit episcopatus mensibus 4[b], diebus 15. Hic tante benignitatis fuit, ut omnem hominem a maiore usque ad minorem ad se venientem consolatum dimitteret.

V. 23, 122. Huius tempore translatum est corpus beati Benedicti a monte Cassino ad cenobium Floriacense, quod est sollempne in Aurelianensi diocesi, et etiam corpus ibid. sororis ipsius Scolastice. Huius tempore regnum Sicilie a Saracenis devastatur. Sepultusque est apud sanctum Petrum[c].

Hoc[d] tempore regis Persarum coniunx, nomine Cesarea, de Persida cum paucis fidelibus clam venit Constantinopolim. Ubi cum per imperatorem de sacro fonte levata fuisset, cum ad virum redire nollet, nisi primum christianus fieret, ipse cum 40 milibus Constantinopolim pacifice veniens cum universis babtizatus est[1].

675.[e] G. p. Donus[f] nacione Romanus ex patre Mauricio sedit anno 1, mensibus 5, diebus 10, et cessavit episcopatus mensibus 2 et diebus 15. Hic decoravit illum locum ante basilicam sancti Petri, qui dicitur Paradisus, *[candidis*[g] *et magnis marmoribus]*. Sepultusque[*] est apud sanctum Petrum[*].

677.[h] Bonizo. Agatho nacione Syculus sedit annis 2, mensibus 6, diebus 3, et cessavit episcopatus anno 1, mensibus 7, diebus 15. Hic dum quendam leprosum oscularetur, statim mundatus est[2]. Huius tempore Ravennata ecclesia, que diu sedi apostolice rebellis fuerat, ad obedienciam rediit[3]. [Huius tempore celebrata est sexta synodus apud Constantinopolim[i].]

680.[k] G. p. Leo II. nacione Syculus ex patre Paulo sedit mensibus 10, diebus 17[l], et cessavit episcopatus mensibus 11, diebus 28. Hic constituit pacem dari in ecclesiis tocius christianitatis fidelibus post Agnus Dei. Hic[m] fuit eloquentissimus, in divinis scripturis sufficienter instructus, Greca Latinaque lingua eruditus, erga inopum provisionem non solum mentis pietate sed etiam studii labore sollicitus. Huius[n] tempore procurante Deo et ipsius labore ecclesia Ravennata posuit se[o] sub ordinacione sedis apostolice, ut defuncto archiepiscopo, qui electus fuerit iuxta antiquam consuetudinem veniat ad Romanam curiam ordinandus. Hic fecit constitucionem, ut qui ordinandus fuerit archiepiscopus, nulla consuetudine pro usu pallii aut diversis officiis aliquid ecclesie persolvere debeat. Hic sepultus est in basilica sancti[p] Petri apostoli. *[Et ipsius festum fit in vigilia apostolorum*[q]*.]*

684.[r] Benedictus II. nacione Romanus ex patre Iohanne sedit mensibus 10, diebus 12, et cessavit episcopatus mensibus 2, diebus 15. Hic[s] ab imperatore factus est papa[5].

Tamen vita eius concordavit cum nomine, ita ut merito benedictus diceretur. *Fuit*[t] *tamen humilis, mansuetus et paupertatis amator*[6].

G. p. Sepultusque est apud sanctum Petrum.

686.[u] Iohannes V. nacione Syrus ex civitate Antiochia ex patre Habundo sedit anno 1, diebus 10.

687.[v] Cono nacione Romanus de regione Celii[w] montis ex patre Benedicto sedit mensibus 11, diebus 9, et cessavit episcopatus mense 1, diebus 18. Hic[x] sancte et multum conmendabilis[y] vite,[z] sepultus est apud sanctum Petrum[7].

689.[a] V. 23, 127. G. p. Sergius I. nacione Syrus[b] de regione Antiochie ex patre Tyberio sedit annis 9[c], mensibus 8[d], diebus 23, et cessavit episcopatus mense 1, diebus 20. Hic constituit ut Agnus Dei ter cantaretur[e] ad missam in fractione dominici corporis. Hic[f] Deo sibi revelante in sacrario sancti Petri invenit capsam[g] argenteam in loco obscurissimo multe annositatis, ita ut argentea non appareret, in qua[h] sigillum erat expressum. Quo ablato invenit crucem preciosis lapidibus perornatam et ineffabilem porcionem crucis dominice interius repositam, que in V. l. c ibid. 134. die sancte crucis adoratur. Corpus etiam primi Leonis pape Deo revelante transtulit. Apud Wirceburch[i] Ostrofrancie G. p. sanctus Kilianus cum sociis suis martirio coronatur. Sergius[k] vero papa post laudabilem vitam sepultus est apud sanctum Petrum[l]. *[Hoc*[m] *tempore corpus beati Benedicti et sororis ipsius Scolastice a quibusdam monachis Francis a Monte Cassino defertur in Floriacense monasterium Aurelianensis dyocesis*[n. 8]*]*

698.[o] G. p. Leo III. nacione Romanus ex patre Nicholao diacono sedit annis 2, mensibus 11. Hic per patricium Romanorum factus est papa.

Et propter hoc in cathalogo[p] Romanorum pontificum in plerisque cronicis non ponitur, sed sequens Leo tercius intitulatur in ipsis et in Decreto[q].

Hic Leo in Romanorum cronicis in cathalogo pontificum non ponitur, forte propter malum introitum; unde apud ipsos et etiam in Decreto sequens Leo tercius nominatur[r].

a) *sic* A. A*. 3; 670 *cum Cenc.* 2. b) mens. quat. *des.* 1. c) Hic tante benignitatis — Petrum *des.* 5. *De translatione S. Benedicti tamen inser. infra sub Sergio I.* d) *al. calam. in* A, *des.* A*. e) *sic* A. A*. 3; 674 *leg.* 2 *cum Cenc.* f) Bonus 1; Domnus *corr.* Donus A. g) *al. calam. in* A. *) Sepultus — Petrum *des.* A. A*. 5. h) *sic cum Cenc.* A*. 2. 3; 678 *leg.* A. i) Huius — Const. *des.* 5. 7. k) *sic cum Cenc.* 2; 681 *leg.* A. A*; 679 *leg.* 3. l) 18 *leg.* 1. m) *al. calam. in* A. n) Hic 1. o) ecclesiam Ravennatam posuit 1. p) beati A. A*. 5. q) Petri et Pauli *add.* A*. r) *sic* A. 3; 683 *leg. cum Cenc.* 2. A*. s) 9—11 *sic habent:* Hic Benedictus ex vite sanctitate concordans cum nomine multas in Urbe ecclesias restauravit. t) *al. calam. in* A; *des. in* A*. 5 — Petrum *omnia.* u) *sic* A. 3; 685 *cum Cenc.* 2. A*. v) 686 *leg.* 2. A*; 685 *Cenc.* w) Celio 1; Celi A. x) *al. calam. in* A. y) conversabilis 1. z) fuit *add.* 1. a) 688 *leg.* A*. b) Syrus *in rasura* A. c) 9 *in rasura* A; 11 *leg.* 1. 3. d) 10 *leg.* 1. e) cantetur A. 5. f) *al. calam. in* A. g) cassam 1. h) quo A. i) *sic* 4; Virenburc 1; Wircebur 3; Wisenburch A; Visemburch A*; Wirceburc 7; *al. al.* k) *al. rursus calam. in* A. l) Sergius — Petrum *des.* A*. m) *al. calam. in* A. n) *haec etiam in* 5 *hic leguntur; des. in* A*. o) 697 *leg.* 2. p) cathologo 1. q) Et — decreto B *et* 7. 8. r) Hic — nominatur C, *except.* 7. 8, *posita sunt post* translatus.

1) Haec ex Paulo sumpta in B. C leguntur sub Constantino IV. imperatore. 2) V. quae supra sub Deusdedit adnotavimus. Hoc loco noster potius verba Gilberti quam Bonizonis secutus est. 3) ex Gestis pont. 4) ex Gotifredo P. XX. 5) Contrarium referunt Gesta pont. 6) ex Gestis pont. 7) secundum Gesta pont. 8) Haec ex Vinc. XXIII, 122 sumpta leguntur in B. C sub Deodato.

BSB

Hoc tempore sanctus Lambertus episcopus quia Pipinum principem, patrem[a] alterius Pipini[b], qui fuit pater Karoli, increpare ausus fuit, quod pellicem Alpaydem nomine sue uxori Plectrudi superduxerat, a Dodone fratre Alpaydis occiditur Leodii et in Traiecto tumulatur. Sed postea in episcopatum Leodium est translatus.* V. 23, 134. ibid. 137.

Iohannes VI.[c] nacione Grecus ex patre Patrone[d] sedit annis 3, mensibus 2, diebus 23, et cessavit episcopatus mense 1, diebus 19. Hic coronatus martirio, sepultus est[e] in ecclesia sancti Sebastiani ad cathecumbas. 701.

Iohannes VII. nacione Romanus ex patre Gregorio[f] sedit annis 2, mensibus 7[g], diebus 17, et cessavit episcopatus mensibus 9. Hic[h] fuit eruditus sciencia et facundus eloquencia. Hic fecit oratorium sancte Dei genitricis Marie intra ecclesiam beati Petri apostoli, cuius parietes moseo opere depinxit; ibique ante altare sepultus iacet. 704. G. p.

Sisinnius nacione Romanus ex patre Tresmundo[i] sedit diebus 20, et cessavit episcopatus mensibus 2. Huius tempore maximum scisma fuit. 707.

Constantinus nacione Syrus ex patre Iohanne sedit annis 7, diebus 15, et cessavit episcopatus diebus 40. Hic sepultus est in Vaticano sancti Petri. Hunc[k] Iustinianus imperator ad se venire Constantinopolim fecit ac sollempniter[l] ipsum recipiens, ut in die dominica missam[m] in ecclesia sancte Sophie celebraret, rogavit, communionem de manibus suis accipiens ac vultum in terra proiciens[n], ut pro peccatis suis Dominum exoraret, postulavit cuncta privilegia Romane ecclesie renovando. Hic[o] etiam Philippum[p] imperatorem denunciavit hereticum, eo quod sanctorum ymagines deleverat. Sub* hoc pontifice Coheret[q] et Opha reges Anglorum Romam venerunt ibique in monachos attonsi regi regum militaverunt[9]. Pontifex vero sepultus est apud sanctum Petrum*. 708. G. p.

Gregorius II. nacione Syrus ex patre Iohanne sedit annis 16, mensibus 8, diebus 20, et cessavit episcopatus diebus 35. Hic constituit quintam[r] feriam per totam christianitatem in quadragesima iciunari et missarum celebritatem. Huius tempore Bonifacius episcopus gentem Germanorum ad Christum convertit. Huius[s] tempore Petronax civis Brixianus divino instinctu[t] et Gregorii pape animatus ortatu[u] cenobium[v] sancti Benedicti apud castrum Cassinum laudabiliter reedificavit[w], quod[x] plus quam 100 annis a tempore primo Longobardorum desolatum fuerat. Quidam scribunt, quod tempore hoc sanctus Egidius Grecus nacione venerit in Provinciam. Hic Gregorius papa praedictum[y] Bonifacium a Britannia[z] venientem episcopum consecrat et per ipsum verbum Dei in Germania predicat. Qui post archiepiscopus Maguntinus factus cum in Frisia predicaret, martirio coronatur et transfertur ad Vuldense cenobium, quod ipse construxerat[a]. Hic[b] etiam[c], cum Leo imperator ymagines[d] Christi et beate virginis et aliorum sanctorum in[e] civitate Constantinopolitana igne cremari iussisset, idem ipsi[f] facere precipiens, non solum facere renuit[g], sed etiam imperatorem pro ipso facto[h] anathematizavit. Hoc[i] tempore Karolus pater Pipini maior domus Francie Saxones debellat necnon Reni transiens fluvium, Alemannos[k] et Suevos atque Bavaros perlustrat, usque ad Danubium omnia occupando. Subegit etiam[l] Frisones, Burgundiam et Lothoringiam. Sarracenosque de transmarinis partibus cum innumerabili multitudine in Provinciam venientes Arelate cum ipsis pugnando omnino delevit. Gregorius* vero papa distributis rebus monasteriis[m] et omni clero sepultus est apud sanctum Petrum*. 715. V. 23, 138. Gilb. V. 1. c. ibid. 139. ibid. 144. ibid. 157. G. p. V. 23, 148. G. p.

Gregorius III. nacione Romanus ex patre Marcello sedit annis 10, mensibus 8, diebus 24, et cessavit episcopatus diebus 9. Hic adiunxit in secreta[o]: *Quorum sollempnitas hodie in conspectu maiestatis tue celebratur, domine Deus noster, in toto orbe terrarum*[10]. Et fecit recedere totam Ytaliam a potestate Leonis augusti heresiarce ob deposicionem ymaginum. Huius tempore Alebrandus rex Longobardorum Romam obsedit. Sepultus[p] est in Vaticano in[q] basilica sancti Petri. Hic[r] Gregorius cum Leonem imperatorem de depositione ymaginum Christi et sanctorum incorrigibilem[s] vidisset, Romam et Ytaliam et Hesperiam totam ab eius iure discedere fecit et vectigalia interdixit, synodumque pene mille episcoporum Rome celebrando, veneracionem sanctarum ymaginum confirmat atque violatores generali sentencia anathematizat. Hic[t] cum Roma obsideretur a Longobardorum[u] rege, misit navigio ad Karolum patrem Pipini claves confessionis sancti Petri rogans[v], ut Romanam ecclesiam a Longobardis[u] liberaret. Hic* papa Vienne archiepiscopatum instituit, que quidem urbs ideo dicitur Vienna quasi Bienna eo quod biennio sit constructa*. 741.[n] Gilb. Gotefr. Bon. G. p. V. 23, 149. ibid. 150. Bon.

Zacharias nacione Grecus ex patre Policronio sedit annis 10, mensibus 2, diebus 15, et cessavit episcopatus diebus 12. Hic fecit pacem cum Lombardis[x]. Hic dialogorum libros de Greco in 741.[w]

a) *sic coniicio;* patrem *omisere codd.* B *et* 5. 6. 7. 8; principem *omisere codd.* C *recentiores.* b) Pepini 1. *) Et propter — translatus *des.* A. A*. 5. c) *fol.* 15′ *in* A. d) Patrono 3. A*; Platone *cum Cenc.* A. e) *deest* A. f) gorgono 1. g) 8 *leg.* 1. h) *al. calam. in* A; Hic — iacet *des.* A*. i) Transmundo 1. k) *al. calam in* A. l) fecit et sollempniter ac honorifice A. m) *pro* in d. dom. missam *leg.* in dicta missa 1. n) prohiciens 1. A. o) ut pro — Hic *alia manus suffecit* 1. p) Philipum 1. *) Sub — Petrum *des.* A. A*; Pontifex — Petrum *des.* 3. q) Choeret 3. 4. 7. r) *corr. ex* quartam A. s) *al. calam. in* A. t) instictu 1. u) ornatu 1. v) cenebium 1. w) rehedif. 1. x) qui 1. y) *in marg.* 1. z) Brictania 1; Britania A. a) construxit 1. b) *al. calam. in* A. c) Gregorius A. d) congregatis ymaginibus A. A*. e) media *add.* A. f) pape Gregorio A. g) obedire rennuit A. h) pro hoc A. i) *al. rursus calam. in* A. k) Alamannos A. l) et *inser.* 1. A. *) Gregorius — Petrum *des.* A; Hoc temp. Karolus — Petrum *des.* A*. m) monasterii 1. n) *sic cum Cenc.* A; 730 *leg.* 2. 3. A. o) in secreto 3. 8; in secreto misse 10. p) *corr. in* sepultusque A. q) *deest* A. r) *al. calam. in* A. s) incorribilem A. t) *al. calam in* A. u) Lombard. A. v) rogans *deest* 1. *) Hic papa — constructa *des.* A; Hic cum — constructa *des.* A*. w) *sic cum. Cenc.* A; 740 *leg.* 2. 3. A*. x) Longob. A.

9) Cf. Bonizonem, apud quem tamen nomina regum non leguntur. 10) *maiestatis — terrarum* desunt in Gilberto, sed leguntur in Gestis pont.

Gilb. Latinum transtulit. Hic Karolomannum[a], Francorum regem, fratrem Pipini fecit fieri clericum et misit eum in
V. 23, 154. Cassinense monasterium, ut monachus fieret. Cui etiam monasterio dona plurima cum privilegio sedis
G. p. apostolice contulit. Huius admonicione[b] Erachis rex Longobardorum cum uxore et filiis, relicto mundo[c], mona-
V. 23, 155. sticum indutus est habitum. Ad[d] hunc papam monachi cenobii Cassinensis adiuncto sibi Karolomanno[e] Romam venerunt rogantes papam, ut litteras regi Francorum Pipino dirigeret, quatinus corpus beati Benedicti, quod Floriacenses monachi furtim habuerant, loco Cassinensi restitueret. Quod rex Pipinus cum mandasset monachis Floriacensibus ieiunantibus et flentibus, nuncii qui corpus auferre debuerant, percussi sunt cecitate, et hoc cognito ibidem remansit.
G. p. Zacharias[f] vero papa omni virtute ornatus moritur et apud sanctum Petrum tumulatur. Huius* tempore corpus beate
V. 23, 151. Marie Magdalene a Gerardo comite Burgundie Verciliacum est translatum, quamquam alii scribant, quod apud Ephesum
G. p. quiescat, et alii quidem in Ytalia ing insula lacus sancte Christine*. [Hic pontifex Lateranensi ecclesia corpus beati Georgii martiris cum epitaphio Grecis litteris exarato repperit et cum magna sollempnitate ad Velum[h] in ecclesia nominis sui recondidit[i].]

751. Stephanus[k] II. nacione Romanus ex patre Constantino sedit annis 5, diebus 28, et
Gilb. cessavit episcopatus mense 1, diebus 5. Hic ob infestacionem Astulphi[l] regis Longobardorum pergens
V. 23, 156. in Franciam[11] unxit[m] Pipinum in[n] regem Francorum. Cui[o] Pipinus venienti occurrit ad trium miliarium spacium, de equo descendens et per frenum stratoris officium excercens usque ad suum deduxit palacium. Hic[p] ultimo anno pontificatus sui Romanum imperium a Grecis transtulit in Germanos in personam magnifici regis Karoli[q], tunc in iuvenili[r] etate constituti. De qua translacione tangit decretalis: *Venerabilem.*

756. Paulus nacione Romanus ex patre Constantino sedit annis 10, mense 1, et cessavit episcopatus anno 1, mense 1; de regione Vie Late. Hic constituit divina officia celebrare
V. 23, 158. ante horam sextam in quadragesima[s]. Iste[t] transtulit corpus sancte Petronille virginis, filie beati Petri apostoli, cum titulo, quem beatus Petrus scripserat, *Auree Petronille dilectissime filie* et in sarcofago precioso
G. p. reposuit. Iste fuit mitissimus et misericors, nulli malum pro malo reddens. Hic cum paucis familiaribus suis[u] noctis silencio per cellas infirmorum et pauperum et incarceratorum[v] circuibat, ipsis necessaria[w] ministrando. Viduis etiam ac pupillis et aliis egenis opem ferebat. Hic cum propter estivum calorem apud Sanctum Paulum moraretur, ibidem mortuus
V. 23, 159. sepelitur. Sed post a Romanis cum magno honore apud sanctum Petrum sepelitur[x]. Hoc* tempore sanctus Gengulphus in Burgundia[y] claret. Hic in Francia[z] fontem emit et in Burgundia exire inperavit[a]. Hic cum uxorem propter adulterium dimisisset, ab adultero clerico occiditur. Sed cum uxor eius miraculis derogando diceret: *Si Gengulphus miracula facit, anus meus cantet*[b]; quod mox completur, quia semper cum loquebatur, anus cantabat*.

766. Constantinus II.[c] ex laicis nacione Romanus sedit anno 1, mense 1. Hic[d] ex laicó subito
V. 23, 161. 167. factus presbiter tyrannica ambicione papatus invasore[e], magno fuit scandalo ecclesie Dei, sed zelo fidelium ab ecclesia deturbatus[f] oculis privatur.

768. Stephanus III. nacione Syculus ex patre Olivo sedit annis 3, mensibus 5, diebus 28,
G. p. et cessavit episcopatus diebus 8. Sepultus est in Vaticano in basilica sancti Petri. Hic[g] ex Gallia et Ytalia
V. 23, 167. Rome convocata synodo, omnia a Constantino ordinata deordinavit preter baptisma et crisma, et omnes per ipsum ordinatos degradavit.

771. Adrianus nacione Romanus ex patre Theodoro de regione Via lata sedit annis 23,
Gilb. mensibus 10, diebus 18, et cessavit episcopatus diebus 3. Huius precibus vocatus Karolus magnus[h] Pipini filius obsedit Longobardos in Papia, ubi cepit Desiderium regem et uxorem eius, quos captivos duxit in Franciam, et veniens Romam reddidit omnia, que pater eius Pipinus dederat beato Petro, adiuncto quoque[i] ei ducato
G. p. Spoletano[k] et Beneventano et ob hoc ipse patricius Rome est effectus. Hic restauravit Sanctum Anastasium ad aquam Salviam post incendium. Hic edificavit turres et muros urbis Rome. Hic portas ereas maiores dedit sancto Petro.
V. 23, 168. Huius[l] tempore celebrata est 7. sancta synodus 300 episcoporum apud Constantinopolim[12]; aliam synodum ipse papa Adrianus presente Karolo[m] rege Rome celebravit, in qua fuerunt 353[n] religiosi episcopi et alii abbates et prelati. In qua Karolo dedit Adrianus papa[o] et synodus[p] ius eligendi pontificem et sedem apostolicam ordinandi; item archiepiscopos per singulas provincias investituram ab ipso[q] recipere. Anathematizavitque omnes huic decreto rebelles
ibid. 170. et iussit bona ipsorum, nisi resipiscerent, publicari. Quicquid etiam Longobardi Romanis a retroactis temporibus abstulerant,
ibid. 173. totum restituit; et tunc cessavit regnum Longobardorum, Karolo in tota Italia dominante. Hoc tempore floruit Albinus, qui et Alcuinus, Karoli eruditor. Hic genere Anglicus[r] clarus ingenio, in philosophia excellentissimus, non tantum in sciencia sed eciam in morum honestate preclarus. Et ab ipso Karolus didicit omnes artes liberales, qui et studium de Urbe Parisius transtulit[s], quod de Grecia illuc translatum fuerat a Romanis. Cui* etiam Karolus commisit monasterium sancti Martini Turonis regendum. Nam monachi preterite religionis obliti adeo defluxerant, quod sericis induti vestibus et deauratis calciamentis incedebant, carnis oblectamentis[t] vacando. Unde uno monacho vidente duo angeli dormitorium intrantes omnes monachos extinxerunt, excepto illo solo

a) *sic* A. 3; Karolomagnum 1; Karolum magnum *rell.* b) ad monicionem 1. c) mirando A. d) *al. calam. in* A.
e) *sic* A. 3. 7; Karolomagno 1 *etc.* f) *al. rursus calam. in* A. *) Huius — Christine *des.* A; Zacharias — Christine *des.* A*. g) *deest* 1. h) aureum *add.* 5. i) *uncis inclus. add.* C, *exc.* 7. k) *fol.* 16′ *in* A. l) *sic* A. A*. 3. 5; Arstulphi 1 *etc.* m) umxit 1. n) in *deest* 1. o) *al. calam. in* A. p) *al. rursus calam. in* A. q) *abhinc cetera in marg.* A. r) adhuc *add.* A. s) et ces. episcopatus anno 1, m. 1, *add. sed deleta in* A. t) *al. calam. in* A.
u) *deest* A. v) carceratorum 1. w) nec. ipsis largissime A. x) ad S. Petr. est translatus A. *) Hoc — cantabat *des.* A; Iste fuit — cantabat *des.* A*. y) Lothoringia 8. 10. 11. z) Franciam 1. a) *sic.* 11. 4; inpetravit 1 *etc.* b) cantat 1. 6. c) *numerus non a rubricatore sed atramento add. in* A. d) *al. calam. in* A.
e) papatum invasit 1. f) detrusus A. g) *al. calam. in* A. h) Karolomagnus 1. i) quodam 9. k) Spoletani A.
l) *al. calam. in* A. m) Carulo *hic* A. n) 354 *leg.* 1. A. o) Karolus dedit Adriano pape A. A*. 8. p) et synodo A; in synodo A*. q) a papa A. A*. 8. r) Anglius 1. s) et tunc cessavit — transtulit *des. in textu* 1, *alia manu in marg. postea suppleta.* *) Cui etiam Karolus — Petrum *des.* A. A*. t) obdelectamentis 1.

11) *pergens in Franciam* ex Richardo. 12) immo Nicaeae.

qui angelos videbat. Qui ne interimeretur sed ad penitenciam agendam reservaretur, vix ab angelis optinuit. Huius cenobii post hoc factus[a] fuit Alcuinus abbas et gubernator ac in omni sanctitate informator et post laudabilem vitam ibidem doctor egregius tumulatur. Adrianus vero papa tam intra[b] Romam quam extra multas G. p.
ecclesias restauravit. Verum etiam et muros Romane urbis, qui diruti erant et[c] usque ad fundamenta destructi, renovavit. Hic etiam in monasterio sancti Stephani, quod circa ecclesiam sancti Petri situm est, congregacionem[d] monachorum instituit, ut in ecclesia beati Petri cum tribus monasteriis, que tercius Gregorius instituit, laudes et cantus sedulos persolvant. Hic beatus pontifex post laudabilem vitam sepultus est apud sanctum Petrum*.

Leo IV. nacione Romanus ex patre Azulpho sedit annis 20, mensibus 5, diebus 16, et cessavit episcopatus diebus 3. Hic dum[e] pergeret die sancti Marci[13] cum letaniis, quas ipse constituit ante ascensionem Domini, ad Sanctum Petrum captus et cecatus est, precisa etiam ei lingua[f]. Sed Deus omnipotens reddidit ei visum et loquelam. Postea pergens ad Karolum regem Francorum ibi susceptus est[g] cum maximo honore et rediit Romam cum prefato rege, et facta est vindicta de eius inimicis, purificante se papa de criminibus[h] quibusdam sibi illatis[i]. 796. G p.

Idem rex est coronatus in imperium Romanum[k]. Hic fecit porticum sancti Petri, que adhuc dicitur civitas Leonina, et muro eam cinxit propter incursum Sarracenorum.

Tunc idem rex Karolus est per papam in imperatorem coronatus, et comederunt simul in palatio Lateranensi[14]. *Hic papa sanctissimus propter Sarracenorum incursum porticum sancti Petri muro cinxit, que adhuc inde dicta est civitas Leoniana*[k].

Letanias* autem, quas instituit, sic ordinavit: videlicet secunda feria summus pontifex cum omni clero G. p.
et populo ab ecclesia Dei genitricis ad presepe egrediens pergat cum hymnis et canticis ad ecclesiam Salvatoris que dicitur Constantiniana, feria tercia ab ecclesia sancte Sabine ad beatum Paulum, feria quarta ab ecclesia Iherusalem ad Sanctum Laurencium foris muros. Hic beatus pontifex post innumera bona sepultus est apud sanctum Petrum*.

Stephanus IV.[m] sedit mensibus 7, et cessavit episcopatus diebus 18. Hic nacione Romanus ex patre Iulio. Sepultus est in ecclesia sancti Petri[15]. Hic[n] Gallias veniens honorifice ab imperatore Lodovico suscipitur, et captivos multos per Franciam redimens Romam reversus diem clausit extremum. 816.[l] V. 24, 26.

Paschalis I. nacione Romanus ex patre Marino sedit annis 7, diebus 17, et cessavit episcopatus diebus 18. Hic[p] corpus beate Cecilie, ipsa ei revelante, et corpus beati Tyburcii et Valeriani necnon et sancti Urbani pape de cymiterio, ubi fuerant reconditi, manu propria elevans intra Urbem in ecclesia beate Cecilie honorifice[16] collocavit[q]. Hic* etiam ante aditum ad corpus beati Petri circa hostia erea altare construxit, et in ipso corpus sancti Syxti I. recondidit. Hic etiam ecclesiam sancte Praxedis reparans cenobium[r] Grecorum monachorum ibidem instituit et innumera[s] corpora sanctorum ex cymiteriis colligens ibidem honorifice recondidit*. 817.[o] V. l. c. G. p.

Eugenius II. nacione Romanus sedit annis 3, mensibus 2. Hic ex patre Bonomundo per laicos Romanos cecatus est et martirio coronatus. Sepultus est in ecclesia sancti Petri in Vaticano. Hic* prius Sancte Sabine cardinalis existens eandem ecclesiam cyburio argenteo super altare et pictura sollempni decoravit*. 824.[t] G. p.

Valentinus[v] sedit diebus 40, et cessavit episcopatus diebus 3. Hic nacione Romanus. 827.[u]

Gregorius IV. ex patre Iohanne sedit annis 16. Hic nacione Romanus ecclesiam sancti Martini in Monte prius a fundamentis destruxit et postea novis fabricis erexit. Hic[x] ex assensu Lodovici[x] imperatoris et omnium episcoporum instituit, ut festum omnium sanctorum celebraretur Kal. Novembris in partibus Francie et Germanie[z], quod ex institucione Bonifacii pape Romani faciebant. Huius tempore orta est magna turbacio christianis. Nam de Romanis quidam scelerati miserunt ad soldanum Babilonie, ut Romam veniens Ytaliam possideret. Tanta itaque multitudo Sarracenorum per portum Centumcellensem[a] intrans, replevit superficiem terre ut locuste; obsessa Roma, capitur civitas Leonina, ecclesia sancti Petri spoliatur et equorum stabulum efficitur, et non solum civitas sed omnis Tuscia in solitudinem redigitur. Tandem ad peticionem Gregorii pape Guido marchio cum Lombardis veniens, post Ludovicus rex cum Gallicis, cum multa sanguinis effusione christianorum Sarraceni sunt fugati[17]. Huius tempore etiam Sarraceni Apuliam[b] et Siciliam devastaverunt[18]. Hic* beatus pontifex sanctorum martirum corpora Sebastiani, Gorgonii ac Tyburcii[c] ex cymiteriis, in quibus ante iacuerant, ad ecclesiam sancti Petri perduxit et in oratorio sancti Gregorii separatis altaribus collocavit. Corpus etiam sancti Gregorii a loco, ubi prius iacuerat, elevans sub altari ipsius posuit, et post innumera bona sepultus est apud sanctum Petrum*. 828.[w] G. p. V. 24, 34. Bened. G. p.

a) factum 1. b) inter 1. c) et *deest* 1. d) congregacione 1. *) Cui etiam Karolus — Petrum *des.* A. A*. e) cum 1. f) linga A. g) est *deest* 1. h) crimi‖nibus *incipiente nova linea incipit al. cal. in* A. i) impositis A. k) *sic* A. A* *ut* B *et* C, *quarum tenor inde a* crimi‖nibus — Leoniana *priore calamo alio loco scriptus erat, sed nunc erasus vix legi potest in* A. *) Letanias — Petrum *des.* A. A*. 5; *des. etiam in compluribus codd.* C *ut* 9. 11. l) 804 *in* 7, *ut papissa inseri possit.* m) *fol.* 17′ *in* A. n) *al. calam. in* A. o) 807 *in* 7, *ut papissa inseri possit.* p) *al. calam. in* A. q) colloc. honorifice 1. *) Hic etiam — recondidit *des.* A. A*; *pro* recondidit *leg.* collocavit 1. r) congregacionem 5. 9. 11. s) et circa duo milia 5. 9. 11. t) 813 *in* 7, *ut papissa inseri possit.* *) Hic prius — decoravit *des.* A. A*. u) *Valentinus in* A. *in linea a.* 826 *scriptus linea rubra cum a.* 825 *coniunctus est, linea post atramento ducta ad a.* 827 *trahitur;* 818 *leg.* 7. u) Valerianus 1. w) 819 *in* 7, *ut papissa inseri possit.* x) *al. calam. in* A. y) Ludovici A. z) Germ. et Francie 1. a) Cerecumcellensem 1. b) Apuleam A. *) Hic beatus — Petrum *des.* A. A*. c) Tyberii 1.

13) Hunc diem nec Gesta pont. nec Vinc. XXIII, 176 nec Richardus praebent. 14) Prandii istius non fit mentio in Gestis pont. 15) ex Gestis pont. 16) Verba *de cymiterio — collocavit* sequuntur Gesta pont. 17) Haec ex Benedicto c. 26. 18) Hoc fortasse ex male intellecto Benedicti c. 27.

844.[a] Gilb. Rich. Clun. Sergius II. nacione Romanus ex patre Sergio sedit annis 3, mensibus 2, et cessavit episcopatus diebus 15. Hic vocabatur Os Porci, unde ab isto inantea omnes proprium nomen mutaverunt. Iste Lodovicum[b] imperatorem coronavit.

847.[c] V. 24, 36. Leo V. nacione Romanus ex patre Dualdo[d] sedit annis 8, mensibus 3[e], diebus 6, et cessavit episcopatus diebus 6. Huius[f] tempore Adulphus rex Anglorum, qui primus tocius Anglie optinuit monarchiam, devocionis causa venit Romam et coram Leone papa optulit tributum sancto Petro de unaquaque domo G. p. argenteum nummum[g] in anno, et hoc tributum usque hodie perseverat. Hic[h] pontifex catholicus multe paciencie multeque humilitatis divinarum scripturarum extitit ferventissimus perscrutator, vigiliis et oracionibus semper intentus. Hic primum a parentibus ob studia litterarum in monasterio sancti Martini confessoris iuxta ecclesiam beati Petri apostoli positus fuit, ubi non solum in sciencia, sed etiam in conversacione tamquam perfectus monachus profecit. Hunc post Sergius papa presbiterum faciens[i] titulum Sanctorum Quatuor sibi assignavit.

ibid. Quo Sergio mortuo etiam necdum sepulto, Leo unanimiter a Romanis in summum pontificem est electus. Qui mox factus pontifex sancti Petri et sancti Pauli basilicas et alias ecclesias, quas Sarraceni paulo ante omnino devastaverant et spoliaverant, honorifice restauravit. Hic pro Neapolitanis in mari contra Sarracenos pugnantibus orando collectam fecit: *Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus.* Et postquam muros civitatis Leoniane perfecerat, apponendo seras postis et orando, dixit illam collectam: *Deus, qui beato Petro collatis clavibus* etc. Illi autem Sarraceni, qui cum magna multitudine Romam venerant, postquam spoliatis ecclesiis Petri et Pauli redire vellent in Affricam, in alto pelago sunt submersi. Propter hoc papa civitatem, quam Leo IV. circa ecclesiam sancti Petri ibid. inceperat, ipse celeriter perfecit[k]. Sepultusque est in ecclesia sancti Petri. Cuius festum agitur 17. Kalendas Augusti.

Sed papa factus[l] *postquam Sarraceni cum magna multitudine venissent, et ecclesias Petri et Pauli penitus spoliantes, cum redirent in Affricam, in alto pelago submersi sunt*[19]. *Hic Leo civitatem, quam Leo IV. in circuitu ecclesie beati Petri inceperat, ipse in* 5 *annis perfecit. Hic in ecclesia beati Petri sepultus est. Cuius festum agitur* 17. *Kal. Augusti*[m].

[Post hunc Leonem Iohannes Anglicus nacione Maguntinus[n] sedit annis 2, mensibus 7[o], diebus 4[p], et mortuus est Rome[q], et cessavit papatus mense 1[r]. Hic, ut asseritur, femina fuit, et in puellari etate Athenis ducta a quodam amasio suo in habitu virili, sic in diversis scienciis profecit, ut nullus sibi par inveniretur, adeo ut post Rome trivium legens magnos magistros discipulos et auditores haberet. Et cum in Urbe vita et sciencia magne opinionis esset, in papam[s] concorditer eligitur. Sed in papatu per suum familiarem impregnatur. Verum tempus partus ignorans, cum de Sancto Petro in Lateranum tenderet, angustiata inter Coliseum et sancti Clementis ecclesiam peperit, et post mortua ibidem, ut dicitur, sepulta fuit. Et quia domnus papa eandem viam semper obliquat[t], creditur a plerisque, quod propter detestationem[u] facti hoc faciat. Nec ponitur in cathalogo sanctorum pontificum propter mulieris[v] sexus quantum ad hoc[w] deformitatem[x.†].]

† Aliud exemplar habet sic: Hic pretermittendum non est, quod Iohannes Anglicus nacione Maguntinus sedit annis . .[y], mensibus 5, diebus 4, et cessavit mense 1, diebus 3. Hec puella existens a quodam suo amasio Athenis ducta, ibi in habitu hominis conversa, ita quod ab omnibus masculus crederetur, in arcium liberalium studio et aliis scienciis sic profecit, quod parem in omni sciencia non inveniebat. Romamque veniens trivii partem terciam sic egregie legebat, quod inter philosophos urbis Rome rethorice magistri sibi discipuli censebantur. In quadrivio vero non tantum sermone sed plurium mirabilium opera se excellentem monstrabat. Cuius arte et concilio multa de mirabilibus Rome fiebant. Hic tandem unanimiter in papam electus sciencia moribus et gestu predecessoribus preminebat. Tandem tamen fragilitate feminea devicta a quodam dyacono secretario suo impregnata est, et cum ignorasset tempus partus, veniendo de Laterano versus Sanctum Petrum in via que ducit ad Colliseum[z] angustiis partus correpta, in media via peperit. Cuius memoria in lapidibus sculpta usque hodie manet. Vocatusque vicus ille Vicus Papisse. Ipsa vero in continenti deposita et, religionis habitu suscepto, tam[a] diu sub penitencia vixit, quod filius eiusdem episcopus Hostiensis effectus est. Que cum ad dies ultimos se morituram vidisset, precepit se in eo loco, quo peperit, sepeliri, quod tamen

a) 834 *in* 7, *ut papissa inseri possit.* b) *sic* 1. 5. A. A*. *Rich.;* Lotharium *rell.* c) 837 *in* 7, *ut papissa inseri possit.* d) *sic* A. A*. B. *Cenc.;* Raduaido *cum Gestis pont. complures codd.* C, *ut* 5. 8. 10. e) mens. 3 *des.* 1. f) *al. calam. in* A. g) numum 1. A. h) *al. rursus calam. in* A. i) faci‖ens *fol.* 18′ *in* A. k) *incepit* 1, *corr. man. post* Propter — perfecit *des. in complurib. codd.* C, *ut* 7. 9. 10. 11, *qui pergunt:* Leo vero papa Rome moritur et in ecclesia s. Petri sepelitur, cuius *etc.* l) sed eo post facto papa A*; sed papa facto 5. m) *sic* A. A*; *et* 5 *idem loco* Illi autem — Augusti B. C. n) margantinus 7; margautinus 11. o) 5 *leg.* 7; 3 *leg.* 10. p) 8 *leg.* 10. q) mortuus est Rome *des.* 6. r) diebus 3 *add.* 8. s) in papam *des.* 6. t) oblicat 6. 10. u) attestacionem 6; obtestacionem 8. v) muliebris 7. 11. w) hanc 8. x) *uncis inclus. add.* C *excepto* 5. y) *numerus deest cod.* z) Coliseum *cod.* a) iam *cod.*

19) sec. Gesta pont. Eadem vide sub Lothario I. imperatore.

Benedictus III. nacione Romanus sedit annis 2, mensibus 5, et cessavit episcopatus diebus 15. Hic ex patre Patrodo, constituit ut clerici ordinate incederent et honeste. Hic* etiam inter alia bona, que fecit[a], porticum a porta civitatis usque ad Sanctum Paulum et aliam porticum a porta civitatis usque ad Sanctum Laurencium restauravit. Sepultusque est in ecclesia sancti Petri*.† 855.

Nicholaus I. nacione Romanus ex patre Theodoro sedit annis 9, mensibus 2, diebus 20. Hic[b] vir fuit sanctissimus post magnum Gregorium papam; vix ullus[c] in sede Romana apparuit illi comparandus. Cuius ordinacionem Ludovicus imperator sua presencia roboravit. Huius tempore Colonie orta tempestate populo in basilica sancti Petri confugiente subito fulmen instar ignei drachonis cecidit scindens basilicam et tres homines in diversis locis occidit, sex semivivos relinquens[d]. 858. V. 24, 37.

Huius tempore sanctus Cyrillus, pene omnium Sclavorum apostolus, corpus sancti Clementis pape a Cersona, ubi in mare Ponticum proiectum fuerat, mari exsiccato, auferens Romam deportavit, quod per papam et Romanos in ecclesia sancti Clementis fuit reconditum, ubi et ipse sanctus Cyrillus paucis diebus expletis defunctus sepelitur[e. 20]. Nicholaus etiam papa post multa bona, que fecit, in ecclesia sancti Petri sepelitur.

Huius[f] *tempore sanctus Cyrillus, Moravorum et pene omnium Sclavorum apostolus, corpus sancti Clementis pape ab Oriente Romam detulit, et Laterani in ecclesia eiusdem sancti Clementis per papam et populum Romanum honorifice est reconditum. Hic*[21] *papa excommunicavit Michaelem Constantinopolitanum imperatorem propter depositionem Ignacii patriarche iniustam. Excommunicavit etiam Lotharium regem propter Gualtradam pelicem usque ad condignam satisfactionem*[g].

Adrianus II. nacione Romanus ex patre Thalaro episcopo sedit annis 5. Ad[h] hunc Lotharius rex, quem Nicholaus papa pro adulterio excommunicaverat[i], Romam ut se excusaret venit. A quo dum pro ostensione innocencie sue ad communionem corporis et sanguinis Ihesu Christi tam ipse quam optimates sui per papam invitati fuissent, omnes, quia indigne perceperant, ipso anno mortui sunt. Rex etiam ipsa via redeundo Placencie defunctus est. 867. V. 24, 39.

Iohannes VIII. sedit annis 10, diebus 2. Hic unxit oleo Karolum filium Lodoyci[k] regis in[l] imperatorem. Huius tempore Sarraceni per Ytaliam discurrentes, ecclesiam sancti Benedicti in Monte Cassino destruxerunt. Ad[m] hunc Iohannem Iohannes Romane ecclesie diaconus vitam primi Gregorii pape in 4 libellis[n] laudabiliter scripsit. Hic iniuriam perpessus est a Romanis, ita ut in custodia tentus esset, eo quod non favebat Karolo, cum in Francia fuisset, nam cum Lodoyco[o] Balbo[p] sibi contrario fere per annum moratus fuerat. Hic* tradidit venerabili viro Ansegiso Senonensi archiepiscopo caput sanctissimi Gregorii et brachium Leonis pape, quas venerandas reliquias Senonis in ecclesia sancti Petri cum magna veneracione collocavit*. 872. Gilb. V. 24, 40. ibid. 44. V. 22, 23.

[Sub hoc celebrata fuit 5. synodus Constantinopoli 383[q] patrum, cui prefuit Petrus presbiter cardinalis et Paulus Antiochenus episcopus et Eugenius Hostiensis episcopus, apocrisarii[r] domni pape[s].]

Martinus II. sedit anno 1, mensibus 5, et cessavit episcopatus diebus 2. 882.

Adrianus III. nacione Romanus ex patre Benedicto sedit anno 1, mensibus 3. Hic constituit, ut imperator non intromitteret se de electione pape. 883.[t]

Stephanus V. nacione Romanus ex patre Adriano de Via lata sedit annis 6, diebus 9, et cessavit episcopatus diebus 5. Huius* tempore cum Normanni adiunctis sibi Dacis pene totam Galliam devastarent, propter ipsorum timorem, corpus beati Martini de Turonis Altisiodorum est deportatum et in ecclesia sancti Germani collocatum. Sed propter oblaciones monachis litigantibus et suo sancto[u] miracula que fiebant ascribentibus, pro determinacione leprosus inter sanctos Martinum scilicet et Germanum positus ex parte Martini curatur tantum et[v] alia nocte reversus ex alia parte ab eodem curatur, non propter inpotenciam Germani, sed quia hospitem honoravit*. 885. V. 24, 45.

Formosus episcopus Portuensis sedit annis 5, mensibus 6, et cessavit episcopatus diebus 2. Hic[w] per picturam renovavit totam ecclesiam beati Petri principis apostolorum[22]. Hic aliquando 891. V. 24, 56.

filius eius nolens tolerare corpus eius apud Hostiam deferens in maiori ecclesia honorifice tumulavit. Cuius meritis Deus usque in hodiernum diem plurima operatur miracula. Sed quia mulierum genealogia in sacra scriptura non texitur[x], ideo in cronicis inter papas non enumeratur.
Haec leguntur alia manu conscripta in schedula assuta in cod. 8.

† Hee porticus, licet satis appareant, hodie tamen sunt destructe propter latrones qui ibidem in obscuris sepissime latitabant et peregrinos frequenter spoliabant et interficiebant. *add.* 8.

*) Hic etiam — Petri *des.* A. A*. a) inter — fecit *des.* 5. 11. b) *al. calam. in* A. c) nullus 1. d) reliquens 1. e) expletis sepelitur miraculis coruscando 5. 8. 11. f) *al. rursus calam. in* A. g) Huius — satisfactionem *des. in* A*. h) *al. calam. in* A. i) excommunicavit 1. k) Lodovici A. l) in *deest* 1. m) *al. calam. in* A. n) libellos 1. o) Ludovico A. p) bello 1. 3. *) Hic — collocavit *des.* A. A*. q) 380 *leg.* 6. r) apocrissarii 6. s) *uncis inclus. add.* C. *excepto* 7. t) 884 *leg.* A*. *) Huius — honoravit *des.* A. A*. u) sancta 1. v) Martini tamen et 1; Martini curatur. Iterum et 3. 6. w) *al. calam. in* A. x) est *add. cod.*

20) Eandem narrationem ex Translatione S. Clementis desumptam v. supra sub hoc papa. 21) Sequentia secundum Bonizonem. 22) ex Benedict. c. 29.

ob timorem Iohannis pape fugiens, episcopatum Portuensem dereliquit. Et post cum revocatus redire nollet, anathematizatus est. Sed post ad papam in Galliam[a] veniens, usque ad laicalem statum degradatus est. Insuper iuravit[b] nec Romam nec ad episcopatum se regressurum. Post a Martino successore Iohannis contra iuramentum restitutus[c] non solum Romam est reversus[d], sed etiam Romanum pontificatum suscepit, propter quod de facto ipsius multa altercatio fuit. prout in sequentibus patebit[e].

896. Bonifacius VI. nacione Tuscus sedit diebus 15[f].

897. Stephanus VI. sedit anno 1, mensibus 3, et cessavit episcopatus diebus 3; nacione
V. 24, 57. Romanus. Hic[g] a Formoso papa episcopus Anagnie ordinatus ipsum Formosum persequitur et omnes ordinaciones ipsius irritas debere esse decrevit. Legitur etiam quod ipse corpus Formosi in concilio positum et papali veste exutum laicali induit et duobus digitis dextre ipsius abscisis[h] manus ipsius, in Tyberim iactari precepit.

898. Romanus nacione Romanus sedit mensibus 3, diebus 22[i].

899. Theodorus II. sedit diebus 20; nacione Romanus. Hic[k] contra Stephanum papam senciens
V. 24, 58. reconciliavit omnes ordinatos a Formoso.

900. Iohannes IX. sedit annis 2, diebus 15. Hic pugnam fecit cum Romanis. Hic[l] ad con-
V. l. c. firmandam Formosi ordinacionem synodum 74 episcoporum Ravenne statuit, ubi synodus, quam[m] Stephanus papa contra Formosum fecit, reprobata[n] fuit.

902. Benedictus IV. sedit annis 3, mensibus 2, et cessavit episcopatus diebus 6[o]; nacione Romanus.

905. Leo VI. sedit diebus 40. Hunc[p] post quadraginta dies ordinacionis[q] sue Christoforus presbiter suus capiens
V. l. c. et in carcerem trudens, per invasionem rapuit presulatum. Qui cum 7 mensibus prefuisset, a Sergio papa deponitur et[r] in carcerem tanquam invasor retruditur.

906. Christoforus sedit mensibus 7. Hic de papatu eiectus factus est monachus.
Gilb.

907. Sergius III. nacione Romanus ex patre Benedicto sedit annis 7, mensibus 3, diebus 16, et cessavit episcopatus diebus 7. Huius[s] tempore ecclesia Lateranensis corruit, quam papa a funda-
V. l. c. mento reparavit[23]. Hic Sergius diaconus per papam Formosum a papatu reprobatus, tandem papa factus ad Francos se contulit, quorum auxilio Christoforum invasorem papatus incarcerans Romam ingressus[t] papatum optinuit et in ulcionem sue repulse Formosum de sepulchro extractum et in sede pontificali sacerdotaliter indutum decollari precepit et in Tyberim iactari, et omnes per ipsum ordinatos deordinavit. Quem a piscatoribus inventum et in basilica sancti Petri positum, quedam sanctorum ymagines adorasse et venerabiliter salutasse palam omnibus vise sunt.

914. Anastasius III. sedit annis 2, mensibus 2[u], et cessavit episcopatus diebus 2; nacione Romanus.

916. Lando sedit mensibus 6, et cessavit episcopatus diebus 31; nacione Romanus[v].

917. Iohannes X. sedit annis 13, mensibus 2, diebus 3. Hic filius Sergii pape fuit[24] et episcopus
Gilb. Bened. Ravennas, qui invasor ecclesie fuit et[w] ab omni populo Ravennato depositus est. Huius[x] consilio et auxilio Sarraceni, qui tunc dominabantur in Ytalia[y], primo prope Urbem devicti sunt. Demum ipse papa cum marchione Alberico intrans Apuliam contra Sarracenos, apud Garilianum cum Sarracenis durum bellum habentes, victores effecti sunt[z]. Postquam Romam redierunt, a populo Romano cum gaudio et honore sunt recepti. Sed post discordia interveniente, marchio de Urbe expulsus in Orta castrum extruens, ibi se recepit et nuncios pro Ungaris[a], ut terram Romanorum possiderent, misit. Qui venientes totam Tusciam depopulando, mares[b] et feminas et quicquid tollere poterant in Hungariam deportaverunt. Propter quod Romani commoti predictum marchionem trucidaverunt. Hungari vero post singulis annis[c]
V. 24, 63. per multa tempora fines Romanorum devastare soliti erant[25]. Iohannes* vero papa a militibus comitis Guidonis captus et in carcerem missus, super os cervicali posito, strangulatus[d] est. In cuius loco alter Iohannes subrogatur, et quia idem Iohannes male intraverat, statim eiectus fuit. Ideo in numero pontificum non ponitur*.

930. Leo VII. sedit mensibus 6, diebus 15[e], et cessavit episcopatus diebus 10; nacione Romanus.

931. Stephanus VII. sedit annis 2, mense 1, diebus 12, et cessavit episcopatus diebus 2; nacione Romanus[f].

932. Iohannes XI.[g] sedit annis 4, mensibus 10, diebus 15, et cessavit episcopatus die 1;
V. 24, 66. nacione Romanus[h]. Huius* primo anno in Ianuensi civitate fons sanguinis largissime effluxit, forte portendens[i] ipsius inminentem cladem. Nam eodem anno Sarracenis ab Affrica venientibus capta fuit et hominibus ac thesauris evacuata*.

a) Galiam A. b) *alia manu additum* 1. c) restuitur et 1. d) est reversus *al. man. post add. supra lineam* A. e) prout — patebit *des.* A. f) 12 *leg.* 1; Bon. d. 15 nac. Tuscus A. 5. g) *al. calam. in* A; hic nac. Rom. a 1. h) abcisis 1. i) Rom. nac. Rom. s. m. 3, d. 22 *leg.* 1, *similia in sequentibus.* k) *al. calam. in* A; Hic nac. Rom. 1. l) *al. calam. in* A. m) quicquid 1. n) reprobavit 1. o) cessavit — sex *des.* 1. p) *al. calam. in* A. q) coronacionis 9. r) *al. rursus calam. in* A. s) *al. calam. in* A. t) ingresus A. u) mens. 2 *des.* 1. v) *Lando papa omnino deest* 5; Lando nac. Rom. *etc.* 1. w) et *post supra lin. add. in* A. x) *al. calam. in* A. y) Ytaliam 1. z) *deest* A. 5. a) Hungar. A. b) masculos 1. c) singulos annos 1. d) transgulatus 1. 6. *) Iohannes vero — ponitur *des.* A. A*. e) dieb. 15 *des.* 1. f) Stephanus nac. Rom. sedit *etc.* 1. g) XI. *atramento post add. in* A. h) Iohannes nac. Rom. sedit *etc.* 1. *) Huius — evacuata *des.* A. A*. i) portendentem 1. 3.

23) ex Benedict. c. 27. 24) Hoc dicit Gilbertus de Iohanne XI. 25) Haec ex Benedict. c. 29.

Leo VIII. sedit annis 3, mensibus 6, diebus 10, et cessavit episcopatus die 1; nacione Romanus[a]. 936.

Stephanus VIII. sedit annis 3, mensibus 4, diebus 15, et cessavit episcopatus diebus 10. Hic nacione Germanus fuit mutilatus a quibusdam Romanis. 939.

Martinus III.[b] sedit annis 3, mensibus 6, diebus 14, et cessavit episcopatus diebus 3; nacione Romanus[c]. 942.

Agapitus II. sedit annis 8[d], mensibus 6, diebus 10, et cessavit episcopatus diebus 12; nacione Romanus[e]. [Huius tempore Odo primus abbas Cluniacensis obdormivit in Christo, cui successit Adamarius[f] et Adamario successit Maiolus, vir mire virtutis et reparator monastice discipline[g].][h. 26]. 945.

Iohannes XII.[i] de regione Via lata sedit annis 7, mensibus 10, diebus 5, et cessavit episcopatus diebus 12; ex patre Alberico principe[k]. Hic Albericus cum esset potens in Urbe, vocatis nobilibus rogavit[l] eos et induxit iuramento constringendo, ut mortuo Agapito papa promoverent filium suum Octavianum[m] in[n] papam[27]. Quod et factum est. Vocatusque est Iohannes. Hic erat venator et totus lubricus, adeo quod etiam publice feminas tenebat. Propter quod quidam cardinalium et Romanorum scripserunt occulte Ottoni[o] principi Saxonum, ut scandalo ecclesie conpaciens sine mora Romam properaret. Hoc[p] papa percipiens Iohanni diacono cardinali tamquam huius facti consiliario nasum et[*] alteri Iohanni subdiacono, qui litteras scripserat[q], manum[*] amputari fecit[28]. Hic cum frequenter per imperatorem et et clerum de sua correctione fuisset monitus, non correctus, presente imperatore de papatu destitutus, communi voto Leo papa eligitur. 953. Bened.

Benedictus V. sedit mensibus 2, diebus 5, et cessavit episcopatus diebus 20. Hic[r] vivente Leone papa a Romanis in papam eligitur. Propter quod imperator Otto cum Romam obsideret, traditur Benedictus imperatori a Romanis, et Leone restituto, Benedictus in exilio in Saxonia[s] moritur[29], in Hamburch[t] sepelitur. Iohannes vero papa oblectatus adultera[u] sine penitencia subito moritur[v]. 962. V. 64, 86.

Leo IX. sedit anno 1, mensibus 4, et cessavit episcopatus diebus 7. Hic[*] papa propter maliciam[w] Romanorum statuit, ut nullus papa fieret nisi de consensu imperatorum[*.30]. 963.

Iohannes XIII. Narniensis[x] sedit annis 7, mensibus 11, diebus 15, et cessavit episcopatus diebus 13. Hic a Petro prefecto urbis Rome conprehensus est et in castello Sancti Angeli detrusus, deinde in Campaniam in exilium missus per[y] 10 menses et 28 dies, reversus est Romam, et de persecutoribus eius ab Ottone[z] imperatore supplicium est sumptum. Nam[a] nobiles Urbis, quos culpabiles invenit, alios trucidavit, alios laqueo suspendit, quam plures vero in exilium ad Saxonie partes transmisit. 964.

Benedictus VI. sedit anno 1, mensibus 6, et cessavit episcopatus diebus 10. Hic nacione Romanus[b], in castello Sancti Angeli retrusus[c] strangulatus[d] est a Cinthio[e]. 971.

Donus II.[f] sedit anno 1, mensibus 6, et cessavit episcopatus diebus 2. 972.

Bonifacius VII. sedit mense 1, diebus 12, et cessavit episcopatus diebus 20. Hunc[g] Romani suffocato Benedicto VI. papam fuerunt. Qui post non valens in Urbe subsistere, depredata ecclesia sancti Petri omnibus preciosis, fugit in Constantinopolim. Tamdem Romam cum magna pecunia rediens cum proficere non[h] posset, Iohanni diacono cardinali oculos eruit. Et ipse deinde subito extinctus fuit. 973.

Benedictus VII. sedit annis 8, mensibus 6, et cessavit episcopatus diebus 5. Hic favore imperatoris multos ex Romanis capi fecit[k]. Nacione Romanus fuit. Huius[*] tempore fuit in Remensi ecclesia archiepiscopus vir honorabilis[l] Radulphus nomine de genealogia Karoli Magni, que iam in regno Francie regnare cessaverat, propagatus. Quem Hugo tunc rex Francie de alia prosapia genitus in corde suo odio habens convocatis episcopis allegans ipsum inlegitimum, deponi procuravit, Gilbertum monachum philosophum imo pocius nigromanticum substituendo. Quod summus pontifex intelligens, legato misso et Remis concilio convocato, Gilbertus deponitur et Radulfus restituitur. Gilbertus vero depositus 976.[i] V. 24, 97.

a) Leo nac. Rom. sed. *etc.* 1. b) Marinus *leg.* A, *numero* III. *rubricatoris eraso.* c) Martinus nac. Rom. sed. *etc.* 1. d) 10 *leg. cum Cenc.* A. A*. e) Agapitus nac. Rom. sed. *etc.* 1. f) Adamarus 10. 20. g) et doctrine *add.* 9. h) *unc. inclus. add.* C *excepto cod.* 6. i) *fol.* 20′ *in* A. *Hic papa in* A *prius in linea a.* 955 *scriptus, quo etiam nunc rubrica tendit, iam priore scriptura erasa, in linea a.* 951 *incipit.* k) principe *deest* 1. l) vocavit 1. m) Octovianum 1. n) in *deest* 1. o) Oto 1 *semper.* p) Hic 1. *) et — manum *des.* A. q) scripsit 1. *α.* r) *al. calam. et rasura in* A. s) Saxoniam 1. t) *sic* 3. 4. 6; Hamburgh 9; Amburch 1; Amburh 5; Hamburk A. u) adulteram 1. v) imperatori — moritur *des.* 10. 11. 17. 20. 21. *) Hic — imperatorum *des.* A. w) miliciam 1; militiam 5. x) *corr. ex* marinense *in* A. y) per *deest* A. 5. z) Otone *hic etiam* A. a) *al. calam. in* A. b) et *add.* 1. c) *deest* 1; retrursus A. d) transgulatus 1. 6; trangul. *corr.* strangul. A. e) Cinthio *corr* Sinthio 1. 5; Sinthio A. 3. 8. f) *numerus* II. *deest in* A, *quippe qui Donum I. Domnum nominat.* g) *al. calam. in* A. h) *postea add.* 1. i) 974 *leg.* A*. k) fecit *bis* 1. *) Huius tempore — R. *des.* A. A*. l) *adiecit alia manus* bilis 6.

26) ex Vinc. XXIV, 66. 70. 27) ex Benedict. c. 34. 28) indidem c. 35. 29) *Hic vivente — moritur* fortasse secundum Benedict. c. 37 seu Gotifredum p. 477. 478. 30) sec. Vinc. XXIV, 86, qui tamem Romanos id Ottoni imperatori iurasse dicit.

ad Ottonem imperatorem se contulit, quem et ipse sciencia erudierat. Qui nacta[a] oportunitate primo Ravenne in[b] archiepiscopum, post Romanum pontificem diabolo instigante[c] fieri procuravit, qui infra dictus est Silvester secundus. Unde versus: *Scandit in R. Gilbertus ad R. post papa vigens R.*[*]

984. Iohannes XIV. sedit mensibus 8, et cessavit episcopatus diebus 10. Hic in castello Sancti Angeli per 4 menses fame afflictus[d], mortuus est et sepultus in Vaticano sancti Petri.

985. Iohannes XV. sedit mensibus 4, et cessavit episcopatus die 1; nacione Romanus[e].

986. Iohannes XVI. nacione Romanus sedit annis 10, mensibus 7, diebus 10, et cessavit episcopatus diebus 6. Hic fuit in artibus[f] eruditissimus, et multos libros composuit. Hunc[g] Crescencius Urbis patricius in tantum cepit persequi, quod ipsum oportuit Urbem relinquere et Tusciam intrare. Cognito autem Crescencius[h] quod papa pro Ottone III. misisset, pro papa, ut[i] ad Urbem rediret, nuncios misit, et veniente papa, ipse cum senatu ad pedes pape veniam postulavit. Sicque papa facta pace Rome est defunctus.

996.[k] Gregorius V. nacione Saxo[l] ex patre Ottone[m] sedit annis 2, mensibus 5, et cessavit episcopatus diebus 15. Hic[n] Bruno ante dictus cum esset consanguineus Ottonis III, ad instanciam imperatoris est in papam electus. Sed post parvum tempus Crescencius consul Urbis Placentinum episcopum de legacione[o] Constantinopolitana cum magna pecunia redeuntem in papatum intrusit[p]. Sed hoc factum per imperatorem gravem ulcionem recepit.

998.[q] Iohannes XVII. sedit mensibus 10, et cessavit episcopatus diebus 20. Hic nichil constituit. Hic[r] nacione Grecus, Placentinus episcopus, vivente Gregorio per consulem[s] Urbis papatum habuit, sed post per imperatorem exoculatus fuit.

999.[t] Silvester II. sedit annis 4, mense 1, diebus 8, et cessavit episcopatus diebus 23. Iste
v. 24, 98. nacione Gallicus nomine Gilbertus[u] mortuus fuit ad Sanctam crucem in Iherusalem[v]. Hic[w] primum iuvenis Floriacensis cenobii in Aurelianensi diocesi monachus fuit, sed dimisso monasterio homagium diabolo fecit, ut sibi omnia succederent ad votum, quod diabolus promisit adimplere. Ipse obsequiis diaboli frequenter insistens, super desideriis suis cum eo loquebatur. Veniens autem in Hyspalim Hyspanie causa discendi in tantum profecit, quod sua doctrina etiam maximis placuit. Habuit enim discipulos Ottonem impe-
ibid. 107. ratorem et Robertum regem Francie, qui inter alia sequenciam[x] *Sancti spiritus adsit nobis gratia* composuit, et Leothericum, qui post fuit archiepiscopus Senonensis. Sed quia idem Gilbertus quam plurimum honores ambiebat, diabolus ea quae petebat ad votum implevit. Fuit enim primo Remensis archiepiscopus, post Ravennas, tandem papa, et tunc quesivit a diabolo, quamdiu viveret in papatu. Responsum habuit, quamdiu non celebraret in Iherusalem. Gavisus fuit valde[y], sperans se longe esse a fine, sicut fuit longe a voluntate peregrinacionis in Iherusalem ultra mare. Et cum in quadragesima ad ecclesiam que dicitur Iherusalem in Laterano celebraret, ex strepitu[z] demonum sensit sibi mortem adesse. Suspirans ingemuit; licet autem sceleratissimus esset, de misericordia Dei non desperans, revelando coram omnibus peccatum menbra omnia, quibus obsequium diabolo prestiterat, iussit precidi et demum truncum mortuum super bigam poni, et ut ubicumque animalia perducerent et[a] subsisterent[b], ibi sepeliretur[c]. Quod et[d] factum est. Sepultusque est in ecclesia Lateranensi, et in signum misericordie consecute sepulchrum ipsius tam ex tumultu ossium, quam ex sudore presagium est morituri pape, sicut in eodem sepulchro est litteris exaratum.

1002. Iohannes XVIII. sedit mensibus 5 et diebus 25, et cessavit episcopatus diebus 19.

1003. Iohannes XIX. sedit annis 5, et cessavit episcopatus diebus 30; nacione Romanus de regione, que vocatur Porta metropolis; sepultusque est apud sanctum Petrum[e]. Huius[*] tempore floruit rex Robertus vita et sciencia preclarus, qui tante devocionis fuit, quod in festis semper in aliquo monasterio propter officium voluit esse, et non solum cum monachis cantabat, verum etiam cappa serica indutus chorum regebat. Unde cum quoddam castrum obsedisset, dimisso exercitu[f] propter festum sancti Anyani Aurelianis venit, et cum chorum regendo alta voce ter *Agnus Dei* flectendo genua
v. 24, 107. incepisset, muri castri, quod obsederat, funditus corruerunt. Hic fecit sequenciam: *Sancti Spiritus adsit nobis gracia.*[*]

1008. Sergius IV. sedit annis 2, mensibus 7, et cessavit episcopatus diebus 8. Hic fuit sancte vite et caste[g] conversacionis. Sepultus est in basilica[h] sancti Petri.

1011. Benedictus VIII. nacione Tusculanus[i] ex patre Gregorio sedit annis 11, mensibus 11,

a) captata 8—11; nata 5. b) *sic* 3; Ravennarum 1. c) ipsum *inser. codd. viliores ut* 6. 9 *etc.* *) Huius tempore — R. *des.* A. A*; post pauper et egens *leg.* 3. d) et *add.* A *manu rubricatoris deletum.* e) Iohannes nac. Rom. sed. *etc.* 1. f) *sic. sol.* A. 4; armis 1 *rell.* g) *al. calam in* A. h) *deest hic, post* misisset *insertum in* 1. i) ut *supra lin. add. in* A. k) *sic* A. A* *cum Cenc.*; 995 *leg.* 2; *perturbatus* 3. l) Saxorum A. 5. 9. m) Otto A. n) *al. calam. in* A. o) regione 1. p) instruxit 1. q) *sic cum Cenc.* A. A*; 997 *leg.* 2; *perturbatus* 3. r) *al. calam. in* A. s) pro consulem 1. t) *sic cum Cenc.* A; 1000 *leg.* A*; 998 *leg.* 2; *perturbatus* 3. u) Gillebertus A; Gilibertus 3. 5; qui *add.* A. 5. v) *hic add. in* A *sed delet.* et sepultus in basilica S. Iohannis Lateranensis *et al. calam.* et fuit prius Ravennas archiepiscopus. w) *al. calam. in* A. x) sequenciam *deest* 1. y) valde *deest* 1. z) trepitu 1. a) *deest* 1. b) et *inser.* 1. c) sepelirent 1. d) *deest* 1. e) apud sanctum Petrum *des.* 1. 6. α. η. *) Huius — gracia *des.* A. A*. f) excercitu 1 *semper.* g) honeste 1; sancte 6. h) ecclesia 1. 2. i) tuscul' A.

diebus 21, et cessavit episcopatus anno 1. Hic fuit eiectus de papatu, et factus est quidam alius papa, unde maximum scisma fuit. Dicit[a] Petrus Damianus, quod quidam episcopus vidit hunc[b] Benedictum papam nigro equo quasi[c] corporaliter insidentem[d] et dixit ei: *Nonne tu es Benedictus papa, quem iam defunctum novimus? „Ego sum,* inquit ille, *infelix Benedictus.“ Et quomodo est,* inquit, *tibi, pater? „Graviter,* inquit, *torqueor, sed de Dei misericordia non despero, si michi adiutorium prebeatur. Vade,* ait, *ad successorem meum Iohannem papam et dic*[e], *ut in tali theca*[f] *summam pecunie accipiens pauperibus distribuat, quia quicquid ante pro me pauperibus datum fuerat, nil michi profuit, quia de rapinis fuit“.* Quod episcopus et fideliter explevit et episcopatui cedens monasterium intravit. Gilb. V. 25, 21.

Iohannes XX. ex patre Gregorio sedit annis 9, *[mensibus 9]*[g], et cessavit episcopatus diebus 2. Hic nacione Romanus[h], habuit guerram cum Romanis. Huius* tempore Aymericus, sancti Stephani I. regis Ungarorum filius, virgo cum sponsa sua obiit miraculis coruschando*. 1022.

Benedictus IX. nacione Tusculanus ex patre Alberico sedit annis 14. Iste fuit eiectus de papatu, et factus est papa Sabinensis episcopus, qui infra vocatus est Silvester. Et iste quoque eiectus est, et Benedictus recuperavit papatum. Et iste iterum eiectus est, et datus est papatus Iohanni archipresbitero Sancti Iohannis ante portam Latinam, qui[i] Gregorius VI. infra dictus est. Et hic habito papatu cum esset rudis litterarum alterum papam ad vices ecclesiastici officii exequendas secum consecrari fecit. Quod cum multis non placeret, tercius superinducitur, qui solus vices duorum impleret. Uno itaque contra duos et duobus de papatu altercantibus contra unum, et mortuo Gregorio[k], Henricus[l] imperator contra duos[m] Romam accedit et eis canonica et[n] imperiali censura depositis[o] Syndigerum[p] Bambergensem[q] episcopum, qui et[r] Clemens II. est dictus, in papatum per vim substituit. A quo Henricus imperator coronatur, Romanis sibi promittentibus et iurantibus se sine ipsius consensu nunquam Romanum pontificem electuros[s]. Iste Benedictus, qui fuit nepos superioris Benedicti, apparuit iuxta molendinum cuidam in specie cuiusdam monstruosi animalis, cuius caput et cauda asini erant, reliquum[t] corpus sicut ursus. Cumque conspector territus fugeret, clamans monstrum post ipsum dixit: *Noli expavescere; scito me hominem fuisse sicut tu es, sed sic represento me, sicut olim infelix papa existens bestialiter vixi.* Huius* tempore sanctus Gerardus episcopus in Ungaria super bigam ligatus de altissimo monte cursu precipiti martirio coronatur*.[31] 1033. V. 25, 21. ibid. 27. ibid. 21.

Silvester III. sedit diebus 56. 1047.

Gregorius VI. de Sancto Iohanne ad portam Latinam sedit annis 2, mensibus 6. Hic cum rege Henrico habuit bellum. Hunc[v] Guillelmus[w] in suis cronicis dicit sanctum virum fuisse et cum ad papatum venisset, parum vel nichil ad papatum pertinens propter incuriam et negligenciam antecessorum suorum invenisse. Nam pene omnia a predonibus tollebantur, peregrini Romam venientes quasi omnes spoliabantur, et perveniencium oblaciones violenter auferebantur[x]. Quos omnes papa admonuit primo, postea excommunicavit, tercio quia contempserunt, manum armatam apposuit et primo raptores oblacionum sancti Petri aut penitus extinxit aut fugavit. Occisis itaque raptoribus predia et oppida multo tempore amissa recuperavit. Tunc omnes ipsum homicidam clamantes, non papam sed sanguinarium dicebant. Cardinales quoque ipsum in infirmitate, in qua et mortuus fuit, indignum fore dixerunt in ecclesia sancti Petri sepeliri, qui tot mortibus hominum sacerdocium fedasset. Tunc papa licet infirmus resumpto spiritu longum sermonem cardinalibus fecit, asserens ipsos stulte locutos[y] esse et se bene fecisse, inducens illud quod Ezechiel improperavit[z] sacerdotibus, qui se non opponebant murum pro domo Israel, et multa alia et post subdidit[a]: *Cum mortuus fuero, corpus meum ante fores ecclesie sistite, ianuas quoque ecclesie seris et vectibus obfirmate. Si voluntate divina porte aperte fuerint, corpus inferte, alioquin de ipso facite, quod vultis.* Cumque mortuo eo[b] sic factum esset, turbo[c] divinitus veniens portas ecclesie firmatas non solum apperuit, sed etiam cum magno[d] fragore usque ad parietem deportavit. 1048. Gilb. V. 25, 22. ibid. 23. ibid. 24. ibid. 25.

Clemens II. sedit mensibus 19[e], diebus 7. Hic fuit invasor ecclesie[32] et per vim habuit papatum, et cessavit episcopatus diebus 20. 1050.

Damasus II.[f] sedit diebus 23, et cessavit episcopatus diebus 11. Hic[g] fuit invasor sedis apostolice et subito defunctus est. 1051.

Leo X. genere Alamannicus[h] de Lotheris regno sedit annis 5, mensibus 2, diebus 6. Romani[i] ex prava consuetudine postquam petissent ab imperatore Henrico pontificem dari, imperator cum nullum Theotonicorum[k] ad hoc, ut reciperet, posset inducere, episcopum Tullensem[l] Brunonem[m] nomine virum simplicem ad hoc inclinavit. Qui ad Urbem veniens et ex hoc conscienciam habens, omnino resignavit, et denuo ab omnibus est electus, post laudabilem vitam in ecclesia sancti Petri tumulatur, manifestis clarescens miraculis[33]. 1052. G. p.

Victor II. genere Alemannus sedit annis 2, mensibus 3, diebus 13, et cessavit episcopatus 1057.

a) *al. calam. in* A. b) huīc 1. c) quasi *deest* 1. d) insedentem 1. e) ei *add.* A. f) apotheca 1; archa 5. g) *sic add.* A *cum Cenc., des.* A*. h) fuit et *add.* 1. *) Huius — coruschando *des.* A. A*. i) *al. calam. in* A. k) mortuo Gregorio *in marg. add. in* A. l) Hinricus A. m) duos *in rasura* A; eos *Vinc.* n) *deest* 1. o) depositis *post. add.* 1. p) Sindigerum A. 3. *al.* q) *sic* A. 3. 4; Barberg. 1; *al. al.* r) infra 5. 8. 11. s) eligere 1. t) relicum A. u) *hic in* A. *prius scriptum erat, sed iam erasum est, ut nonnisi chemicis adhibitis legi posset:* Fuerat enim a principio vite usque ad finem luxuriosus sicut asinus et gulosus semper sicut ursus. *) Huius — coronatur *des.* A. A*. v) huīc 1; *al. calam. in* A. w) Gilhelmus A. x) et perveniencium — auferebantur *in marg. adiect. in* A. y) loqutos 1. z) imperavit 1. 8; dixit 6. a) subdicit, *post. corr.* subdidit 1. b) *deest* A. c) turba 1. d) maximo 1. e) *sic omnes codd.; legend.* 9 *cum Catal. Cencii.* f) *fol.* 22′ *in* A. g) *al. calam. in* A. h) Alamonnicus 1; Alamannus 3; de genere Alemannia A. i) *al. calam. in* A. k) Theutonicorum A. l) Turonensem 1. m) Brinonem 1.

31) De hoc martyrii modo, qui in actis S. Gerardi Csanadensis episcopi non continetur, v. Act. Sanct. 24. Sept. VI, 276. Martyrizatus est a. 1046. 32) *Hic fuit invasor ecclesie* etiam apud Gilbertum. 33) Haec omnia ex Gestis Leonis desumpta sunt, v. apud Watterich I, 102. 105.

G. p. diebus 3. Hic timore imperiali factus est[a] papa. Hic[b] temporibus Henrici imperatoris apud Florenciam
V 25, 34. synodum celebravit et multos episcopos propter symoniam et fornicacionem deposuit. Hic[c] in Gallias veniens ab Henrico[d] imperatore gloriose suscipitur et eo presente imperator moritur.

1059. Stephanus IX. sedit mensibus 9, diebus 27. Hic[e] nacione Lothoringus[f], abbas prius Cassinensis, in Tuscia Florencie sepultus est[34].

1060. Benedictus X. sedit mensibus 9. Hic[g] prius Velletrensis episcopus Micius[h] nomine, per violenciam papa, postea cessit[35].

1061. Nicholaus II. nacione Burgundus[i] sedit annis 2, mensibus 6, diebus 26, et cessavit episcopatus diebus 10. Hic[k] prius Florentinus[l] episcopus apud Senam a cardinalibus unanimiter electus est et celebrato Rome concilio defunctus est[36].

1063. G. p. Alexander II. nacione Mediolanensis sedit annis 11, mensibus 6, diebus 25. Hic[m.37] cum esset Lucanus episcopus concorditer a cardinalibus in papam est electus. Contra hunc fuit Cadulus, qui fuit Parmensis episcopus et fere ab omnibus Lonbardie[n] episcopis in papam electus, asserentes papam non debere eligi nisi de paradiso Ytalie. Qui Cadulus cum magno exercitu[o] bis Romam veniens violenter voluit papatum optinere, sed non potuit. Deinde Alexander papa ad rogatum Henrici imperatoris descendit in Lonbardiam, et in Mantua sollempniter celebrato concilio, pacificatis[p] omnibus ad Urbem est reversus et ibidem defunctus. In Lateranensi ecclesia est tumulatus[q.38]. Eodem tempore Normanni, qui in preiudicium domni pape regnum Apulie occupaverant[r], fines Campanie devastabant. Quos dux Spoletanus[s] Godefredus[t] et comitissa devota filia sancti Petri[u] Matildis[v] expulerunt[w]. Hec[*] Matildis fuit comitissa adeo potentissima, quod etiam cum imperatore bello durissimo congressum habuit[39]. Que cum amplissimis possessionibus habundaret, totum patrimonium suum super altare sancti Petri optulit et hoc quod optulit adhuc usque in hodiernum diem dicitur patrimonium sancti Petri[*].

1074. C. p. Gregorius VII. sedit annis 12, mense 1, diebus 4. Hic[x] nacione Tuscus patria Suanensis[y] propter laudabilem vitam ex[z] cardinalibus est in papam electus. Hunc[a] Cencius[b] prefecti filius in nocte natalis Domini, cum primam missam in Sancta Maria maiore ad presepe Domini celebraret, cepit et in turri sua posuit. Sed Romani eadem nocte turrim destruxerunt papam liberando[c] et predictum Cencium extra urbem eiecerunt. Hic pontifex Henricum III.[d] imperatorem, concilio 110[e] episcoporum habito, excommunicavit, quia Romane ecclesie unitatem scindere voluit. Sed post ad papam in Lonbardiam veniens nudis pedibus super nivem et glaciem pluribus diebus stans vix absolucionem impetravit. Sed post de consensu eiusdem regis iterato excommunicati plurimi sediciosi episcopi apud Brissinam convenientes Guipertum Ravennatem[f] episcopum in papam elegerunt, Clementem vocantes[g], quem rex Henricus pronus in terra cum omnibus aliis mox adoravit, et cum ipso Romam veniens, sine cardinalibus a Bononiensi, Mutinensi et Cerviensi episcopis[h] in papam benedici fecit et ab eodem Guiperto[i] in die pasche coronam imperii assumpsit, papam Gregorium cum cardinalibus in castro Sancti Angeli obsidendo. Sed audito, quod Robertus[k] Guiscardus[l] in adiutorium pape de Apulia veniebat, imperator destructo Capitolio et urbe Leonina cum suo papa fugit Senas. Et Guiscardus[m] eodem die Urbem capiens et ferro et igne consumens, papam Gregorium[n] de obsidione liberando in palacio Lateranensi restituit. Qui post in Apuliam descendens Salerni mortuus est miraculis coruschando[40].

1086. Victor III. sedit anno 1, mensibus 4, diebus 7, et cessavit episcopatus diebus 9. Hic[o] proprio nomine Desiderius[p] dictus, abbas fuit Cassinensis. Qui veneno in calice misso dicitur extinctus. Huius tempore ordo Cartusiensis[q] incepit[41].

1089. Gilb. Urbanus II. sedit annis 11, mensibus 4, et cessavit episcopatus diebus 16. Huius tempore dux Boamundus cum christianis recuperavit sepulchrum Domini. Sepultus in ecclesia Lateranensi. Circa[r] hoc tempus de Mirrea civitate Licie iam destructa a civibus Barrensibus[s] ossa beati Nicholai[t] transferuntur[42].

a) *deest* 1. 5. b) Hic *post add.* 1; *al. calam. in* A. c) *al. rursus calam. in* A. d) Hinrico A. e) *al. calam. in* A. f) Lotoringus A. g) *al. calam. in* A. h) Nuncius 6; Mincius *Gest. pont.* i) *postea corr. in* Burgundio A. k) *al. calam. in* A. l) Florenti *post corr.* Florentinus 1. m) *al. calam. in* A. n) Lobardie A. o) excercitu *semper* 1. p) poatificatis A, *male corr. ex* pontif. q) sepultus 9. r) qui in — occupaverant *des.* A. s) dux politan *post corr.* dux Spoletanus 1; Spoletanus *deest* A. t) Godefridus A. u) devota fil. s. Petri *des.* A. v) Melthildis A; Malthidis A*; Mattildis 5. w) repulerunt A. *) Hec — Petri *des.* A. A*. x) *al. calam. in* A, Hic — cardinalibus *in rasura.* y) Suauensis 1; Suanensi A. A*. z) a 1; unus *ante* ex *deletum in* A. a) Humc 1. b) Censius *post add.* 1. c) deliberando 1. d) tercium *post corr.* iterum 1. e) *numerus deest* 1. f) Ravennatam 1. g) Clementem vocantes *in marg.* A. h) episcopis *deest* A. i) G. *leg.* A. 2. 3. 5. 7; Clemente 8. 11. k) R. *leg.* A. 2. 3. 4. 7. l) Guichardi 1; Guiskardus A. m) Guichardus 1; Guiskardus A. n) G. *leg.* A. o) *al. calam. in* A. p) Desidenus 1. q) Carturiensis *codd. potiores ut* A. 1. 4. 7; Cantuarien. 3; Cartarien. 2. r) *al. calam. in* A. s) Barensibus *sol.* 1. 2. t) Nicholay A.

34) *Hic — sepultus est* fortasse sumpta sunt ex Gestis Stephani IX. apud Watterich I, 198. 201. 35) *Hic — cessit* fortasse ex Gestis Nicolai II. apud Watterich I, 207 sq. 36) *Hic — defunctus est* ex Gestis Nicolai. 37) Quae sequuntur usque ad verba *Matildis expulerunt* hausta sunt ex Gestis Alexandri, quorum verba passim repetuntur. 38) Hic depositionis locus in Gestis non legitur. 39) Memoria istius pugnae sumpta videtur ex Gestis Gregorii VII. v. apud Watterich I, 338. 40) Haec omnia de Gregorio VII. narrata ex Gestis eius sumpta esse liquet. 41) *Hic — incepit* ex Vinc. XXV, 82. 42) secundum Vinc. XXV, 83.

Hoc eodem tempore in Hispania Toletum[a], illarum parcium maxima urbium, per christianos a Sarracenis tollitur. Floruit etiam hoc tempore in Anglia Anselmus primo abbas, post Cantuariensis[b] episcopus, in sciencia et vita mirabilis[43]. Hic etiam papa primum concilium apud Claromontem celebrat, in quo statutum est, ut hore beate Virginis cotidie dicantur, officiumque[c] eius diebus sabbatis[d] sollempniter fiat. Annunciatur[44] etiam in concilio Iherusalem capcio, christianorum oppressio, consilium queritur, auxilium imploratur. Idem papa concilio Turonis celebrato pene totum Occidentem provocat in Terre Sancte subsidium et[e] maxime de regno Francie. Qui per terram et deinde per brachium sancti Georgii transeuntes inventa per revelacionem Christi lancea Antiochiam[f], Tripolim[g], Acon et pene totam Terram Sanctam cum Iherusalem ceperunt. V. 25, 84. V. 25, 91.

Hoc* anno in Burgundia in die sancti Benedicti fundatum est cenobium, quod Cisterciense vocatum est in dyocesi Cabillonensi*.[45]. 1098.[h]

Paschalis II. sedit annis 18, mensibus 5, diebus 7, et cessavit episcopatus diebus 2. 1100.
Sepultus[i] est in ecclesia Lateranensi. Hic fuit nacione Tuschus de Bleda. Huius tempore Henricus IV. G. p.
Theotonicorum[k] rex cum magno exercitu venit in Tusciam, ut[l] Rome coronaretur in imperatorem, et premissis ad papam nunciis, per litteras refutabat omnem investituram episcoporum, abbatum et aliorum clericorum, super qua alii imperatores predecessores sui questionem cum Romanis pontificibus habuerunt, et iuramento tam imperatoris quam suorum principum super hoc domnus papa accepto, postquam tam clerus quam populus extra portas[m] versus montem Malum de mandato domni pape obviasset et ipsum usque ad summitatem graduum sancti Petri conduxisset[n], et eum ibi summus pontifex cum cardinalibus et episcopis expectasset, rex adveniens post pedum oscula se invicem osculati sunt et se per manus tenentes, postquam ad portam argenteam pervenissent, osculo dato domnus papa designavit ipsum imperatorem. Sed[o] postquam ad rotam porfiricam pervenisset et papa super investitura refutanda[p] iuramentum expetisset, rex cum sum suis habito consilio papam et cardinales cum tota curia captivavit[46]. Huius etiam temporibus ibid.
post ipsius liberacionem, quidam ex clero Romano perversi contra ipsum pontificem surgentes[q] tres heresiarchas, videlicet Albertum et Agnulphum[r] et Theodoricum diversis temporibus erigere[s] in papam presumpserunt. Qui licet in principio domno pape multas infestaciones fecissent, in fine tamen ab ipso prostrati sunt. Huius temporibus rex Ungarie ad ammoniciones[t] papales per litteras suas scribens domno pape, renunciavit investituris episcoporum et aliorum prelatorum, quas usque ad illa tempora reges Ungarie facere consueverant[47]. Eodem[u] tempore V. 26, 22. 24.
Bernardus habens annos circiter 22[v] sub abbate Stephano, qui fuit tercius abbas in Cistercio, cum sociis 30 Cistercium[w] ingreditur[x], sed eodem anno Claravalle fundata illic pro abbate mittitur. Paschalis* vero papa post libe- G. p.
racionem facta pace cum imperatore Henrico, ipso rege coronato et in campum extra muros statim egresso, pontifex cum episcopis et cardinalibus in Urbem[y] regrediens, tanta frequencia populi occurrentis et Deum[z] laudantis excipiuntur, ut vix ad palacium Lateranense circa vesperas potuerit pervenire. Denique defunctus est apud ecclesiam sancte Marie Transpadine et inde cum tocius cleri et populi frequencia per mediam Urbem vectus in ecclesia sancti Salvatoris sepultus est. Circa*.[48] hec tempora[a], scilicet anno Domini 1119, cepit Premonstratensis ordo in Laudunensi dyocesi sub patre Norberto[b], qui fuit Coloniensis[c], sicut et Bruno, qui ordinem Cartusiensem[d] incepit*.

Gelasius II. nacione Campanus[e] de civitate Gaieta sedit anno 1, diebus 5, et cessavit episcopatus diebus 24. Hic[f] propter[g] Henricum imperatorem cum cardinalibus Gaietam secessit[h], et inde cum per mare pergeret in Franciam, veniens in Cluniacum[i] ibi mortuus est et sepultus[49]. 1118.

Calixtus II. sedit annis 5, mensibus 10, diebus 13, et cessavit episcopatus diebus 5. 1120.[k]
Hic[l] nacione fuit Burgundus, comitis filius, et archiepiscopus Vienensis post mortem Gelasii pape in G. p.
Cluniaco a cardinalibus est concorditer electus. Qui[m] cum per Provinciam, Lombardiam et Tusciam Romam rediret[n], ubique sollempniter[o] cum gaudio est receptus. Burdinus vero, qui per Henricum imperatorem in papam fuerat factus, audito adventu pape, in Sutrio[p] se recepit. Quem obsessum[q] papa cum Romanis cum[r] habuisset positum in camelo, versa facie ad tergum, habens caudam cameli pro freno papam ad Urbem precedebat et post in arche Fumonis est retrusus. Papa vero facta pace cum imperatore in ecclesia Lateranensi est sepultus[50]. *[Sub Kalixto papa cepit ordo Premonstratensium.]*[s]

Honorius II. sedit annis 5, mensibus 2, diebus 3. Hic[t] patria Bononiensi natus, descendit in 1125.
Aquilam[u] a baronibus vocatus, ut eam, quia iuris beati Petri est[v], tueretur a comite Rogerio Siculo. Sed cum papa G. p.

a) Tolletum 1. b) Canturiacensis 1. c) que *deest* 1. d) sabbati 1; sabatis A. e) *al. rursus calam. in* A. f) Antyociam A. g) Tripoli 1. h) *in linea huius anni* ¶ *adiecto posita sunt haec in sol.* 2. *) Hoc — Cabillonensi *des.* A. A*. i) *al. calam. in* A. k) Theuconicorum A. l) *fol.* 23′ *in* A. m) partes *corr.* portas A. n) conduxissent A. o) Sed *deest* 1. p) refundanda 1. q) *hoc loco in* A *secundum dimidium linearum a.* 1110 *et* 1111. *occupant priore calam. scripta, iamiam obliterata:* Hic captus est domnus Paschalis papa ab Henrico imperatore quem ipse coronavit cum tota curia sua. r) Aginulphum 1. s) exigere 1. t) moniciones 1. u) *al. calam. in* A. v) 20 *in rasura*, duos *corr. post* septem 1. w) Cisterciēn 1. x) intravit 10. *) Paschalis vero — incepit *des.* A; Circa hec — incipit *des.* A*. y) urbe 1. z) dn̄i 1. a) temporalia 1. b) *restitui;* Roberto 1. 8; Noberto 9. 10. 11; Votberto 3. 5; Wiberto 7; Wihberto 2. c) Coroniensis 1. d) Caturiensem 1; Carturiensem 2. 4. 5. 6; Cantuarien. 3. e) Companus 1. f) *al. calam. in* A. g) papa 1. h) successit 1. i) Cluniacense 1. k) 1119. *leg.* A*. l) *al. calam. in* A. m) Quod 1. n) *in marg.* A. o) et *add.* A. p) Sutro 1. q) obcessum 1. r) cum 1. s) *haec in marg. rubrica inclusa in* A. t) *al. calam. in* A. u) Aquileiam 3 *et codd. viliores;* Apuliam *Gest. pont.* v) *deest* 1.

43) secundum Richardum. 44) Sequentia ex Richardi prolixiore narratione confecta videntur. 45) Hoc cum Vinc. XXV, 94. 95 minus concordat. 46) Verba *rex — cum tota curia captivavit* Gilbertum sapiunt. 47) V. hanc epistolam in Gestis Paschalis apud Muratori III a, 364. 48) Sequentia minus cum Vinc. XXVI, 28 concordant. 49) *Hic — sepultus* ex Gestis Gelasii. 50) Haec omnia ex Gestis Calixti.

vidisset infidelitatem baronum, saniori consilio habito, Rogerium recepit in graciam, et facto homagio et fidelitate firmata [a], ipsum de ducatu Apulie [b] investivit. Hic per legatum cardinalem duos patriarchas scilicet Aquileicum [c] et Venetum deposuit. Hic Rome [d] mortuus et in ecclesia Lateranensi est sepultus.

1130. Innocencius II. nacione Romanus ex patre Iohanne de regione trans Tyberim sedit annis 13, mensibus 7, diebus 8, et cessavit episcopatus diebus 2. Hic perrexit contra Rogerium ducem Apulie cum exercitu Romanorum, sed cum suis, cum quibus fugam cepit, captus est ab eo. Hic condempnavit totam partem Petri Leonis cum ordinacione ipsius.

G. p. Iste [e] Petrus Petri Leonis filius cardinalis a paucioribus electus et Anacletus dictus [f] hostiliter fecit aggredi domos Frangepanensium [g], in quibus se Innocencius cum cardinalibus receperat. Sed quia sic nichil profecit cum manu armata ecclesiam beati Petri adiit et per violenciam habita [h] aureum crucifixum pendentesque coronas cum toto thesauro auri et argenti ac lapidibus preciosis spoliavit. Cyborium quoque, quod sanctus Leo papa construxerat,

ibid. destruxit. Hoc idem ad Sanctam Mariam maiorem magno thesauro ditatam [i] et aliis Urbis ecclesiis fecit. Cum quo thesauro postquam pene omnes Romanos corrupisset, Innocencius papa nullum in Urbe subsidium habens, cum cardinalibus in duabus galeis [k] transivit in Galliam et a rege Francorum honorifice receptus, postquam in Claromonte et Remis celebrasset concilia, in reditu pacificatis Ianuensibus et Pisanis attendens [l] ipsorum, que sibi et ecclesie magna fecerant, servicia, Ianuensem episcopum, qui sub Mediolanensi [m] fuit, fecit archiepiscopum et Pisanum primatem tocius Sardinie. Hic coronato Laterani Lothario [n] in imperatorem ambo simul intraverunt Apuliam, et fugato Rogerio Syculo, qui domno pape rebellis erat, Lotharius [o] christianissimus rediit in Theotoniam [p] et papa Romam. Ubi sollempni celebrato concilio sepultus est in Laterano in conca porphirica miro opere sculpta [q. 51].

1144. Celestinus II. sedit mensibus 6, diebus 13. G. p. Hic [r] nacione Tuschus de castro Felicitatis sepultus est in Laterano.

1145. Lucius II. nacione Bononiensis ex patre Alberto sedit mensibus 11, diebus 4. Sepultus [r] est in ecclesia Lateranensi. Hic ante presbiter cardinalis Sancte Crucis [s], totam illam ecclesiam et claustrum a fundo [t] renovavit [52].

1146. [u] Eugenius III. nacione Pisanus sedit annis 8, mensibus 4, diebus 20, et cessavit episcopatus diebus 2. G. p. Hic [v] obiit Tybure [w] et per mediam Urbem fere cum tocius cleri et populi turba cum maximo luctu ad ecclesiam beati Petri deductus circa altare sepultus est. Hic cum abbas Sancti Anastasii esset, ex insperato apud ecclesiam sancti Cesarii a cardinalibus est electus, et propter metum senatorum [x], qui contra voluntatem predecessoris sui fuerant electi [y] a populo, ad Farfense monasterium se transtulit ibique vocatis cardinalibus et prelatis munus consecracionis accepit. Hunc, cum simplex fuerit ante, Deus mirabili gracia perfudit et eloquencia. Huic redeunti ad Urbem clerus et populus Romanus cum magna leticia occurrit, cantans: *Benedictus, qui venit in nomine Domini!* Hic a rege Ludovico [z] in Franciam vocatus, cum ipsum transmarina cruce signasset et concilium Remis celebrasset, rediit ad Urbem ibique in basilica beati Petri circa maius altare est sepultus [53]. Eodem tempore fuit in Alemannia Hildegardis monialis famosa [a], que in Pinguia super Renum requiescit [54].

1154. [b] Anastasius [c] IV. [d] nacione Romanus ex patre Benedicto sedit anno 1, mensibus 4, G. p. diebus 24, et cessavit episcopatus diebus 20. Hic [e] fecit apud Sanctam Mariam rotundam novum palacium. Hic dedit ecclesie Lateranensi calicem pulchri operis pensantem 20 marchas et plura alia et ibidem in tunba porphirica tumulatus est.

1155. [f] Adrianus IV. [g] nacione Anglicus sedit annis 4, mensibus 9, diebus 28, et cessavit epi-G. p. scopatus diebus 20. Sepultus est in Vaticano in ecclesia [h] sancti Petri iuxta sepulchrum Eugenii pape. Hic primum episcopus Albanensis in legacione Norvegiam [i] est missus pro verbi Dei predicacione. Ipse vero gentem illam barbaram in lege divina diligenter instruxit [k]; post reditum defuncto Anastasio in papam est electus. Hic papa propter vulneracionem unius cardinalis totam Urbem usque ad satisfacionem condignam posuit sub interdicto. Hic Guillelmum [l] regem Sicilie tamquam rebellem sibi exconmunicavit. Qui post absolutus homagium [l] domno pape faciens, terram ab ipso suscepit. Hic primus dicitur papa fuisse, qui in Urbe Veteri cum curia sua moram traxit. Hic fecit gyronem in Radicophano [m] et turribus munivit. Hic castrum et multas possessiones circa Lacum sancte [n] Christine a comitibus comparavit [55].

a) prefata *corr. in* prestita A; prestita A*. b) ampulie A. c) aquileiē A. d) Roma 1. e) *al. calam. in* A. f) et Anacl. dictus *in marg.* A. g) Frangepanensium 1. h) *sic codd. pot. ut* A. 2. 5. 7; *in* 1 *manu post add.; deest* 3. 4; habitam *codd. viliores.* i) dedicatam 1; dicatam A. k) galleis A. l) attendes A. m) Mediolano 1. 6. n) Lotherio 1. 2. 5; Lotorio *corr.* Loterio A. o) *sic omnes praeter* 1, *ubi* Laxarus. p) Theutoniam A. q) *add.* 4. 5: totam illam — renovavit, *quae infra leguntur apud Lucium II.* r) *al. calam. in* A. s) fuit *add.* A. t) fundamento 1. u) *Eugenius in* A *cum Cenc. incipit a.* 1147, *cum quo etiam linea rubra coniunctus est, sed linea atramento ducta post ad a.* 1146. *trahitur.* v) *al. calam. in* A. w) Tybuī 1. x) Sarracenorum 1; sanatorum A. y) clerici 1. z) Ludeouico A. a) formosa 1. 2. *al. vil.;* fuit H. m. f. et in Al. 1. b) *Anastasius in* A *cum Cenc. incipit a.* 1153, *cum quo linea rubra coniunctus est, sed linea post atramento ducta trahitur ad a.* 1154. c) *fol.* 24' *in* A. d) III. *leg.* A. A*. 2. 6. e) *al. calam. in* A, *in quo add. sed obliterat.* hic ex cardinalibus electus. f) *sic cum Cenc.* A*. 2. 3. g) *hic papa in* A. *prius in linea a.* 1156. *inceperat, sed nunc, duabus lineis a.* 1156. 1157. *erasis et denuo superscriptis, in linea a.* 1154. *incepit, cum quo anno etiam rubrica coniungitur. Linea tamen atramento postea ducta ad a.* 1155. *ducit.* h) Norwegiam A. i) *in* A *add. sed deletum est* relinquens. k) Wihelmum A. l) homaium A. m) radicophono A. 3. 7; radicophino 2. n) sancte *deest* 1.

51) Haec omnia ex Gestis Innocentii excerpta esse liquet. 52) *Sepultus — renovavit* secundum Gesta Lucii. 53) Haec omnia ex Gestis Eugenii II. 54) Cf. Vinc. XXVII, 83. 55) Haec omnia ex Gestis Adriani.

Alexander III. nacione Tuscus patria Senensi[b] ex patre Raynucio[c] sedit annis 21[d], men- 1159.[a]
sibus 11, diebus 9. Hic vicit 4 scismaticos, Octavianum[e], Guidonem Cremensem, Iohannem Strumensem et Landonem. Primus fecit se vocari Victorem, secundus Paschalem, tercius Calixtum, quartus Innocencium[f]. Quorum 3 fuerunt presbiteri cardinales, qui per papam excommunicati mala morte perierunt[g]. Istius tempore maximum scisma fuit et eiectus fuit conventus Sancti Anastasii et abbas Sancti Pauli eundem locum sibi[h] per regem scismaticum acquisivit[i], qui locus per eundem Alexandrum est restitutus. Hic Fredericum imperatorem ad concordiam ecclesie revocavit, qui tunc illos scismaticos, qui eiusdem pape invasores fuerant, manu tenebat. Hic duo concilia ordinavit, unum Turonis[k], aliud Rome celebravit. Fredericum Romanorum imperatorem et Emanuel[l] Constantinopolitanum et Guillelmum Siculum[m] atque Lombardos ad concordiam revocavit. Per 15 annos sub eius temporibus terre motus[n] magni fuerunt per loca ita, quod civitas Antiochena cum Tripoli cecidit atque Damascus[o] cum multis[p] aliis civitatibus submersa est. Tunc quoque Cathanensis[q] civitas eversa est penitus et plus quam 20 milia hominum mortui sunt, et mare retrogradum tunc versum est, et 5 milia hominum in Sicilia[r] mortui submersi sunt. Huius[s] tempore Mediolanum cum Cremona et Placencia contra Papienses civitatem unam construxerunt, G. p.
quam ut famosior fieret, ab Alexandro papa Alexandriam vocaverunt[56]. Et post ad peticionem Lombardorum constituit eis episcopum, Papiensem vero episcopum crucis et pallei dignitate privavit eo quod Frederico[t] imperatori tunc et ab antiquo regibus persecutoribus ecclesie adhesisset[57]. Hic, cum omne patrimonium beati Petri preter civitatem Urbevetanam et Terracinam[u], Anagniam ab Aquapendente usque Ceperanum per imperium[v] et scismaticos occupatum fuisset, in Franciam transiit[58], ibique celebrato Turonis sollempni concilio[59], per mare ad Urbem rediens cum Messane applicuisset[w], rex Guillelmus[x] non solum quia papa, sed etiam ipsum dominum, a quo tenebat regnum, recognoscens eum[y] debito honore prosequutus est[60].

Lucius III. nacione Tuschus sedit annis 4, mensibus 2, diebus 18, et cessavit episco- 1181.[z]
patus diebus 13. Huius[*] tempore floruit Petrus Comestor, qui utriusque testamenti historias utiliter V. 29, 1.
exponendo in unum volumen redegit, qui liber Scolastica historia nominatur[*].

Urbanus III. nacione Lombardus[b] sedit anno 1, mensibus 10, diebus 25. Huius tempore 1185.[a]
capta est Iherusalem a Sarracenis. Qui[c] cum de transmarinis partibus tam flebilem rem audisset, pre nimio dolore obiit Gilb. V. 29, 44.
sepultusque est in Ferraria.

Gregorius VIII. nacione Beneventanus sedit mense 1, diebus 27[e], et cessavit episco- 1187.[d]
patus diebus 20[f]. Hic[g] zelando pro Terra Sancta ad diversas provincias litteras mittit et facta pace V. 1. c.
inter Ianuam et Pisas Pisis mortuus sepelitur.

Clemens III. nacione Romanus sedit annis 3, [mensibus 3,] diebus 16[i]. Hic ex patre 1188.[h]
Iohanne scolari claustrum apud Sanctum Laurencium foras murum ordinavit et Lateranense[k] palacium fecit alcius et puteum ante ereum equum fecit fieri.

Celestinus III. nacione Romanus ex patre Petro Bubonis, consecratus die resurrectionis, 1192.[l]
sedit annis 6, mensibus 8, diebus 11. Hic secundo die pontificatus sui coronavit Henricum imperatorem Gilb.
et fecit palacium apud Sanctum Petrum.

Innocencius III. nacione Campanus ex patre Transmundo, consecratus in festo cathedre 1198.
sancti Petri sedit annis 18, mensibus 4 et diebus 23. Hic quantum fuit gloriosus[m], opera eius testi- Gilb.
monium perhibent veritati. Fecit enim inter cetera[n] hospitale sancti Spiritus et renovavit ecclesiam sancti Syxti, composuit decretales, sermones et librum de misera conditione humani generis *[et prephationes in missa]* et multa alia gloriosa[o]. Item dedit universis ecclesiis in Roma unam libram argenti pro singulis calicibus earum non habencium calices argenteos tali pacto, quod eos vendere non possint[p]. Hic etiam coronavit Ottonem[q] et deposuit, quia non servavit fidelitatem. Huius tempore a Francis capta est Constantinopolis et a Venetis[r].

a) *sic* 3, *in* A *tantum linea atramento ducta ad a.* 1159 *tendit;* 1160 *leg.* 2. A*. b) Senensis A. c) Rainutio A. d) 22 *leg.* 1. e) Octovianum A. f) Innocencius 1. g) quorum tres — perierunt *in marg. add. al. calam. sed rubrica sept. in* A. h) eundem locum sibi *des.* 1; sibi *deest* 2. 3. i) *sic* A; *deest* 1. 2. 3; dari procuravit 7; vendicavit 6. 8 *al.* k) Turonense 1; Turoñ 5. l) Hemanuel A. 5. m) Silicum A. 1. 2. 3. 4. 6. n) moti 1. o) Dāmasus 1. p) multis *deest* 1. q) Cathenensis A. r) Cicilia A. s) *al. calam. in* A. t) Frideric. *hic* A. u) Tarracinam 1. v) impium A. w) amplicuisset A. x) Wilhelmus *in marg.* A. y) cum 1. 2. z) 1180 *leg.* 2. *) Huius — nominatur *des.* A. A*. a) 1184 leg. 2. A*. b) de civitate Mediolanensi *add.* 9—11. c) *al. calam. in* A. d) 1186 *cum Cenc.* 2. e) 28. *leg.* 1. f) *in* A *add. eod. calam. sed obliterat.* hic moritur apud Pisas. g) *al. calam. in* A. h) *sic cum Cenc.* 2. 3; 1189 *leg.* A. A*. i) 26 *leg.* 1. k) Laterano A; Laterani 2. 3. 6. *al.* l) *sic* A. A*; 1191 *leg.* 2; *perturbatus* 3. m) gloriosissimus 1. n) *deest* 1. o) multas alias glosas 1. p) possunt 1. q) Otonem 1. A. r) et a Venetis *des.* A. A*.

56) ex Gestis Alexandri apud Watterich II, 409. 57) indidem p. 429. 58) indidem p. 387. 59) indidem p. 393. 60) indidem p. 400.

Urbs [a] quidem de mundi maioribus una ac in magnificencia prima. Cuius capcionem etiam post plures dies plerique civitatis incole non credebant, tum propter civitatis fortitudinem, tum etiam propter antiquam quam habebant prophetiam. Prophetizatum siquidem erat quod deberet capi per angelum, et ita eam capi per hominem non credebant. Sed hostibus per murum, ubi angelus pictus erat, civitatem intrantibus, se deceptos incole per equivocacionem angeli cognoverunt [a].

Similiter [b] *Macominus* [c] *Sarracenorum veniens cum* [d] *innumerabili multitudine contra Yspanos, confusus ad patriam suam rediit* [b. 61].

Gilb. Huius temporibus Livonia pro parte conversa est ad fidem. Anno vero [e] pontificatus sui 17, mense Novembris in basilica Lateranensi, que Constantiniana [f] vocatur, celebratum est concilium generale. Pro subsidio Terre Sancte et pro statu universalis ecclesie multa utilia statuta sunt ibi promulgata. In quo fuit cum patriarchis, archiepiscopis [g], episcopis et aliis prelatis summa prelatorum 1315. Tempore huius concilii consecravit ecclesiam beate Marie trans Tyberim. Demum cum propter subvencionem [h] Terre Sancte inter Pisanos et Ianuenses et Lombardos [i] pacem facere intenderet in itinere ad hoc constitutus [k], apud Perusium est defunctus ibique in ecclesia sancti Laurencii tumulatur, et cessavit papatus per unum diem.

Perusinis causa electionis pape [l] cardinales strictissime artantibus.

Perusinis [m] *cardinales pro electione pape cicius facienda ipsos recludentibus et strictissime artantibus. Similiter fecerunt in creatione Clementis IV.*

Hic* abbatis Ioachim libellum, quem contra magistrum Petrum Lombardum composuit, dampnavit [62]. Dampnavit etiam [n] Amalericum quemdam Carnotensem cum sua doctrina, sicut habetur in decretali: *Dampnamus* [63]. Qui Amalericus asseruit ydeas, que sunt in mente divina, et creare et creari, cum secundum beatum Augustinum nichil nisi eternum atque incommutabile sit in mente divina. Dixit etiam, quod ideo finis omnium [o] dicitur Deus, quia omnia reversura [p] sunt in eum, ut in Deo inmutabiliter quiescant, et unum individuum atque incommutabile in eo [q] manebunt. Et sicut alterius nature non est Abraham [r], alterius Ysaac, sed unius atque eiusdem, sic dixit omnia esse unum et omnia esse Deum [s]. Dixit enim, Deum esse essenciam omnium creaturarum et esse omnium. Dixit etiam, quod in karitate constitutis nullum peccatum inputabatur. Unde sub tali specie pietatis sequaces eius omnem turpitudinem libere committebant [t]. Item dixit, quod sicut lux non videtur in se, sed in aere, sic Deus nec ab angelo nec ab homine videbitur in se, sed tantum in creaturis [u]. Item asseruit, quod si homo non peccasset, in duplicem sexum partitus [v] non fuisset nec generasset, sed eo modo, quo sancti angeli multiplicati sunt, multiplicati fuissent et homines; et quod post resurrectionem uterque sexus adunabitur, sicut [w], ut asserit, fuit prius in creacione [x], et talem dixit Christum fuisse post resurrectionem. Qui omnes errores inveniuntur in libro, qui intitulatur peri phiseon, qui ponitur inter alios libros Parisius dampnatos et dicitur liber Amalerici. Qui* Amalricus combustus fuit Parisius cum suis sequacibus [64.*]. [Tempore huius Innocencii inceperunt duo ordines solempnes, videlicet ordo fratrum Predicatorum et ordo fratrum Minorum. Ordinem fratrum Predicatorum incepit sanctus Dominicus in Tolosanis partibus, ubi contra hereticos verbo et exemplo predicabat, anno Domini 1198, pontificatus domni Innocencii anno 6. Ordinem vero fratrum Minorum incepit sanctus Franciscus prope civitatem Assisinam apud Sanctam Mariam de Porciuncula, anno Domini 1206, pontificatus eiusdem domni Innocencii anno 14, qui fuit annus conversionis ipsius, a quo post 24. anno defunctus est. Qui Franciscus ante suam conversionem vocabatur Iohannes [y].]

a) Urbs — cognoverunt *des. in plurimis codd.* C, *in quibus* Cuius capcionem — cognoverunt *leguntur sub Heinrico VI. Sicut* B *habent* 5. 6. 7. b) Similiter — rediit A. A*· 4 *et etiam in plurimis codd.* C, *exceptis* 6. 7. c) *sic* A. A*; Maconimus 8; Miralmomnus 5; *al. al.*; Memmelinus *Vinc.* d) fol. 25′ *et al. calam. in* A. e) secundo 1. f) Constanciana 1. g) *deest* 1. 10. h) subsidium 1. i) Lumbardos 1. k) intenderet et niteretur ad hoc constancius 1. l) pape *deest* 1. m) Perus. — Clem. IV. *al. calam. in* A, *des.* A*. *) Hic abbatis — sequacibus *des.* A. A*; Qui Amal. — sequacibus *des.* 1. 5. n) et *add.* 1. o) hominum 1. p) reversa 1. q) eum 1. r) Abrah. *corr.* Habrah. 1. s) Et sicut alterius — omnia esse Deum *des.* 2. 3. 4. 6. 7. t) Dixit etiam — committebant *des.* 1; *superius post* manebunt *leguntur in* 6; *inferius post* cum suis sequacibus *leg. in plurimis codd* C. u) Item dixit quod — in creaturis *des.* 2. 3. 4. 6. 7. v) perditus 1. 2. 3. 4. w) *sic* 1. x) in increacione 1. y) *uncis inclus. add.* C, *exc.* 5. 6.

61) secundum Vinc. XXX, 2, qui Sarracenum istum Memmelinum vocat. 62) Qui libellus intitulatus: *De unitate seu essentia Trinitatis* in concilio Lateranensi a. 1215. dampnatus est. 63) Videas cap. 2 actorum concilii Lateranensis, quod hac voce incipiens, Ioachim et Amalrici errores insimul condempnat. 64) Amalricum, postquam errores suos invitus revocaverit, in lecto obiisse a. 1210, sequaces vero eius aliquos combustos esse Vinc. XXIX, 107 auctor est.

Honorius III. nacione Romanus apud Perusium est electus; sedit annis 10, mensibus 8, diebus 23. 1216. Hic quod Sanctum Laurencium foris murum Petrum Altisiodorensem comitem in[a] imperatorem Constantinopolitanum coronavit. Hic etiam ecclesiam sancti Laurencii extra muros et basilicam que dicitur Sancta sanctorum renovavit. Decretales compilavit[b 65]. Hic in basilica sancti Petri Fredericum regem Sicilie in imperatorem Romanorum coronavit. Huius tempore christiani Damiatam ceperunt, sed Sarraceni[c] fortuito casu contingente eam postea recuperaverunt. Hic[d] Honorius papa Fredericum, sibi rebellem et Romane ecclesie adversarium comperiens, anathematizavit atque barones ab eius fidelitate absolvit. Honorius papa moritur et Rome in ecclesia beate Mariae maiori sepelitur, et domnus Hugolinus Hostiensis[e] episcopus in papam electus, Gregorius est vocatus[f]. Honorius primo anno sui pontificatus ordinem Predicatorum confirmavit, beato* Dominico nacione Hispano inventore eiusdem ordinis procurante. Nam Innocencius papa, qui durus sibi in hoc[g] fuerat, visione habita quomodo beatus Dominicus Lateranensem ecclesiam cadentem humeris sustentasset, confirmare deliberaverat, sed morte preventus non potuit[66.*]. Gilb. ibid. v. 30, 129.

Gregorius IX. nacione Campanus mense Marcii die 9.[h] post festum sancti Gregorii apud Septemsolium electus fuit[67]. Sedit[i] annis 14. Hic sanctam Elizabeth[k], filiam regis Ungarie, relictam lantgravii[l] Turingie, canonizavit[68]. Hic sentenciam, quam Honorius predecessor suus contra Fredericum fulminaverat, roboravit. Hic cum[m] concilium celebrare Rome nititur, et ab imperatore vie per terram et[n] per mare artantur, duo cardinales et multi prelati abbates et clerici maxime per mare ad concilium venientes per imperatoris fautores capiuntur[69]. Hic papa per fratrem Raymundum[o] ordinis Predicatorum, penitenciarium et capellanum ex pluribus voluminibus decretalium conpilavit volumen unum, mandans ubique doctoribus illo uti[70.†]. Hic Gregorius cum ab imperatore, qui tunc ex magna parte patrimonium ecclesie occupaverat, in Urbe obsideretur, videns etiam pene omnes Romanos per pecuniam corruptos esse, excipiens capita apostolorum et processionem a Laterano usque ad Sanctum Petrum faciens, animos Romanorum sic revocavit, ut pene omnes contra imperatorem cruce signarentur[71]. Quod imperator, qui iam credebat se intraturum in[p] Urbem, audiens, timens longe ab Urbe retrocessit. Denique Gregorius papa tantis tribulacionibus concussus Rome anno 14, mense Augusti migravit ad Christum[72]. Hic* Reate beatum Dominicum, inventorem et magistrum ordinis Predicatorum, Bononie sepultum et miraculis innumeris coruschantem canonizavit anno Domini[q] 1233, a confirmacione ordinis[r] anno 18, a morte eius anno 11.[73.*] 1226.

Celestinus IV.[s] nacione Mediolanensis sedit diebus 17[t], et vacavit[u] mensibus 20[v], diebus 14. Hic episcopus Sabinensis vita et sciencia laudabilis, senex et infirmus[74] electus cito moritur et in ecclesia sancti Petri sepelitur. 1239.

Innocencius IV. nacione Ianuensis de comitibus Lavanie sedit annis 11, mensibus 6. Hic sedes[x] cardinalium a multo tempore vacuas de personis de[y] diversis mundi partibus[z] electis restauravit. Hic post magnum tractatum de[a] pace cum imperatore dum ipsius[b] adversus ecclesiam contu- 1241.[w] v. 30, 152.

† Huius tempore anno Domini 1239, 3. Nonas Iunii circa horam nonam sol passus est eclipsim tantam quod stelle videbantur in celo sicut de nocte videntur. *add.* 9.

a) in *deest* 1. b) composuit 1. c) cum *inser.* A. d) *al. calam. in* A. e) Ostiensis A. f) Hic papa moritur — est vocatus *in codd. vil.* C *in fine post* potuit *leguntur, in* 6 *hic et illic iterum in margine.* *) beato — potuit *des.* A. A*. g) hec 1. h) 8. *leg.* A. i) *al. calam. in* A. k) *sic* 2. 3; Helisabeth 1; Elizabet A. l) *sic* 2. 3; longravii 1; langravii A. m) comune 1; *deest* 9. 10. n) et *deest* 1. o) Remundum A. p) in *deest* 9. 10. 11. 17. 20. 21. *) Hic — anno 11. *des.* A. A*. q) Domini *deest* 1. r) sui *add.* 1. s) *hic papa in* A *prius in linea a.* 1241. *positus, iam, erasa scriptura huius lineae, in linea a.* 1239. *incipit.* t) 18 *leg.* 10. 11. *Vinc.* u) cessavit episcopatus 1. v) 22 *leg.* 8. 9. 11. *Vinc.* w) *in* A *Innocencius incipit ad a.* 1243, *cum quo linea rubra coniungitur, sed linea atramento post ducta ad a.* 1241. *trahitur.* x) *al. calam. in* A. y) ex A. A*. 5. z) sibi placitis *add.* 9—11. a) *deest* A. b) ipsus *corr.* ipsius 1.

65) Anno ut videtur 1226. Honorius III. decretales suis auspiciis compilatas universitatibus Bononiensi et Pataviensi transmisit. Gilbertus hoc loco habet: *Sermones composuit.* Cf. etiam Raynaldi Annal. eccles. 1227. n. 12. 66) Haec de Innocentio III. ex Vinc. XXX, 65 hausta videntur. 67) Electus est Gregorius Mart. 19, non vero Mart. 21, quo die consecratus est. Locus electionis erat ecclesia S. Gregorii sita e regione Septisolii, ubi erat ecclesia S. Luciae. 68) secundum Vinc. XXX, 136. 69) secundum eundem XXX, 138. 70) Decretales per Raimundum de Pegnafort, postea tertium ord. Praed. magistrum generalem, collectas a. 1234. promulgavit. 71) Hoc a. 1240. factum similiter narrant Gesta Gregorii IX. libro censuum Cencii adscripta, e quibus noster fortasse hausit. V. apud Muratori III a, 587. 72) Cf. Vinc. XXX, 138. 73) Bulla canonizationis data est Reate 1234. Iul. 3, mortuo S. Dominico a. 1221. Aug. 6. 74) Fortasse hoc noster hausit ex Vinc. XXX, 138, quem voces *vocavit, senex et infirmus* sapiunt, qui tamen dicit Coelestinum sedisse diebus 18, et sedem vacasse mensibus 22.

maciam perpendisset, clam Ianuensium auxilio devenit in Gallias[75], et celebrans concilium in Lugduno, ipsum velut hostem ecclesie condempnavit imperio privando[76], procuravitque lantgravium[a] Turingie eligi in regem Alamannie[b], et mortuo ipso, comitem[d] Hollandie[e]. Hic Lugduni canonizavit sanctum Emundum[f] confessorem, Cantuariensem archiepiscopum[77].†. Ipse etiam[g] canonizavit Perusii beatum Petrum ordinis Predicatorum[h] Veronensem nacione, quem heretici propter ipsius contra ipsos predicacionem inter Cumas[i] et Mediolanum occiderunt[78]. Canonizavit etiam sanctum Stanislaum[k] Asisii Cracoviensem episcopum, qui ab iniquo[l] principe fuerat interfectus[79]. Innocencius vero papa mortuo Frederico[m] imperatore *[et Conrado filio*[n]*]* Apuliam cum magno excercitu ingreditur, sed post paululum Neapoli moritur[80] et sepelitur. Huius* temporibus floruit vita et sciencia venerabilis domnus Hugo[o] cardinalis frater Predicatorum ordinis[81], qui doctor eximius doctrina[p] perlucida totam bibliam postillavit*. [Concordanciarum etiam biblie primus auctor fuit. Quem propter vite et sciencie famam papa Innocencius Sancte Sabine instituit cardinalem, in quo statu, licet esset de ordine Predicatorum, omnibus tamen religionibus[q] ac eciam secularibus placidus exstitit[r].]

1254. Alexander IV.[s] nacione Campanus sedit[t] annis 7, et cessavit episcopatus mensibus 3, diebus 4. Hic moritur Viterbii[82] et in ecclesia sancti Laurencii tumulatur[u]. Huius tempore Manfredus[v] filius naturalis quondam[w] Frederici imperatoris gerens se pro pedagogo Corradini[x] nepotis predicti Frederici, ipso Corradino mendaciter publicato mortuo, sibi ipsi coronam assumpsit[y]. Quod factum quia in preiudicium domni pape fuit, primo excommunicatur, post contra ipsum magnus excercitus sed in nullo proficiens mittitur[83]. Hic canonizavit Anagnie sanctam Claram, que fuit ordinis sancti Damiani[84]. Huius temporibus principes[z] Alamannie electores in duo[a] se dividentes quidam[b] regem Castelle et quidam Richardum[c] comitem Cornubie ad imperium elegerunt, quod scisma duravit multis annis. Hic* reprobavit duos pestiferos libellos, quorum unus dicebat, quod omnes religiosi, etiam verbum Dei predicantes de elemosinis[d] vivendo salvari non possent[85], alter vero asserebat inter cetera erronea[e], quod euangelium Christi et doctrina novi testamenti neminem ad perfectum perduxit et evacuanda erat post 1260 annos, et in 60. anno deberet inchoari doctrina Ioachim, quam conditor libri euangelium[f] eternum nominavit, totam perfectionem salvandorum hominum illi attribuendo[g]. Dicebatur etiam ibi[h], quod sacramenta nove legis in 60. anno evacuarentur. Que omnia et auctoritas apostolica et predicti temporis[i] experiencia exsufflavit[86].*.

1261. Urbanus IV. nacione Gallicus ex civitate Trecensi sedit annis 3, mense 1, diebus 4, et cessavit episcopatus mensibus 5. Hic[k] duas ordinaciones fecit[87]. Excercitum Sarracenorum, quem Manfredus in patrimonium ecclesie miserat, per crucesignatos fugavit[88].

† Hic eciam anno Domini 1251. ordinem fratrum de poenitencia Ihesu Christi, qui vulgariter fratres de sacco nominantur, apud Lugdunum confirmavit. *add. alia manus in marg.* 9.

a) *sic* 2. 3; lancravium 1. A. b) Almannie A. c) apud Lugdunum 1. d) comite 1. e) Holandie 1; Holendie A. f) Edm̄. 8; Eadmundum 6. g) enim 1. h) ord. predic. *in marg.* A. i) Caumas 1. k) Staglaum 1. l) inico A. m) Friderico A. n) *add.* A. A*. 8. *) Huius — postillavit *des.* A. A*. *Quo loco leg.* A. *quae in* B. C *leguntur sub Friderico II:* Eo tempore cum regnaret rex Ferrandus in Yspania in Toleto — similiter invenies in Constantino VI. *al. calam.* o) de sancto Cheuderio *add.* 17. p) sana et *inser.* 9—11. q) *fortasse legendum* religiosis. r) *uncis inclus. add.* C; Quem — exstitit *des.* 6; *omnia des.* 7. s) *fol.* 26′ *in* A. t) *al. calam. in* A. u) Moritur Viterbii — tumulatur *infra post* exsufflavit *add.* C, *exceptis* 5. 6. 7. v) Mainfredus 1. w) condam A. x) Conradin. A. y) ipse regnum usurpavit *in rasura* A. z) princeps 1. a) duos A. b) Alfonson *add.* 9. c) Ricardum A. *) Hic — exsufflavit *des.* A. A*; *subiungunt hic* 8—11 *quae superius omisere* Alexander Viterbii moritur et in ecclesia S. Laurencii honorifice sepelitur. d) helemos. 1. e) *deest* 9—11. f) exemplum 1. g) in illo ponendo 8—10. h) *deest* 8—11. i) *sequens add.* 8—11. k) *al. calam. in* A.

75) Anno scil. 1244. 76) Anno scil. 1245. Iul. 17. 77) Sedit a. 1233—1240, canonizatus est Lugduni 1246. 78) Occisus a. 1252, sequente anno canonizatus est. 79) Stanislaus a. 1079. a Boleslavo Smialy occisus, canonizatur a. 1253. 80) a. 1254. Dec. 7. 81) ex provinciali Galliae factus presb. card. tit. S. Sabinae a. 1244. 82) a. 1261. Mai. 25. 83) Manfredus iam a. 1254. Sept. 12. ab Innocentio IV. excommunicatus, mortuo Innocentio, necdum creato Alexandro, mense Decembri clavigeros apud Foggiam devicerat. 84) S. Clara, discipula S. Francisci, ordinis S. Damiani conditrix, a. 1253. mortua, canonizatur a. 1255. 85) Cuius libri a. 1256. dampnati auctor exstitit Guillelmus de S. Amore, doctor Parisiensis. 86) Cuius libri auctores fuisse fratres ord. Praedicatorum arguit Mathaeus Paris ed. Wats p. 806. 87) scil. cardinalium a. 1261 et 1262. 88) a. 1261. mense Septembri.

Comiti Provincie Karolo fratri regis Francie regnum Sicilie, ut a Manfredo detentore ipsius recuperaret[a], contulit[b. 89]. Moritur* Perusii[90] et in ecclesia sancti Laurencii[c] sepelitur*.

Clemens nacione Provincialis de villa Sancti Egidii sedit annis 3, mensibus 9, diebus 21, 1265.[d] et cessavit episcopatus annis 3, mensibus 2, diebus 10[e]. Mortuus est Viterbii[91] et† sepultus in ecclesia sancti Laurencii[f].

Hic uxorem et liberos habens, primum fuit famosus advocatus et regis[g] Francie consiliarius. Deinde[h] mortua uxore propter vitam et scienciam laudabilem primo Podiensis[i] episcopus et post Narbonensis[k] archiepiscopus, tandem[92] Sabinensis episcopus[l] efficitur. Sed cum post in Angliam propter pacis reformacionem a papa Urbano IV. legatus missus fuisset, absens a cardinalibus Perusii in papam electus, sic ieiuniis, vigiliis et oracionibus ac aliis bonis operibus intentus fuit, quod multas quas tunc ecclesia sustinebat tribulaciones Deus suis meritis creditur extinxisse.

Huius[m] primo anno[93] domnus Karolus[n] frater regis Francie, comes Provincie et Andegavie[o], qui olim pro regni Sicilie recuperacione a Manfredo detentore[p] per Urbanum vocatus fuerat, navigio Romam venit. Demum in Apuliam intrans, bello campestri habito, predictum Manfredum regno et vita[q] privavit[94]. Quarto vero eiusdem Clementis pape anno Corradinus[r] nepos olim Frederici imperatoris, etate quidem iuvenis sed malicia provectus[s], suorum patrum sequens vestigium, parvipendens domni pape excommunicacionem, contra ecclesiam et contra domnum Karolum tunc[t] regem Sicilie insurgens cum Theotonicis[u], quos habuit, quamplurimis Lombardis et Tuscis adiunctis[v], pervenit usque Romam. Ubi cum imperiali more sollempniter receptus fuisset, adiuncto[v] sibi senatore Urbis, Henrico fratre regis Castelle[w], et quamplurimis Romanis, regem Karolum debellaturus Apuliam intravit; sed post durum campestre bellum et multorum casum Corradinus et quidam, qui dicebatur[x] dux Austrie, et[y] multi comites et nobiles in fuga[z] capti, per regem Karolum decollantur[a. 95].

Hic[b] cum Chunradinus[c] nepos Friderici[d] imperatoris domnum[e] Karolum, cui ipse[f] papa regnum Sicilie contulerat, debellaturus Appuliam[g] intraret, et plerique factum domni[h] Karoli pro desperato haberent, tum propter Chunradini exercitus multitudinem, tum eciam propter regni Sicilie pene tocius rebellionem, predixit publice in communi sermone[i] factum Chunradini tamquam fumum[k] transiturum, et ipsum tamquam[l] ad[m] victimam Appuliam intraturum. Quod et rei postmodum probavit eventus. Nam ipse[n] post fugam captus, fuit[o] decollatus, et factum suum[p] paucis diebus post tamquam fumus evanuit.

Cod. A.	*Cod.* 1.	*Codd.* 2—6.	*Codd.* 7—11.
Hic[q] *Clemens papa canonizavit sanctam Edvigam quondam du-*	Hic papa in ecclesia Predicatorum Viterbii cum magna sol-	Hic etiam canonizavit in ecclesia fratrum Predicatorum Vi-	Hic eciam papa canonizavit Viterbii in ecclesia fratrum Pre-

† et sepultus primo in ecclesia sancti Laurentii, postea translatum est corpus suum ad ecclesiam fratrum Predicatorum de precepto Innocentii pape, quia in corpus suum iudicaverat. *habet* 5.

a) illius eriperet A. b) Perusii *add.* 3. *) Moritur — sepelitur *des.* A. 3. c) *pro* in eccl. s. Laur. *leg.* ibidem 2. 6. 7. 9—11; et ibidem sepelitur, *ead. manu post addidit:* in ecclesia s. Laurencii 8. d) *Clemens prius ad a.* 1264. *positus, radendo ad a.* 1265. *transcriptus est in* A; 1264. *habet* 2. e) *loco* et cess. — diebus 10 *lacuna in* A. A*. 1. 5. f) *sic* 2. 4. 6; 3 *hic omisit* mortuus — Laurencii, *sed habet in fine;* sancti Laurencii *des. lacuna relicta* A. 1; et ibidem sepultus in ecclesia fratrum Predicatorum *leg.* A*. 7—11. g) regi 1. h) Demum A. 1. 2. i) Seraniciensis *add.* 9. k) Narbonnensis A. l) et cardinalis *add.* C, *except.* 5. 6. m) Huius — decollantur *leguntur in* 1. 5. A. A*. n) Karulus A, *et infra.* o) Andagavie A. p) detemptore 1. q) et vita et regno A. r) Cunradinus A. s) etate — provectus *des.* 5. A*, *in* A *manu rubricatoris obliterata sunt.* t) *deest* A, *ubi parvus locus rasus.* u) ins. ad Theutonicos A. A*. 5. v) adīct. A, *et infra.* w) domno Hinrico fratre regis Cast. *tunc in marg. al. calam. in* A. x) qui dicebatur *des.* A. y) comes geraldus de pisis dictus de donoratico et *inser.* 5. z) fugam 1. a) *hic explicit* A*. b) Hic — evanuit *leg.* 2. 3. 4. C, *except.* 4; *secuti sumus textum* 2. c) cunradinus 3; corradinus 6; conradus 7. d) *sic* 3. 7; fridrici 2; frederici 6 *etc.* e) *sic* 2. 3. 6; regem 7—11. f) *sic* 2. 3. 6; ipse *deest* 7—11. g) appuliam *deest* 7—11. h) regis 7—11. i) pred. in publico sermone 7—11; fratrum videlicet cardinalium *add.* 11. k) flumen 2. l) tamquam *deest* 3. 9—11. m) ad *deest* 2. n) conradus, conradinus *etc.* 7—11. o) et *add.* 8—11. p) eius 7—11. q) *al. calam. in* A.

89) a. 1262. 90) a. 1264. Oct. 2. 91) a. 1268. Nov. 29. 92) a. scil. 1262. 93) Consecratus est Clemens a. 1265. Febr. 22. 94) Haec de Karolo Andegavensi et Manfredo in aliis codd. inveniuntur sub imperatoribus ad a. 1263 et 1265. Facta est pugna Beneventana a. 1266. Febr. 26. 95) Haec de exitu Conradini in aliis codd. paullisper mutata leguntur sub imperatoribus ad a. 1268.

Cod. A.	*Cod.* 1.	*Codd.* 2—6.	*Codd.* 7—11.
cissam Polonie, mire sanctitatis et devocionis viduam [1].	lempnitate canonizavit sanctam Edvigam [a] quondam ducissam Polonie, mire devocionis viduam, que inter alia miracula, cum canonizacionis sue negocium per plures annos protraheretur, procuratori suo propter hoc in tristicia existenti per visum apparuit, ipsum de expedicione et die expedicionis certificando.	terbii [b] sanctam Hedwigam [c] quondam ducissam Polonie, mire sanctitatis [d] viduam, que inter alias virtutes [e] cum canonizatio eius per plures annos protraheretur, ipsa [f] procuratori in curia propter hoc in tristitia existenti per visum apparuit ac eum [g] de expedicione negocii et die [h] expedicionis certificavit [i].	dicatorum [k] sanctam Edwigam [l] quondam ducissam Polonie, mire sanctitatis viduam, que inter alia commendabilia, cum canonizacio eius per plures annos differretur, ipsa procuratori in curia Romana [m], super eodem negocio cum esset in tristicia, per visum apparuit ac eum de expedicione negocii et eciam de die expedicionis certificavit.

CONTINUATIO EDITIONIS TERTIAE.

A[n] Clemente predicto presens cronica stilum operis conmutavit. Nam cum a principio per annos Domini cucurrerit, et[o] quilibet pontifex anno introitus sui positus fuerit, quia plures pontifices uno et eodem anno defuncti fuerunt et in eadem linea poni non poterant, predictus modus servari non potuit, sed per annos Domini non continuando ut prius, sed distinctim ponendo statum cuiuslibet pontificis declaravi, sicut patet in Clemente et in aliis consequenter.

Gregorius X.[p] nacione Lombardus de civitate Placencia sedit anno Domini 1272.[2] ab electione sua annis[p] 4[r] et diebus 10, et cessavit papatus diebus 10. Hic cum archidyaconus esset Leodiensis et devocionis causa isset ultra mare, ibidem existens, in palacio Viterbiensi a cardinalibus in papam est electus[3]. Hic fecit unam ordinacionem videlicet episcoporum cardinalium quam plurimum laudabilem[4], quia honestas et valentes personas assumpsit. Hic tercio pontificatus sui anno pro utilitate Terre Sancte, quam personaliter visitare intendebat, Lugduni solempne celebravit concilium. In quo Grecorum † et Tartarorum solempnes nuncii affuerunt, Greci ad unitatem ecclesie redire promittentes. In signum cuius Spiritum sanctum confessi sunt a Patre Filioque procedere, symbolum in concilio solempniter decantando. Nuncii vero Tartarorum infra concilium baptizati, ad propria redierunt. Numerus autem prelatorum, qui fuerunt in concilio, 500 episcopi, 60 abbates et alii prelati circa mille. Hic in concilio multa bona constituit, videlicet pro subsidio Terre Sancte, pro electione summi pontificis et pro statu ecclesie universalis. Huius tempore rex Romanorum[5] et rex Francorum cum multis baronibus pro subsidio Terre Sancte cruce signati sunt. Hic papa fuit mire experiencie in secularibus nec intendebat pecuniarum lucris, set pauperum elemosinis. Mortuus est Arecii[6] et sepultus est ibidem.

Innocencius V. nacione Burgundus de Tharantasia anno Domini 1276. sedit mensibus 5 et 2 diebus, et cessavit papatus diebus 18. Hic a puericia in ordine fratrum Predicatorum existens, doctor in sacra scriptura eximius efficitur. Demum in archiepiscopum Lugdunensem et post in episcopum Hostiensem[s], tandem in summum pontificem assumitur.

† scilicet Germanus patriarcha Constantinopolitanus, archiepiscopus Nicensis et magnus logotheta [7]; duo alii perierunt in mari. *addit* 9.

a) *restitui;* ecreriginam 1. b) cum magna sollempnitate *add.* 6. c) *sic* 3. 4; hedewigam 2; *lacuna* 5; edubigam 6. d) devocionis 5; viduam sanctitatis 3. e) que fecit *add.* 3. f) ipsa *deest* 5. g) ipsum 5. h) diem 4. 6. i) *add.* 3, *quae supra omisit:* Hic papa est sepultus Viterbii in ecclesia s. Laurencii; *addit* 4: Gregorius X. natione Lombardus de civitate Placentina et cet. k) cum magna sollempnitate *add.* 8. l) *sic* 7. 9. 11; edwygam 8; edungam 10. m) existenti *add.* 11. n) *seculi sumus textum cod.* 7. o) et *deest* 7. p) X. *deest* 7. q) anis 7. r) mens. 2 *add.* 10. s) Hostinensem 7.

1) anno scil. 1267. 2) Hoc anno, Mart. 27, consecratus est. 3) scil. a. 1271. Sept. 1. 4) a. 1272. 5) Rudolfum regem a. 1275. apud Losannam crucem sumpsisse tradunt Ann. Basil. supra Tom. XVII, 198 et Thomas Tuscus. 6) 1276. Ian. 10. 7) scil. Georgius acropolita et magnus logotheta, quem se ipse vocat apud Raynaldi, Ann. eccl. 1274. n. 18.

Hic licet multa facere proposuisset, morte preventus nil notabile fecit. Mortuus est Rome[8] et in Lateranensi ecclesia sepelitur.

Adrianus V. nacione Ianuensis[a] anno Domini 1276. sedit mense 1 et diebus 9. Rome eligitur in Lateranensi palacio, et Viterbii moritur[9] et sepelitur, et cessavit papatus 28 diebus. Iste Adrianus fuit nepos Innocencii IV. et ab ipso in cardinalem tituli Sancti Adriani promotus, a domno Clemente IV. legatus in Angliam pro guerra que ibi inter regem et barones exorta fuerat sedanda missus fuit[10]. Hic papa factus statim[b] constitucionem, quam papa Gregorius X. in concilio Lugdunensi[c] de restrictione cardinalium propter electionem summi pontificis accelerandam ediderat, suspendit, proponens eam aliter ordinare. Sed morte preventus constitucionem sic suspensam reliquit.

Iohannes XXI. nacione Hyspanus[d] anno Domini 1276. sedit mensibus 8, die 1, et cessavit papatus post mortem eius mensibus 6, diebus 7. Hic pontifex Iohannes Petrus ante dictus, in diversis scienciis[e] famosus, primo Tusculanus episcopus, tandem Romanus pontifex[f] efficitur. Qui scienciarum florem et pontificalem dignitatem morum quadam stolidítate deformabat adeo, ut naturali industria pro parte carere videretur. In hoc tamen quam plurimum laudabilis fuit, quod se tam pauperibus quam divitibus communem exhibens, multos egentes studium litterarum amplectentes[g] fovit et in beneficiis ecclesiasticis promovit. Et cum sibi vite spacium in plurimos annos extendi crederet et hoc eciam coram aliis assereret, subito cum camera nova, quam pro se Viterbii circa palacium construxerat, solus corruit et inter ligna et lapides collisus sexto die post casum, sacramentis omnibus ecclesiasticis perceptis, expiravit[11] et ibidem in ecclesia sancti Laurencii sepultus exstitit[†].

Nycolaus III. nacione Romanus[h] sedit[i] .....

IMPERATORES.

Post[k] nativitatem domini nostri Ihesu Christi Octavianus[l] Augustus[m] imperavit annis 14[12], Romanus genere patre Octaviano senatore, maternum genus ab Enea ducens, Iulii Cesaris nepos adoptione quoque filius, totum mundum in unam redigens monarchiam. Neque vir tantus viciis caruit, serviebat enim libidini *[usque ad probrum vulgi]*. Nam inter 12 chatamitos[n. 13] totidemque puellas accubare solitus erat. Hunc[14] populi Romani videntes esse tante pulcritudinis, quod nemo in oculis eius intueri poterat, et tante prosperitatis et pacis, quod totum mundum sibi tributarium fecerat[o], dicunt ei: *Te volumus adorare, quia deitas est in te; si hoc non esset, non omnia tibi succederent*[p] *prospere.* Qui rennuens inducias postulavit et ad se Sybillam Tyburtinam sapientem vocavit, cui quod senatores dixerant recitavit. Que spacium trium dierum peciit. Post tercium diem respondit imperatori hoc modo:

Iudicii signum tellus sudore madescet[q],
E celo rex adveniet per secla futurus

et cetera que sequuntur[r]. Illico apertum est celum et nimius splendor irruit super eum et vidit in celo quandam pulcherrimam virginem stantem super altare, puerum tenentem in brachiis, et miratus est nimis, et vocem dicentem[s] audivit: *Haec ara filii Dei est.* Qui statim proiciens se in terram adoravit. Quam visionem senatoribus retulit, et ipsi mirati sunt nimis. Hec visio fuit in camera Octaviani imperatoris, ubi nunc est ecclesia sancte Marie in Capitolio, ubi nunc fratres sunt Minores. Ideo[t] dicta est ecclesia sancte Marie ara celi.

Paul. Gilb. Paul.

[†] Qui papa constitucionem de cohercione cardinalium propter summi pontificis electionem in concilio Lugdunensi promulgatam penitus cassavit. *addit* 8.

a) ianuanensis 7. b) statim *deest* 7. c) Ludunensi 7. d) de civitate Ulixbonensi *add.* 9. e) sentenciis 7. f) episcopus 7. g) amplectens 7. h) anno 1277. *add.* 8. i) *explicit* 7; sedit 2 mensibus 10 *add.* 8 *et explicit.* k) *in cod.* 1 *primo folio imperatorum absciso, abhinc usque ad verba* invenisse et marmoream reliquisse *supplemus ex cod.* 2. l) Octovian. A *semper.* m) post nativitatem Christi *add.* A. n) *sic sol.* 2; chatamites A; cathamites 3 *etc.* o) et tante — fecerat *des.* 2. p) subicerent A. q) madescit 2. r) secuntur A. 2. s) *deest* 2. t) idcirco A.

8) 1276. Iun. 22. 9) 1276. Aug. 18. 10) anno scil. 1265. 11) 1277. Mai. 16. 12) *Post — annis* 9 aeque leguntur in Catalogo Cencii. 13) Catamitus teste Festo antiquis Latinis Ganymedes audierat; hic pro amasio. 14) Sequens narratio hausta est ex libro de Mirabilibus Romae (Escodio); legitur etiam iisdem fere verbis apud Gervasium II, 16.

Paul. Cum[a] autem Octavianus de Oriente victor reversus, Urbem triplici triumpho ingressus esset, tunc primum Augustus[b] eo, quod rem publicam auxerit, a Romanis est salutatus. Hic vicit preliis Dacos, Germanorum[c] ingentes copias prostravit. Quo bello captivorum 40 milia hominum ex Germania transtulit et super ripam Reni in Gallia collocavit. Nullus eo in bellis felicior[15]. 44 annis, quibus solus gessit[d] imperium, civilissime vixit, 12 enim annis aliis cum Antonio regnavit.
V. 6, 44. Hic est gloriatus se Urbem latericiam invenisse et marmoream reliquisse et[e] quam plurimo decore ornatam. Anno[f]
ibid. 60. ipsius[g] 25.[h] Virgilius Brundisii moritur, sed ossa Neapolim transferuntur. Anno eiusdem 35. Oracius poeta Rome moritur.
ibid. 67.
Or. 6, 20. Tempore* Octaviani[i] erat taberna famosa trans Tyberim, que ideo dicebatur emeritoria, quia emeriti ea que suis stipendiis meruerant ibi solaciando[k] expendebant. De qua quia[l] in die nativitatis[m] Domini fons
V. 6, 107. olei erupit, ad honorem beate Virginis constructa fuit ecclesia ibidem a beato papa Calixto I. Mortuus est autem Octavianus Augustus anno vite sue 77. apud Atelam civitatem Campanie et sepultus est in Marcio campo. Tempore Augusti conputata sunt civium Romanorum nonagies 300 milia et 80[n] milia[16]. *.

16.[o] Tyberius imperavit annis 18 usque ad annum, quo passus est dominus noster Ihesus
Paul. Christus. Hic fuit Octaviani privignus[o] et gener nec non et adopcione filius, satis prudens in armis satisque fortunatus[p]. Cui sciencia litterarum multa inerat, eloquio clarior, sed ingenio pessimo[q] insidioso, simulans se ea velle que nollet Hic 23. imperii sui anno, etatis 88. cum inmani furore insontes et innoxios, suos pariter et extraneos puniret, cum ingenti
V. 7, 126. gaudio omnium mortuus est in Campania. Hic*, ut refert Iosephus, in omnibus suis negociis morosus erat, unde cum
V. 7, 5. statueret procuratores in provinciis, vix umquam mutabat eos. Huius tempore* Ovidius[r] poeta in exilio moritur. Poncius[s] Pilatus a Tyberio procurator Iudee destinatur[t], quem* magister in historiis[17] asserit natum fuisse de Lugduno.
V. 7, 23. Hoc in loco ponit Iosephus Iudeorum historiographus de Christo laudabile testimonium dicens: *Fuit enim eis temporibus sapiens vir, si virum ipsum nominare fas est.* Erat enim mirabilium operum effector et doctor, et multos Iudeorum et multos sibi de gentibus adiunxit: *Christus hic erat.* Et plura alia de eius passione et resurrectione dicit*.

34. Post[u] passionem Domini dictus Tyberius imperator[v] imperavit annis 5[18]. Poncius[w] Pilatus propter multas accusaciones contra ipsum factas a Tyberio in exilium Viennam Burgundie[x] mittitur
V. 7, 130. et propter multas calamitates, quas ibidem sustinuit, se propria manu interfecit[19]. Herodes, qui Iohannem baptistam occiderat et sub quo passus est Christus, cum Herodiade[y] uxore sua apud Viennam in exilium mittitur, ibique ambo miserabiliter moriuntur. *[Tiberius vero laboravit circa senatum, ut Christus tamquam deus coleretur. Sed senatus contradixit, quia sibi primitus non fuerat de Christo delatum[z. 20]]*

40. Gayus qui et[a] Gallicula imperavit annis 3, mensibus 10, diebus 8. Hic sceleratissimus fuit.
Paul. Duabus sororibus suis[b] stupra intulit, ex una etiam natam filiam cognovit. Fuit nepos Tyberii Cesaris[c]. Iheronimus super Matheum: *A primo Gayo Cesare omnes Romani reges Cesares dicuntur*[21]. Hic* Gayus cum adversus cunctos ingenti avaricia, libidine ac crudelitate seviret, Rome in palacio occisus est*.

44. Claudius imperavit annis 14, mensibus 7, diebus 28. Hic[d] fuit patruus Gallicule. Britannis[e]
Paul. intulit bellum, quasdam etiam insulas ultra Britanniam[f] positas in occeano imperio Romano addidit, que appellantur[g]
V. 8, 3. Archades[h]. Hic quam plurimum civilis erat; vixit annis 64. Post mortem consecratus est divusque apellatus. Hic nullius memorie fuit. Nam occisa[i] uxore sua, paulo post in triclinio decumbens, cur domina non veniret, requisivit. Cibo vinoque omni tempore et loco intemperatissimus fuit. Meditatus est edictum et legem[k] statuere, qua veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi[l], cum ex continencia pre pudore quemdam periclitatum reperisset. Huius* uxor Messalina, sicut scribit Iuvenalis[22], tante libidinis fuit, ut in prostibulis primum clam, deinde publice omnibus se exponebat, non saciata sed lassata[m] recedens. Nobiles etiam mulieres ad hoc ipsum[n]
V. 9, 1. trahebat*. Hic cum deficeret, Britannicum[o] filium suum uxoris persuasionibus exortem[p] Romani imperii faciens, Neronem filie sue maritum designavit imperatorem[q], sicque prelatus est gener filio ordine prepostero. Huius Claudii
Or. 7, 6. tempore Petrus apostolus venit *[de Anthiocia]* Romam et ibi 25 annis rexit ecclesiam, et salutarem fidem predicans, potentissimis[r] virtutibus ipsam conprobavit. Hiis* temporibus fenix avis unica apparuit in Egypto, que ante 600 annos in Arabia apparuerat[s]. Que usque ad 500 annos vivere dicitur, et post se ipsum cremando in suo nido renascitur[23]. Est autem ad modum aquile magna, cristato capite, circa collum fulgore aureo, postera parte purpureo preter caudam, cuius nitor roseus ac ceruleus scribitur*.

58. Nero[t] imperavit annis 13, mensibus 7, diebus 29. Hic Romanum imperium deformavit et minuit.
Paul. Piscabatur retibus aureis, que sericis[u] funibus extrahebantur. Infinitam senatus partem interfecit, bonis hominibus hostis fuit, cytharetico habitu vel tragico parricidia multa commisit, fratre, uxore, matre et magistro interfectis. Urbem Romam
Gilb. V 9, 118. incendit. Christianis primam persecucionem[v] intulit. Propter hoc a Romanis omnibus[w] destitutus simul et

a) *al. calam. in* A. b) *deest* 2. c) Iermanorum *hic* A. d) iessit A. 5. e) *incipit cod.* 1 *fol.* 71. f) *al. rursus calam. in* A. g) *deest* A. h) 24. *leg.* 1. *) Tempore Octaviani — milia *des.* A; Tempore Augusti — milia *des.* A*. i) Octovian. 1 *semper*. k) sollaciando 1. l) *deest* 1. m) natalis 1. n) 800 *leg.* 1. o) 15 *leg.* A*. o*) privinus 1. p) fort. que satis 1. q) avaro *add.* A. *) Hic — tempore *des.* A. r) *al. calam. in* A. s) Poncius *deest* A. t) mittitur A. *) quem — dicit *des.* A. u) *priore rursus calamo in linea a.* 34 *in* A. 7; *in l. a.* 29 *in* 2. v) *deest* 1. w) *al. calam. in* A. x) *loco* Burgundie *leg.* unde oriundus fuit A. A*. y) Herediade 1. z) *al. rursus calam. in* A. a) ex 1. b) *deest* A. 2. c) Fuit etiam T. C. n. 1. *) Hic — est A. A*. d) *al. calam. in* A. e) Brictannis 1; Brittanis A. f) Britannias A; Brictanniam 1. g) appellatur 1. h) archados 1; orchades *sol.* 8. i) ocisa A. k) et legem *des.* A. l) emitendi 1. m) laxa 1. n) ipsam 1. *) trahebant 1; Huius — trahebat *des.* A. A* o) Brittanicum A. p) exorcem 1. q) imparē A. r) validissimis A. *) Hiis — scribitur *des.* A. A*. s) Arabiam apparuit 1. t) *fol.* 3 *in* A. u) blaimiis A. v) persequcion. 1 *semper*. w) homibus A.

15) *Nullus — felicior* ex Vinc. VI, 43. 16) Similia leguntur in A sub pontificibus. 17) Vincentius Belvacensis intelligendus esse videtur, qui VII, 124 hoc de Pilato refert. 18) *Post — annis* 5 aeque in Catalogo Cencii. 19) Haec de Pilato secundum Vinc. VII, 124 et Richardum sub Caligula. 20) sec. Vinc. VII, 123. 21) *Iheronimus — dicuntur* aeque in Catal. Cencii. Hieronymus super Matthaeum c. 22 hoc dicit de magno C. Iulio Caesare, v. ed. Benedict. IV a, 105. 22) Videas Iuvenalis Satir. VI, v. 115 sq. 23) De phoenice hoc loco brevius agit Richardus.

a senatu hostis[a] iudicatur[b]. Huius[c] anno 6. Iacobus[d] frater Domini, qui ab omnibus Iustus appellabaturprimo a Iudeis lapidatus[e], post pertica fullonis excerebratus occubuit. Seneca Cordubensis, patruus Lucani poete, preceptor Neronis, vita et sciencia preclarus, incisione vene et haustu veneni iussu Neronis periit. Hoc tempore Iudea rebellis Romanis efficitur et a Nerone contra ipsam Vespasianus mittitur. Nero etiam omnibus[f] flagiciis suis hoc addidit, ut sanctos Dei Petrum et Paulum trucidaret. Hic cum propter Urbis incensionem et alia sua malificia queretur ad penam, ex palacio fugit et in suburbano, quod fuit inter Salariam et Numentanam[g], ad quartum Urbis miliarium se ipsum interfecit et a lupis dicitur comestus[24]. De ipso refert Suetonius[h], quod cum esset sceleratissimus, nullum hominem ex aliqua parte corporis pudicum vel purum iudicabat ideoque suis obscenitatem ceteraque delicta libere concedebat. Nullam vestem bis induit. Soleas argenteas mulis fecit. In nulla tamen re dampnosior[i] quam in edificando[k], nam palacii ipsius largitas[l], structura[m], ornatus ex auro, argento, gemmis et ebore brevi sermone non potest conprehendi. Hiis[n] temporibus Coliseus sive Colosus[o] Rome erigitur, habens altitudinis pedes 107[25].

V. 9, 4. ibid. 9. ibid. 59. Paul. V. 9, 119. V. 9, 7.

Galba imperavit mensibus 7 in Ybernia, Vitellus in Germania, Oto, Romanum[p] imperium regentes per annum sese interfecerunt. 71. Gilh.

Vespasianus imperavit annis 9, mensibus 11, diebus 22. Hic factus est[q] imperator apud Palestinam, obscure quidem natus est, sed optimis[r] conparandus. Iherosolima[s] a Tyto et Vespasiano subvertitur, et ab eis omnia ornamenta templi delata sunt Rome, et iuxta quod Iheronimus in exposicione Iohelis prophete refert[26], in templo Pacis reposita fuerunt[s. 27]. Sub hoc Iudea Romano cessit imperio. Hic cum filio Tyto de Iherosolimis triumphavit, propter hoc senatui et populo Romano extitit amabilis[t] ac iocundus. Profluxu ventris periit et* cum morte urgeretur, erexit se[u]: *Stantem*, inquit, *decet imperatorem excedere terris*. Hic a Claudio in Germaniam et Britanniam[v] missus, tricesies et bis cum hoste conflixit, validissimas gentes imperio Romano adiecit*. 72. Rich. Paul. Rich. Paul.

Tytus imperavit annis 3. Hic Iherusalem cum patre subvertit[w]. *[Ut dicit Paulus in ystoriis Romanorum:]* Mirabilis[x] vir omnium virtutum adeo, ut delicie humani generis diceretur. Hic[y] convictos[z] adversus se de coniuracione dimisit, in eadem familiaritate quam ante habuerant permanendo. Liberalitatis[a] tante fuit, ut nulli quicquam negaret, dicens, nullum tristem ab imperatore debere discedere, asserens se illum diem perdidisse quo nichil dederat. In ea qua pater villa apud Sabinos sepultus est. Tantus luctus eo mortuo in Urbe fuit, ut omnes quasi suam mortem deflerent.

Et licet pater eius magnarum virtutum[b] fuerit, filius tamen quia excessit patrem virtute, preponitur patri in scriptis et in comuni locucione. *Qui etiam propter virtutes patri preponitur in scriptis et in comuni locucione*[c]. 82. Gilb. Paul.

Domicianus imperavit annis 13, mensibus 5. Hic frater Tyti fuit. Primis[d] annis moderatus imperio fuit, mox ad ingencia vicia progressus, tantum in se excitavit[e], ut merita patris et fratris oboleret. Interfecit nobilissimos ex senatu, dominum et deum primum apellari se iussit, nullam sibi nisi argenteam vel auream statuam in Capitolio passus est poni. Consobrinos interfecit. Iohannes euangelista in Pathmos relegatur[f. 28]. Secundam* post Neronem christianis intulit persecucionem*. Hic[g] licet filius Vespasiani et frater Tyti fuerit, in nullo tamen ipsis sed pocius Neroni aut Gallicule similis fuit. Verum cum ob scelera universis exosus fuisset, interfectus est a suis in palacio, anno etatis sue 33. et cum dedecore sepultus est. Huius[h] tempore passus est Dionisius Ariopagita cum sociis suis et sanctus Lucianus beati Petri apostoli discipulus, quos sanctus Clemens coniunxerat mittendo in Gallias[h]. Istius tempore edificatum est templum Pantheon[i] quod[k] nunc Sancta Maria rotunda dicitur[29]. Factum[l] est autem hoc modo. Senatores[30] percipientes Persas rebellasse[m], cum Marchum Agrippam Urbis prefectum illuc mittere voluissent, et ille renueret petens trium dierum deliberacionem, et cum[n] quadam nocte super hoc cogitando obdormisset, apparuit ei quedam femina dicens, quod si promitteret se facturum unum templum ad honorem ipsius, sicut ipsa doceret, vinceret ipsius auxilio, asserens se vocari Cybelem matrem omnium deorum. Agrippa cum hoc promisisset et mane consurgens hanc visionem senatoribus retulisset, missus cum magno apparatu navium et 5 legionibus militum, Persas debellavit *[et post rediens Pantheon construxit]*. *[Iohannes euangelista de exilio Ephesum rediit[o. 31].]* V. 10, 16. 25. 98.

a) hostibus 1. b) inter viam salariam et numentanam interfectus est *add. erant in* A, *iamiam erasa vix legi possunt.* c) *al. calam in* A. d) Iachobus A. e) lapidatur 1. f) omnibus *deest* 1. g) Numetanam 1. h) Iheronimus 1. i) danpnasior 1; damnosior A. k) hedific. 1. l) Soleas — largitas *in marg. add.* 1. m) pictura 1. n) *al. calam. in* A. o) sive Colosus *des.* A. p) *sic codd.;* Rome *Gilb.* q) *deest* 1. r) optimus 1. 3. 6; obtimus A; optime 2. s) Iherosolima — fuerunt *in codd. qui originale schema servaverunt, ut* A. 2. 3. 7, *e regione textus Vespasiani (in duabus columnis) scripta sunt. Alii codd. qui ordinem destruxerunt vel hic ut* 1, *vel in fine Vespasiani ut* 4. 5, *vel etiam sub Tito inseruerunt ut* 8—11. t) amicabilis 1. *) et cum — adiecit *des.* A. u) se *deest* 1. v) Brictaniam 1. w) scil. Vespasiano et ab eis — reposita fuerunt *hic inser. quae supra sub Vesp.* 8—11. x) Hic enim fuit mirab. 9—11. y) *al. calam. in* A. z) convinctos 1. a) Libertatis 1. b) magne virtutis 1. c) Qui — locucione *al. calam. partim in marg.* A. d) tamen *add.* A. e) excitavit *in rasura* A; tantum se excitavit 2. 8; tantum in se odii concitavit *Paul.* *) Secundam — persecucionem *des.* A. A*. f) Iohannes — relegatur *in codd.* A. 2. 3. 7 *e regione textus Domitiani, in* 5 *in fine Dom. add.* g) *al. calam in* A. h) Huius — Gallias *in* A *leguntur post* rotunda dicitur i) est Rome mirificum templum quod tunc Panteon A. k) que 1. l) debellasse *corr.* rebellasse 1. m) *deest* 1. n) Factum — construxit *in calam. in marg. infer. scripta et linea rubra in suum locum tracta in* A. o) *haec littera initiali caerulea insignita sola in linea a.* 98. *in* A.

24) *a lupis est devoratus* Gotifredus P. XV. 25) Hoc a Gotifredo P. XX. narratur sub Vespasiano. 26) cap. 3, in ed. Benedict. III, 1363. 27) *Iherosolima — fuerunt* aeque leguntur in Catal. Cencii. 28) *Iohannes — relegatur* aeque in Catal. Cencii; cf. Oros. VII, 10. 29) De tempore cf. Vinc. X, 10 seu Gotifredum P. XX. 30) Sequens narratio ex Mirabilibus Romae (Escodio) hausta est. 31) Cf. Catal. Cencii.

99. Nerva imperavit anno 1, mensibus 4. Iste[a] que Domicianus fecerat, dampnavit, unde Iohannes euange-
Gilb. Or. 7, 11. lista de exilio Ephesum rediit[b].

100.[c] Traianus imperavit annis 19. Iste Asia et Babilonia capta, ad Indie fines post Alexandrum accessit.
Gilb Paul. Hic non per se sed per suos consiliarios terciam christianis iussit inferri persecucionem. Hic[d] ex familia[e] Hyspana natus in Ytalia, apud Agrippinam in Galliis imperator factus est. Hic post Augustum fines Romani imperii longe lateque ampliavit, usque ad fines Indie accessit, in[f] mari rubro classem instituit, ut per eam fines Indie vastaret. [104. *Iohannes euangelista requiescit*[g].[32].] Rome et per provincias omnibus se equalem exhibens, amicos suos salutandi causa frequentans vel egrotantes, liberalis cunctis. Hic post ingentem belli gloriam a Perside rediens, apud Seleuciam profluvio ventris extinctus est. Ossa vero ipsius collecta[h] in urnam auream Rome delata in foro, quod ipse edificavit, sub columpna posita sunt, cuius altitudo 140 pedes. Hic solus omnium intra Urbem sepultus est[33] et inter divos relatus. Huius hoc[i] insigne
V. 10, 56. memorie est, ut in senatu principibus acclametur[k] non aliter nisi: *Felicior Augusto, melior Traiano!* Sub eo passus est sanctus Ignacius discipulus sancti Iohannis euangeliste, episcopus Antiochie, qui Traiano de victoria redeunti et mortem
ibid. 57. christianis comminanti occurrit et se christianum confitens ferro vinctus Romam ducitur. Huius cor cum minutatim divisum esset, nomen[l] Christi in singulis partibus aureis litteris scriptum inventum est. Eo tempore floruit Eustachius[m] cognomento Placidus, magister milicie Traiani imperatoris, cui in venacione inter cornua cervi Christus in cruce apparuit, et post cum uxore et pueris baptizatus, sicut Christus predixerat, multa cum uxore et
Or 7, 12. filiis adversa sustinuit[34]. Pantheon[n] fulmine Rome concrematur denuoque reparatur. Plinius orator et historicus floret.

Qui mitigavit imperatorem Traianum sevientem in christianos a persecucione ipsorum, scribens imperatori, in christianis nil mali[o] reperiri posse, preter quod ydolis non sacrificabant et Christum velut deum ante lucem surgentes laudarent[35]. Huius tempore Symon Cleophas, consobrinus Iacobi apostoli, qui ei[p] in episcopatu successerat, Iherosolimis martirio coronatur[36].

Alexander papa martirio coronatur[q].

119. Adrianus imperavit annis 21. Iste rebelles Iudeos secundo[r] subiugavit, urbemque Iherosolimam restauravit, non Iudeos sed alias gentes in ea locando.

eamque suo nomine Helyam vocavit. Per idem tempus Aquila Ponticus interpres secundus post 70 oritur, et Basilides heresiarces agnoscitur[35].

Gilb. Paul. Iste fuit in omnibus gloriosus, leges multas condidit, et columpnam suo nomine in Urbe fieri fecit[38]. Qui[s] licet Traiani nepos esset, tamen glorie Traiani invidens, statim tres provincias videlicet Syriam, Mesopotamiam et Armeniam, quas Traianus addiderat, reliquit. Idem de Dacia facere conantem amici deterruerunt[t] eum, quia[u] Traianus victa Dacia ex toto orbe[v] Romano infinitam hominum multitudinem ad agros et urbes colendas[w] transtulerat. Pacem tamen omni tempore imperii sui habuit. Facundissimus Latino sermone, Greco eruditissimus fuit, diligentissimus circa erarium[x] et militum disciplinam. Obiit in Campania imperii sui anno 21. Senatus noluit ei tribuere divinos honores, tamen successor
V. 10, 90. ipsius multo conatu apud senatores vix optinuit. Adrianus etiam restaurata Iherosolima precepit, ne cui[y] Iudeorum daretur licencia intrandi, sed tantum christianis; et illo tempore factum est, ut locus passionis Christi esset intra[z] muros, qui prius[a] fuit extra, et quia ipse vocabatur Elius[b] Adrianus, voluit ut Iherosolima nomine suo vocaretur Helya[c].
ibid. 80. Sub Adriano passa est Rome beata virgo Serapia[d], Antiochena genere, manens in domo nobilissime femine Sabine, quam sua doctrina converterat. Unde et sancta Sabina, quia collegisset ossa[e] sancte Serapie[f], accusatur ac demum
ibid. 70. ipsa martirio coronatur[39]. Floruit etiam hiis temporibus Secundus philosophus, qui philosophatus est omni tempore
ibid. 90. silencium servans [*et Pytagoricam vitam ducens*]. Causa autem silencii in suo libro demonstratur[g]. Hoc
Or. 7, 13. tempore[h] Aquila genere Ponticus secundus interpres Mosayce legis floret. Hic[*] Adrianus precepit per epistolam, ut
V. 10, 90. nemini liceret christianos sine obiectu criminis aut probacione dampnare. Hic postquam rem publicam iustissimis
Rich. legibus ordinavit et bibliothecam Athenis miri operis extruxit[i], obiit in Campania. Huius tempore Greco more tunc primum in orientali ecclesia christianorum misteria celebrata sunt, que prius Ebraice celebrata fuerunt[*].

140. Antonius[k] Pius cum filiis[l] imperavit annis 22, mensibus 3. Iste ob hoc tale cognomentum
Rich. Gilb. accepit, quia in omni regno caucionibus retentis creditorum debita relaxavit. Iste gener Adriani [*et in filiis adoptans*[m] *valde extitit gloriosus*] erga christianos pius fuit et adeo tranquille[n] [*et sancte*] regnavit, ut merito pius et pater dictus fuerit[40]. Erarium[o] opulentum reliquit et rem publicam ampliavit. Post mortem vero eius tamquam
Paul. Romulus colebatur[p]. Obiit[q] autem apud Ortam villam suam miliario ab Urbe 12. atque inter divos relatus est et
V. 10, 92. merito consecratus. Hoc tempore Galienus[r] medicus Pergamo oriundus[41] Rome claret. Eo tempore floruit
ibid. 94. Pompeyus Trogus nacione Hyspanus, qui tocius orbis historias a tempore Nini regis Assiriorum[s] usque ad monarchiam Cesaris latino sermone deduxit, distinguens per libros 44; quorum abbreviacionem[t] fecit Iustinus eius discipulus. Qui Iustinus philosophus Antonio Pio librum de christiana religione compositum tradidit et benignum eum[u] christianis fecit.

a) Ista 1. b) unde beatus Ioh. eu. ab exilio revocatur *hic* A c) 101 *leg.* A*. d) *al. calam. in* A. e) fa[!]milia *fol.* 4 *in* A. f) *deest* 1. g) *haec in* A *in linea a.* 104 *priore calamo linea rubra ab alio textu separata.* h) collata A. 2. 5. 6. i) hic. Hoc 1. k) aclametur 1. A. l) Ihesu *inser.* A. m) Eustacius A. n) *al. rursus calam. in* A. o) mali *deest* 1. p) *deest* 1. q) A. p. m. c. *in* A. A*. r) secundo *deest* 1. s) *al. calam. in* A. t) decreverunt 1. u) Qui 1. v) terrarum *add.* 1 *postea erasum.* w) agros in urbis colendos 1. x) errarium 1. y) ut nulli 1. z) inter 1. a) primus 1. b) Alius 1. c) Elia A. d) Seropia 1. e) reliquias A. f) Seraphie 1. A; virginis *add.* A. g) ostenditur in suo libro A. h) Hoc tempore *des.* A. *) Hic — fuerunt *des.* A; Huius temp. Greco — fuerunt *des.* A*. i) extraxit 1. k) *sic Cenc. et codd.*; *sol.* A *hic* Antoninus, *sed infra* Antonius. l) suis *add.* A. m) adoptatus *Gilb.* n) transquille 1. o) Errarium 1. p) dolebatur 1. q) *al. calam in* A. r) Guillelmus 1. s) Asiriorum A. t) abreviac. 1. u) cum 1.

32) Cf. Catal. Cencii. 33) *Hic solus — est* ex Vinc. X, 68. 34) secundum Vinc. X, 58 sq. 35) Haec de Plinio sec. Vinc. X, 67. 66. 36) sec. Vinc. X, 51. 37) *Iste rebelles — agnoscitur* ex Isidoro. 38) Hoc refert Gilbertus de Antonino Pio. 39) secundum Vinc. X, 81. 40) *adeo — fuerit* ex Oros. VII, 14. 41) *Pergamo genitus* Richardus sub Marco Aurelio, cf. etiam Isidorum.

Hic[a] Antonius adeo pius fuit, ut nulli acerbus fuerit, querens bonis honorem. Qui dicitur tale verbum dixisse: *Malo exemplo Scipionis*[b] *unum civem servare quam mille hostes occidere.* Huius Antonii[c] filia Faustina nomine cum vidisset gladiatores duos simul cum gladiis ludere[d], exarsit in unum. Propter quod cum languere cepisset, viro suo Marco Antonio[e] causam languoris[f] manifestavit. Qui per consilium medicorum Caldeorum ipsum gladiatorem fecit interfici et sanguine illius Faustine corpus perungi, maxime illam partem corporis, ubi libido concupiscencie vehemencius inflammatur[g]. Quo facto mox[h] cessavit temptacio et etiam[i] infirmitas. Huius* Antonii tempore floruit Ptolemeus[k] vir mirabilis in mathematicis, qui plus addidit in astronomia, quam esset totum quod ante se scriptum invenit. Fuit autem educatus Alexandrie, et cum instrumentis astronomicis observavit astra tempore predicti imperatoris in Alexandria et in Rodo. Fuit in statura moderatus, colore albus, fortis ire, pauci cibi, redolentem habens anelitum et indumenta nitida. Composuit autem multos libros, videlicet Almagesti et Perspectivam et in iudiciis Quadripertitum et Centilogium et plures alios. Vixit annis 88. De proverbiis autem suis et hoc insigne est: *Inter homines alcior exstitit, qui non curat in cuius manu sit mundus.* Et hoc: *Qui per alios non corrigitur, alii per ipsum corrigentur*[l]. Et hoc: *Ultime hominis promissiones cani sunt**. Paul.

Marchus[m] Antonius[n] Verus[o] cum fratre Lucio Aurelio Commodo imperavit annis 19. 162.
Ab isto Roma incepit duos imperatores habere. Iste optimus[p] fuit, tamen a suis mota est[q] christianis persecucio quinta. Gilb.
Horum[r] tempore primum res publica equo iure imperium administrantibus paruit[s. 42]. Mortuo tamen altero Or 7, 15.
solus Antonius[n] rem publicam rexit et tam in Oriente in Asia, quam in Occidente in Galliis multi martirio coronati sunt. In Asia sanctus Policarpus, alii eciam cum eo 12 ex Philadelphya, in Gallia sanctus Iustus Viennensis episcopus et Fotinus[t] Lugdunensis episcopus[u] cum innumerabili multitudine martirio coronantur[v. 43].
Quem Marchum Antonium quis[w] laudare possit? A principio enim vite sue tranquillissimus fuit adeo, ut ab infancia Paul.
sua vultum nec ex gaudio nec ex merore mutaverit. In sciencia philosophica[x] litteris tam Grecis quam Latinis peritissimus fuit. Hic ad nullum eventum elatus provincias ingenti benignitate ac moderamine tractavit. In dacione munerum post victoriam magnificus. Hic in Pannonia mortuus est[44] et ab omnibus conclamantibus certatim inter divos relatus est. Per idem tempus floruit Egysippus[y], scriptor historiographus. Huius tempore floruit beata V. 10, 112. ibid. 106.
virgo Praxedis[z], que iugiter martirum sepeliendo corpora, ipsa orante ut transiret ex hoc mundo post eos[a] ad Dominum, mox[b] exaudita fuit migrando in pace ad Christum. Hic* post bellum, quod habuit contra Paul.
Germanos, Sclavos, Glaucos et Sarmatas, cum iam erario[c] exhausto[d] nil haberet militibus dare, nulli volens esse molestus, magis elegit vasa sua aurea et ornatum uxoris et multa alia ornamenta alienare, quam senatum vel provincias gravare. Sed victoria habita non solum illa recuperavit, verum etiam omnibus provinciis tributa relaxavit[45.*].

Commodus post Antonium[e] imperavit annis 13 cum Lucio Antonio. Theodocion interpres 181.
tercius habetur atque Hereneus[f] episcopus Lugdunensis in doctrina habetur insignis[46]. Hic[g] Commodus Antonii[e] Paul.
filius nichil paternum habuit, nisi quod contra Germanos feliciter pugnavit. Mensem Septembrem ad nomen suum reducere conatus est, ut Commodus diceretur. Uxoris obscenitate depravatus in amphiteatro cum huiusmodi[h] hominibus dimicabat. Obiit morte subita cum tanta excecracione[i] hominum, ut hostis generis humani etiam iudicaretur. Iste dictus Commodus cunctis incommodus in domo Vestali[k] strangulatus[l] interiit. Hic[47] Philippum[m] illustrem[n] Or. 7, 16.
Romanum in Egyptum, ut prefectus Alexandrie esset[o], direxit. Cuius filia Eugenia cum duobus suis eunuchis[p] Protho et Iacincto clam a patre gentili in virili habitu recedens, Eugenium se vocans, baptizatur; et monachi in monasterio effecti. Cum Eugenius mortuo abbate prelatus efficeretur, per quamdam feminam Melanciam nomine, que in ipsum oculos iniecerat, quia sibi non consenserat[q], tamquam oppressor infamatur cum omnibus monachis. Et dum captus ad tormenta duceretur, coram prefecto laniatis vestibus[r] ostendit se ipsius filiam Eugeniam et eunuchos Prothum et Iacinctum adesse. Magnum fit[s] gaudium, pater cum omnibus baptizatur, Melancia[t] infamatrix ictu fulminis concrematur.

Helius Pertinax et Severus imperavit annis 18. Hic Helius[v] supplicante senatu, ut uxorem augustam 194.[u]
faceret et filium cesarem, renuens ait, sufficere sibi debere, quod ipse regnaret invitus. Tandem sedicione pretorianorum militum et Salvi scelere vulneribus obtruncatur. Symachus quartus interpres habetur. Narcissus episcopus Iherosolimis virtutibus plurimis celebratur. Tertullianus[w] Affer[x] in ecclesia insignis invenitur. Origenes Alexandrie in studiis eruditur[48]. Hic[y] Helius[z] Pertinax vir grandevus[49] et omnibus equus[a] nunquam accepit munera, nunquam ad ulciscendum seductus est. Qui sexto mense, quo regnare ceperat, interemptus est. Severus vero[b] genere Affer imperavit annis[c] 17. Or 7, 16. ibid. 17.

a) *fol.* 5 *in* A. b) sapionis 1. c) Antonii *etiam* A. d) duos — ludere *des.* A. A*. 5. 6. e) Antonio *deest* 1. f) langoris 1. A. g) maxime — inflammatur *des.* A. A*. 5. 6. 8. 9. 11. h) *deest* A. A*. 5. 6. 8. i) et etiam *des.* A. A*. k) *sic* 3. 8; photolom. 2. *) Huius Antonii temp. fl. — sunt *des.* A. A*. 5; *des.* 1 *supplevi ex* 3. l) corriguntur 3. m) Marcus A. n) Antoninus A. o) Vetus 1. p) obtimus A. q) *deest* 1. r) *al. calam. in* A. s) paravit 1. t) *sic* 6. 7; Focius A. 3. 4; Forcius 2. 8. 10. u) Fot. Lugd. ep. *des.* 1. v) coronatur 1. w) de facili quis *in rasura* A; quis digne 5. 8. 11. x) phisica 1. y) Egesippus A. z) Braxedis A. a) postea 1. b) mox ad dom. 1. *) Hic — relaxavit *des.* A. c) exausto 1. d) errario 1. e) Antonin. A. f) Hyreneus 6. 7; Hiren. 8. g) *al. calam. in* A. h) omnibus 1. i) excecrac. 1. k) vestigali 1; Vestiliani *Oros.* l) transgulatus 1. 6 *semper.* m) Philipum 1. n) illustrem *corr.* illustrum 1. o) esse *post corr.* esset 1. p) eunucis A. q) confessatur 1; quia — consenserat *des.* A. A*. r) *in marg. al. calam. in* A. s) fuit 1. t) *deest* A. u) 190 *leg.* A*. v) Helius *supra lin. add. in* A. w) *restitui;* Tercullianus 7; Termllianus *corr. ex* Termilianus A; Termilianus 1—3. x) Affers 1. y) *al. calam. in* A. z) Elius A. a) equs 1. A. b) *deest* A. c) *fol.* 6 *in* A.

42) *administrantibus paruit* sapiunt Paulum. 43) De istis sanctis v. Vinc. X, 95. 96. 98. 44) *Hic in P. m. est* ex Oros. VII, 15. 45) Hoc sec. Vinc. X, 113. 46) *Theodocion — insignis* leguntur in Isidoro; *Theodocion — habetur* tantum in Richardo. 47) Sequens narratio ex Vinc. X, 115—118. 48) *Symachus — eruditur* Isidorus sub Severo; in Richardo tantum de Symacho et Origene leguntur. 49) *vir grandevus* ex Paulo.

V. 11, 17. Hic bellicosissimus fuit[a], Grecis ac Latinis litteris eruditissimus, ad querendum diligens, ad dandum liberalis. Severus etiam
ibid. 1. quintam in christianos exercuit[b] persecucionem, in qua multi sancti per diversas provincias passi sunt. Inter quos fuit Leoncius[c] pater Origenis[d] capite cesus, Origenem adhuc tenere etatis cum 6[e] fratribus et matrem ipsorum viduam[49] relinquens. Sed predictus Origenes 17. agens annum[f] sic peritus erat in gramatica, quod in ipsa docendo
ibid. 17 matrem et fratres sustentabat. Passus est et tunc Hereneus[g] cum magna multitudine populi. Severus vero moritur
Paul. in Britannia[h], que modo dicitur Anglia, Eboraci. Hic[i] Severus admodum fuit parcus, natura sevus[50]. Bella multa feliciter gessit, Parthos et Arabes vicit multaque toto orbe Romano imperio recuperavit. Qui etiam preter bellicam gloriam civilibus studiis et sciencia philosophie clarus fuit. Novissimum bellum in Britannia habuit, et ut provincias acquisitas omni securitate muniret, vallum per 132[k] passuum milia a mari usque ad mare deduxit. Hic[l] primum fisci[m] advocatus, demum per diversa officia ascendendo pervenit ad imperium. Hic primus et ultimus fuit ex Affrica imperator.

212. Antoninus I.[n] Caracalla imperavit annis 7, et Severinus filius eius. Iste fuit Severi impera-
Gilb. Rich. toris filius et pessimus[o] homo fuit. In Iherico[p] quinta edicio scripturarum inventa est, cuius auctor[q] non apparet.
Paul. Hic[r] morum paternorum fuit asperior[s], libidinis inpacientissimus adeo, ut novercam suam Iuliam duxerit in uxorem. Hic cum adversus Partos bellum pararet, mortuus est apud Edissam civitatem anno imperii sui 7.

219. Macrinus[t] imperavit anno 1. Hic cum filio suo ob invidiam detruncatur.
Gilb.

220. Antoninus II.[u] imperavit annis 3. Sexta edicio inventa est in Nicopoli[v]. Sabellius[w] oritur[51]. Hic
Paul. Antoninus[x] impudicissime et obscenissime vixit adeo, quod nullum genus luxurie esset, quod non exerceret, et interfectus est a[y] tumultu militari Rome cum matre sua.

223. Alexander imperavit annis 13[z]. Iste ab exercitu cesar dictus, et augustus a senatu. Persas in bello
Gilb. Paul. vicit[a]. Hic[b] militarem disciplinam severissime rexit. Assessorem Ulpianum[c] iuris conditorem habuit. Rome quoque
Gilb. favorabilis fuit. Periit in Gallia militari tumultu[d] in Maguncia[e] decollatus[f]. Eo tempore Origenes[g] post apostolos super omnes in ecclesia Dei sciencia, eloquencia et vita floruit. Tunc enim incepit diversos libros componere, habens preter alios scriptores[h] 7 iuvenes et 7 puellas, qui[i] ex ore ipsius diversorum librorum materias conscribebant[52]. Et tanta scripsit, quod beatus Iheronimus fatetur se legisse 6[k] milia voluminum[l. 53], exceptis epistolis quas diversis scripsit[m]. Et de ipso[n] erat proverbium, quod qualis fuit vita, talis et doctrina; nam super lectum nunquam iacuit, calceos[o] nunquam induit, carnes nunquam comedit, vinum nunquam bibit, sicut legitur in ecclesiastica historia[54]. Et cum sanctissime vite fuerit et mirabilis doctrine, excusant[p] ipsum magni doctores de erroribus, qui sibi imponuntur, sicut Eusebius Cesariensis[55] et Rufinus presbiter Aquilegensis scribens[q] ad Iheronimum[56]. Multi alii dicunt etiam, quod post mortem suam heretici, ad obfuscandum[r] nomen suum preclarum, libris suis[s] heretica[t] interseruerunt. Mammea[u.*] mater imperatoris christiana Origenis auditrix[57] fuit et aliorum christianorum doctorum; ob hoc a filio occiditur. Sanctus Ypolitus Portuensis episcopus claret[*].

[*Sexta persecutio*[v].]

236. Maximianus imperavit annis 3. Iste primus ex militari corpore absque decreto senatus imperator efficitur,
Isid. Paul. christianos persequitur, Germanos[w] et Partos vicit[58]. Tandem[x] deserentibus eum suis militibus, a Pupieno Aquileye cum filio suo adhuc puero occisus est.

239. Gordianus imperavit annis 6. Fabianus revelatur testimonio Spiritus sancti in specie columbe
Paul. super illius[y] caput dicentis: *Rome episcopus ordinaberis*[59]. Iste[z] Gordianus postquam de Persis
V. 11, 32. triumphavit, veniens Romam prope Urbem fraude Philippi peremptus est. Floruit hiis temporibus Africanus[a] inter scriptores ecclesiasticos nominatissimus.

245. Philippus[b] cum Philippo[b] suo filio imperavit annis 7. Hic primus imperator christianus fuit.
V. 11, 33. Rich. Cuius etiam primo anno millesimus annus urbis Rome fuisse expletus docetur[c], propter[d] quod Romani mirabilem sollempnitatem fecerunt, quam tribus diebus et tribus noctibus in multo gaudio protraxerunt[60]. Hic fuit
Paul. baptizatus a beato Poncio[e] martire in Nicia civitate Provincie[61]. Ambo isti ab[f] exercitu interfecti sunt, pater[g] Rome, filius Verone. Qui filius adeo severi animi fuit, ut nullius cuiusquam comento ad ridendum solvi potuisset.

a) ac *inser.* A. A*. 5. b) excerc. 1 *semper.* c) Leontus 1; Leonides *Vinc.* d) Origin. 1 *fere semper.* e) 7 *leg.* 1. f) 17. anno 1. g) Hyreneus *hic* A. 2. 3. 7. h) Brictania 1; Britania A. i) *al. calam. in* A. k) cXXXIII *leg.* A. l) *al. rursus cal. in* A. m) *deest* 1. n) *sic* A *cum Cenc.;* Anthoninus II. *leg.* 3; Antonius *cett.* o) piissimus *Gilb. male.* p) Iericho A. q) actor 1. r) *al. calam. in* A. t) *sic* A. 3. 7; Macricius 1; Martinus 2 *et al.* u) *sic* A *cum Cenc.;* Anthonius 3; Antoninus *cett.* v) copolini A, in ni *postea supra lin. add.* w) Sebellius 1; Satellius *post corr.* A. x) Antoninus *hic et* 5; *deest* A, *in quo al. calam.* y) a *deest* 1. z) Origenes Alexandrie claruit *add. sed deletum in* A. a) tandem apud Maguntiam decollatur *inser. hic* A. A*. b) *al. calam. in* A. c) Hulpianum A. d) et *add.* 1. e) Maguntina 1. f) in Mag. decoll. *des.* A. A*. g) predictus *add.* A. h) alias scripturas 1. i) *sic* 3. 7. 8; que A. 2. 5. 6; qui et que 1. k) 7 *leg.* 1. 3. l) librorum *add.* 1. m) quas de diversis materiebus scripserat 1. n) de eius vita 1. o) calceas 1. p) et sanctissima vita et mirabilis doctrina fuit. Excusant 1. q) scribunt *male* 1. r) offuscandum 1. s) et libros suos 1. t) dictamina *add.* 1. u) Memmea 1. *) diebus istius *add.* 1; Mammea — claret *des.* A. A*. v) *hoc rubricatum in linea a.* 235 *in* A. w) Germanicos 1. A. x) *al. calam. in* A. y) ipsius 1. z) *al. calam. in* A. a) Affricanus A. b) Phylipp. A. c) dicitur 1. d) *al. calam. in* A. e) Petro 1. f) in 1. g) vero *add.* 1.

49) Cf. Vinc. XI, 8. 50) *natura sevus* ex Oros. VII, 17. 51) *Sexta — oritur* Isidor., Richardus tantum de editione habet. 52) Hoc legitur in Eusebii hist. eccles. VI, 17. 53) *Mille et eo amplius tractatus legi* dicit Hieronymus in epistola 41 ad Pammachium et Oceanum, v. ed. Benedictin. IV b, 346. 54) Haec leguntur in Eusebii hist. eccles. VI, 3, omissa tamen carnis abstinentia. 55) V. hist. eccles. VI, 18. 24. 56) V. Rufini invectivarum in Hieronymum libros 2 in ed. op. Hieronymi Benedict. IV b, 350 sq. 57) secundum Oros. VII, 18 seu Eusebium IV, 16. 58) *Germanos — vicit* ex Gilberto. 59) secundum Vinc. XI, 36; cf. sub Fabiano papa. 60) secundum Vinc. XI, 3. 61) ex actis S. Poncii in Act. Sanct. 14. Mai. III, 276 c. 2.

Isti[a] duo imperatores thesauros suos beato Syxto et ecclesie dimiserant. Quos[b] Decius iunior, qui non imperator, sed cesar fuit, a beato Laurencio requirebat, sicut legitur in legenda beati Laurencii[62]. Iste Philippus[c] senior adeo in fide Christi profecerat, ut prompte peccata sua confitens in festo pasche coram omni multitudine communicaret.

[Septima persecutio[f].]

Decius imperavit annis 2, mensibus 4[g]. Iste in omnibus malus fuit, sed tamen prudens in armis[h]. 252.
Odio habuit pauperes et septimam dedit persecucionem christianis. Hic[i] de inferiori Pannonia natus et in bello barbarico est occisus. Gilb. Paul.

Gallus cum Folusiano imperaverunt annis 2, mensibus 4. Ventris ingluvie periit. Cyprianus[l] episcopus[m] in Cartagine floret[63]. 254.[k]

[Octava persecutio[n].]

Valerianus cum filio suo Galieno imperaverunt annis 15. Iste Gotham[p], Greciam, Macedoniam Asiamque depopulavit[64]. Iste in Iherosolima et in Mesopotamia bellum gerens, a Sapore rege Persarum victus est et[q] in ignobilem[r] servitutem est redactus. Nam quamdiu vixit, rex[s] eiusdem provincie pedem cervicibus[t] eius imponendo solitus erat equum[u] ascendere. Hic in sui imperii principio christianos multum persecutus est et multus sanctorum sanguis tunc effusus est[65]. Passus est tunc Cyprianus martir ac Lucius papa[66]. 256.[o] Paul.

Galienus[v] vero primo laudabiliter rem publicam regens[w] post in[x] lasciviam resolutus, deteriorata re publica fraude Aurelii ducis sui occisus est. A* Valeriano et Galieno quidam Decius in imperatorem[y] creatus est, sed non fuit imperator, et dictus Decius est iunior[67]. Et ab[z] hoc sanctus Syxtus et sanctus Laurencius et sanctus Ypolitus martirizati sunt*.[68]. [Nam sanctus Syxtus in Hyspaniam profectus, duos iuvenes scilicet Vincencium et Laurencium cognatos moribus compositos conspiciens secum Romam duxit, et Laurencio remanente Vincencius in Hyspaniam rediit et sub Dyocleciano martyrio coronatus est[a. 69].] 261. Paul.

Sub persecucione Valeriani Paulus primus heremita heremum intrasse putatur[b]. 269.

Claudius II. imperavit anno 1, mensibus 8. Iste Gothos Illiricum, Macedoniam devastantes exsuperat, et[c] victis Alamannis, morbo interiit. 271. Paul.

[Nona persecutio[d].]

Aurelianus imperavit annis 5. Iste persecucionem faciens christianis fulmine corripitur, sed non moritur[e]. Hic[f] Dacia Ripensi[g] oriundus, in bello potens, quique Gothos strenuissime[h] vicit. Hic primus apud Romanos diadema capitis invexit gemmis[70]. Hic muris validioribus Urbem cinxit. Templum Solis edificavit, in quo infinitum auri gemmarumque posuit. Porcine carnis usum populo instituit. *[Vastata omni Yliriquo et Moesia, desperans eam retinere, abductos Romanos ex urbibus et agris Dacie in media Moesia collocavit, appellavitque eam Daciam, que nunc duas Moesias dividit, et est dextra Danubio in mari fluenti, cum ante fuerit in leva.]* Hic Aurelianus[i] imperator ad Gallias veniens crudelia edicta emisit contra christianos. Senonas veniens sanctam Columbam et omnes christianos interfecit[71]. Altisiodori multos martirio coronavit. Civitatem Gallie, que Genebum dicebatur, nomine suo Aurelianam vocavit[72]. Occiditur servi sui fraude. Inter divos relatus est. 273. Isid. Paul. ibid.

Tacitus[k] imperavit mensibus 6. Iste egregius fuit, prudens et largus, nil tamen potuit ostendere subita morte preoccupatus[l]. 277. Gilb. Paul.

Probus imperavit annis 6, mensibus 3[m]. Iste duos reges vicit[73]. Manicheus hereticus surrexit[74]. Hic Perses[n] genere, acer ingenio, moribus barbarus, Manes primo dictus, sed per adiectum se post Manicheum dixit. Hic asserebat duo esse principia, unum boni et alterum mali, unum lucis et alterum tenebrarum, et multos erroris[o] sui reliquit successores. Porro Probus[p] imperator apud Smirmum[q] militari tumultu necatus est. 279. V. 11, 120.

Florianus imperavit annis 2. Hic incisis venis mori ferturr.[75]. Iste[s] nil dignum memoria egit. 285. Paul.

a) *al. calam. in* A. Isti *leg.* A*. b) qui 1. c) Philipus 1. d) dimiserant A*. e) dicens — reconditos *des.* A*. f) *hoc rubricatum in lin. a.* 251 *in* A; *fol.* 7 *in* A. g) 3 *leg.* 1. h) armis fuit A. 5. i) *al. calam. in* A. k) *Gallus in* A *ad a.* 253 *ponitur, sed linea rubra ad a.* 254 *trahitur.* l) *al. calam. in* A. m) *deest* A. n) *hoc rubricatum in lin. a.* 255 *in* A. o) 255 *leg.* A*. p) *sic* A. 2. 3. 5. 7. 8 *etc.;* Gothiam *sol.* 5; Cōthan 1. q) *al. calam. in* A. r) nobilem 1. s) Nunquam diu vicit. Rex 1. t) servicibus 1. u) equm 1. A. v) *hoc in lin. a.* 261 *in* A. 2. 7; A* *leg.* 263. w) gerens 1. x) *deest* 1. y) cesarem *cum Rich.* 5. 8. *et vil. codd.* C. z) ob 1. a) Nam — est *des. in* 2. b) Sub — putatur *in* A *priore calam. et* 2 *in lin. a.* 269; *in* 7 *in lin. a.* 266; *in* 1 *hoc loco, in al. alias transposita.* c) *al. calam. in* A. d) *hoc rubricatum in lin. a.* 272 *in* A. e) *in* A *sane* et sine mora occiditur *scriptum erat prius, quippe* sed non moritur *partim in rasura*, occiditur *oblitteratum tantum post* moritur *conspicitur.* f) *al. calam. in* A. g) Repensi 1. 5. 6. 11. h) quinque Gothos strenuissimos 1. i) *deest* A. k) *forte Mart. scripsit* Taticus *quod leg.* A. 1; Datytus 2; Thaticus 3; Caticus 8. 11; Tacius 9; Tacitus *cum Cenc. sol.* 7. l) preocup. 1. A; Tacitus — preocupatus *des.* 5. m) annis 7 *leg.* 1. n) *al. calam. in* A. o) herroris A. p) Prob. porro 1. q) *sic* A. 2. 8; Smirinum 4; Smirnum 7; Smirnam 3; Cymrinum 1; *al. al.* r) infertur A. s) *al. calam. in* A.

62) V. in Act. Sanct. 10. Aug. II, 518, ubi tamen non legitur, Philippos Sixto thesauros suos donasse. 63) secundum Vinc. XI, 53. 64) Haec sententia ex male intellecto Orosio VII, 22 orta est. 65) sec. Oros. VII, 22. 66) sec. Vinc. XI, 62. 60. 67) Hoc verbis paullisper immutatis legitur in Richardo (cod. Paris.). 68) Cf. Vinc. XI, 92. 93. 69) Haec fere ad verbum concordantia leguntur etiam in Legenda aurea sub S. Laurentio. 70) Hoc sine intellectu confuse exscriptum est. 71) sec. Vinc. XI, 104. 72) Cf. Gotifredum. 73) *Iste — vicit* ex Gilberto. 74) ex Isidoro. 75) *Hic incisis venis occiditur* Gilb.

287. Clarus[a] cum filiis suis Carino et Numeriano imperavit annis 2. Iste in omnibus malus[a*] parvo flumine[b] periit. Filii etiam ipsius ambo interempti sunt.

289. Gilb. Paul. Dioclecianus[c] et Maximianus *[Constancius et Licinius]* imperaverunt annis 20. Hic Diocleciano[d] obscure natus, divinis libris adustis, christianos toto orbe persequitur 10 annis. Iste primus gemmas vestibus calciamentisque inseri iussit, cum omnes retro principes sola purpura uterentur. Tandem veneno periit[76]. Hic V. 12, 1. oriundus de Dalmacia, Maximianum quendam cesarem fecit, mittens in Gallias contra populum rusticorum[f], qui manu gravi collecta Romano se opposuerant imperio. Quos idem conpescuit. Sed in ipso itinere Thebea legio, cui beatus Mauricius[g] preerat, cum sacrificare ydolis renueret, a prefato Maximiano Seduno[h] Gallie Or. 7, 25. loco Agauno[i] pro Christo libenter occubuit. Interim Dioclecianus in Oriente, Maximinianus in Occidente vastari ecclesias et interfici christianos fecerunt. Que persecucio fere omnibus anterioribus durior erat. Nam per 10 annos duravit. V. 12, 5. Variis edictis iubentur divine legis libri exuri, ecclesie ubique dirui et prelati ecclesiarum trucidari et generaliter non etas, non sexus, non condicio excipitur, quin non sacrificantes trucidentur. Tunc in Urbe G. p. Gayo papa martirio coronato, Marcellinus eligitur, cuius tempore tanta vis[k] persecucionis efferbuit[l], ut intra 30 dies 22 milia promiscui sexus per diversas provincias martirio coronarentur, ita ut et ipse Marcellinus papa timore ductus ydolis immolaret. Sed post per[m] penitenciam rediens sentenciam contra se ipsum de papatus cessione dans a Diocleciano martirio est coronatus. Eadem persecucione[n] passa est in Urbe Anastasia virgo, Sebastianus, Agnes, Lucia, Mediolani[o] Gervasius et Prothasius, Agatha virgo, Gorgonius, Quintinus et V. 12, 43. Crisogonus[77]. Eodem tempore apud Egeam passi sunt Cosmas et Damianus una die geniti carne et spiritu ibid. 26. gemelli. Apud Frigiam una civitas tota christianorum undique, ne fugere possent, circumdata cum omnibus cremata est. In Britannia[p] quoque et Anglia tunc pene tota christianitas deleta est. Tunc[*·78] passus est et[q] Georgius martir[*·†].

309. Gilb. Galerius[r] imperavit annis 2 cum Constantino[s] et Licino[t]. Iste Constantinus Hyspaniam sibi subegit et filiam regis Britannie nomine[u] Helenam accepit in concubinam[v], de qua genuit Constantinum Magnum. Or. 7, 25. Qui[w] tamdem[x] Eboraci[79] in Britannia obiit et Constantinum filium suum de concubina procreatum imperatorem Galliarum reliquit. Qui factus imperator civibus et exercitui et aliis acceptus fuit veniensque Romam contra Maxencium, quem Romani[y] fecerant imperatorem, qui adeo[z] plenus viciis fuit, quod nullum ipsum vicium V. 13, 5. effugeret[a], in signo crucis, quod sibi in visione[b] ostensum est, vicit. Sub hoc Maxencio passa est beata Caterina[c].

311. Isid. Constantinus I.[d] imperator imperavit annis 30, mensibus 10, diebus 11. Hic Magnus dictus christianus effectus est et licenciam dedit christianis libere congregari et basilicas in honore Ihesu Christi construi[e] fecit. Hiis temporibus heresis Arriana oritur. Nicenumque concilium a Constantino ad condempnandam heresim congregatur 318 episcoporum, in quo concilio beatus Nicholaus Mirreorum episcopus legitur fuisse[f. 80]. Donatistarum scisma exoritur

a quodam Donato Affro, qui gradus minoritatis in personis ponebant[g].

[Per idem tempus crux Christi ab Helena Constantini matre Iherosolimis inventa est[h. 81].]

Gilb. Iste devictis Maxencio et Licinio et Severo imperatoribus a Silvestro papa causa mundandi a lepra baptizatus est, unde omnes imperiales dignitates pape[i] contulit et ipse Constantinopolim transiit. Constantinum autem in extremo vite sue ab Eusebio Nichomediensi episcopo rebaptizatum et in Arrianum dogma conversum esse quidam retulerunt. Sed hoc[k] de Constantino mendose dicitur, quia beatus Gregorius in Registro cum loquitur Mauricio, eum bone memorie appellat[l. 82], et in Historia Tripartita eius exitus atque acta bona inveniuntur[83].

Nam et orientalis[m] ecclesia Constantinum cathalogo[n] sancto-

Et super psalmum 14. dicit eum beatus Ambrosius magni meriti

Sed[o] de Constancio filio eius omnia predicta vera esse inveniun-

[†] Eo tempore cum Dyoclecianus sanctam Lucinam Rome pro fide cruciaret, tortor eius factus est lapideus, manu eius carnea remanente. Propter hoc nomen loci illius ad manum carneam usque hodie dicitur, et est arcus circa Sanctum Marchum. *add.* 7.

a) *sic cc. pro* Carus. a*) fuit et in *add.* 1. b) fulmine 3. 11; *forte legendum* per vim fulminis; *Paul.* vi divini fulminis. c) Dyoclecianus *vel* Dyaclicianus *vel* Dioclic. 1. d) *deest* A. e) *al. calam. in* A. f) Francorum 8; id est Burgundionum *add.* 9. g) cius *post sup. lin. add.* A. h) Sedrino 1. i) Agaiano 1. k) vix 1. l) eferbuit A. 5. m) *deest* 1. n) *fol.* 8 *in* A. o) *abhinc deficit* 3 *usque ad Iulianum, folio uno absente.* p) Brictania 1; Britania A. *) Tunc — martir *des.* A. A*; *adhibitis chemicis in* A *hoc loco conspicitur:* Passa eciam tunc legio Thebea asseritur. q) et *deest* 1. r) *sic* 1. 2. 4. 7. 8; *in* A Valerius *post atramento corr. in* Galerius; Valerius *cum Cenc.* 6. 9. 11; Galienus 5. s) Constantio *hic et infra sol.* 5. 9. t) *littera* i *sup. lin. addita post corr. in* Licinio *in* A. u) *al. calam. in* A. v) uxorem A. w) Qui Dioclecianus 11; Qui Constans 9; Qui Maximianus 10. *Quae sequuntur usque ad finem sub Diocleciano leguntur in* 9—11 *post* Georgius martir. x) Qui Constantinus pater A. y) Roma *post corr.* Romani 1. z) totus A. a) quod nullum — effugeret *des.* A. b) in visione *des.* 9—11. c) Sub — Katherina *in marg. al. calam. add. sed rubricata in* A. d) *numerus deest in* A, *forte erasus.* e) construere A. f) 318 — fuisse *in marg. al. calam. add. in* A. g) ponebant 1. h) Per — est *leviter oblitterata in* A, *adsunt in* A*. i) papa 1. k) conversum — hoc *al. calam. in* A, *rasura non conspicitur.* l) apellat 1. m) originalis 1. n) catho-logo 1. o) *sequentia habent* A. A*. 5.

76) *Tandem ven. periit* ex Gilberto. 77) De istis martiribus v. Vinc. l. IX, XII, XIII, XVII. passim. 78) sec. Vinc. XII, 131. 79) *Eboraci* secundum Paulum. 80) Numerus episcoporum ex Vinc. XIII, 62, praesentia Nicolai indidem 67. 81) *Per — est* ex Isidoro. 82) V. Gregorii Registrum ep. V, n. 40 in ed. Benedictin. II, p. 767. 83) Hist. Tripart. III, 12 Constantinum in extremis demum baptizatum esse refert.

rum connumerat et festum de ipso agit 21. die Maii[a], et super psalmum 14. dicit ipsum beatus Ambrosius magni meriti apud Deum, quia primus imperatorum viam fidei et devocionis principibus reliquit[b. 84].

apud Deum, quia primus imperator viam fidei et devocionis principibus dereliquit. Ysidorus autem in cronicis suis reprobans hoc omnino dicit eum feliciter terminasse[85], unde et Greci Constantinum catalogo annumerant sanctorum, et festum de ipso cum solempnitate agunt 21. die Maii.

tur[c]. *Flavianus et Diodorus*[d] *viri sancti instituerunt in ecclesia, ut chori in duas partes divisi psalmos alternatim cantarent. Hiis temporibus Antonius heremita et monachus floruit*[e. 86]. *Isti*[f] *sunt imperatores qui post Constantinum Magnum diviso imperio Rome et Constantinopoli regnaverunt:*

Rome.	*Constantinopoli.*
Constantius	*Constantinus*
Iulianus	*in utraque*
Iovinianus	*in utraque*
Valentinianus	*Valens*
Gracianus	*Valentinianus*
Theodosius	*in utraque*
Honorius	*Archadius*
Valentinianus	*Theodosius*
Maximinus	*Marcianus*
Avitus	*Leo*
Morianus	*Zenon*
Artomius	*Anastasius*
Olibrius	*Iustinus*
Glicerius	*Iustinianus. Hic reduxit imperium superato Vitigi per Belisarium, et deinde Thotila*[r]*, qui illi successerat, per Narsetem interfecto*[f].
Nepos	
Augustulus	
Odoacer	
Theodoricus	
Achalaricus	
Theodoadus	
Vigilis	
Thotila[o].	

Temporibus[p] *Constantini Helena mater ipsius religionis cultu inducta Ierosolimam adiens, convocatis Iudeis et tormentis adibitis, crucem Domini, quam querebat, reperit. Eis temporibus floruit beatus Nicholaus Mirree civitatis episcopus*[q].

Floruit et Eusebius Cesariensis qui ecclesiasticam ystoriam conscripsit.

Sed ea que mendose de premisso Constantino dicta sunt, de Constancio[g] filio eius omnia esse vera inveniuntur. Non enim verisimile est tante devocionis principem sic desipuisse, ut baptismum, quod[h] a beato Silvestro susceperat, per quod[h] se et corporaliter a lepra et spiritualiter a peccato mundatum cognoverat[i], ac ipsum Christum in baptismo se vidisse testificatus fuerat, sic viliter[k], ut rebaptizaretur, contempsisset. Unde[l] propter eximiam quam habuit ad Christi cultum religionem et propter nimiam quam habuit ad clerum[m] reverenciam, creditur hoc ab adversariis[n] fidei confictum esse. Nam in tantum Christi cultum dilexit, ut mox baptizatus ecclesias christianorum mandaret ubique erigi[87]. Ipse etiam in palacio suo Lateranensi ad honorem Christi ecclesiam, que nunc dicitur basilica Salvatoris, fundavit[88], ut universitas hominum sciret, nullam in corde suo circa fidem Christi esse dubietatem vel preteriti erroris remansisse vestigia.

Ipse etiam accipiens fossorium primus terram aperuit ad fundamenta basilice sancti Petri inchoanda, et ad numerum 12 apostolorum 12 cophinos plenos lapidibus propriis humeris deportans, ibidem iactavit. Cleri vero in tantum honorem tuebatur, quod sicut legitur in Decreto, ipse dixit: *Si invenirem clericum vel religiosum cum muliere turpiter agentem, ipsum, ne ab aliis videretur, mea clamide cooperirem.* Constantinus[89] imperator Nichomedie moritur et cometes parum ante mortem ipsius apparuit. Eo tempore floruit beatus Antonius pater et abbas multorum monachorum, cuius vitam et acta beatus Iheronimus in vitis patrum diligenter conscripsit[90]. Temporibus Constantini Helena mater ipsius religionis cultu inducta, Iherosolimam[s] adiens, convocatis Iudeis, tormentis adhibitis, crucem Domini, quam querebat, recepit[91]. Hiis temporibus floruit beatus Nicholaus Mirree[t]

Quam ecclesiam sanctus Silvester papa sollempniter consecravit eiusque dedicacio usque hodie tanquam prime ecclesie, non solum Rome, sed in circumstantibus regionibus sollempniter celebratur 9. die Novembris. Cuius consecrationis tempore ymago Salvatoris non opere humano sed divino tunc primum omni populo Romano apparuit picta in muro, que manet usque hodie. Et cum idem pontifex statuerit in ecclesiis ubique haberi altaria lapidea, in predicta ecclesia non erexit altare lapideum, sed ligneum ante habitum stabilivit. Est etenim altare in quo beatus Petrus et alii sui successores usque ad tempora Silvestri celebrasse dicuntur. Tunc enim seviente persecucione, certa non erat in Urbe episcopalis stacio, sed ubicunque poterant sive in criptis sive in cimiteriis subterraneis sive in domibus virorum fidelium vel mulierum

a) Nam et — die Maii *des.* 5. b) *textum* B *exhibent* 5. 6. 7. c) Sed — inveniuntur *in rasura al. calam. in* A. d) Dioscorus A*. 5. e) Hiis — floruit *al. calam. in* A; *inser. hic* 5: Moritur Nichomedie Constantinus — apparuit. f) Isti — interfecto *in* A* *leguntur post* ystoriam conscripsit. g) Constantino 1. h) quem 1. i) noverat 1. k) viriliter 1. l) per *inser.* 1. m) ad celorum *post corr.* ad cleri 1. n) ad adversariis *post corr.* ad adversarios 1. o) Theotila vel Attila 5. p) *al. calam. in* A. q) Eis temp. — episcopus *des.* 5. r) Tholila A *hic.* s) Iherosolima 1. t) Mirre 7. 19.

84) Haec fere ad verbum sumpta sunt ex oratione Ambrosii de obitu Theodosii (sive Psalmo 114. in obitum Theodosii imperatoris), quae tamen et ipsa Constantinum demum moribundum baptismatis gratiam recepisse narrat. 85) Immo Isidorus Constantinum in Arianum dogma conversum esse tradit. 86) Cf. Isidorum. 87) secundum Vinc. XIII, 49. 88) secundum Vinc. XIII, 55. 89) *Constantinus — apparuit* ex Richardo. 90) De sancto Antonio agit Hieronymus in Vita S. Pauli eremitae, ed. Bened. IV b, 68 sq. et in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, ibid. p. 123. Cf. etiam Vinc. XIII, 91. 91) secundum Vinc. XIII, 94.

V. 13, 90. civitatis episcopus[92]. Floruit et Eusebius Cesariensis episcopus, qui ecclesiasticam historiam conscripsit[a]. missam celebrabant super illud altare ligneum, quod erat concavum velut archa, habens 4 circulos in angulis, per quos 4 presbiteri illud ad locum celebrationis deferebant. Et ob reverentiam beati Petri et aliorum sanctorum pontificum statuit beatus Silvester, ut nullus nisi pontifex super illud celebret, quod usque hodie tenetur. Sed intra ipsum deposita mensa solum summus pontifex celebrat, que deponitur in cena Domini et non reponitur nisi sabbato sancto post baptismum. Constantinus autem Nichomedie moritur et parum ante cometes apparuit.

341. Constantinus[b] II. cum Constancio et Constante fratribus imperavit annis 24. Hii filii[c]
Gilb. Constantini Magni fuerunt[d]. Hiis fratribus dimicantibus Romane vires consumuntur. Postea solus Constantinus triumphans imperium tenuit et christianus fuit, quem duces Constancii fratris sui peremerunt[93]. Et demum imperio
Rich. assumpto[e] Constancius Arrianus effectus est et christianos toto orbe persequitur. Cuius etiam favore fretus Arrius dum Constantinopolim ad ecclesiam pergeret adversus nos[f] dimicaturus de fide, divertens per forum Constancii ad necessariam causam, viscera eius repente simul cum vita effusa sunt. Donatus artis gramatice scriptor ac preceptor Iheronimi illustris[g] habetur. Antonius monachus moritur. Ossa beati Andree apostoli et beati Luce euangeliste Constantinopolim transferuntur. Hic exulavit defensores fidei, scilicet Athanasium[h] Alexandrinum, Eusebium Vercellensem, qui postea revocati sunt, et Hylarium; Dyonisius autem Mediolanensis[i] et Paulinus Treverensis in exilio obierunt[94]. Huius[k] Constancii timore Iulianus apostata ne occideretur ab ipso, factus est monachus. Fuerat* enim nepos Magni Constantini, de fratre eius[l] procreatus. Unde cum iam Constancius fratrem Iuliani interfecisset, Iulianus timens, ne idem sibi faceret, primum[m] monachus factus, demum fugiens per diversas provincias, magos et ariolos[n], ut si imperator fieri posset, requirebat. Cui cum quodam mago[o] mediante demon apparuisset, accepta ab ipso christiane fidei renunciacione, ipsum futurum imperatorem predixit*.[95].

362. Iulianus[p] imperavit annis 2, mensibus 8. Hic Iulianus fuit apostata.
V 14, 13 Gilb. Huius tempore beatus Martinus relicta milicia floruit. Iste nepos Constantini fuit, qui tantum imperium concupivit, ut etiam christianam religionem dimitteret. Hic[q] tam secularibus quam divinis libris eruditus, a fide et a vita monastica declinavit.
Or. 7, 29. Qui a Constancio[r] cesar factus, contra Gallos et Alamannos missus ipsos subiecit; ex hiis elatus contra Constancium augustum se erexit. Post[s] mortem autem Constancii factus augustus, persequi christianos cepit, honoribus primo eos magis alliciens quam tormentis ad ydolatriam, demum varia edicta contra christianos statuens[96]. Multi sunt martirio coronati, inter quos Paulus et Iohannes, Constancie Magni Constantini filie cubicularii,
V. 14, 42. item Cyrillus dyaconus[97], et multi alii terra marique perempti[t] sunt. Ipse etiam Iudeis licenciam dedit templum Iherosolimis reedificandi. Qui ex omnibus partibus congregati, quod magno labore construxerant,
ibid. 43. per terre motum funditus destructo, et locum et opus deseruerunt. Cum vero contra[u] Persas ad bellandum processisset, transiens per Cesaream Capadocie multa opprobria beato Basilio illius civitatis episcopo et christianis et comminaciones futuras inferens, beatus Basilius orans et ieiunans cum christianis vidit beatam Virginem precipientem Mercurio[v] militi dudum ante in quodam monasterio sepulto, ut se[w] et
ibid. 44. filium eius de Iuliano[x] vindicaret. Quod et factum est. Et blasfemando expirans clamavit: *Vicisti, Galilee.*

364 Iobinianus[y] imperavit mensibus 7. Iste christianus fuit et cum Sapore rege Persarum corpus Iuliani
Gilb. in[z] pace sepelivit.

365. Valentinianus cum fratre Valente imperavit annis 11. Iste christianus fuit de[a] Cibalensi Pannonia
Paul. editus. Hic sub Iuliano augusto cum fidem christianitatis integram gereret et scutariorum tribunus esset, mandato accepto sacrilegi imperatoris, aut immolare[b] ydolis aut milicia cedere[c], miliciam sponte dimisit. Sed paulo post Iuliano interfecto, Iobinianoque[d] mortuo, qui pro nomine Christi amiserat tribunatum, persecutori succedens suscepit[e] imperium. Hic Saxones, gentem in oceani littoribus virtute et agilitate Romanis terribilem, subiugavit. Anno vero imperii sui 11. cum Sarmate sese per Pannonias diffudissent easque vastarent, dum bellum adversus eos pararet, apud oppidum Strigoniense[f] subito fluxu sanguinis expiravit. Fuit autem imperator egregius, vultu decens, solers ingenio, sermone cultissimus, quamquam ad loquendum parcus. Hic fratrem suum Valentem, qui post cum filio suo Valentiniano imperavit 4 annis, volentem persequi christianos, eo quod Arrianus esset, tempore quo vixit conpescuit. Huius[g]
V. 14, 96. Valentiniani tempore et ortatu[h] sanctus Ambrosius factus est archiepiscopus Mediolanensis.

376.[i] Valens cum Graciano et Valentiniano imperaverunt annis 4. Isti tres imperiales dignitates optime Rome tenuerunt et actus[k] Rome fecerunt[98]. Huius tempore Ambrosius Mediolanensis claruit. Anno[l]

a) Ipse etiam — conscripsit *leguntur etiam in* 6, *in* 10 *post* baptismum. b) Constantius *rasura* 7. c) *corr. al. calam. ex* Hic filius *in* A. d) *corr. ex* fuit *in* A. e) quem duces — assumpto *in marg. al. calam. sed rubrica inclus. in* A. f) christianos 8. 10; catholicos 11; nostros *Isid.* g) silvestris 1; illustris *Isid.*; clarus *Rich.* h) Anathasium A. 8; Anastas. 5. A*. i) qui postea — Mediolanensis *des.* 5. k) *al. calam. in* A. *) Fuerat — predixit *des.* A. A*. l) cuius 1. m) primus *post. corr.* primum 1. n) arioles *post corr.* ariolos 1. o) magno 1. p) *fol.* 9 *in* A; *hic rursus incipit* 3. q) *al. calam. in* A. r) Constantino 1. 8. s) per A. 5. t) perhempti 1. u) contra *deest, post add.* 1. v) Merculio 1. w) ut se et se 1. x) de Iuliano *des.* 1. 2. y) Iobianus *cum Cenc. sol.* 4. z) *post sup. lin. add. in* A. a) *al. calam. in* A. b) immolaret 1. c) cederet 1. d) que *deest* 1. e) successit 1. f) Trigon 1. g) Hic 1. h) ornatu 1. i) 377 *leg.* A*. k) arcus *sol.* 9, *qui etiam* tres imperiales *add. ex Gilberto.* l) *al. calam. in* A.

92) secundum Vinc. XIII, 67. 93) *quem duces — peremerunt* ex Oros. VII, 29. 94) De istis sanctis v. Vinc. XIV, 5. 9, Gotifredum P. XIV, Gervasium II, 16. 95) Haec de Iuliano ex prolixiore relatione Richardi desumpta sunt, cuius verba ex parte repetuntur. 96) secundum Oros. VII, 30. 97) secundum Vinc. XIV, 34. 32. 98) *Iste tres imperiales arcus Rome fecit* Gilbertus.

Valentis imperii tercio[1], qui imperavit Constantinopoli, 4 gentes Scitice[a], id est Gothi, Ypogothi, Gyppedes[b] et Wandali, unam linguam habentes, nomine tantum diversi, in bipertito agmine Danubium transierunt. Hic[c] Valens Arrianus existens et multas christianis persecuciones faciens a Gothis in bello peremptus est. Hic* legem dederat, ut monachi militarent; nolentes vero fustibus fecit interfici*. Paul.

Gracianus cum fratre Valentiniano et Theodosio[d] imperaverunt annis 6. Per idem tempus christianorum templa iubente Theodosio destructa reficiuntur. Hic[e] Gracianus cum inestimabilem[f] hostium multitudinem contra se cerneret apud Argentinam oppidum Gallie, fretus Christi potencia feliciter devicit. Nam plus quam 30 milia Alemannorum[g] peremit. Hoc ipsi cultura[h] vere fidei contulit. Nam cum usque ad ipsius tempora Ytalia heresi Arriana langueret, ad veram fidem fecit redire. Fuitque Gracianus litteris instructus, parcus cibi[i] sompnique ac libidinis victor, cunctisque plenus bonis obiit. 381. Paul.

Theodosius I. cum Valentiniano imperaverunt annis 11. Huius tempore maximum scisma fuit inter paganos et Iudeos. Hic destruxit templa ydolorum[2]. Sub isto transtulit Iheronimus novum et vetus testamentum[3]. Ambrosius post Hylarium hymnos conposuit. Arsenius[l] Rome claret factus ex senatore monachus. Augustinus cum esset Manicheus ad fidem convertitur. Iste[m] christianissimus imperator fuit, hostes suos non tam ferro vel multitudine quam ieiunio et oracione confisus prostravit[4]. Hic propter virtutum perfectionem etiam a barbaris summe diligebatur. Unde multe gentes ad ipsius inductum, relictis erroribus et ydolis, ad Christum converse sunt. Hic Orientis et Occidentis partes pacifice possidens apud Mediolanum defunctus est. Cuius corpus eodem anno in Constantinopolim translatum est. Fuit* autem Theodosius propagator rei publice, moribus et corpore Traiano similis, clemens, misericors, communis, solo habitu se differre a ceteris putans, in omnes honorificus, verum effusior in bonos*. 387.[k] V. 17, 3. ibid. 63. ibid. 46. Paul.

Archadius et Honorius imperaverunt annis 13. Hiis temporibus Donatus Epiri episcopus virtutibus insignis est habitus. Qui drachonem ingentem expuens in ore eius necavit, quem 8 iuga boum ad locum incendii vix trahere potuerunt, ne aerem putredo eius corrumperet. Per idem tempus corpora sanctorum Abacuc et Michee prophetarum producuntur. Augustinus quoque episcopus doctrine sciencia preclaruit[5]. Huius tempore Prisillianiste et Pelagius[6] heretici fuerunt. Hic[o] Archadius fuit filius Theodosii magneque virtutis[p] et prudencie homo. Huius tempore Albaricus[q] rex Gothorum ex Affrica veniens Ytaliam intravit, Romam cepit, igne ferroque vastavit, dato prius precepto illos, qui in sacris locis precipue in basilicis apostolorum Petri et Pauli se reciperent, securos esse. Deinde per Apuliam et Calabriam[r] in Affricam properantes, Albericus[s] subita morte apud Consentium[t] defunctus est. Gothi vero Bascentum amnem[u] dividentes Albericum[v] in medio alvei cum multis opibus sepeliunt amnem[w] post proprio meatui reddentes[x]. Regem Attaulfum Alarici[y] affinem constituentes Romam redeunt, si quid residuum fuit, more locustarum consumunt. Eo tempore clarissima Urbis loca fulminibus diruta sunt, que comburi ab hostibus nequiverunt. Fitque* in tota Urbe blasphemia Christo clamancium, hoc ideo se perpeti, quia neglecta fuerunt sacra deorum. Sed Gothi de Urbe recedentes Gallam Theodosii principis filiam, sororem Archadii et Honorii, secum auferunt, quam sibi Attaulphus matrimonio copulavit; que post rei publice multum utilis fuit*. 369.[n] Isid. Paul.

Honorius cum Theodosio minore fratris filio imperavit annis 15. Hiis temporibus Gothi Romam ceperunt. Wandali quoque Hyspanias et Gallias occupant et vastant. Et Rodagius rex Gothorum ab exercitu Romanorum occisus est. Hoc tempore Pelagius adversus Christi graciam erroris sui dogmata predicat[z], ad cuius dampnacionem concilium apud Cartaginem 313 episcoporum congregatur. Hoc tempore Cyrillus Alexandrinus episcopus insignis habetur. Hic[a] Honorius filius Theodosii et frater Archadii fuit. Cuius tempore Heradianus[b] quidam cum tribus milibus et 700 navibus ex Affrica Romam tendens occursu comitis Constancii, quem Honorius bellis prefecerat, sic contrivit[c], ut solus rapta navi Cartaginem rediret, ibique peremptus est. Hiis diebus precipiente Honorio, favente Constancio, sopitis apud Affricam hereticis pax ecclesiis redditur. Tunc apud Yponam florebat Augustinus episcopus. Hiis temporibus apud Bethlehem Palestine[d] beatus Iheronimus 91. etatis anno migravit ad Christum. Fuit sane Honorius moribus et religione patri suo Theodosio similis remque publicam pacatam[e] relinquens, Rome defunctus[f] est et iuxta beati Petri ecclesiam in Mausoleo sepultus est, nullam sobolem relinquens. Nam* due Stiliconis[g] filie videlicet Maria et Hermancia, una post alteram eius coniugio sociate, utraque Dei iudicio morte preveniente subita ex hac luce virgines migravere. Cuius[h] Honorii temporibus quamvis[i] multa bella surrexerint, tamen vel nullo vel minimo[k] sanguine sunt sedata, hoc clemencia Honorii, qua cunctis preminebat, faciente. Nam cum sibi diceretur, cur rebelles non occideret, respondebat: *Utinam michi possibile esset, eciam mortuos ad vitam revocare**. 410. Isid. Gilb. Isid. Paul.

Theodosius II. minor cum Valentiniano genero[l] suo imperavit annis 27. Hic accepto imperio statim Valentinianum amite sue filium cesarem fecit. Gens Wandalorum ab Hyspaniis ad Affricam transeunt et vastant, ibique catholicam fidem Arriana impietate subvertunt[m]. Per idem tempus Nestorius Constantinopolitanus episcopus sue perfidie molitur errorem, adversus quem Ephesina[n] synodus congregata, eius impia dogmata condempnavit. Hoc tempore diabolus[o] in Creta in specie Moysi apparens, dum Iudeos in terra repromissionis per mare pede[p] sicco 425. Gilb. Isid. Rich.

a) Sitice 1. b) Gippedes A. c) *al. rursus cal. in* A. *) Hic — interfici *des.* A. d) et Theodesio *des.* 1. e) *al. calam. in* A. f) estimabilem 1. g) Alamann. A; Gallicorum 8. 11; Gallorum 9. h) Hic ipsis culturam 8. 9. 11. i) sibi 1. k) 388 *leg.* A*. l) *sic* 3. 6. 7. 11; Artemius 1; Arcenius A. m) *al. calam. in* A. *) Fuit — bonos *des.* A. n) 397 *leg.* A*. o) *al. calam. in* A. p) virtu||tis *fol.* 10 *in* A. q) Alaricus *sol.* 9 *semper;* vel Athalaricus *sup. lin. add.* A; Athlaricus *man. rec. in rasura* 5. r) Calabram *post corr.* Calabrjam 1. s) Albaricus *hic sol.* 2. t) Cosentinum 1. u) annem 1. 6. v) Albaricum A. w) *deest* 1. x) meatu redeuntes 1. y) Alberici 7. *) Fitque — fuit *des.* A. z) predicabat 1. a) *al. calam. in* A. b) Eraclianus *sol.* 1; Heraclianus 6. c) conteritur *sol.* 9. 10. d) Pallestine A. e) placatam 1. f) defumctus 1 *saepius.* *) revocarem 1. 7; Nam — revocare *des.* A; hoc clemencia — revocare *des.* A*. g) Staliconis 1. h) Eius 1. i) quamvix 1. k) minime 1. l) genere 1. 2. m) convertunt 1. n) Esphisina 1; Effesina A. o) *in marg. alio atramento* 1. p) pede *Isid.;* vestigio *Rich.*

1) 13. habet Hugo. 2) Hoc verbis mutatis ex Richardo. 3) Item secundum Richardum. 4) Talia de Theodosio leguntur in Rufini hist. eccles. XI, 33. 5) De Augustino etiam in Richardo legitur. 6) secundum Vinc. XVIII, 42.

promitteret perducere, plurimos necavit, sed qui evaserunt, ad Christi gratiam conversi sunt. Tempore istius vincula
Paul. sancti Petri instituta sunt celebrari ab uxore eius[7]. Hic[a] Theodosius Archadii filius Orientale regebat imperium, qui mortuo Honorio Valentinianum amite sue filium, ut imperium Occidentis susciperet, transmisit. Hiis temporibus Gensericus rex Wandalorum[b] ex Hyspania in Affricam[c] veniens, pene totam ferro, flammis et rapinis crudelissime devastavit. Sub hac turbine beatissimus Augustinus 76 etatis sue annis et 29[d] in episcopatu expletis, migravit ad Christum. Theodosius vero apud Constantinopolim morbo correptus[e] interiit ibique sepultus est[f]. Eo tempore rex Hunorum Attila[g] dum cum fratre suo Bela regnum inter Pannonias Daciamque[h] gubernaret, Belam suum germanum regnique consortem peremit. Fultus itaque fortissimarum gencium quas sibi subiugaverat presidio, ad demoliendum Romanum imperium contendit. Fueruntque cum Romanis Burgundiones, Franci, Saxones et pene totus populus Occidentis. Conveneruntque in Alverniai. Et primum quidem regem Burgundie occurrentem sibi prostravit. Demum in bello adeo acriter pugnatum est, qualiter vix umquam in aliqua ante invenitur historia. Cesa sunt autem ex utraque parte 180 milia hominum, tantusque sanguis effusus est, ut modicus qui ibi latebat rivulus de sanguine torrens effectus, traxit cadavera mortuorum. Attila[k] vero tamquam victus Pannoniam rediit et maiorem exercitum colligens, cum furore in Ytaliam intravit[l] ac primum Aquileyam capiens, omnes civitates occupavit, demum[m] ad preces Leonis pape sanctissimi de Ytalia exiens in Pannonia moritur. In nocte vero mortis[n] Marcialis[o] imperator, qui tunc Constantinopoli morabatur, vidit in sompnis archum Totile[p] fractum, ex hoc intelligens ipsum esse mortuum. Valentinianus* autem genere[q] Theodosii per ipsum Theodosium ad Occidentales partes cesar missus, de consensu tocius Ytalie imperator efficitur et ex decreto Theodosii augustus fuit appellatus*.

V. 20, 31. [Septem dormientes fratres sub Decio tormentati, cum declinantes tortorum seviciam in quadam spelunca se recepissent et ibidem post oracionem obdormissent, speluncam Decius obstruxit. Tempore vero Theodosii divinitus a sompno excitati surgunt, et asserta fide resurrectionis coram Theodosio imperatore, quam quidam heretici tunc exorti negabant, iterum presente imperatore et[r] multis Christi fidelibus obdormierunt in Christo.

[Septem dormientes fratres sub Decio tormentati, in spelunca pre timore reclusi, dormientes ex tunc post sanctam oracionem, quam speluncam Decius obstruxerat, divinitus a somno huius Leonis tempore surgunt, et asserta fide resurrectionis nostre coram Theodosio, de qua multum dubitabat, iterum dormiunt in Christo. Hoc factum est apud Ephesum[s].]

451. Marcianus[t] et Valentinianus imperaverunt annis 7. Cuius inicio imperii Calcedonense concilium
Isid. geritur, ubi Euticen[u] cum Dyoscoro condempnatur. Huius etiam anno 6. imperii Theodoricus rex Gothorum cum ingenti
V. 20, 46. exercitu Hispaniam ingreditur. Sancta Genovefa claret Parisius[8]. Sub isto martirizantur 11 milia virginum a Hunis[v]
Paul. apud Coloniam[9]. Iste[w] Marcianus imperator apud Constantinopolim, facta suorum contra ipsum conspiracione, peremptus est. Tunc[x] etiam civitas Agrippina et omnes civitates supra Renum nec non Parisius, Remis, Belvacum[y], Ambianis, Tungris et pene omnes civitates Gallie a Hunis sive Wandalis capte destructe sunt.

458. Leo primus[z] imperator imperavit annis 17. Et Alexandria et Egyptus errore Dioscori heretici
Rich. languens inmundo repleta spiritu canina rabie latrat. Per idem tempus apparuit heresis Ascephalorum[a] Calcedonense concilium inpugnancium. Hoc tempore Leo omnes ymagines, quas in urbe Rome invenit, Constantinopolim reportavit ibique omnes eas[b] incendit. Sub isto Helyseus propheta transfertur Alexandriam[10], et corpus
Paul. sancti Marci Venecias[11]. Istius[c] Leonis tempore Augustulus apud Ytaliam imperii regnum invasit.

Sed Odovacer[d] Ruthenus[e] genere[12] cum Ruthenis veniens in Ytaliam[f], capta Ticino et omnino ferro et igne destructa, Horestem captum in Placencia decollavit.

[Sed Odovacer Rutenus de extrema Pannonia cum maxima multitudine Herulorum, pelliciis induti, in Ytaliam veniens, patricium Romanorum Horestem cum exercitu vicit et intra civitatem Ticini conclusit. Sed Odovacer, capta Tycino et omnino ferro et igne destructa, Horestem captum in Placencia decollavit.]

Augustulus vero, qui imperium presumserat occupare, et[g] 15 mensibus tantum rem publicam gubernasset, videns quod Odovacer totam Ytaliam occupasset, magno metu perterritus, sponte purpuram abiciens imperialem deposuit maiestatem. Et sic Odovacer Romam ingressus, tocius Ytalie regnum habuit. Quod cum per annos 14[h] nullo inquietante gubernasset,
V. 20, 56. ab Orientis partibus adveniens Gothorum rex Theodoricus Ytaliam possessurus intravit. Per[i] idem tempus sanctus Mammertus Viennensis episcopus claruit, qui tres dies rogacionum ante ascensionem Domini statuit ieiunari. Floruit etiam hiis temporibus Prosper nacione Aquitanicus beati Leonis pape notarius, qui apud Regium[k] Ytalye factus episcopus, doctrina et miraculis claruit ibique honorifice requiescit[13]. Hoc* tempore Agymundus rex Lombardorum cum adhuc esset in Pannonia cum suis, pueros septem iuxta piscinam aque, quos quedam meretrix uno partu ediderat et ad necandum proiecerat, casu repperit. Cumque scire volens quid esset, in equo sedens lancea, quam gestabat, revolveret, unus ex pueris hastam regis manu

a) *al. calam. in* A. b) Vandal. A. c) Affriam A. d) 40 *leg.* A. e) correctus 1. 5. 6. f) *hic inser.* A: Septem — Ephesum, *quae v. in fine.* g) *sic* 11; Attyla 7. 9; Accila A. 1. 2. 3; vel totila *sup. lin. add. in* A. h) Decimamq. 1. i) in Alemanniam 1; in Alamanniam 3; Alomanniam 2. k) *sic* 8. 11; Attilia 7; Accila 1. 2. 3. A. l) rediit 1. m) *al. calam. in* A. n) sue *add.* A. o) Marcianus 6. 8 *et vil. codd.* p) *sic* A. 2. 5. 7. 8. 11; Cotyle 1; Coctile 6; Atylle 3. 9. *) Valentinianus — appellatus *des.* A. q) *abhinc in cod.* 9 *duo folia imperatorum et pontificum desunt usque ad Iustinianum I.* — actus apostolorum composuit metrice, claret. r) cum 1. s) Septem — Ephesum *leguntur in* A *superius post* ibique sepultus est. t) *fol.* 11 *in* A. u) *sic pro* Eutices *codd.; in* A *man. poster. sup. lin. add.* v) ab unis A. w) *al. calam. in* A. x) *al. rursus calam. in* A. y) Relvacenum 1. z) *sic in textu cum Cenc.* A. 3. 7; *numerus rubricatus in* A *sup. lin. et ipse adest.* a) Aceph. *sol.* 8. b) eas *deest* 1. c) *al. calam. in* A. d) Odonacer 1 *semper.* e) Ruthinus *hic* 1. f) nacer *inser. errore* 1. g) *sic codd. pro* cum. h) 13 *leg.* 1. i) *al. rursus calam. in* A. k) *sic* A. 6. 7; regnum 1. 3. 5. 8; regiam 2. *) Hoc — gubernavit *des.* A. A*.

7) sec. Vinc. XX, 27. 8) Hoc infra sub Iustiniano I. falso repetitur. 9) sec. Vinc. XX, 43. 10) ex Vinc. XX, 55. 11) indidem 56. 12) *natione Rutenus* Gotifredus. 13) sec. Vinc. XX, 58.

tenuit. Quod rex ammirans, magnam eum futurum pronuncians cum diligencia educari fecit. Qui post propter miram probitatem in regem electus multa felicitate Lombardos gubernavit*·14.

Zeno imperavit annis 17. Hic fecit leges plurimas. Leonem augusti filium interficere querens, pro eo[a] mater eius alium figura similem optulit ipsumque Leonem clericum occulte fecit; quique in clericatu usque ad tempora Iustini[b] vixit. Per idem tempus corpus beati Barnabe apostoli et euangelium Mathei eius stilo scriptum ipso revelante repertum est. Iste Zeno cum Gothis fedus pacis iniit. Theodoricus puer a patre suo principe Gothorum Zenoni imperatori in obsidem datur[15]. Qui[d] cum Theodoricus 18 annos habuisset, imperator Zeno rei publice utilitatem prospiciens misit illum cum Gothis gente sua in Ytaliam, quam Odovacer[e] occupatam tenebat. Dum igitur Theodoricus per Bulgariam et Pannoniam in Ytaliam pervenisset et post magnos labores non longe ab Aquileia in uberrimis pascuis se et suos recrearet, Odovacer cum tocius Ytalie viribus[f] ibidem ipsum invadens, contritus est penitus a Theodorico, ita quod Odovacer cum paucis Romam fugiens, dum *[propter portarum firmacionem]* a populo non fuisset permissus Urbem intrare, Ravenne se recepit. Quem Theodoricus post trium annorum obsidionem peremit, et Romam veniens cum gaudio est receptus. Post Theodoricus omnia quiete tenens regis Francorum filiam duxit in uxorem. Hiis temporibus Hynricus[g] rex Affrice, Arriana heresi maculatus, plus quam 300 episcopis ecclesias claudit et ipsos in exilium in Sardiniam misit. Eodem tempore gens Saxonum post multa et dura[h] bella totam insulam[i] Britannie[k] possedit. Eodem* tempore sanctus Germanus Altisiodorensis et Lupus Trecensis ad repellendam heresim Pelagianam in Britanniam per papam diriguntur[16]. Eodem tempore Fulgencius claret fide et sciencia*. 475. Isid. Paul. ibid.

Anastasius imperavit annis 26. Huius tempore Transbamundus[l] Wandalorum rex in Affrica[m] catholicas ecclesias claudit, 120 episcopos in exilio Sardiniam mittit. Per idem tempus apud Cartaginem Olimpius quidam episcopus Arrianus sanctam Trinitatem in balneis blasphemans tribus igneis iaculis, angelo mittente invisibiliter, est conbustus. Barrabas quoque episcopus quidam Arrianus, dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset: *Baptizat te Barrabas per Filium in nomine Patris in Spiritu sancto,* — statim aqua que fuerat ad baptizandum parata nusquam conparuit. Quod aspiciens qui baptizandus erat, abiit et iuxta morem fidei baptismum suscepit. Huic[n] Hormisda papa, qui Symacho successerat, legatos sollempnes in Constantinopolim dirigens monuit, ut ab heresi Arriana discederet. Qui non solum legatos audire sed nec videre volens, subito divino iudicio per ictum fulminis interiit. Regnavitque* tam infeliciter, ut diversorum hostium vallatus agminibus, sepius gemens et merens nullam suorum vindictam meruit audire inimicorum, quia nec iura servavit ecclesiarum, sed hereticis favens, catholicos est persecutus*. 492. Isid. Paul.

Iustinus[o] I. imperavit annis 9. Hic ardore fidei certabat ut hereticos dissiparet. Quod audiens Theodoricus rex Arrianus Ytalie, misit nuncios suos Constantinopolim ad Iustinum imperatorem mandans quod, nisi ecclesias hereticis restitueret[p], ipse totam Ytaliam devastaret. Post Transmundum Illericus Wandalorum regnum suscepit. Qui sacramento a[q] Transmundo astrictus[r], ne catholicis in regno suo consuleretur, antequam regnum susciperet, episcopos[s] ab exilio revocavit et ecclesias reformavit. Hic[t] Iustinus christianissimus imperator statuit, ut ubique ecclesie hereticorum catholica religione consecrarentur. Quod cum in Ytalia rex Theodoricus Gothus Arriana heresi pollutus audisset, Iohannem papam et alios viros consulares in Constantinopolim dirigens, conminatus[u] est, quod nisi Arrianis ecclesias restitueret, omnes christianos per Ytaliam gladio[v] perimeret. Qui[w] a Iustino honorifice recepti, ad preces pape et nunciorum[x] conpaciens neci christianorum de ecclesiis Arrianorum supersedit. Dum vero hii in itinere demorarentur, Theodoricus rabie iniquitatis stimulatus Boecium senatorem, quem prius exilio relegaverat, et alios viros catholicos gladio trucidavit; Iohannem vero papam cum hiis, cum quibus fuerat profectus, postquam redierant in Ravennam ad ipsum, carcerali angustia peremit. Sed hanc ipsius crudelitatem mox animadversio divina secuta est. Nam 90. die post hoc facinus subita morte defunctus est. Cuius animam quidam vir sanctus heremita vidit per Iohannem papam in ollam vulcani proici[y]. Ad hunc[z] Iustinum christianissimum misit Hormisda venerabilis papa in Constantinopolim sanctum Germanum Capuanum episcopum cum multis aliis personis pro revocacione episcoporum, quos Anastasius perfidus eiecerat. Quos nuncios cum grandi leticia clementissimus imperator suscepit. Eodem tempore beata Brigida virgo obiit in Scothia[a]. Circa* hoc tempus Hildericus rex Francie propter insolentem et luxuriosam vitam de regno expulsus a suis, 8 annis mansit apud Basinum regem Turingorum[b]. Quo revocato in suum dominium, Basina uxor regis Basini Turingorum, relicto viro suo, secuta est Hildericum. Qui ipsam accipiens in uxorem genuit ex ea Clodoveum. Qui post baptizatus per sanctum Remigium christianissimus effectus est et sanctorum numero aggregatus. Hoc tempore omnis pulchritudo Antiochene civitatis per terre motum exterminata est*·18. 518. Gilb. Isid. Paul. V. 21, 29. Got. 17.

Iustinianus I. imperavit annis 38. Hunc imperatorem Agapitus papa vir Dei revocavit ab errore Heuticetis[18]. Hic leges condidit et consummavit libros scilicet Codicem et Digestum[c·19]. Belisarius[d] patricius mirabiliter de Persis triumphavit. Qui de Iudea[e] a Iustiniano missus ad Affricam Wandalorum gentem delevit. Hoc tempore obsessa[f] est Roma a Gothis uno anno in circuitu, sed liberata est a Belisario patricio[20]. Arator* Romane ecclesie subdiaconus, poeta mirabilis, qui actus apostolorum metrice composuit, claret*. Floret[g] 527. Isid. Paul. V. 21, 50.

*) Hoc — gubernavit *des.* A. A*. a) quod *add.* 1. 8. b) *leg.* Iustiniani. c) *al. calam. in* A. d) Quod 1. e) Odonacer 1 *semper.* f) urbibus 1. g) *sic* 1; hinricus A. 5; henricus 3. 6. 7. 8. 10; heinricus 2. h) et *inser.* 1. i) Ytaliam *post corr.* insulam 1. k) Brictanie 1. *) Eodem — sciencia *des.* A. A*. l) Transbamidus A; Transmundus 3. 10; Transramundus 8. 11; Transbámundus 7. m) in Affrica *in marg.* A. n) Hunc A *in rasura.* *) Regnavitque — persecutus *des.* A. A*. o) *fol.* 12 *in* A. p) *in marg.* A. q) a *deest* 1. r) attritus 1. s) ipsos 2. t) *al. calam. in* A. u) cominatus A. v) gladio *deest* 1. w) nuncii *add.* 1. x) Theodoricus *male inser.* 1; *deest* 5. 6. 9. 10. 11. y) prohici 1. z) hunc *deest* 1. a) Scocia A. *) Circa — est *des.* A. A*. b) Tringorum 1. c) digestam A. d) Belissarius A. e) Qui deinde *Isid.* f) obcessa 1. *) Arator — claret *des.* A, *maiore parte lin. a.* 531 *vacua relicta.* g) *in lin. a.* 532 *cum* ꝙ *in* A.

14) Haec narratio sane ex Gotifred. P. XVII. hausta est; verba *magnum eum futurum pronuncians* tamen neque apud istum, neque apud Vinc. XX, 99 leguntur, immo vero in Pauli Gestis Langobardorum I, 15. 15) Haec de Leone, non vero de Zenone narrat Paulus. 16) secundum Paulum. 17) Terrae motus Antiochiae factus commemoratur a Paulo. 18) sec. Gotifredum; *Euticetis* sapit Pauli continuationem. 19) Hoc confuse ex Gilberto. 20) sec. Pauli continuationem.

V. 21, 73. Priscianus gramaticus. Hic Iustinianus[a] abbreviavit[b] leges Romanorum. Huius temporibus facta est mortalitas apud Constantinopolim. Qua de causa instituta est sollempnitas purificacionis beate Marie que dicitur ypapanti[c] Domino; ypantese[d] Grece, Latine obviare. Hiis[e] temporibus apud Montem Cassinum post solitariam et artam vitam in cenobio[f] monastico sanctus degebat Benedictus. Huius[g] Iustiniani temporibus res publica est multum prosperata tam in Oriente quam in Occidente. Nam licet ipse esset circa libros et leges intentus, per patricium tamen Belisarium nomine, quem ad bella constituit, prospere ubique gessit. Nam postquam Persas incredibili victoria vicit, transivit[h] in * Affricam contra Wandalos et, ipsis victis, eos Romano imperio subiecit[i]. Transivitque* in Ytaliam contra Gothos, qui eam et eciam Romam occupaverant, transiensque per Syciliam
Paul. venit Neapolim. Sed quia cives propter Gothos, qui intus erant, eum[k] recipere noluerunt, ipsam paucis diebus oppugnans cepit. Qui non solum in Gothos acriter desevit, sed etiam in cives. Nulli enim etati vel sexui parcere voluit. Monasteriorum et clericorum atque aliarum ecclesiarum bona diripuit. Tandem cum ad urbem Romanam appropinquaret, Gothi qui intus fuerunt[l] nocturno tempore dimissis[m] portis Urbis apertis versus[n] Ravennam fugerunt ibique se congregantes, bello campestri omnes victi fuerunt. Belisarius vero patricius victoria habita ad Iustinianum in Constantinopolim rediit regem Gothorum captum[o] secum adducendo. Hiisdem temporibus tanta fames fuit per totam
V. 21, 49. Ytaliam, quod matres carnes puerorum suorum comedebant. Eodem[p] tempore floret Cassiodorus Ravenne senator,
ibid. 76. postea monachus ornatus sciencia et eloquio. Hoc etiam tempore sanctus Herculanus[q] Perusinus episcopus a rege Gothorum[r] capite truncato[s] moritur. Hic[t] Iustinianus[u] postquam mirificum templum in Constantinopoli[v] ad honorem sancte Sophie id est Christi extruxit[w. 21], ibidem in multa pace defunctus sepelitur[x]. Huius tempore Iudei cum Sarracenis adunati omnes christianos Cesaree Palestine civitatis interfecerunt. Quod audiens
V. 21, 26. imperator Adamancium[y] quendam mittens in Palestinam[z] gravem de hoc sumpsit ulcionem[22]. Hiis temporibus construitur monasterium sancti Mauricii sociorumque eius a Sygismundo rege Burgundie pro nece filii sui, quem
ibid. 13. de consilio noverce peremerat. Hoc tempore Clodoveus rex Francorum christianissimus Alaricum[a] regem
V. 20, 46. Gothorum Arrianum apud Tholosam debellavit. Hoc eciam tempore in pago Parisiensi claret sancta Genovepha *.[23]

565.[b] Isid. Iustinus II. imperavit annis 11. Narses patricius postquam Iustino[c] augusto *[Totillam]* regem Gothorum in Ytalia superavit, Sophie auguste Iustini coniugis minis perterritus, ad Longobardos se mutavit[d] eosque in Ytaliam introBened. duxit. Nam[e] cum gens Longobardorum[f] habitaret in Pannonia, Narses cum Albura[g], qui tunc fuit rex ipsorum, et cum Rothario[h] successore ipsius sic facti sunt amici, quasi essent germani, et inierunt consilium, quomodo regnum Ytalicum a Iustino imperatore et eius successoribus eripere possent. Quod et factum est, et absolutum est regnum Ytalicum a iugo Constantinopolitano, et ab illo tempore Romani per patricios ceperunt dominari, et factum est[i] regnum Ytalie habitacio Longobardorum[k. 24]. Qui Mediolano,
ibid. Ticino, Brixia et Pergamo depopulatis, ibidem prius habitare ceperunt. Post Rotharium[l] regnavit Gisulfus[m] et Erberectus[n], cui[o] Erberecto[p] successit rex Lunbrandus[q] et Lunbrando[r] successit Grimualdus[s], et illius filius Romualdus Samnitibus[t] imperabat. Illis[u] temporibus Longobardi licet essent baptizati, nichilominus colebant ydola sicut arbores et eciam more bestiali simulacrum vipere, a quo errore vir sanctus Barbatus nomine Beneventanus episcopus ipsos retraxit. Nam et arborem quam[v] colebant succidit et simulacrum vipere aureum in calicem[w] commutavit[25]. Post in Longobardorum regno successit Arstulphus[x] rex, contra quem venit rex Pipinus ex Francia vocatus per papam, sicut ostenditur ibi, ubi agitur de Pipino[26]. Istius Romualdi temporibus corpus beati Bartholomei de India primo pervenit in insulam Lipparim, post in Beneventum translatum est[27]. Huius * tempore Armeni fidem christianam receperunt *. Eo tempore Longobardi comam capitis tondebant, et hoc a cervice usque ad occipicium. Nam cervicem usque ad occipicium[y] radentes nudabant, capillos a facie usque ad os dimissos habebant. Vestimenta eis erant larga et longa[z] et maxime linea[a], qualia Frisones habere solent. Calige vero erant eis dependentes usque ad pollicem, laqueis corrigiarum hinc inde ligate[b]. Iustinus * vero imperator, qui fuit vir catholicus, in maiori pace dies suos finivisset, si[c] ad consilium uxoris sue Narsem suum patricium non turbasset. Ex omni parte bella Iustino insurrexerunt, postquam Narses, qui multum timebatur, a Iustino recesserat *.
Paul. [Erat enim Narses vir piissimus, in religione catholicus, in pauperes munificus, in reparando sanctorum basilicas studiosus, vigiliis et oracionibus in tantum intentus, ut plus supplicationibus profusis ad Deum, quam armis bellicis victoriam obtineret[d].]

a) Iustinianus *corr.* Iustinanus 1. b) abrev. 1. A. c) ypopanti 1. d) ypapanthese A. e) *al. calam. in* A. f) *al. rursus calam. in* A. g) monasterio 1. h) transsivit 1. *) in — transivitque *des.* A. i) subegit 1. k) *in marg.* A. l) fuerant A. m) diversis 8. 9. 11. n) *alio atramento sed eadem manu add.* 1. o) *deest* 1. p) *al. calam. in* A. q) Erkulanus A. r) Hunorum *in rasura* A. s) o *in rasura* us 1. t) *deest* 1. u) *fol.* 13 *in* A. v) Constantinopolim 1. w) construxit A. x) Iustinianus postq. — sepelitur *in rasura, in qua prius eadem scripta fuisse videntur in* A. *) Huius — Genovepha *des.* A. A*; Hoc tempore — Genovepha *des.* 5. y) *deest* 5. 8. 11. z) in Palestinam *des.* 5. 8. 11. a) Aliricum 1. b) *sic cum Cenc.* A; 561 *leg.* 3; 566 *leg.* 2; 568 *leg.* A*. c) Iustiniano *cum Isid. sol.* A. d) pert. Langob. invitavit *Isid.* e) *al. calam. in* A. f) Lumbard. A. g) albure 2. 7. 8. h) Rotorio *sive* Roth. A. 2. 5. 7. 8. i) *sup. lin. add. in* A. k) Lombard. A. l) Rotarium A. m) Gezulfus 1. n) Erberecus 1. o) Pergamo — cui *alio atramento in marg.* 1. p) Erberecto *deest* 1. q) Lumbrandus A. r) Lubrando A. s) Grīnualdus A. t) Sannitibus 1. u) Illis *corr.* illius 1. v) quam *post corr.* quem 1. w) calicem *rasura adhibita* calcem 1. x) Astolfus 7; Astulphus 6. 9. *) Huius — tempore *des.* A; *in* 5 *rec. man. in marg. add.* y) Nam — occipicium *des.* 1. z) erant laxa A. a) *leg. fortasse* lintea. b) Eo tempore — ligate *in rasura* A. *) Iustinus — recesserat *des.* A. A*. c) sed 1. d) *uncis inclus. add.* C, *excepto* 5. 7, *in marg. ut fere semper* 6.

21) secundum Gotifredum. 22) Similia leguntur in Historia miscella. 23) Hoc pariter et rectius iam supra sub Marciano legitur. 24) Haec desumpta sunt ex Chronico Benedicti S. Andreae c. 9, v. SS. Tom. III, 699. 25) ex Benedicto c. 10—12*. 26) V. infra sub Constantino V. iterum imperatore. 27) ex Benedicto c. 13, p. 701.

Liberius[b] imperavit annis 7[c]. Tempore huius Longobardi Ytaliam magna manu ceperunt et depopulati sunt eam. Gothi, qui erant pagani et heretici, facti sunt christiani. Hic[d] christianissimus et in pauperes piissimus[e] thesauros palacii pauperibus erogabat. Et cum ipsum augusta eo quod omnes thesauros pauperibus erogaret, tamquam dissipatorem rei publice argueret, respondit: *Confido in Domino, quod fisco nostro pecunia non deerit, si*[f] *de hiis que Dominus nobis contulerit*[g] *elemosinas*[h] *faciendo thesauros conquiramus in celo.* Et cum transiret per quoddam palacium imperiale, vidit in pavimento tabulam marmoream, in qua erat crux sculpta. Cumque illam tabulam fecisset levari, dicens indignum, crucem pedibus conculcari, que in pectoribus et in frontibus hominum debet esse, apparuit sub illa alia tabula eodem modo cruce sculpta. Cumque et illam levari fecisset, apparuit tercia tabula consimilis, et cum imperator ammirando et illam levari fecisset, invenit infinitum thesaurum. *[Scilicet*[i] *supra* 1000 *auri centenaria inveniens habundancius pauperibus erogavit*[k]*.]* 576.[a] Gilb. Paul.

Mauricius imperavit annis 20[l]. Eodem tempore sanctus Gregorius insignis habetur. Assathes adversus Romanos dimicantes auro magis quam ferro pelluntur. Hic[m] fuit vir fide catholicus et rei publice satis utilis. Qui Persas Armeniam preliis[n], incendiis, captivitate hominum perturbantes[o] primo imperii anno per prefectum suum debellavit. Huius tempore beatus Gregorius archidiaconus in papam eligitur et ipse imperialibus litteris suum affirmavit assensum. Eo tempore in Saphat non longe a Ierusalem tunica Domini inconsutilis[p] inventa ab episcopis Gregorio[q] Antioceno, Toma Ierosolimitano et aliis[r] in arca marmorea[s] delata est in Iherusalem. Anno 14. Mauricii[28] beatus Gregorius misit in Angliam Augustinum monachum pro conversione Saxonum, qui de novo Britanniam[t] intraverant. Nam Britones, de[*] quibus adhuc Galenses remanserunt, ab Eleuterio[u] papa[*] diu ante christiani fuerunt[29]. Tamdem imperator Mauricius cum beato Gregorio papa discordabat plurimum, adeo ut post multas detractiones, quas pape faciebat, etiam mortem sibi minaretur[v]. Apparuit autem tunc Rome quidam vir in monastico habitu evaginatum gladium habens per civitatem transeundo clamans, eodem anno Mauricium gladio perimendum. Quod imperator percipiens, de malis suis penitens per se et per alios Deum oravit, ut hanc sententiam retractaret[30]. Hiis gestis, audivit in sompnis vocem dicentem: *Vis ut hic aut in futuro iudicio*[w] *tibi parcam?* Et imperator respondit: *Amator miserorum Deus, hic michi redde malum meum, ut in futuro parcas.* Post Mauricius in Oriente constitutus, cum milites suos a rapinis et furtis cohiberet, nec tamen eis stipendia consueta daret, milites provocati Focam super se contra Mauricium[x] in cesarem creaverunt. Quo audito Mauricius in quamdam insulam fugit ibique cum uxore et duobus filiis per Focam interemptus[y] est. Hic[z] primus ex Grecorum gente Romano presedit imperio. Huius[*] tempore apud Daonium[a] mulier infantem peperit sine oculis, sine brachiis, sine manibus, a lumbis autem erat ut cauda piscis. In Nilo etiam flumine apud insulam Deltam Syrene in specie viri et mulieris ab exercitu Romano vise sunt[31] a mane usque ad meridiem[*]. Hoc[b] tempore Iohannes Alexandrinus episcopus, qui ob eximiam in Christi pauperes pietatem Iohannes elemosinarius dictus est, claruit[c]. 583.[l] Isid. V. 21, 1. V. 22, 10. Rich. V. 22, 18. V. 22, 107.

Phocas[d] imperavit annis 8. Iste sedicione militari imperator effectus, Mauricium augustum nobilem et multos interfecit. Prelia quoque gravissima adversus regem Persarum exercitatus est, quibus Romani fortiter debellati plurimas provincias et ipsam Iherosolimam dimiserunt. Hic concessit beato Bonifacio pape IV. pontifici Romano templum quod Pantheon dicebatur, ut consecraretur in honore beate Marie et omnium sanctorum. Priscus[e] autem Phoce[f] homicidia[g] non sustinens ad Eraclium in Affricam mittit, ut filium suum Eraclium contra Phocam[h] mitteret. Quod et factum est. Nam Eraclius navigio veniens Phocam[h] vicit. 603. Rich. Isid. Gilb. Rich.

Eraclius cum Constantino filio suo imperavit annis 31. Huius tempore Sysebustus[k] Gothorum gloriosissimus princeps plurimas Romanorum civitates sibi rebellantes subiecit et Iudeos regni sui subiectos ad Christi fidem convertit. Tercio anno imperii huius Eraclii Cosdroe[l] Persarum rex multam partem rei publice Romane cepit, devastavitque Iherosolimam et venerabilia loca incendit. Qui populorum captivans[m] copias una cum patriarcha Zacharia et precioso ligno sancte crucis[n] in Persidem duxit. Anno autem Eraclii 12. Cosdroe[l] Persarum rex interemptus est per Eraclium et tunc populus a captivitate liberatus cum sancta cruce revocatus est. Eodem tempore Machometus propheta Sarracenorum surrexit. Fuit[o] autem magus, et quia epilenticus[p], ne perciperetur, dicebat se tunc cum angelo loqui quociens-cumque caderet; et de principatu latronum pervenit ad regnum. A quodam eciam monacho nomine Sergio apostata ad decipiendum populum informabatur[32]. Hic Eraclius devicta Perside cum gloria rediens, Zachariam patriarcham et omnem populum christianum captivum Iherosolimam reduxit et sanctam crucem, quam a Cosdroe receperat, portans, ornatus regio scemate, dum per portam per quam Christus baiulans crucem ad passionem exivit vellet intrare, porta divinitus clauditur[33], eique humiliato[q] rursum ad intrandum aperitur. Et ita cruce relata, celebritatem exaltacionis ipsius instituit fieri annuatim[34]. Hoc tempore floret Ysidorus[r] 611.[i] V. 23, 74. Gilb.

a) *sic cum Cenc.* A; 578 *leg.* 2. 3. A*. b) *sic cum Cenc. codd. boni.* c) 8 *leg.* 1. d) Fuit etiam 1; *al. calam. in* A. e) et *inser.* 1. f) sed 1. g) contulit 6. 9. h) helemos. 1. i) *al. calam. in* A. k) fron||tibus hominum — erogavit *in marg. sed rubrica inclusa in* A. l) *sic cum Cenc.* A; 586 *leg.* 2. 3. A*. l*) 20 *in rasura* A. m) *al. calam. in* A. n) prediis 1. o) *restitui ex Vincentio, deest omnibus codd.* p) inconsutibilis A. q) Gregoria 1. r) et ab hiis 1. s) *legitur in textu:* non tam et ab hiis in archa marmorea, *sed eadem manus post corr. in marg.* non longe — marmorea 1. t) Brictaniam 1 *saepius.* *) de — papa *des.* A. A*. u) Eleyterio 1. v) multos detractores, quos papa fac., etiam mortem minarentur 1. w) iudicio *deest* 1. x) Maurium A. y) interhemptus 1. z) *al. calam. in* A. *) Huius — meridiem *des.* A. A*. a) Dacinum 6; Boemium 5; Daomium 11. b) *fol.* 14 *in* A, *prior rurs. calam.* c) Hoc tempore — claruit *in* 5 *leguntur infra sub fine Phocae, post* Phocam vicit; *des.* A*. d) Fhocas A. 2 *errore rubricatoris.* e) *al. calam. in* A. f) Foce A. 5. g) homicida 1. 2. 6. h) Focam A. 5. i) 612 *leg.* A*. k) Hysebustus *post corr.* Syseb. 1; Sisebustus A. l) Cosdrue A. m) captivas 1. n) sancte. †. *leg.* A. o) *al. calam. in* A. p) epileticus 2 *solus.* q) umiliato A. r) Ysodorus 1.

28) Tempus ex Vinc. XXII, 11. 29) ex Richardo sub Gregorio I. papa, v. apud Muratori, Ant. Ital. IV, 1107. 30) Haec desumpta sunt ex Vita Gregorii I. papae auctore Iohanne diacono lib. IV, cap. 3 apud Act. SS. 12. Mart. II, p. 130. Aliter narrat Gotifredus. 31) Cf. Historiam miscellam. 32) Haec de Mahometo ex Richardo sumpta sunt, verbis aliquantum immutatis; cf. etiam Vinc. XXIII, 39 sq. 51. 33) *quod muri Iherusalem contra eum se coniunxerint, apocriphum* Richard. cod. Bern. 34) Cf. Gotifredum et Vinc. XXIII, 12.

Hispalensis episcopus, beati Leandri successor. Hic vir eruditissimus librum ethimoloyarum [a] composuit.
V. 23, 20. Cronica [b] etiam a tempore Iheronimi [c] usque ad obitum suum conscripsit. Hiis temporibus floruit sanctus Gallus abbas in Alamannia [d], sancti Columbani discipulus. Anno imperii Eraclii 15. Sarracenos [e], qui hactenus [f] sub regno Persarum fuerant, Eraclius ipsos devictos Romano reddit imperio. Hoc tempore Magumeth [g]
Got. princeps Sarracenorum moritur, post quem Ebier [h] principatur [35]. Eraclius autem cum esset astronomus, vidit in astris regnum suum a circumcisa gente esse vastandum, propter quod mandavit regi Francorum, ut omnes Iudeos in
ibid. 68. regno suo preciperet baptizari. Quod et factum est. Verum post [i] inter Romanos et Sarracenos bellum inpacabile oritur adeo, quod Eraclius timens de cruce Domini ipsam de Iherusalem in Constantinopolim transtulit. Cuius pars magna
ibid. anno Domini 1247. [k] ad instanciam christianissimi Ludovici [l] regis Francorum Parisius est translata. Eo tempore Aurea sancta claret, quam [*] sanctus Eligius [m] monasterio quod ipse Parisius extruxerat prefecit[*]. Anno Eraclii 28.
Rich. Sarraceni qui sibi rebellaverant, destructa Iherosolima, Antiochiam capiunt. Demum Eraclius ydropicus effectus
ibid. moritur, Monachellitarum [n] heresi maculatus, que negat [o], in Christo duas fuisse voluntates. Nam [p] ex quo crucem Domini in Iherusalem portaverat, in partibus illis fuerat conmoratus et cum patriarcha Iacobitarum de fide disceptans ab ipso decipitur. Iacobite vero sunt christiani quos apostolus Iacobus ad fidem convertit, sed male de fide senciunt. Asserunt [*] quidem [q] Christum de virgine natum et in celos ascendisse, sed [r] nequaquam Deum fuisse.
Tempore Eraclii regnum Persarum, quod virtute sua excusserat iugum a Romanis, tunc a Sarracenis
V 23, 74. devictum est. Nam Arabes, pulso rege eorum Hormisda [36], usque in presens possiderunt. Sisebutus [s] etiam rex Gothorum in Hispania multas civitates, quas Romani tenebant, vi occupavit; et ab illo tempore ubique in orbe terrarum incepit deficere irrecuperabiliter dominium Romanorum [*].

643. Constantinus III. in Ytalia cum Iradona [t] fratre eius imperavit annis 27 [u]. Iste filius Eraclii
Gilb. in Sicilia interfectus est. Sub hoc plurima pars rei publice a Sarracenis desolata est. Pessimus enim in omnibus fuit, nam Martinum papam interfecit. Insuper veniens [v] Constantinus imperator Romam, deposuit quicquid erat ad [w] ornatum civitatis [37] Rome et asportavit secum in Siciliam. Anno [x] Constantini 6. Sarraceni Affricam
G. p. occupant. Hic Constantinus a Paulo Constantinopolitano deceptus exposuit typum contra fidem catholicam, nec unam nec duas voluntates seu operaciones in Christo esse confitendas. Ob hoc Martinus papa concilium [y] faciens 200 episcoporum, anathematizavit hereticos Tyrium, Syrgium, Paulum quoque presentis erroris incentorem. Hac de causa papa Martinus de mandato Constantini [z] imperatoris capitur [a] et tandem
V. 23, 104. Cersone, ubi et sanctus Clemens papa relegatus fuerat, in exilio moritur. Eodem tempore sanctus Ydocus
ibid. 118. regis Britannie [b] filius, regno et mundo relicto, heremita factus in pago Pontino requievit in Christo. Hic Constantinus imperator multos ortodoxorum [c] verberibus et [d] exiliis condempnavit, eo quod heresi sue acquiescere nollent. Propter quod dum apud Constantinopolim pene omnibus exosus esset, ad Ytaliam navigavit, volens ipsam eripere de manibus Longobardorum et ibi residere. Et cum ad Beneventanorum fines accessisset, Grimualdus eiusdem provincie dux fortiter resistendo ipsius exercitum debellavit. Cernens igitur quod ibi non proficeret, Romam perrexit. Cui sexto ab Urbe miliario Vitalianus papa reverenter occurrit et eum ad beati Petri basilicam cum populi frequencia [e] perduxit. Et cum in Urbe per 12 dies resedisset [f], magna ductus cupiditate, varia ornamentorum genera ex ere et marmore, quibus Urbs ornabatur [g], in Tyberim vexit, ut in Constantinopolim transferret, inter que basilicam Dei genitricis et martirum que olim Pantheon dicebatur ereis tegulis discooperuit. Igitur a Roma digressus [h] cum in Siciliam navigasset, in balneo a suis occiditur. Post decessum [i] milites quendam Armenum Mezencium [k] nomine in imperatorem creaverunt. Sed non multo post Constantinus Constantini filius ibidem navigio veniens et imperialem purpuram sumpsit et Mezencium [l] cum interfectoribus patris sui morte turpissima condempnavit. Hoc tempore Humarus princeps Sarracenorum in loco ubi [m] fuerat prius templum Iudeorum, quod [n] Vespasianus destruxerat, templum [o] quod nunc est in Iherusalem extruxit, in quo adorant Sarraceni [38]. Hiis [p] temporibus Francorum exercitus de Provincia adveniens Lombardiam intravit. Cui cum Grimualdus cum Longobardis occurrisset et fugam simulans, tentoria [q] vacua quidem hominibus sed plena bonis maxime vino relinquens, cum Franci putantes eos metu ipsorum fugisse ad tentoria [q] pervenissent et cibo repleti potuque inebriati in nocte dormirent, Grimualdus cum suis irruens super eos pene omnes extinxit [39]

671. [r] Constantinus IV. filius Constantini imperavit annis 17. Huius tempore Sarraceni Siciliam
Gilb. invadunt et cum spoliis multis recedunt [40]. Istius etiam tempore 5. synodus celebratur Constantinopolim contra
V. 23, 118. Gregorium patriarcham 208 episcoporum. Hic [s] fuit fide catholicus et modestus, sapienti quoque usus consilio cum Arabibus, qui Damascum inhabitabant, et cum Bulgaris [t] pacem firmissimam fecit. Restauravit etiam ecclesias, que per hereticos dirute fuerant, a temporibus Eraclii proavi sui. Insurrexit preterea contra Monochelitas [u], quos pater et

a) etimoloyarum A. b) cronicas 1; cronicam 3. 8. c) Geronimi A. d) Alamania 1; Almania A. e) Sarraceni A. f) actenus A. 5. g) Magumet A. h) Eliyer 1. i) Siquidem A. k) 1248 *leg.* 8. 11. l) Lodovici A. [*]) quam s. Eligius — prefecit *des.* A. A[*]. 9. m) Elegius 1. 2. n) Monochelitarum A. *al. calam. inc.* o) negabat 1. p) *al. rursus calam. in* A. [*]) Asserunt — Romanorum *des.* A. A[*]. q) quidam 1. r) se 1. s) Sisebustus *etiam hic* 5. 8. t) Yradona A. u) 10 *leg. prius* A, *postea* 27 *sup. lin. script.* v) Insuper ven. *al. calam. in rasura* A. w) ab 1. x) *al. calam. in* A. y) consilium 1. z) *fol.* 15 *in* A. a) *sup. lin. add. in* A. b) Brictannie 1. c) hortodox A. d) *deest* 1. e) fideliter *inser.* 1. f) residisset 1. g) conabatur 1. h) disgressus 1. i) recessum 1. k) Maxencium 8. 9. 11 *et infra.* l) Mesencium *hic* A. m) ibi A. n) templum *add.* 1. o) *deest* 1. p) *al. calam. in* A. q) temptoria 1. r) *in* A *Constantinus incipit ad a.* 672, *cum quo linea rubra coniungitur, sed linea atramento ducta post ad a.* 671 *trahitur.* s) *al. calam. in* A. t) Burgaris 1. u) Mochel. *ead. man. corr.* Monach. 1; Monochelitas A *cett.*

35) Anno Heraclii 21, a. d. 622. Mahometum obiisse, cui successerit Abubacarus, Richardus narrat. 36) Hoc de destructione regni Persarum ex Richardo sumptum videtur. 37) Cf. verba Gest. pont. Vitaliani: *omnia que erant — ad ornatum civitatis deposuit.* 38) Hoc de Humaro ex Richardo, non ex Vinc. XXIII, 80 descriptum est. 39) Haec leguntur in Pauli Gest. Langobard. V, 5. 40) ex Paulo.

avus protexerant, satagens eorum opiniones delere. Pro quo et 6. universalem synodum congregavit Constantinopolim [a] 289 episcoporum, que synodus in uno Domino nostro Ihesu Christo duas naturas et duas voluntates declaravit. Huius anno primo Grimualdus Longobardus rex Beneventanorum cum nono [b] die post flebothomiam accepto archu columbam percutere nisus est, vena brachii eius disrupta est, et superponentibus medicis venenata medicamenta, V. 23, 126.
defunctus est. Huius temporibus pestilencia Tycinam civitatem adeo depopulata est, ut hominibus per iuga moncium fugientibus intra [c] prefatam urbem herbe nascerentur atque frutecta. Mortuo autem apud Constantinopolim ortodoxo ibid. 127.
augusto, filius eius Iustinianus sibi successit in imperium. Huius* etiam Constantini tempore regis Persarum Paul.
coniunx nomine Cesarea de Persida cum paucis fidelibus clam venit Constantinopolim. Ubi cum per imperatorem de sacro fonte levata fuisset, cum multum quesita fuisset et tandem inventa, ad virum redire nollet, nisi primum christianus efficeretur, ipse cum 40 milibus Constantinopolim pacifice veniens, cum omnibus baptizatus est [41]. Eo tempore Bulgari [d] V. 23, 123.
ultra Meotides paludes habitantes, ubi est magna Bulgaria [e], fines Romanorum devastabant. Quos quia Constantinus imperator superare non valuit, in confusione Romanorum pacem cum ipsis fecit annua tributa eis persolvendo*.

Iustinianus II. [g] imperavit annis 10. Iste contraxit pacem cum Sarracenis [42] decennio terra 688. [f]
marique. Hic bonus, prudens et largus, et Romanum imperium auxit nimis. Cuius gesta leguntur in Pantheon. Et condidit multas leges et ecclesiastica officia multum [h] honoravit [43]. Sed [i] circa finem suum V. 23, 132.
6. synodum, quam pater suus fecerat, infirmare nititur [k], et Sergium papam in hoc sibi resistentem et ecclesiam frustra turbare molitur. Anno igitur 10. suo Leo patricius [l] Iustinianum regno privat eumque naso et lingua privatum in exilium Cersonam relegat. Hoc tempore Beda venerabilis presbiter claret *[in Anglia]*. Circa* idem tempus sanctus
Columbanus de Hibernia [m] venit in Burgundiam*. [44].

Leo II. imperavit annis 3. Huic [o] Tyberius ab imperio pulso nasum abscidit, eoque in exilium in Cer- 697.
sonam retruso, imperavit pro ipso. Eo tempore magnum scisma fuit. Nam synodus Aquileye facta quintam [p] V. 23, 136.
universalem synodum a Iustiniano I. et Vigilio papa Constantinopolim [q] celebratam suscipere noluit, quod Sergius papa ibid. 134.
ad concordiam reduxit.

Tyberius II. imperavit annis 7. Huius tempore Gisulphus [r] dux Beneventanus [s] Ytaliam devastavit. 700. Gilb.
Tempore [t] huius Tyberii cum Iustinianus in exilio Cersone positus, populo publice assereret se adhuc imperium resumpturum, et populus zelo augusti ipsum interficere intenderet, fugit ad principem Turcorum [u], qui sibi germanam suam V. 23, 136.
tradidit in uxorem, eiusque fretus et Bulgarorum auxilio imperium recuperavit Leonemque et Tyberium imperii occupatores iugulat, tantam [v] in adversarios ulcionem exercens, ut quociens sibi a naso preciso guttam defluentem reumatis
detergeret, pene tociens aliquem adversariorum occideret.

Iustinianus II. [w] imperavit annis 6. Iste est [x] idem, qui supra privatus fuerat imperio. Sed 707.
quia tali anno recuperavit imperium, propter hoc iterato hic repetitur. Igitur Iustinianus [y] post resumpcionem imperii fidem orthodoxam amplexus, Constantinum papam ad se Constantinopolim invitat eumque venientem et redeuntem V. 23, 137.
apostolice dignitatis gloria honorat. Porro Iustinianus statuit Cersonam, ubi fuerat in exilio, evertere et congregatis omnibus navibus, quas habere potuit, per patricium suum interfecit omnes preter infantes. Cumque iterato et infantes vellet perimere, homines provincie quendam exulem Philippum [z] nomine sibi prefecerunt [a], qui Constantinopolim veniens Iustinianum cum filio peremit.

Philippus [b] imperavit anno 1 et mensibus 6. Iste fugit in Syciliam propter exercitum Roma- 713.
norum. Hic [c] cum esset hereticus [45], omnes picturas ecclesiasticas precepit auferri. Propter [d] quod Romani
ymaginem numismatis [e] sui recipere noluerunt [46].

Anastasius [f] imperavit annis 3 [g]. Hic Philippum captum oculis privavit. Iste in 715.
omnibus malus fuit. Huius [h] exercitus Theodosium [i] elegit [k] imperatorem, qui Anastasio devicto ordinavit ipsum V. 23, 144.
in presbiterum.

Theodosius III. imperavit anno 1. Iste benignus fuit et humili corde imperium tenuit. Quem [l] 718.
quidam [m] Leo potentissimus de imperio deposuit. Qui post clericus factus residuum vite deduxit in pace. V. l. c.

Leo III. cum Constantino filio suo imperavit annis 25. Huius tempore Sarraceni Constantinopolim 720. Paul.
venerunt, et tribus annis civitatem obsidentes, abscesserunt et inde bona multa abstulerunt. Anno [o] Leonis 4. V. 23, 148.
Lupandus Longobardorum rex audiens, quod Sarraceni, depopulata Sardinea [p], loca [q] illa in quibus ossa beati Augustini erant dehonestarent — que propter Sarracenorum vastacionem de Ypona illuc usque delata fuerant — legatos ibi direxit.
Qui dato multo auro preciosas illas reliquias secum detulerunt [r] usque Ianuam, ubi prefatus rex personaliter occurrens

a) Constantinopoli *hic* A. b) undecimo *ead. manu corr.* VIIII. 1; nona 5. c) inter 1. *) Huius — persolvendo *des.* A. A*. d) Burgari 1. e) Burgaria 1. f) 689 *leg.* A*. g) secundus *add.* 6. 9—11. h) ornavit *inser.* 1. i) *al. calam. in* A. k) nittitur 1. l) papa tercius 6; Gregorius papa tercius 11. *) Circa — Burgundiam *des.* A. A*. m) Hisbernia 1. n) secundus *add.* 6. 9. 11. o) *al. calam. et rasura in* A. p) quinta 1. q) Constantinopolim *corr.* poli A. r) Gisilphus 1. 7; Gysilphus A. s) totam *inser.* A. t) *fol.* 16 *et al. calam. in* A. u) Turorum 1. v) tamtam 1. w) *sic in cod.* A *radendo ex* III. x) *al. calam. et rasura in* A. y) Iustinianus *deest* 1. z) Philipum 1. a) sibi prefecerunt *in marg.* A. b) secundus *add.* 3. 6. 8. 11. c) *al. calam. in* A. d) *al. rursus calam. in* A. e) numisitatis 1. f) secundus *add.* 3. 6. 9; tercius 2. g) 7 *leg.* 1. h) *al. calam. in* A. i) Theodosium A. k) eligit 1; eligens A. l) *al. calam. in* A. m) quidem 1. n) tercius *add.* 6. 9. 10. 11. o) *al. calam. in* A. p) sardinia A. q) loco 1. r) deferentes A.

41) Eadem narratio in cod. A. sub Deodato papa. 42) Talia leguntur apud Gotifredum sub hoc Iustiniano II. 43) De Iustiniano II. in Pantheo Gotifredi perpauca, minime talia leguntur. At patet Martinum hoc loco Iustinianum II. confudisse cum primo Iustiniano, de quo Pantheon revera talia narrat. Verba *condidit leges*, quibus noster iam supra de Iustiniano I. usus est, Gilberti sunt. 44) Hoc confuse ex Vinc. XXI, 102 desumptum videtur, qui hoc sub imperio Iustini II. narrat. 45) *cum esset hereticus* Vinc. XXIII, 138. 46) secundum Paulum.

cum magno gaudio et devocione ipsas[a] Papiam deferens in ecclesia beati Petri apostoli, quam ipse extruxerat, honorifice
V. 23, 145. collocavit. Huius Leonis tempore Ritbodus[b] dux Frisonum ad predicacionem Wolframmi[c] Senonensis[d] episcopi adductus ut baptizaretur, cum unum pedem lavacro imposuisset, alterum retraxit querens, ubi plures maiorum suorum essent: in inferno vel in paradiso, et audiens, quod in inferno, intinctum etiam pedem[e] retraxit: *Lecius est,* inquiens, *ut plures quam pauciores sequar.* Et ita ludificatus a diabolo, cum sibi multa bona in annos plurimos promitteret, tercia die subita morte
ibid 149. extinctus fuit. Hic Leo imperator a quodam[f] refuga fidei seductus, contra ymagines Dei et sanctorum bellum indicit[g] easque ubique deponi et incendi iubet, pro quo errore[h] eum Gregorius papa in scriptis, sed in vacuum, multum redarguit. Constantinopolitani quoque pro deposicione ymaginum contra ipsum tumultuantur[i], aliqui etiam pro[k] hoc martirizantur.
ibid. 151. Paul. Hoc Leone in perfidia[l] mortuo succedit filius Constantinus. Tempore* hoc in Constantinopoli 300 milia hominum pestilencia perierunt. Circa idem tempus quidam Syrus Pseudochristus apparuit et multos Iudeorum seduxit. Eodem tempore gens Sarracenorum per mare angustum transiens totam Hyspaniam occupavit, et cum post 10 annos et Aquitaniam occupare voluisset, Karolus Marcello[m] cum eis bello congrediens, plus quam 300 milia de eis extinxit, perditis 1500 tantum de suis [47].*

742.[n] V 23, 151. Constantinus V.[o] Leonis filius imperavit annis 35. Hic impietatum patrum successor legumque a patribus traditarum[p] persecutor omni tempore vite sue maleficiis et magicis deserviens, luxuriis operam dedit; et multi clerici et laici et monachi per ipsum in fide periclitati sunt. Habebat etiam sibi consencientem in omnibus Anastasium
ibid. 154. Constantinopolitanum falsi nominis patriarcham. Huius anno 8. Rachis Lombardorum rex dum rupto federe Romanos inquietare nititur[q], a Zacharia papa non solum a malo reprimitur[r], sed etiam eius instinctu[s] cum uxore et filiis Romam
ibid. 156. veniens monachus efficitur. Cui Arstulphus frater in regno succedit. Anno vero ipsius 11. Arstulphus rex Longobardorum tributum exigit a Romanis, et papa Stephanus auxilium Pipini nititur[q] invocare. Anno Constantini 12. Pipino
ibid. 158. Lombardiam ingresso, Arstulphi exercitus a Francis vincitur. Iste Constantinus, convocata Constantinopoli synodo, precipiens deposicionem ymaginum ecclesiam Dei gravissime scandalizat. [Omnes enim ymagines tam Christum quam alios sanctos representantes mandavit deponi[t]]. Nec* non infectus demonum incantacionibus, sacrificiis sacrilegis ac monachorum perempcionibus sic ecclesiam Dei persequitur, quod etiam vesaniam Diocleciani persecutoris quondam ecclesie transcendere videbatur*.

754. Item[u] Constantinus V. cum filio suo Leone[v] et cum Pipino rege Francorum et patricio Romanorum eiusque filiis Karolo[w] et Karolomanno[x] imperavit annis 16. Et[y] quia[z] hic incidit[a] historia Pipini, ut sciatur quis fuerit iste Pipinus, genus per ordinem disseremus[b]. Mortuo primo Pipino principe Francorum, qui fuit sub rege Francorum[c], factus est princeps filius eius ex concubina Karolus[d]
V. 23, 149. dictus Martello[e. 48]. Hic fuit bellicosissimus: Saxones armis subiugat, devicit Lanfridum Alamannorum ducem, et Alamanniam[f] fecit sibi vectigalem. Suevos[g] quoque et Bavaros debellat et Eudonem ducem Aquitanie, et sic sibi tandem Aquitaniam Burgundiamque subicit[h]. Cumque instarent sibi bella multa, ecclesias spoliat, decimas militibus conferendo,
ibid. 150. propter quod sanctus Eutherius[i] episcopus Aurelianensis post animam ipsius in inferno vidit. Eodem tempore Hildericus regnat in Francia totus deses et[k] remissus nichilque in regno nisi nomen habebat. Karolus Martello[l] victoriosissimus[m] post moritur et in Sancto Dionisio sepelitur. Sed post aliquod tempus in tumba ipsius nichil penitus de corpore nisi
Ger. 2, 18. solum unus maximus serpens invenitur. Huius principatus heredes facti sunt Karolomannus[n] et Pipinus. Karolomanno tamquam primogenito cessit Turingia et Austria, Pipino vero minori Burgundia et Provincia. Sed Karolomannus anno principatus sui quinto[49] devocionis causa ad limina apostolorum visitanda Romam adiit ibique coram Zacharia[o] papa mundo renuncians est[p] ab eo tonsus in clericum et factus monachus, cessit in montem Syrapti. Factoque ibi cenobio in honore sancti Silvestri et alio monasterio sancti Andree non longe ab eodem monte ipsis bene dotatis ibidem religiose est conversatus. Sed cum multi Francorum et Theotonicorum[q] Romam venientes, ipsum[r] inquietarent, transiit[s] ad montem Cassinum[50] ibique post laudabilem
V 23, 151. vitam quievit in Christo[51]. Eodem tempore claret sanctus Bonifacius Maguntinus archiepiscopus, qui in silva Boetania[s*] cenobium Vuldense[t] fundavit in partibus Germanie, quod[u] ceteris monasteriis preclarius extat. Abbas eciam illius loci in curia imperatoris magni honoris habetur[v]. Pipinus vero, fratre suo Karolomanno[w] monacho existente,
ibid 154. solus gubernabat Francorum principatum et maior domus dicebatur et misit ad Zachariam papam, quis pocius rex deberet esse, an ille qui ocio deditus solo nomine regnabat, vel ille qui omne pondus regni sustentabat. Cui cum papa respondisset, quod ille pocius qui utilius regni gubernacula ageret, Franci mox, incluso rege suo Hilderico et uxore sua in monasterio, Pipinum regem sibi constituunt. Quem sanctus Bonifacius Maguntinus archiepiscopus iussu
Got. pape in regem unxit[x]. Interim Zacharias papa moritur et Stephanus in papam consecratur. Huius[52] tempore Arstulphus[52*]

a) *deest* A. b) *sic* A; Rysodus 1; Ricbodus 7; Ricboldus 3; Rutolfus 2; *al. al.* c) Velfrannii 1. d) senocensis 1. e) pedem *in marg. al. calam. in* A. f) quadam 1. g) inducit 1. h) herrore A. i) tumulantur 1. k) propter 1. l) persida 1. *) Tempore — suis *des.* A. A*. m) *sic* 1. 2. 3. 7. 8; Macello 6; Martello 4; Marcellus 5. 9; Martellus *sol.* 11. n) *Constantinus in* A *prius ad a.* 745. *incepisse videtur, ad quem annum adhuc lineae rubrae fragmenta tendunt;* 741. *leg.* 2. o) quintus *add.* 6. 10. 11. 21; quartus 17. p) traditorum 1. q) nittitur 1 *saepius.* r) reprimuntur 1. s) intinctu 1. t) *uncis inclus. add.* C *exceptis* 6. 7. *) Nec — videbatur *des.* A. A*. u) *fol.* 17 *in* A. v) Leone fil. suo A. w) Karulo A. x) *sic* 3. 7; Karlomanno 9; Karulomagno A; Karolomagno 1. 2 *etc.* y) *al. calam. intermissa una linea in* A. z) quia *deest* 1. a) incipit 1. b) diceremus *rasura corr.* dicemus 1; dissceremus A. c) qui fuit sub rege Franc. *des.* 6. 9. 11. d) Karulus A. e) *sic* A. 11; Marcello 1. 2. 3. 7. f) Almanniam A. g) Suenos 1. h) subcit A. i) Euterius 1. k) *bis in* A. l) *sic* A. 11; Marcello 1 *cett. ut supra.* m) *eadem manu in marg.* 1. n) *sic hic et infra etiam* A. 2. o) coronam a Zach. 1. p) est *sup. lin. add. in* A. q) Theutonie A. r) ipsam *corr.* 1. s) transit 1. s*) *i. e.* Buchonia. t) Ultense 1. u) qui 1. v) *hic textus in* A *interrumpitur Leone IV. qui in rasura scriptus est.* w) Karolomagno 1. x) *hic textus in* A *interrumpitur Constantino VI. in rasura scripto.*

47) secundum Vinc. XXIII, 148. 149. 48) Hoc forte secundum Benedictum c. 22 seu Gotifredum p. 434. 49) *post annos quatuor* Gotifredus p. 436. 50) *devocionis — Cassinum* ex Vinc. XXIII, 154 et Benedicto c. 18* contexta sunt. 51) Et Vincentius et Benedictus c. 19 Karolomannum Viennae obiisse narrant. 52) Sequentia usque ad verba *Franciam est reversus* ex Vinc. XXIII, 156. 158 et Benedict. c. 17. 20 contexta sunt. 52*) ubique Aystulfus legendus.

rex Longobardorum per quosdam pessimos Romanos inductus, Tusciam occupando et vallem Spoletanam, usque Romam pervenit, ecclesias ubi sanctorum corpora quiescebant et alia loca sacra igne et ferro devastando et de uniuscuiusque capite censum repetendo. Papa Stephanus tantam hominum et ecclesiarum afflictionem cernens, personaliter ivit in Franciam ad Pipinum et ut Arstulphum regem reprimeret, secum[a] in Ytaliam[b] et usque Romam perduxit. Tunc et in patricium Romanorum[c] Pipinus est electus[53]. Et Arstulpho rege Longobardorum manu forti compresso, restitutis iuribus Sancti Petri[54], Pipinus in Franciam est reversus. Arstulpho mortuo Desiderius[d] rex Longobardorum efficitur[55]. Eo etiam tempore corpus sancti Viti martiris V. 23, 158. per abbatem Sancti Dionisii Fulcandum[e] nomine a Roma defertur in Franciam. Finito bello Aquitanico in Avernia[f] et in Gasconia[g], moritur Pipinus et apud Sanctum Dionisium tumulatur*. Hiis* temporibus imperator Constan- ibid. 161. tinopolitanus fere solo nomine tantum imperabat, quia in oriente et meridie quasi totum principes[h] Sarracenorum occupaverant. Propter quod et ecclesia fidelium, eo quod Magumeth[i] blasphemabat, multam persecucionem sustinuit, et quam plurimos de christianis Sarraceni interfecerunt*.

Leo IV.[l] imperavit annis 5 per se. Hic cum insaniret cupiditate, concupivit cuiusdam ecclesie coronam habentem carbunculos. Quam cum portaret in capite, febre correptus moritur. 777.[k] V. 23, 171.

Constantinus VI.[m] filius Leonis cum Yrene matre sua imperavit 10 annis. Sed quia matrem privavit imperio, ipsa rancore stimulata femineo, filium exoculans, imperat 3 annis[n]. Constantinus vero ante excecacionem sine matre imperavit 5 annis. Huius[o] Constantini primo anno quedam aurea lamina in Constantinopolim[p] in quodam sepulchro cum quodam defuncto ibidem iacente inventa est cum hac scriptura: *Christus nascetur ex virgine Maria et credo in eum; sub Constantino et Hyrene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.* Horum imperii anno 8. facta est[q] secunda synodus Nicena 350 sanctorum patrum, in qua affirmatum est Spiritum sanctum a Patre et Filio procedere. Hiis* temporibus sol 17 diebus obcecatus non apparuit, ita ut multi dicerent propter excecacionem pii imperatoris hoc contigisse. Yrene autem, ut securius regnaret, oculos filiorum Constantini filii sui fecit evelli, ne quid mali adversus eam propter patris excecacionem, quam mors secuta fuerat, machinarentur*. 782. V. 23, 176. ibid. 172. Rich. V. 23, 176.

Nycephorus[s] imperavit[t] in Constantinopoli annis 9. Quibus temporibus imperium orientale quasi ad nichilum devenerat. 799.[r] Rich.

Michael imperator imperavit[u] annis 2. Vir orthodoxus et amabilis omnibus. Qui* omnes, quos leserat avaricia Nycephori, consolatus est ipsos ditando. Omnes etiam qui adversabantur orthodoxe fidei conabatur extinguere*. 800. Rich. ibid.

Karolus I.[v] Magnus imperator accepit imperium Romanorum et imperavit annis 14, mense 1, diebus 4. Hic existens rex Francorum, antequam esset imperator, precibus pape Adriani vocatus fuit et obsedit Longobardos in Papia, ubi cepit Desiderium regem et uxorem eius, quos captivos duxit in Franciam. Qui veniens Romam confirmavit omnia que pater eius Pipinus dederat beato Petro apostolo adiuncto ei ducatu Spoleti et Beneventi[w] et ob rogatum Romanorum factus est imperator. Huius tempore comites et palentini[x] Rolandus[y] et ceteri Sarracenos in Hyspania devicerunt. Sed prodicione Ganelonis[z] comitis mortui sunt[56]. Hic[a] subactis Saxonibus et aliis Germanis[b] et pene tocius occidentis regionibus, Colonie trans Renum duos pontes construxit[c]. Hic barbam ad[d] pedis longitudinem deferens cibo potuque temperatus[e] fuit. Filios suos, quam cito etas paciebatur, faciebat[f] equitare, armis intendere, filias vero lanificio assuescere coloque ac fuso, ne per ocium torpescerent. Regnum quoque Francorum, quod post patrem suum Pipinum regendum susceperat, quam plurimum ampliavit. Christianum cultum summa pietate semper excoluit. Romam veniendo de equo ad miliare descendit, et pedes eundo per Urbem, omnium ecclesiarum postes humiliter deosculatus fuit ac* etiam tunc in Urbe monasteriis et ecclesiis multa munera largitus fuit. Hic etiam solitus erat, cum se de nocte in lecto deponeret, ad caput suum pennam et incaustum cum pergameno reponere, ut si in stratu aliquid utile futuro tempore faciendum cogitatu occurreret, ne a memoria laberetur, scriberet vel signaret*. Hic etiam percipiens[g] Terram Sanctam occupatam[h] a Sarracenis, legatis patriarche Ierosolimitani et Constantini imperatoris Constantinopolitani receptis, Terre Sancte compaciens cum magno exercitu illuc usque pervenit et recuperata terra, cum per Constantinopolim rediret, auro argentoque et gemmis preciosis a Constantino inperatore exhibitis[i], cum nollet recipere, solas Christi et sanctorum reliquias postulavit, premissoque ieiunio et oracione, recepit de corona Domini partem, que tunc ipso cernente floruit, et clavum unum passionis Domini, partem crucis dominice, sudarium Domini et camisiam beate Marie et brachium sancti Symeonis, que 801. Gilb. V. 23, 172. V. 24, 1. ibid. 2.

* et Karolus[k] Magnus filius eius in regem substituitur[l].

a) secum *deest* 1. b) Ytalia 1. c) *hic* tunc *in marg. add. in* A, *quod superius omissum.* d) successit et *inser.* 1. e) Fulchaudum 1. f) Advernia 1; Alvernia 6. 8. 9. g) Vasconia 1. *) Hiis — interfecerunt *des.* A. A*. h) princeps S. occupat 1. i) Machometum 6. 17. 21. k) *sic* A. A*; 778 *leg.* 2. 3. l) *numerus adest* 2, *deest* A; *hic imperator totus in rasura textum Constantini V. interrumpit in* A. m) *numerus deest in codd. melior.;* sextus 8—11. n) Constantinus — annis *in rasura textum Constantini V. interrumpunt in* A. o) *al. calam. in* A. p) Constantinopoli A. q) est *deest* 1. *) Hiis — machinarentur *des.* A. A*. r) 797 *leg.* A*. s) Nicephorus A. t) imp‖erat *al. calam. in* A. u) *al. calam. in* A. *) qui — extinguere *des.* A. A*. v) *fol.* 18 *in* A. w) Boneventi 1. x) comites palentini 1; comites palatini 2. y) Rotlandus A. z) Samonis A. a) *al. calam. in* A. b) Germanibus 1. c) construsit A. d) a A. e) temperatissimus 8 — 11. f) *deest* 1. *) ac — signaret *des.* A; Hic etiam — signaret *des.* A* *et* C *exceptis* 6. 7. g) etiam percip. *des.* 1. h) Hic eciam cum terra sancta occupata esset A. i) exibitis A. k) Karulus A. l) et Karolus — substituitur *des.* 1.

53) Neque Vinc. neque Benedictus narrant Pipinum tunc patricium electum esse; forte hoc noster hausit ex lemmate apud Gotifredum p. 437. 54) *Sancto Petro quecunque erant sui iuris restitui fecit* Vinc. XXIII, 158. 55) *Arstulpho — efficitur* forte indidem. 56) secundum Vinc. XXIV, 18 sq.

omnia[a] comitantibus multis miraculis secum detulit et in Aquisgrani[b] in basilica sancte Marie, quam construxerat[c], recondidit [57]. Ad numerum etiam elementorum[d], id est litterarum in alphabeto[e], cenobia fundavit, et in unoquoque per ordinem unam litteram de auro fabricatam plus quam 100 librarum Turonensium valentem reliquit, ut ex ordine litterarum tempus fundacionis uniuscuiusque monasterii cognosceretur. Que littere adhuc in plerisque monasteriis reperiuntur. Hic* etiam 4 archiepiscopatus, videlicet Trevirensem, Coloniensem, Maguntinensem et Salzburgensem[f] diviciis ac honoribus ampliavit*. Karolus[g] vero,
Rich. filio suo primogenito[h] Ludovico coronato, plenus bonis operibus moritur et Aquisgrani[i] in basilica sancte Marie, quam ipse construxerat[k], honorifice sepelitur. Ante* vero quam moreretur, advocatis ecclesiarum prelatis quos habere potuit, omnes thesauros eis tradidit per ecclesias distribuendos*.

815. Ludovicus I.[l] cum Lothario filio suo imperavit annis 25. Hic filius magni Karoli habuit duos fratres, unum qui[m] Theotoniam[n], alium qui Hyspaniam regebant, et ambos superavit. Qui in ultimo malum finem habuerunt. Hic[o] habuit tres filios, videlicet Lotharium, Pipinum et Ludovicum[p]. Primum [58] scilicet Lotharium[q] cesarem fecit, cui etiam Ytaliam regendam conmisit, secundum scilicet Pipinum Aquitanie regem fecit, tercium
V. 24, 27. vero scilicet Ludovicum[r] Bavaris et Germanis regem et principem concessit. Hoc tempore legati Michaelis imperatoris Constantinopolitani tulerunt imperatori Ludovico inter cetera munera libros sancti Dionisii, qui cum magno gaudio
ibid. 28. sunt recepti. Eo tempore floruit Rabbanus monachus[s] abbas Vuldensis[t], poeta magnus et in sciencia theo-
ibid. 33. logie preclarus. Hiis diebus Heneldus rex Danorum cum uxore et filiis et magna parte Danorum Maguncie baptizatur.
ibid. 35. Hoc etiam tempore Lodoicus rex Germanie 14 duces Boemorum cum subsequacibus[u] baptizari fecit et in fide christiana edoceri[v]. Lodovicus imperator cum Pipino rege Aquitanie et Ludoico rege Germanie
ibid. 34. Britanniam[w] invasit et ipsam ferro et igne totam devastavit. Sed post contra Ludovicum imperatorem filiorum eius et optimatum oritur maxima conmocio. Sed imperator plures optimates *[sibi adversantes alios propriis bonis privavit, alios]* exulavit et ex hoc optimates et filios plus contra se provocavit. Post hec malicia quorundam[x] actum est, ut etiam consensu Romani pontificis et etiam episcoporum nec non et procerum iudicio pius imperator
ibid. imperii deponeret dignitatem, siquidem et populus iam a patre recesserat filiis adherendo. Sic pius imperator a suis proditus et traditus, in potestatem filiorum redactus arma deponit et recluditur, sed Domino disponente eodem anno populus de facto imperatoris penitens eum[y] pristino honori restituit; filiique eius exposcunt
ibid. veniam pro conmisso. Eo tempore ossa beati Viti martiris de Parisius transferuntur in Corbeiam Saxonie monasterium multum sollempne. Unde testati sunt ipsi hoc in presagium contigisse, quia ab illo tempore gloria Francorum quantum ad imperium translata est ad Saxones. Eodem tempore Normanni, qui idem sunt quod Norveni, Galliam graviter infestant. Ludovicus autem imperator postquam omnia, que Constantinus Romane ecclesiae contulerat, confirmaverat, venienti ad se filio suo Lothario reconciliatur eique coronam imperii relinquens, diem
ibid. 27. clausit extremum. Huius* tempore in territorio Tullensi puella annorum 12 post sacram conmunionem a sacerdote in pascha susceptam per 6 menses[z] pane et aqua, deinde ab omni cibo et potu per triennium abstinuit. Huius etiam tempore in Gallia ante solsticium estivale magna tempestate exorta[a] cum grandine, ingens fragmentum glaciei cecidit, cuius latitudo 6 pedum et longitudo 15 et altitudo duorum fuit. Strabus discipulus Rabbani[b] claret, qui librum ad Ludovicum imperatorem de officio ecclesie scripsit*.

840. Lotharius I.[c] imperavit annis 10. Huius tempore Sarraceni funditus ecclesias beatorum apostolorum Petri et Pauli cum omnibus Romanorum finibus dilapidati sunt, qui postea in Affricam, unde venerant, redeuntes in alto pelago dimersi sunt [59]. Hic[d] senior filius Ludovici solus usurpat imperium[e]. De
V. 24, 35. hoc alii duo fratres sui dolentes contra ipsum parant bellum et in pago Altisiodorensi convenientes, tanta cedes utrimque facta est, qualis nunquam facta est ante in gentem Francorum. Et cum ipsorum vires adeo attenuate essent, ut adver-
Bened. sariis resistere non possent, pacem inter se fecerunt regna dividendo, imperio tamen Lothario[f] remanente. Tunc exiit fama in Affricam[g], in[h] Hyspaniam de pugna horum trium fratrum pro imperio, et ideo Sarraceni[i] et alie diverse gentes, quomodo Romanum imperium invadant, contendunt. Huius tempore Normanni de mari per Ligerim Galliam intrantes pene totam ferro et[k] igne devastant [60]. Saxones etiam ex alia parte se imperio opponendo Galliam ferro et igne devastant [61].

850. Item[l] Lotarius cum Ludovico[m] filio suo imperavit annis 5. Lotharius[n] vero 15. imperii sui
V. 24, 37. anno, partito inter filios regno[o], renunciavit seculo et in Promia[p] monasterio, suscepto habitu monachali, non multo post obdormivit in Christo. De* cuius anima maxima inter angelos et demones altercacio fuit, ita quod eciam cunctis assisten-
ibid. 36. tibus corpus distrahi videbatur. Sed monachis orantibus demones sunt fugati. Anno Lotharii 9. sancta Helena Constantini mater, Rome in ecclesia sanctorum Marcellini[q] et Petri sepulta, in Franciam transfertur et in diocesi Remensi cum magna veneracione excolitur*.

a) cum *inser.* A. b) *post corr.* granis 1. c) extruxerant A. d) helem. A. e) litt. alphabeti 1. *) Hic — ampliavit *des.* A. A*. f) Saluburgensem 1. g) Hic A. A*. h) *deest* A. A*. i) granis *manu post.* 1. k) in basil. — construxerat *des.* A. A*. *) Ante — distribuendos *des.* A. A*. l) Lodoycus A. m) que 1. n) Theuton. *semper* A. o) *al. calam. in* A. p) Lodvicum A. q) Lothorium A. r) Ludvicum A. s) abbas monachus 1. t) *sic* 3. 7. 8; midensis 1; Valdensis A; Waldensis 5. u) subsequentibus 1. 2; suis *add.* 1. v) fecit *add.* 1. w) Brictaniam 1; Brittaniam A. x) corundam A. y) *deest* A. *) Huius — scripsit *des.* A. z) in *inser.* 1. a) extorta 1. b) Romani 1. c) primus *add.* 6. 9—11. 21. d) *al. calam. in* A. e) et *inter.* 1. f) Lathario A. g) Africam A. h) $\bar{y}$ A. i) Sarac. 1. k) *deest* 1. A. l) Idem 1; *prior rursus calam. in* A. m) Lodoyco A. n) Lothorius A *al. rursus calam.* o) *fol.* 19. *in* A. p) *sic* A. 3. 7; Prumia 2; Provincia 1. *) De — excolitur *des.* A. A*. q) Marcelli 1.

57) Haec de peregrinatione et de reliquiis sec. Vinc. XXIV, 4. 5. 58) secundum Gotifredum. 59) Hic Sarracenorum incursus et interitus a. 846. tempore Sergii II. papae facti hausti sunt ex Gestis Leonis IV. cuius verba nonnulla repetuntur. 60) Hoc de Normannis ex Gotifredo p. 436. 61) Haec de Sarracenis et de Saxonibus ex Benedicto c. 25.

Ludoicus[a] II. imperavit annis 21. Iste habuit prelium cum Romanis. Hic[b] fuit Lotharii 855
filius a Sergio papa in regem coronatus et 21 annis[c] sine patre regnavit. Huius tempore corpora sanctorum V. 24, 37.
martirum Urbani pape et Tiburcii Altisiodorum dicuntur[d] translata et in ecclesia sancti Germani deposita.
Per idem tempus Normanni Aquitanie terminos repetentes, Andegavis[e], Turonis[f], Pictavis[g] devastant[h]. Quibus
Ranulphus[i] dux Aquitanie occurrens perimitur, et ceteri a Normannis tamquam oves a lupis consumuntur.
Huius etiam tempore[k] gens Danorum Angliam devastat, regemque piissimum et christianissimum illius provincie Aymundum ibid. 40.
capitali sentencia condempnat. Eodem etiam tempore in Brissia[l] Ytalie tribus diebus et tribus noctibus sanguis de celo ibid. 41.
pluisse[m] fertur. Huius Ludovici[62] filius Karolus[n] iunior per tres dies in presencia patris et optimatum vexatus est ibid. 40.
a demone et in ipsa vexacione fassus est, hoc sibi accidisse[o], quia contra patrem conspiracionem tractaverat[p]. Ludovicus ibid. 42.
in Ytalia moritur, et Karolus patruus eius in imperatorem sublimatur. Huius Ludovici tempore regem Francorum ibid. 40.
Karolum domestica cura in filiis afflixit. Nam Karolomannum[q] usque ad diaconatus ordinem promotum pater cepit et
excecavit pro eo quod ad apostasiam conversus, omni genere nocendi regnum perturbans, alter Iulianus effectus fuerat.
Porro alter filiorum Karolus dum cum quodam fortitudinem suam voluisset experiri, incaute peremptus periit. Huius[*] ibid 42.
tempore Iohannes Scotus doctissimus in scripturis in Franciam venit, et rogatu Ludovici Iherarchiam Dionisii de
Greco transtulit in Latinum, qui postea per discipulos, quos docebat, stilis[r] confossus mortuus est[*].

Karolus II. imperator imperavit anno 1[s] et mensibus 9. Huius tempore Sarraceni per- 876.
diderunt Syciliam. Hic[t] Karolus[u] Calvus dictus Romam properat, et Iohannem papam ac Romanos per munera V. 24, 42.
sibi attrahens imperator efficitur. Sed statim a Ludovico[v] fratre suo bellum contra ipsum paratur, eo quod se inconsulto
imperium usurpavit. Hic Karolus tam in Francia quam in Ytalia multa monasteria et ecclesias construxit vel destructas ibid 43.
reparavit. Suo tempore comitatus Flandrie exordium habuit. Flandria enim ante non erat tanti nominis nec opulencie ibid. 42.
sicut modo[w], sed a regum Francorum forestariis regebatur. Imperator vero cum a Galliis[x] in Ytaliam per- ibid. 44.
geret, per quendam Iudeum Sedeciam[y] nomine pocionatus, in Alpibus diem clausit extremum. Iste in Compendio ibid. 43.
monasterium sancti Cornelii fundavit. Hoc oppidum cogitaverat facere ad instar Constantinopolis et nomine suo iam
appellaverat Kariopolim.

Karolus III. imperator, qui dicitur Grossus vel iunior[z], imperavit annis 12[a]. Huius 882.
tempore maxima fames fuit fere per totam Ytaliam. Hic[b] Galliam et Germaniam pacifice possidens,
anno secundo imperii sui a Iohanne papa coronatur. Hiis diebus plus quam 5 milia Normannorum a Gallicis perimuntur. ibid. 47. 44.
Demum Normanni, Danis sibi adiunctis, Franciam et Lotoringiam pervagantes igne ferroque multas civitates consumunt, ibid. 47.
sicut Coloniam, Leodium, Tungris, Ambianis et Treverim et quam plurimas alias. Cumque Galli et Germani sic se a
Normannis paganis opprimi cernerent, Karoli imperatoris auxilium invocant et dum[c] cum manu potenti
contra Normannos venisset[d], rex Normannorum, facta pace per matrimonium, baptizatus est et per imperatorem de sacro
fonte susceptus. Et tandem, cum non posset ipsos de Francia expellere, concessit eis regiones que ultra Secanam erant, ibid. 48.
que pars usque hodie dicitur Normannia a Normannis. Primus dux Normannorum fuit Robertus; genuit autem Gilhelmum, ibid. 53.
Gilhelmus vero Richardum, Richardus secundum Richardum[e] *[et ille tercium Richardum]* et Robertum Guischardi. Hic
Apuliam et Syciliam et Calabriam devicit, Venetos quoque et Alexium imperatorem Grecorum superavit. Qui Robertus
genuit Gilhelmum notum[63]. Karolus vero imperator deficiens corpore et spiritu ab optimatibus regni repudiatur. Hic ibid. 51.
ante modicum tempus zelatus uxorem suam pro eo quod plus iusto familiariter ageret cum Vercellensi episcopo
protestatur se nunquam ipsam cognovisse[f]. Illa vero virginem se esse gloriata, accepto repudio monasterium intravit.
Hiis diebus gens Ungarorum a Scicia egressa et a Pincernatis[g] propulsa in Pannoniam primitus venit et, eiectis inde Got.
Avaribus, ibi usque hodie permansit. Hec gens illo tempore adeo inculta fuisse narratur, ut carnibus crudis ad cibum,
humano vero sanguine uteretur ad potum, quemadmodum et Phalangi, qui ultra Ruthenos morantur.

Arnulphus imperavit annis 12. 900.[h]

Hic[i] Normannos, qui Gallia vastata Lotharin- *[Hunc pene omnes cronice obmittunt, forte* V. 24, 53.
giam et Dardaniam[k] circa Leodium et circa Magun- *propter miserabilem vitam suam et exitum, quia longa*
ciam vastabant, incredibili plaga prostravit, et tunc cepit iugum Normannorum et Dacorum cessare, qui *egritudine tabescens, nulla arte medicinali poterat*
40 annis Galliam vastaverant. Demum[l] imperator *adiuvari quin a pediculis consumeretur*[n].] ibid. 57.
Arnulphus longa infirmitate tabefactus nulla arte medicinali[m] poterat adiuvari, quin a pediculis consumeretur.
Arnulpho succedit filius eius Ludoycus, sed ad coronam imperii non pervenit. Unde ipse
fuit finis imperii quantum ad posteritatem Karoli, culpis exigentibus, quia ecclesias, quas
patres eorum extruxerant, non fovebant, sed pocius dissipabant.

Lodoycus III. imperavit annis 6.[o] Istius tempore ceperunt Ytalici imperare. Exempto enim imperio 902.
a Francis, fertur ad Ytalicos secundum sentenciam Romanorum, quia Francigene non adiuvabant Romam contra Longo- Gilb.
bardos rebellantes et[*] multas ipsis iniurias inferentes, propter[p] quam causam tempore istius Lodoyci dividi
cepit[q] imperium[*]. Quidam enim[r], sicut infra patebit[s], tantum in Ytalia et quidam tantum per Alamanniam

a) Lodoycus A. b) *al. calam. in* A. c) anno 1. 3. 5. A; annum 2. d) dicunt 1. e) Andegavēn 1. f) Turonēn 1. g) Pictavium 1. h) *deest* A. i) Ranunphus A. 6. k) ipse A. l) Brixia A *et cett.* m) pluitse A. n) Karulus A. o) contigisse 1; ideo *add.* A. p) fecerat 1. q) Karolum magnum A. *) Huius — est *des.* A. A*. r) telis 1. s) 5 *leg.* 1. t) *al. calam. in* A. u) Karulus *passim* A. v) Ludvic. A. w) est *add.* 1. x) Galiis A. y) Sedaciam 1. z) vel iunior *sup. lin. add. al. calam. in* A. a) 12 *in rasura in* A. b) *al. calam. in* A. c) *deest* A. d) venissent 1. e) Ricardum A. f) cognoscere 1. g) pincerna 1. h) *sic* A; 899 *leg.* 3; 894 2. A*. i) Hii 1. k) Arduennam *cum Vinc. sol.* A*. l) *hoc loco habet* 5 *similia* A: Hunc Arnulphum pene — consumeretur. m) medicabili 1; medicabilis 11. n) Arnulfus — consumeretur *in* A *calam. nimis fugitivo postea add. sunt.* o) 4 *leg. male* A. *) et — imperium *des.* A. p) per *post corr.* propter 1. q) *post. corr.* incepit 1. r) Et quidam extunc A *al. calam. incip.* s) patebat *corr.* patebit 1; patet A.

62) Verba *Germanorum regis*, a Vincentio apposita, negligenter omissa sunt. 63) i. e. nothum.

Got. imperabant usque ad Ottonem I, qui[a] cepit utrobique imperare[b], Iste Lodoycus Berengarium, qui tunc regnavit[c] per Ytaliam[d], fugavit et cum pro ipso regnaret, Verone capitur et excecatur, et Berengarius imperio restituitur.

908. Berengarius I.[e] imperavit annis 4. Iste prudens[f] in armis, habuit bellum cum Romanis.

910. Rich. Hoc[g] tempore a Guillelmo[h] pio principe Burgundie Cluniacense monasterium fundatum est.

912.[i] Conradus[k] Alemannus[l] imperavit annis 7 *[in Almannia[m]]*. Tamen inter imperatores non

V. 24, 62. numeratur, quia non imperavit in Ytalia et ideo caruit benedictione imperiali[64]. Huius tempore Sarraceni Apuliam[n], Calabriam et pene totam Ytaliam devastant. Anno 7. Conradus rex moriens coram principibus regni regem designat Henricum filium Ottonis[o] ducis Saxonum.

916.[p] Berengarius II. imperavit annis 9 in Ytalia[q].

920. Henricus[r] rex[s] imperavit annis 18, et hoc per Alemanniam.

Unde nec ipse inter imperatores conputatur, quia non regnavit in Ytalia[t] nec fuit per papam

V. 24, 63. coronatus. Huius tempore Spitigneus dux Boemorum ad fidem convertitur et licet fuerit neophitus, pre ceteris tamen iuste ac religiose principatur. Post quem[u] Wenceslaus[v] filius eius iusticia et sanctitate preclarus, cui frater suus Boleslaus piis et sanctis ipsius actibus

ibid. 69. invidens inique adversatur. Et post primo anno primi Ottonis[w] ab eo occiditur usurpando principatum. In cuius ulcionem Otto imperator Boleslaum per bellum aggreditur et per 14 annos eum inpugnans, cum magna ruina suorum ipsum superavit, Boemiam totam devastando. Predictus vero sanctus Venceslaus[x] licet esset princeps et dominus, tamen tante humilitatis et devocionis fuit,
quod cum uno servo clam de nocte ad silvam propriam ibat et propriis humeris ligna[y] deferens ante fores viduarum et pauperum clam deponebat. Colligebat etiam spicas nocte de agro suo et clam virga excuciens et manu propria hostias faciens distribuebat per ecclesias. Hic post 300 annos passionis sue regi Dacorum Erico quiescenti per visum apparuit eique quod suo genere mortis deberet mori revelavit, precipiens sibi ut in honore ipsius, qui Wenceslaus[z] dicebatur, monasterium construeret. Qui rex a sompno consurgens, stupefactus de visione, cepit de sancto Wenceslao[a], de quo nunquam ante audierat, ab episcopis et aliis, quis esset, perquirere et certificatus, quod fuisset princeps Boemie et a fratre occisus, cepit ad honorem ipsius nominis in Rivallia Cysterciensis ordinis monasterium magnarum possessionum extruere. Sed antequam consummasset, fratre suo Abel dicto procu-

V. 24, 66. rante, sicut sanctus revelaverat, peremptus est[66]. Henricus vero rex moritur et filius eius Otto I. in regem coronatur.

[Unde nec ipse ponitur inter imperatores. Huius tempore Spitigneus dux Bohemorum ad fidem convertitur et iuste ac religiose principatur. Post quem Venceslaus filius eius iusticia et sanctitate preclarus. Cui frater suus Boleslaus inique adversatur. Et post 1. *anno Ottonis I. ab eo occiditur ambicione preripiendi principatum. In cuius ulcionem Otto rex per bellum Boleslaum aggrediens per* 14 *annos ipsum impugnavit. Tandem rex Otto cum magna ruina suorum Boleslaum bello superans, totam Bohemiam devastavit. Henricus rex* 17. *anno moritur. Qui licet in vincendis inimicis gloriosus fuerit, in eo tamen quod Ytaliam a tyrannis Berengario et aliis non recepit, benedictione imperiali caruit*[b]. *Cui*[c] *successit filius eius Otto*[65].*]*

922.[d] *[Hugo imperavit annis* 6 *in Ytalia*[e].*]*

931. Berengarius III. imperavit annis 7. Huius tempore maximum scisma fuit in Ytalia[f].

938. Lotharius II.[g] imperavit annis 2. Istius tempore sol factus est sicut sanguis. Unde post paucos dies magna cedes hominum secuta est.

940. Got. Berengarius IV.[h] cum Alberto filio suo imperavit in Ytalia annis 11. Qui Berengarius nimia feritate premebat Ytaliam et Adaluidam Lotharii imperatoris relictam incarceratam tenebat. Sed Otto rex Alamannie in Ytaliam potenter intrans, Berengario depulso[i], reginam liberat eamque sibi pro uxore accipiens natalis Domini festum Papie celebrat. Sed post Berengario ab Ottone recepto in graciam[k], Lombardiam sibi reddidit, excepta marchia Trivisina et Veronensium[l] et Aquileya[m]. Sed parvo post tempore ab apostolica sede et a Lombardia veniunt legati ad Ottonem de tyrannide[n] Berengarii conquerentes. Otto vero pro corona imperii vocatus, Romam tendendo

a) primus de Almannia *add.* A. b) regnare 1. c) regnabat 1. d) per Ytaliam *des.* A. e) primus *add. insuper* A, *quod et scriptum est in* 1. 3. 7. f) pudens 1. g) *hoc in linea a.* 910. *in* A. 3. 7; *al. calam. in* A. h) primo 1. i) 913 *leg.* A*. k) Corradus *corr.* Conr. 1; *Conradus in* A *calam. poster. additus incipit in linea a.* 912, *cum quo anno tamen linea rubra non coniungitur.* l) *deest* A. m) *sup. lin. add. eod. calam. in* A. n) et *add.* 1. o) Oto 1. p) 918 *leg.* A*. q) in Ytalia *des.* A. r) *Henricus calam. poster. add. in* A *incipit in linea a.* 920, *cum quo anno tamen linea rubra non coniungitur.* s) Saxo nacione *sup. lin. add. al. calam. in* A. t) Ytaliam 1. u) quam 1. v) *sic infra;* Vercellaus *hic* 1; Wenceslaus 6 *semper.* w) Oto 1 *semper.* x) Verencesianus *post corr.* Wenceslaus 1. y) ligna *deest* 1. z) ipsius Verencell. *corr.* ipsius qui Wenc. 1. a) Verencellao 1. b) Huius temp. Spit. — caruit *etiam in* A*; In cuius ulc. — caruit *etiam in* 8. c) *al. calam. in* A. d) 925 *leg.* A*. e) *sic et* A*; *in* A *Hugo in lin. a.* 922 *positus, textu Heinrici includitur.* f) in Ytal. *des.* 1; Berengarius — Ytalia *des.* 5. g) *numerus deest in* A, *in quo Lotharius calam. poster. scriptus linea rubra cum a.* 938 *non iungitur.* h) *Berengarius in* A *calam. poster. scriptus cum a.* 940 *linea rubra non iungitur.* i) repulso 1. k) greciam 1. l) Veronensi 1. m) aquileyam 1. n) *eadem manu corr.* tyrampnide 1.

64) *caruit benedictione imperiali* ex Vinc. XXIV, 59, ex quo forte ipse Conradus desumptus est. 65) *Henricus rex — Otto* ex Vinc. XXIV, 66. 66) Ericus III. rex Daniae dictus Plogpenning a. 1250. occisus est; v. infra.

BSB

cum in Lombardiam venisset, Berengarium captivavit et Bavariam in exilio misso, Romam veniens[a] a papa et a Romanis ad coronandum sollempniter recipitur. Circa* hoc tempus fuit in Vasconia mulier ab umbelico sursum divisa duo pectora et duo capita habens; una comedente vel dormiente, altera quandoque neutrum faciebat; vixeruntque multo tempore, nec uno tempore ambe mortue sunt*. 67.

Otto I.[b] imperavit annis 12. Hic fuit primus imperator Theotonicorum[c]. Exempto enim imperio ab Ytalicis, soli Theotonici imperaverunt usque ad presens tempus. Hic[d. 68] potens cum esset in Saxonia et* multis annis regnasset per Alemanniam*, quidam de cardinalibus et de Romanis propter malum statum Iohannis pape XII. miserunt occulte ad ipsum, ut[e] super necessitate Romane ecclesie Romam veniret et etiam imperii gubernacula possideret. Ipse vero per Lombardiam et Tusciam potenter Romam veniens a papa et a clero et a populo Urbis honorifice est receptus et in imperatorem coronatus multa donaria fecit ecclesiis[69]. Hic pacata Ytalia cum uxore sua Longobarda in Saxoniam rediit, de qua filium genuit tam regni quam sui nominis successorem. Cui etiam filiam imperatoris[f] Constantinopolitani de Romano sanguine procreatam in coniugem dedit. Deinde propter bonum statum Romane ecclesie pluries Romam veniens et iterum ad partes suas rediens[70], ibidem piis operibus intendendo, in allodio suo apud Magdeburch[g] ecclesiam mire pulchritudinis ad honorem sancti Mauricii fabricavit et eam maximis possessionibus ampliavit. Hic[71] post deposicionem Iohannis pape propter infamiam, Leone papa a clero Urbis creato, postquam Romani ipso absente tercium papam videlicet Benedictum creassent, Romam veniens cum magno exercitu, eam[h] obsedit, quousque Benedictum intrusum papam sibi presentaverunt. Qui, Leone papa reducto ad sedem suam, pacificatis omnibus, rediit in Saxoniam ducens secum Benedictum papam, qui ibidem in exilio est sepultus. Hic etiam multitudinem paganorum circa eumdem locum habitancium convertens ad Christum, feliciter est defunctus et* in Magdeburch[i] in ecclesia sancti Mauricii est sepultus*. 72. 955. Gilb. G. p. G. p.

Otto II.[k] imperavit annis 20.[l] cum Ottone[m] filio suo. Hic cum Grecos in Calabria incaute persequeretur, amissis[n] militibus exiliens de manu eorum evasit. Demum exercitum congregans, Beneventum obsedit. Qua capta, ossa beati Bartholomei, ut dicitur, inde asportavit[o] ac Rome in insula[p] in quadam conca collocavit et in terram suam per Tyberim in mare prefata conca transferre excogitavit. Sed eo in brevi vita exempto, preciosus thesaurus ibi remansit usque ad hodiernum[q] diem. Hic[r] filio suo Ottone in Saxonia relicto, cum regina et exercitu magno per Ytaliam transiens, venit Romam, ibique a Benedicto VII. cum magno gaudio et leticia est coronatus cum regina. Erat enim summa pax inter papam et imperatorem. Accidit[73], quod in eodem tempore Agareni et Barbari Calabrie fines ingressi, omnia igne et ferro vastabant. Contra quos Otto imperator cum Theotonicis, Lombardis et Gallicis et Romanis procedens, acriter dimicavit. Sed Romanis et Beneventanis terga vertentibus, christianorum exercitus pene omnino est extinctus. Imperator vero solus ad mare perveniens, quosdam rogavit ut ipsum in navim[s] reciperent, asserens se unum de militibus imperatoris. Qui, suscepto eo in navim, considerantes disposicionem et decorem ipsius, loquebantur Grece, credentes ipsum non intelligere, quod ipse esset imperator et quod vellent ipsum Constantinopolim ducere ad imperatorem suum. Quod imperator intelligens et graviter dolens, circumvenit ipsos asserens se magnam pecuniam habere absconditam[t] in Sycilia[u], rogans ut illuc irent et, accepta pecunia, simul cum gaudio properarent. Ipsis autem propter hoc ad[v] littus accedentibus, vidit imperator episcopum in armis probum, Cesum nomine, et[w] invocato suo auxilio, imperator cum episcopo omnes nautas, id est 40, trucidaverunt, quod nec unus evasit, per virtutem sancti Petri apostoli quem imperator sollicite invocabat[x]. Et sic ad imperatricem perveniens, cum gaudio ab ipsa et a suis baronibus susceptus, Romam rediens, post paucos dies est defunctus et apud sanctum Petrum honorifice tumulatur. Hoc[y] tempore sanctus Adalbertus[z] sive Albertus nacione Boemus[a] floruit. Hic primum episcopus Pragensis, post revelante Deo, Pannoniam veniens, primum regem Ungarorum videlicet sanctum Stephanum cum multis aliis baptizavit. Demum per Poloniam transiens et eosdem in fide confirmans in Prussiam veniens, *[paganis]* ibidem predicando fidem martirio coronatur, anno* Domini 975.[b] Sub hoc tempore sanctus Edoardus rex Anglorum a noverca sua, ut dicitur, dolo occiditur miraculis coruschando*. 968. Gilb. V. 24, 91.

a) inveniens 1. *) Circa — sunt *des.* A. A*. b) Oto *semper* 1; *Otto in* A *incipit in lin. a.* 962, *cum quo rubra linea coniunctus est, sed linea atramento ducta ad a.* 955. *trahitur; in marg. al. calam. sed rubrica inclusa scripta sunt:* Isti anni sunt postquam coronatus etiam in Ytalia imperavit, ante enim plus quam 27 annis regnaverat per Almanniam. c) Theutonic. *semper* A. d) *al. calam. in* A. *) et — regnasset *des.* A. e) ut *deest* A. f) imperatoris *in rasura* A. g) *sic* 3; Madeburch 1. 7; Magdburch 2; Mageddeburg A. h) eam *deest* A. *) et — sepultus *des.* A. A*. i) Magdeburch *hic et* 6; *cett. ut supra.* k) *Otto II. in* A *incipit a.* 968, *cum quo etiam linea rubra coniunctus est, sed linea atramento ducta post ad a.* 974. *trahitur.* l) 10 *leg. sol.* A *in rasura.* m) Otone *hic etiam* A. n) ammissis 1. o) apportavit 1. p) ysula 1; insula Tibertina A; Tiburtina 8; Tyberina A*. q) hodiernam 1. r) *al. calam. in* A. s) navi 1. t) absconsam 1. u) Syciliam 1. v) Sed ipsis ad A. w) *deest* A. x) invocaverat 1. y) *al. rursus calam. in* A. z) Aldabertus 1. a) Boeinus 1; Bohemus A. *) anno — coruschando *des.* A. A*. b) sexcentesimo quinto, *post corr.* nonagesimo LXXV. 1.

67) Idem portentum refert Vinc. XXV, 38 tempore Heinrici IV. 68) Sequentia usque ad verba *in imperatorem coronatus* contexta sunt ex Gotifredo et Gestis Iohannis XII. a Bosone conscriptis, quae videas ap. Watterich I, 747, melius in Spicilegio Romano VI, 226. 69) *multa dona transmiserunt per cuncte sancte aecclesie Romane* Benedict. c. 36. 70) *qui per curricula temporum rotelando et sepius iterando in Gallias ... in Italia ingressi* Benedict. c. 35 fin. 71) Sequentia usque ad verba *in exilio est sepultus* ex Gotifredo et ipsius Martini vita Benedicti papae contexta videntur. 72) ex Gotifredo. 73) Sequens narratio nec cum Gotifredo nec cum Fundatione Brunwilarensi plane concordat.

988.[a] Otto III. imperavit annis 19.[b] *[in Ytalia* 5, *et permansit vacuum regnum annis* 12.[c]*]* Hic[d] Otto III. secundi Ottonis filius Romam veniens, a papa Gregorio V. in imperatorem est coronatus. Demum de Roma in Apuliam ad Sanctum Angelum causa peregrinacionis et oracionis transivit. Sed reditum per Beneventum faciens, corpus sancti Paulini episcopi secum Romam detulit. Hic ordinata Ytalia, transitum faciens per Galliam[e] in Saxoniam est reversus. Sed Crescencius consul[f] Romanorum, Gregorio papa fugato, fecit quemdam papam Grecum Iohannem nomine, Placentinum episcopum, multum pecuniosum. Quod audiens imperator ad Urbem cum magno furore regressus, Crescencium in castro sancti Angeli tam diu obsedit, quousque ipsum cum castro captum truncavit capite. Ipsum vero pontificem oculis orbatum membris ceteris debilitavit. Demum imperator ordinatis imperii rebus, ducens secum nobiles[g] aliquos Romanos, in Saxoniam est reversus. Et visitans locum in Polonia ubi sanctus Adalbertus quiescebat martir, accepto ipsius brachio, Romam est reversus, locans illud in insulam[h] in ecclesia in qua modo dicitur quiescere Bartholomeus apostolus. Tunc imperator cepit construere grande palacium in Urbe in palacio Iuliani imperatoris. Sed Romanis reclamantibus, imperator, multis persecucionibus Romanis illatis, post paucos dies vitam finivit. Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint, post tamen institutum fuit, ut per officiales imperii imperator eligeretur. Qui sunt 7, videlicet 3 cancellarii[i], scilicet Maguntinus cancellarius Germanie, Treverensis Gallie et Coloniensis Ytalie; marchio Brandeburgensis camerarius, Palatinus dapifer, dux Saxonie ensem portans, pincerna[k] rex Boemie. Unde versus:

Maguntinensis, Treverensis, Coloniensis,
Quilibet imperii fit[l] cancellarius horum,
Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna[k] Boemus:
Hii statuunt dominum cunctis per secula summum.

V. 24, 107. Hiis[*] temporibus floruit Fulbertus[m] Carnotensis episcopus, qui inter alia laudabilia *Stirps Iesse* et *Solem iusticie* et *Chorus nove Iherusalem* conposuit[*].

1003. Henricus I.[n] imperavit annis 12[o], mensibus 5, et permansit vacuum regnum annis 2.

Got. P. 20. Huius tempore luna reversa[p] est in sanguinem[q]. Nota quod plures sunt Henrici reges quam Henrici imperatores. Unde cum legitur Henricus primus racione imperii dicitur primus, sed racione nominis secundus dicitur[74]. Fuit enim quidam Henricus rex ante ipsum. Idem intellige[r] de Conradis[s]. Huius[t] Henrici[u] imperatoris fuit uxor sancta Cunegundis[v], et ambo virgines permanserunt et in Bambergensi[w] ecclesia, quam edificaverunt, requiescunt miraculis coruschando. Hic Henricus primum dux Bavarorum[x] ab omnibus principibus in imperatorem electus[y], multa bella prospere gessit in Germania, Boemia et in Ytalia. Postremo volens soli Deo vacare, cum esset christianissimus, episcopatum Bambergensem[z] fundavit *[et gloriose locupletavit]*. Regi etiam Hungarorum[a] Stephano sororem suam dans in uxorem, tam ipsum quam totum regnum suum ad fidem vocavit. Hic etiam Bambergensem[z] civitatem, que fuit sancti Petri, pro Narniensi[b] apud papam commutavit.

1015.[c] Conradus I. imperavit annis 20[d], et permansit vacuum regnum annis 3. Hic multas

Got. leges condidit. Hic[e] pacem in terris conservare cupiens statuit, ut quicunque principum pacem infringeret, capite plecteretur. Sed huius statuti transgressor comes Lupoldus accusatur. Qui cupiens vitam salvare, cum paucis, id est uxore et pueris, occulte fugiens in vastam solitudinem, ipsam multis temporibus tamquam heremita inhabitat, nullo penitus sciente quo devenisset. Sed contigit imperatorem ad illas partes accedere, et cum venacionis causa bestias insequens per solitudinem discurreret, sic se ab omnibus elongavit, ut solus remanens, ubi esset, penitus ignoraret. Et nocte appropinquante, imperator multum anxius casu ad predicti comitis heremitorium pervenit. Qui benigne receptus cum post laborem in stratu dormiret, et eadem nocte predicti comitis uxor filium peperisset, audivit imperator vocem in sompnis, ipsum puerum generum suum futurum[f] ac imperii successorem. Hanc vocem imperator primo contempnens, cum iterata fuisset, anxius viso puero de mane, cum ad suos pervenisset, vocatis duobus secretariis occulte mandavit, ut predictum puerum rapientes in silva occiderent et sibi cor pueri apportarent[g]. Ipsi iuxta mandatum puerum[h] rapiunt et misericordia moti non occidunt, sed in nemore relinquentes, cor capti leporis in argumentum occisionis imperatori deferunt. Accidit autem ut eadem hora[i] dux Henricus[k] causa venacionis in eadem silva solus errans, puerum vagientem audiret ipsumque

a) *sic* A*. 3; 989 *leg.* 2; *Otto III. in* A *incipit a.* 996, *cum quo etiam lin. rubra coniunctus est, sed linea atramento ducta postea ad. a.* 984 *trahitur.* b) 19 *in* A *ut videtur corr.* c) *hoc etiam* A*. 8. d) *al. calam. in* A. e) Galeam A. f) Crescentio consule A. g) nobi‖les *fol.* 22 *in* A. h) ysulam 1. i) concellarii 1. k) picerna 1. l) fert 1. *) Hiis — conposuit *des.* A. A*. m) Fubertus 1—5. 7. n) *Henricus in* A *incipit a.* 1013, *cum quo etiam lin. rubra coniunctus est, sed linea atramento post ducta ad a.* 1003 *trahitur, ubi in marg. adnotatum est calamo fugitivo* hic vere ponendus. o) 12 *in rasura in* A. p) conversa 3. 11. q) sanguine 1. r) Id est intelligere 1. s) Corradis 1. t) *al. calam. in* A. u) Hinrrici A. v) *sic* A; Kemegundis 1. w) Babargensi 1. x) Bavacorum 1. y) est *add.* 1. z) Babergensem 1. a) Ungarorum A. b) Varniensi 1. c) 1025 *in* A; 1014 *in* A*. d) *corr. ex* 15 *in* A. e) *al. calam. in* A. f) facturum 1. g) aportarent 1. h) rap. puer. 1. i) ora A. k) Hinric. A.

74) Hucusque etiam Gilbertus Gotifredum exscripsit.

pulchrum conspiciens uxori sue sterili[a] occulte deportans[b], mandavit eidem, ut quod ipsum genuerit affirmaret. Quod et factum est, vocavitque eum nomine suo Henricum[c]. Cumque iam adultum imperator vidisset, pensans vultum quem olim viderat et etatem, licet multum renitente patre, scilicet duce Henrico, imperator iuvenem, ut sibi astaret, retinuit, tractans apud se qualiter ipsum occulte perderet. Et post aliquod tempus misit eum cum litteris ad imperatricem scribens, ut ipsa sub optentu gracie sue eo die quo[d] ipse iuvenis ad ipsam veniret ipsum occulte suffocaret. Sed iuvene iter agente, cum in domo cuiusdam presbiteri quiesceret, presbiter ipso dormiente curiosam[e] ipsius bursam pertractans, litteras imperatoris conspexit et illas caute aperiens, illi feliciter conmutavit. Nam abraso *ipso die moriatur* reposuit *ipso die filia mea tradatur*. Quod et factum est, licet cum magna ammiracione imperatricis propter tam subitum et stupendum mandatum. Quod imperator percipiens[f] obstupuit. Sed postquam investigavit illum verum ipsius patrem nobilem comitem fuisse, quem rusticum credebat, dolor ipsius mitigatus est. Qui Henricus postquam Conrado[g] successit, in loco nativitatis sue magnum construxit monasterium.

Henricus II. imperavit annis 17[i]. Hic[k] Henricus dicitur filius Conradi vel secundum alios[l] gener ipsius[k]. Iste[m] veniens in Ytaliam, Pandulphum principem Capuanum cepit et eum[n] captivum secum asportavit[o] et alium quemdam Pandulphum comitem Teathinum[p] principem ordinavit. Huius tempore Normanni intraverunt Romam. Et bellum Cadulus contra Romanos in pratis sancti Petri habuit[75]. Tunc temporis dux Godefredus[q] venit in Ytaliam[76], et insecuti sunt Normanni eum a Roma usque ad Aquinum. Huius[r] imperatoris tempore Rome cuiusdam gygantis[s] corpus Pallantis nomine, inventum est incorruptum. Cuius vulneris hyatus, ubi vulneratus fuerat, 4 pedes et semis habebat, corpus vero altitudinem muri vincebat. Lucernaque ardens ad capud ipsius inventa est, que nec flatu extingui poterat nec liquore[t], sed cum stilo foramine subter flammam facto, extincta est per illud foramen aere[u] introducto. Hunc dicitur Turnus[v] occidisse et hoc ipsius epitaphium[w] fuit[x]: 1040.[h] V. 25, 34.

Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni[y]
Militis occidit, more suo iacet hic.

Hoc tempore in Apulia erat quedam statua marmorea circa caput suum ereum habens circulum, in quo erat scriptum: *Kalendis Maii oriente sole habebo capud aureum.* Quod quidam Sarracenus a Roberto Guiscardo captus, quid protenderet[z], intelligens, in Kalendis Maii in oriente sole notato termino umbre illius[a], reperit infinitum thesaurum, quem dedit pro sua redempcione. Hoc tempore ecclesia Gallicana per Berengarium Turonensem perturbatur, qui asserebat, eucharistiam quam sumimus non esse verum corpus Christi, sed figuram corporis et sanguinis. Contra quem Leo papa quondam Tullensis episcopus[b] cum 113 episcopis[c] celebrat concilium. Qui tamen Berengarius alias sanctus homo dicitur fuisse et post retractacionem finem mortis predicendo feliciter migrasse. Cuius[*] error et retractatio[d] ponitur in Decreto de consecratione, distinctione 2[e]: *Ego Berengarius*[*.77]. ibid 17. ibid 30.

Henricus III. imperavit annis 49[g]. Hic primum venit Romam mense Maii[h] die vicesima quinta. *[Tunc temporis Rotbertus Viscardus intravit Romam*[i]*.]* Tunc[k] fames et mortalitas fuit fere in universa terra. Et obsedit civitatem Tyburtinam diebus tribus[l] mense Iunii[m]. Tempore huius stella clarissima in circuitu prime lune ingressa est 13. Kal.[n] in noctis inicio[o]. *[Istius tempore christianorum gens ad sepulcrum Domini de toto orbe christiano processit cum duce Biniamundo*[p]*, et Iherusalem a Sarracenis viriliter abstulerunt*[i]*.]* Huius[q] tempore Ildibrandus[r] cardinalis, qui postea Gregorius papa factus est, cum legatus esset in Gallia et in concilio contra multos symoniacos episcopos processisset, cum contra unum episcopum multum infamatum procedere voluisset et ille testes, qui ipsum accusaverant, precio corrupisset[s], dixit legatus in concilio: *Cesset humanum iudicium, producatur in medium divinum oraculum, cum certum sit, quod episcopalis gracia sancti Spiritus donum sit, et quisquis episcopatum mercatur, contra Spiritum sanctum facit. Si tu igitur contra Spiritum sanctum non fecisti, dic Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.* Quod ille intrepidus incipiens cum: *Gloria Patri et Filio* dixisset, nullatenus *Spiritui sancto* dicere potuit frequencius repetendo, sed deiectus ab episcopatu tunc plene dixit[78]. Iste Ildebrandus Gregorius papa 1057.[f] V. 25, 44. ibid 45.

a) sterili *deest* 1. b) reportans 1. c) Hinric. A. d) *post add.* 1. e) *sic codd.* f) precipiens 1. g) Cunrado A. h) *Henricus II. in* A *incipit a.* 1050, *cum quo lin. rubra coniungitur, sed linea atramento post ducta ad a.* 1040 *trahitur;* 1041 *in* 2. i) 17 *in rasura in* A. k) *al. calam. et partim in rasura in* A. l) quosdam A. m) *fol.* 23 *et rursus prior cal. in* A. n) Cap. capiens super Troiam vicit et eum A *strictius Gilb. secutus.* o) aportavit 1. p) Theatin. A. q) Godofridus A. r) *al. calam. in* A. s) gighantis A. t) licore A. u) aiere A. v) Turmis 1. w) epitapium 1. x) *post add.* 1. y) Turmi 1. z) *sic cum Vincentio pro* portenderet. a) in umbra illius *postea add.* 1. b) *sic* 1. 5; Leo papa Tullensis A, *ubi* Tullensis *partim in rasura;* Leo papa Guilensis A*; contra quem Nicholaus papa vel secundum alios Leo papa Guilensis 8; Nicolaus papa *rell.* c) cum 113 episc. *des.* A. A*. 5. *) Cuius error — Bereng. *des.* A. A*. 5. d) et retractio *in marg.* 1. e) de. 9. d^{9}. ij. *leg.* 1. *) Ego Bereng. *des.* 1. f) *Henricus III. in* A *incipit a.* 1084, *cum quo linea rubra coniunctus est, sed linea post atramento ducta ad a.* 1057 *trahitur.* g) 49 *in rasura in* A. h) Madii A. i) *hoc in* A *et* A*. k) *deest* A. l) die quarta 1; diebus 13 *leg.* 6. m) *hoc loco in* A *in lin. a.* 1086 *textum interrumpens legitur, sed manu rubricatoris oblitteratum est:* Sol obscuratus est mense Febr. die 26. n) 13 dieb. librae A*. o) *add.* A *sed oblitterata:* hic bono fine obiit. p) Boamundus A*. q) *al. calam. in* A. r) Hildbrandus A. s) corrumpisset 1.

75) Cadulum Parmensem antipapam tempore Heinrici IV. a. 1065 in prato Neronis seu S. Petri cum Romanis pugnasse narrat Bonizo Ad amicum VI; v. apud Watterich I, 258. 76) De hac expeditione cf. Bonizonem Ad amicum VI, apud Watterich I, 266. 77) Vide Decretum Gratiani c. 42. d. II. de cons. 78) Episcopum accusatores pecunia corrupisse et post deiectionem sententiam illam integram dixisse ex Vita Stephani X. papae sumptum est, quam etiam verba nonnulla sapiunt. V. apud Watterich I, 199. 200.

v. 25, 51. effectus, totus contra Henricum[a] imperatorem, quia[b] discidium procurabat in ecclesia, invehitur. Imperator vero, Wormacie[c] concilio 24 episcoporum et multorum nobilium congregato, iubet omnia decreta Gregorii pape cassari. Propter quod papa imperatorem excommunicat et a fidelitate et iuramento omnes sibi adherentes absolvit.

ibid. 65. Imperator vero Maguncie Gregorium a papatu, quantum in eo fuit, deposuit, Guipertum Ravennatem[d] episcopum

ibid 117. pro ipso constituens. Huius tempore quidam potens dum sederet in convivio, repente a muribus[e] circumvallatus est, et cum esset innumerabilis multitudo murium, de nullo captabant nisi de illo. Sed cum a suis in pelagus maris deductus esset, nil ei profuit, quia mures navem sequentes, ipsam usque ad aque introitum corrodebant. In terram ergo repositus,

ibid. totus a muribus dilaceratus[f] est et comestus. Idem*·[g] legitur cuidam principi Polonie contigisse*·[79]. Et hoc minus mirum iudicatur, quia pro certo dicitur, quod in quibusdam terris si leopardus aliquem momorderit, confestim copiam murium advenire, ut vulneratum conmingant, inmundumque urine diluvium comitari hominis exicium[h]. Invenitur etiam de quodam principe, quod nulla arte poterat iuvari, quin ipsum pediculi consumerent*·[80].

Igitur*·[81] Henrico imperante mirabilis multitudo Gallicorum in Terre Sancte subsidium crucesignati[i], inexplicabili[k] labore per terram et tandem per Constantinopolitanam urbem transeuntes, Antiochiam pervenerunt. Fuerunt autem huius exercitus capitanei Gothefridus dux Lothoringie, comes Blesensis, comes Flandrensis[l], comes Sancti Egidii et multi alii nobiles et barones. Antequam autem Antiochia caperetur, sanctus Andreas apparuit cuidam rustico simplici Provinciali genere dicens: *Veni, ostendam tibi lanceam, qua perforatus fuit Christus Ihesus.* Qui rusticus capta civitate presente R. comite et capellano suo in ecclesia sansti Petri fodiens terram in loco, de quo revelacionem habuerat, lanceam invenit, anno Domini 1089. Dubitantibus autem plerisque utrum esset lancea Christi, quidam Bartholomeus nomine, quem Christus sibi apparens de lancea certificaverat, cum ipsa lancea per ignem[m] 13 pedum, quem fieri iusserat, illesus transivit. Et sic exercitus fiduciam in Christo et in lancea ipsius habentes, intrepidi processerunt per Accon, que tunc Ptholomaida[n] dicebatur, venerunt Cesaream. Ubi cum essent, columbam desuper exercitum volantem accipiter[o] unus plagatam graviter deiecit. Circa quam reperte fuerunt littere, quas deferebat, talis sentencie: *Rex Accaron duci Cesaree salutem. Generacio canina venit, gens contenciosa, contra quos per te et per alios legem tuam defendas. Idem annuncia aliis*

Rich. *civitatibus*[82]. Post venientes Iherosolimam obsederunt. Est autem Iherusalem civitas in montanis sita, rivis, fontibus et silvis carens, excepto fonte Siloe[p], ubi quandoque aqua sufficiens reperitur. Fuerat autem post Tyti et Vespasiani destructionem per Elium Adrianum mirifice reparata sed non in eodem loco, ubi prius[q]. Ibi Gothefredus, qui factus fuerat ibi rex, secundo anno mortuus sepelitur. Creduntur autem tunc transfretasse plus quam 200 milia christianorum in subsidium Terre Sancte. Item[83] anno Domini[r] 1147 ad instanciam Eugenii pape et beati Bernardi predicacionem rex Francie Ludovicus ab ipso cruce signatus et imperator Conradus cum maxima multitudine Gallicorum et Theotonicorum, alii per Pannoniam alii per mare usque ad Constantinopolim devenientes, aliter ipsis evenit quam speraverunt. Quoniam quidam ipsorum a Turcis capti, alii vero fatigacione, plerique fame et inedia consumpti sunt, ita quod imperator cum paucis vix rediit. Rex vero Ludovicus causa oracionis ut peregrinus in Iherusalem aliquantulum manens, ad propria rediit*.

G. p. Imperatore[84] vero Henrico in Ytalia existente, principes[s] Alamannie[t] in Porchem[u] convenientes, quendam Rodulphum[v] ducem Saxonie in regem sibi elegerunt. Quem quia papa Gregorius ad peticionem imperatoris nec[w] convictum nec confessum excommunicare noluit, imperator cruento bello victoria contra Rodulphum habita, convocata curia in Brissina[x], Guipertum Ravennatem[y] archiepiscopum in papam eligi procuravit. Propter quod a Gregorio papa dum denuo excommunicatus fuisset, cum suo antipapa Romam properans, Gregorium papam et cardinales cum multa hostilitate in Urbe obsedit. Sed post depopulacionem agrorum et vinearum, cum imperator sibi populi Romani favorem attraxisset, intrans Urbem, predictum Guipertum in papam consecrari faciens, ab ipso in imperatorem coronatur, papa Gregorio cum cardinalibus in castro sancti Angeli quo cesserat concluso. Quem Robertus[z] Guischardi[a] rex Apulie cum magno exercitu veniens et Romam uno die capiens, imperatore cum suo antipapa usque Senas fugiente, de castro cum cardinalibus educens in palacio Lateranensi reposuit, Romanos in hoc imperatori consencientes exilio et aliis penis graviter[b] affligendo. Circa* hec tempora civitas Syracusana in Sycilia magnum terre motum sustinuit, adeo ut dominica die circa horam terciam, dum missa cantaretur, ecclesia maior cadens omnem populum et clerum opprimeret, sacerdote, diacono, subdiacono missam celebrantibus cum presbitero tantum salvis, non sine magna omnium hominum admiracione*.

1107. c Gilb. Henricus IV. Henrici filius imperavit annis 15. Iste suscepto imperio patrem suum capiens, in

a) Hinricum A. b) qui 1. c) Vormancie 1. d) Ravennatum 1. e) muri‖bus *al. rursus cal. in* A. f) dilaniatus 1; delaceratus A. *) Idem — contigisse *des.* A. A*; *des. etiam* 2. 3. g) Iddem 1. h) exitum 1. *) Igitur — propria rediit *des.* A; *leguntur in* A*. i) crucesignatorum 1. k) inexemplicabili 1. l) Flandensis 1. m) per ignem *manu post. in marg.* 1. n) *sic* 2. 7; Ptolomeida 3; Tholom. 1. o) ancip. 1. p) Silce 1. q) fuerat *add.* 1. r) *deest* 1. s) princeps 1. t) Alamanie 1. u) *sic* A. 3. 5. 7; Porcheym 2; Porthem 1. v) Rudolfum A *et infra*. w) non 1. x) Brixina A. y) Ravennatum 1. A. z) R. 1. a) Giskardi A. b) gravissimis 1. *) Circa — admiracione *des.* A. A*. c) *Henricus IV. in* A *incipit a.* 1110, *cum quo etiam linea rubra coniungitur, sed linea atramento post ducta ad a.* 1107 *trahitur;* 1106 *leg.* A*; *fol.* 24 *in* A.

79) Nempe in Chronicis Polonorum, v. supra SS. Tom. IX, 427, seu in Kadlubkone ed. Przezdziecki p. 31. 80) V. supra de Arnulfo imperatore. 81) Quae sequuntur de expeditione crucesignatorum prima sumpta sunt e prolixiore narratione Richardi apud Muratori p. 1087 sq. 82) *Ubi cum — civitatibus* desiderantur in Richardo. 83) Sequentia de secunda expeditione item sumpta sunt ex Richardo apud Muratori p. 1100. 84) Quae abinde sequuntur de disceptatione Heinrici IV. et Gregorii VII. ex Gestis Gregorii a Bosone conscriptis excerpta sunt, rerum ordine et nexu tamen nimirum confuso. V. apud Watterich I, 331 sq.

vinculis mori fecit. Huius temporibus Robertus Guischardi[a] vicit[b] Alexium et Cumnannum[c] imperatores Constantinopolitanos. Iste Robertus fuit quidam Francigena, qui venit Romam cum magno exercitu, volens si posset Urbem occupare. Sed illo vi repulso[d], intravit regnum Apulie, quod paulatim cepit. Hic habuit filium regem Rogerium[e] regem Syculorum et filiam Constantini[f] imperatricem, matrem Frederici imperatoris, qui contra Ottonem[g] promotus est. Iste Rogerius genuit Guillelmum[h] regem Apulie, qui fuit in omnibus gloriosus. Cuius tempore regnum Apulie diviciis ac deliciis pre ceteris florebat regnis. Hiis[i] temporibus V. 26, 27.
Paschali papa non bene ab imperatore[k] pertractato et mortuo, succedit ei Iohannes Romane ecclesie cancellarius, appellatus[l] Gelasius. Sed quia imperator electioni non interfuerat, Hyspanum quendam nomine Burdinum ipsi[m] superordinavit. Sed Gelasio in Cluniaco mortuo et Calixto ibidem in papam consecrato, imperator cum omnibus sibi assencientibus per ipsum excommunicatur[n]. Papa vero Calixtus Romam proficiscens, capto in Sutrio Burdino, ab omni senatu et populo gloriose ibid. 28.
suscipitur. Hiis temporibus Hugo de Sancto Victore Parisius claret. Hoc etiam tempore ordo Templariorum ex militibus ibid. 47.
congregatus in Iherusalem incepit et dicti sunt milites templi, quia in porticu[o] templi sedem sui ordinis statuerunt. Rich.
Henricus[p] vero imperator ad cor rediens, investituram episcoporum et aliorum prelatorum per anulum et baculum, pro qua cum Paschali papa quam plurimum contenderat[q], Calixto pape libere resignavit, et concessit per omne imperium in omnibus ecclesiis canonicam fieri electionem, possessiones et regalia beati Petri, que propter suam vel aliam cum ecclesia discordiam alienate fuerant, Romane ecclesie restituit. Possessiones etiam aliarum[r] ecclesiarum et aliorum tam clericorum quam laicorum, que occasione guerre sue, quam habuit cum ecclesia, ablate fuerant, restitui fideliter disposuit[85]. Huius tempore papa Calixtus ibid.
Compostellanum episcopum pro reverencia corporis beati Iacobi apostoli, quod ibi requiescit, archiepiscopum instituit, subiciens sibi totam Emeritanam[s] provinciam. Lucanam quoque ecclesiam gracia pallei decoravit. Henricus[*] vero imperator, quia patrem suum dehonestaverat, iusto Dei iudicio creditur sine herede decessisse. Nam neque filium neque filiam habens defunctus est. Cui successit Lotharius dux Saxonie[*].

Lotharius IV.[t] imperavit annis undecim[u]. Huius tempore fames valida fuit et fere totam Ytaliam invasit[86]. 1127.
Hic[v] imperator factus exercitum in Ytaliam parat et cum archiepiscopis et episcopis papam Innocencium secum Romam deduxit[w]. Petrum quoque Leonis, qui papatum invaserat, conpescens in sede Lateranensi potenter papam Innocencium collocat, et in ecclesia Lateranensi ab eodem Innocencio Lotharius in imperatorem coronatur[87]. Hic primo imperii sui anno contra Boemos vadens, quorundam suorum principum tradicione V. 27, 12. V. 27, 1.
magnam stragem[x] suorum militum passus est. Hic etiam post suam coronacionem zelo Dei et ecclesie accensus, G. p.
tamquam vere catholicus et ecclesie advocatus, vires imperii denuo excitavit et contra Rogerium comitem, qui se contra papam erexerat et regnum Sycilie occupaverat, una cum papa Innocencio Apuliam potenter intravit, ac fugato comite Rogerio in Syciliam, constituerunt ducem Apulie[y] comitem Raynonem. Huic victorie Pisani navigio summo pontifici quam plurimum astiterunt. Eo etiam tempore Romani contra voluntatem Innocencii pape senatum renovare conaturi sunt. Per[*] idem tempus in Francia tanta siccitas fuit, ut flumina, lacus, fontes et putei siccarentur. Ignis quoque, Rich.
qui per rimas terram subintraverat nec ymbribus nec frigore nec alia arte biennio extingui poterat[*]. 88).

Conradus II. imperavit annis 15. Huius tempore quidam magister Arnaldus nomine predicavit in urbe 1138.[z]
Rome, reprehendens divicias et superfluitates. Per cuius dicta multi magnates Romanorum sequebantur eum. Qui postea Gilb.
captus ad odium clericorum est suspensus. Huius tempore Ascalon[a] capta est a christianis[89]. Huius[b] tempore V. 27, 16.
anno Domini 1039.[c] Iohannes de Temporibus[d], qui annis 361 vixerat a tempore Karoli Magni, cuius armiger fuerat, est defunctus. Hic Conradus[e] rex in Frankenvort[f] a sancto Bernardo cum cunctis pene principibus crucis caractere est ibid. 85.
insignitus, et illius temporibus socii peregrinacionis super numerum multiplicantur. Nam de Lothoringia, Flandria et Anglia cum 200 pene navibus proficiscuntur. Conradus[g] itaque imperator cum innumerabili multitudine peregrinacionem aggressus[h], Yconium pervenit. Cui Ludovicus rex Francorum cum multa milicia per Ungariam descendens, ibidem advenit. ibid. 87.
Sed ibi propter dolum Grecorum, qui calcem farine miscuerant, multum detrimentum in hominibus passi sunt. Tandem ad Sanctam Terram pervenientes, multa bella gloriose gesserunt. Conradus[i] vero rex, post- ibid. 128.
quam rediit de ultra mare, moritur. Qui licet 15 annis regnaverat, benedictionem tamen imperialem non habuit. Floruit hoc tempore Richardus de Sancto Victore. Hoc tempore translatus est liber Damasceni Iohannis[k] in Latinum. ibid. 58. 83.
Hoc[*] anno scilicet 1151. Gracianus monachus, de Clusa civitate Tuscie natus, Decretum conposuit ut dicit Hugocio 2. quaestione 6. capitulo[l]: *Forma.* Floret et Petrus magister Lombardus, qui sentencias conposuit[*]. V. 29, 1.

Fredericus I.[u] imperavit annis 37.[o] Coronatus est in ecclesia sancti Petri. Hoc 1153.[m]
tempore veniens apud Tyburtinum, precepit ut Tyburtina civitas reedificaretur[90]; et rediens

a) Rotbertus Wiscardus A. b) vixit 1. c) Citimiamum A; Ciminianum 2; Ciminanum 7; Cannianum 3; *al. al.* d) ille vi repulsus 3 *et vil. codd.* e) Rotgerium A. f) Constantinam 5; Constanciam *sol.* 8–10. g) Otonem 1. A. h) Willelmum A. i) *al. cal. in* A. k) ab hoc imp. non bene A. l) apellatus 1. m) ipsum 1. n) excomun. 1. o) in inporticu 1. p) Hinricus A *al. calam. incip.* q) contendebat 1. r) alienarum 1. s) Emeritariam 1. *) Henricus — Saxonie *des.* A. A*. t) IV. *leg.* A. A*. 2. 3. 6. 8. 11; *add.* A *sup. lin.* dux Saxonie; *Lotharius in* A *prius ad a.* 1125, *post ad a.* 1127. *ponitur.* u) 11 *radendo corr. ex* 12 *in* A. v) *al. calam. in* A. w) Rom. sec. deducit A. x) magna strage 1. y) Apulie *deest* 1. *) Per — poterat *des.* A. A*. z) *in* A *prius ad a.* 1137. *post ad a.* 1138. a) *sic* 7; Ascolona 1; Ascolana *post corr.* Ascalona A; Ascolana 2. 3. b) *al. calam. in* A. c) 1139. *leg.* 9—11. d) obiit *inser.* A *et infra omisit* est defunctus. e) Cunradus A. f) *sic* A; Frankevvort 1. g) Corradus 1. h) aggresus 1; agressus A. i) Corradus 1; Cunradus A. k) *deest* 1. *) Hoc — conposuit *des.* A. A*; *in* 5 *leguntur in fine Innocentii III.* l) 2. q. 6. c°. *codd.* m) *in* A *incipit Fr. ad a.* 1152, *sed post linea atramento ducta ad a.* 1153. *trahitur.* n) primus *leg. in* A. 1. 3. 7; *fol.* 25 *in* A. o) 38 *leg.* 1; 37 et *leg.* A *in rasura.*

85) De his plurima e formula pacis Gestis Calixti papae inserta ad verbum sumpta sunt. 86) Huius famis etiam mentio fit in Gestis Innocentii II. ad a. 1130, v. apud Watterich II, 178. 87) Coronatio ex Gestis Innocentii II. 88) ex Richardo ap. Bouquet XII, 415 ad a. 1135. 89) Hoc legitur apud Vinc. XXIX, 2 tempore Friderici I. imperatoris. 90) Tiburtini hoc tempore civitatem suam a papa ad imperium transtulerant, v. Gesta Hadriani IV. apud Watterich II, 331.

Gilb. primo anno Spoletum destruxit. Iste[a] largus, strenuus et facundus atque nobilis et in omnibus fuit glo-
Rich. riosus[b]. Eo[c] tempore rex Alapie[d] cepit Edissam civitatem, que in Genesi dicitur Arath, Francosque ibi captos aut morte aut servitute dampnavit, archiepiscopum vero civitatis quasi ducem gregis cum omni clero, quia Christum noluerunt abnegare, in media urbe coram se decollari precepit. Sic igitur Edissa civitas, que ab Agaro rege ipsius ortodoxo, cui Christus ante suam passionem, sicut legitur in ecclesiastica historia, scripsit epistolam, et demum per apostolum Thomam fuerat predicata[91] et[e] Christo dedicata fuerat, tunc primum a gentibus prophanatur et possidetur, purpurata novorum sanguine[f] martirum. Huius[g] tempore sol obscuratus[h] est parum ante horam nonam et diu post horam nonam in eodem statu permansit. Hoc[i] anno fames valida fuit, ita quod rublum[k.92] grani[l] vendebatur pro 20 solidis Proveniensium. Eodem anno captum est sepulchrum Domini et eius crux a Saladino. Mediolanum a dicto Frederico destruitur
ibid. mense Marcii anno[m] Domini 1162, siquidem muri eius altissimi funditus suffossi sunt, cetera ad cinerem redacta[n]. Albanum[o] a Romanis concrematum est 6. Ydus Aprilis. Hic[p] cum pro coronacione Romam venisset pacifice et cum magno gaudio ab Adriano papa coronatus fuisset, cum peractis omnibus, ante nonam ad stacionem suam, que erat in prato Neronis, exivisset, Romani[q] armata manu familiam sequentem in porta sancti Angeli crudeliter invaserunt usque ad tentorium[r] imperatoris persequendo. Sed invalescente clamore, Theotonici adunati crudeliter Romanos repulerunt, adeo quod prostratis multis et captivatis, cum magnis precibus pape vix captivi fuerunt restituti[93]. Hic post mortem Adriani pape pessime cum Alexandro papa stetit, in preiudicium ipsius quatuor scismaticis successive adherens. Regem Francorum, ad quem papa Alexander confugerat, congregata magna multitudine, precipue duorum regum videlicet Boemie et Dacie fultus auxilio, nitebatur in Burgundiam veniens extirpare. Sed rege Anglorum regi Francie ferente auxilium nil profecit[94]. Hic post multas persecuciones per multa tempora pape Alexandro factas timens, ne a dominio[s] suo caderet propter Longobardorum contra ipsum rebellionem[t] et pape Alexandri prosperitatem, missis sollempnibus nunciis, ut reconciliaretur pape laboravit, et postquam reconciliatus fuit Veneciis, pro emenda assumpto[u] crucis caractere, per terram non per mare cum magna multitudine ad liberacionem Terre Sancte procedens, cum esset in Armenia, in parvo flumine submergitur. Filius[v] autem eius, quem tunc secum duxerat, corpus ipsius detulit usque Tyrum ibique sepulto, cum Ptolomaidem[w] obsideret, obiit obieruntque pene omnes nobiles, qui eodem tempore cum Philippo[x] rege Francie et Richardo[y] rege Anglie cum maxima multitudine transfretaverant. Eodem tempore fuit abbas Ioachim in Calabria, qui plures libros super Iheremiam et apocalipsim et de oneribus[z] prophetarum conscripsit. Hic predictis regibus requirentibus ab ipso de peregrinacione in Terram Sanctam, quam faciebant, predixit, quod parum
ibid. 12. proficerent, eo quod nondum tempus advenisset[96]. Tempore Frederici imperatoris Radulphus[a] Coloniensis archiepiscopus trium magorum corpora de Perside olim Constantinopolim ab imperatore translata et inde a sancto Storgio[b]
ibid. 17. Mediolanum miraculose transvecta, Mediolano ab eodem Frederico destructa[c], transportavit[d] Coloniam. Sub hoc imperatore sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis in ecclesia sua metropolitana[97] occiditur et tandem mira-
ibid. 1. culis coruschantibus per Alexandrum papam canonizatur. Tempore[f] etiam predicti imperatoris floruit Petrus dictus
Gest. Alex. Comestor[g] in Francia, qui utriusque testamenti historiam que dicitur Scolastica composuit. Eodem* tempore Henricus rex Anglorum propter necem sancti Thome misit sollempnes nuncios ad papam Alexandrum, qui iurantes pro ipso in animam suam, ipsum excusarent de predicto facto. Sed domnus Alexander papa, in Tusculana civitate receptis nunciis et auditis, misit duos cardinales ad Gallie partes, ut innocenciam regis investigarent. Coram quibus rex iuravit[h], quod nunquam de consilio[i] suo vel iussu fuerit interfectus. Sed quia occasione turbacionis, quam erga ipsum habuerat, occisus fuerat, pro illo mox optulit 200 milites ultra mare per annum ibidem moraturos, se[k] ipsum crucesignans infra triennium transfretaturus*. 98.

1192.[l] Henricus V.[m] imperavit annis 8.[n] Coronatus fuit mense Aprilis, feria secunda post pascha die 15. Eodem mense intravit Apuliam cum exercitu suo et eodem mense traditum est regnum[o] Tusculanum Romanis ab imperatore, et destructum est ab eis. Et in eodem
Gilb. anno sol obscuratus est[p] 9. Kal. Iulii fere a tercia usque ad nonam. Hic sub Celestino et Innocencio imperavit annis 7, mensibus 4. Hic etiam primo anno corone sue regnum Sicilie intravit et cepit terram

a) autem *add.* A. b) glor. fuit 1. c) *al. calam. in* A. d) Halapie A. e) *deest* A. f) sanguinem 1. g) *prior rursus calam. in* A, *linea a.* 1160. h) obscuratum 1. i) *linea a.* 1162. *in* A, *ad quem linea rubra ducit.* k) rubulum *corr. ex* rugulum A. l) grani *deest* 1. 6. m) *al. calam. in* A. n) Mediolanum — redacta *in lin. a.* 1162. *incipiunt et alium textum interrumpunt in* A; *similiter et in* A*. o) *prior rursus calam. in* A; Albanun — Aprilis *in lin. a.* 1167. *incipiunt et textum interrumpunt; similiter et in* A*. p) *al. calam. in* A. q) Romam 1. r) temptorium 1. s) domino 1. t) rebellacionem 1. u) accepto 1. v) *al. calam. in* A. w) *sic* A; Tolomaydem 1. x) Filippo A. y) Ricardo A. z) *sic* A. 3. 7; honeribus 2; honĭbus 1. a) Radulfus A. b) Eustorgio *sol.* 9. c) Mediol. eodem destructa 1. d) reportavit 1. f) Tempore etiam pred. — composuit *in fine Friderici I. leguntur post* transfretaturus 3. g) Cōestor 1. *) Eodem — transfretaturus *des.* A. h) negavit 1. i) Concilio 1. k) et se ipsum cruce signatum infra triennium transfretaturum etc. 9. l) 1182. *leg.* A*. m) quintus *leg.* A. 1. 3; *in* A *Henricus V. incipit a.* 1193, *cum quo linea rubra coniunctus est, sed linea atramento post ducta ad a.* 1192. *trahitur.* n) annis 8 *in rasura in* A. o) integrum *coniicit* 9. p) *deest* 1.

91) V. Eusebii hist. eccles. I, 15. 92) mensura Italice *rubbio* dicta. 93) Haec de coronatione et de pugna cum Romanis ex Gestis Adriani IV. desumpta sunt, v. apud Watterich II, 330. 94) ex Gestis Alexandri III. apud Watterich II, 391. 392. 95) *in parvo flumine* sapit Gilbertum. 96) secundum Vinc. XXIX, 40. 97) *in ipsa ecclesia Cantuariensi* Vinc. XXIX, 21. 98) ex Gestis Alexandri III. apud Watterich II, 418. 419.

usque Neapolim et obsedit Neapolim[a] per tres menses. Ibi[b] exercitum eius tanta infirmitas invasit, quod omnes fere mortui sunt, ita quod imperator cum paucis languens reverteretur[1]. Hic accepit Constanciam filiam regis Sicilie. Anno vero 4. imperii sui totum regnum Apulie sibi subiugavit et plurimos rebelles diversis penis flagellavit. Tancretum[c], filium Tancreti[d] regis Syculorum, cum Margarita matre sua[e] et regem Empyretarum[e] secum in Alamanniam[f] captivos duxit. Quo Panormi[g] mortuo, orta est dissencio inter principes Alamannie. Una pars elegit Ottonem, alia Philippum. Sed Otto[h] coronatus est ex mandato domni pape. Et tamdem optinente Philippo sub pace formata inter eos, dolose ab altigravo[i] Philippus est interfectus, et sic Otto optinuit. Gilb.

Fuerat[k] enim Innocencius papa, qui eodem anno in papatu Celestino successerat, Philippo[l] adversarius propter fratrem suum[m] Henricum[n] imperatorem, qui contra religionem[o] christianam in regno Sycilie archiepiscopos et episcopos trucidaverat et contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat. Propter quod[p] ipsum et omnes fautores ipsius excommunicavit, Ottoni[q] vero duci Saxonie viriliter adhesit et ipsum Aquisgrani in regem Alamannie coronari fecit. Philippus autem dux Suavie[r] magnam Alamannie partem pro se habuerat. Anno Domini 1200 capta est[s] Constantinopolis a Francis et Venetis, et Balduinum comitem Flandrie in imperatorem constituerunt[t]. Anno Domini 1202, sicut a plerisque traditur, Tartarorum dominium inicium habuit. Hii enim sub montibus Indie in regione dicta Tartara constituti, dominum suum regem Indie David nomine, filium Iohannis presbiteri, occidentes, ad depopulacionem aliarum terrarum processerunt. Anno Domini 1207. ab Innocencio papa cum legato 12 abbates Cisterciensis ordinis in terram[u] Albigensium ad predicandam fidem hereticis mittuntur. Quibus de Hyspania Dydacus Oxomensis[v] episcopus[2], habens secum fratrem Dominicum in comitatu, pro hereticis convertendis adiungitur. Qui Dominicus primus ordinem Predicatorum incepit. V. 29, 59. ibid. 61. ibid. 69. ibid. 93.

Otto[w] IV.[x] gente Saxonum a domno Innocencio III. fuit coronatus in basilica sancti Petri. Sed non fuerunt sibi propter maleficium suum anni attributi. Hic accepta corona statim pugnam habuit cum Romanis, et contra voluntatem domni pape intravit regnum Apulie, auferens illud Frederico regi Sycilie, unde papa excommunicavit illum[y]. Quarto autem anno imperii sui Fredericum in[z] imperatorem principes elegerunt. Qui veniens navigio usque Romam, a domno papa et a populo Romano honorifice est[a] receptus. Qui in Alamanniam veniens[b], contra Ottonem ibi[a] mirifice triumphavit. 1207. Gilb.

Fredericus II. coronatus fuit a domno Honorio in basilica sancti Petri et[d] regnavit 33[e] annis. Hic ab infancia per ecclesiam tamquam per matrem educatus[f] et ad imperii fastigium, Ottone dampnato, promotus, ecclesiam Dei non fovit tamquam matrem, sed tamquam novercam quantum potuit laniavit. Propter quod Honorius papa, qui ipsum corona- 1211.[c]

verat, sibi rebellem et ecclesie Romane[g] adversarium comperiens, ipsum anathematizavit et omnes barones a sua fidelitate absolvit. Ipsius etiam tempore, anno Domini 1236. Idibus Febroarii[h] frater Iordanus tocius ordinis Predicatorum magister, vita et doctrina laudabilis, ultra mare, ubi ad predicandum Sarracenis iverat, in portu maris obiit. Hoc quoque tempore olim discordia inter imperatorem et Honorium papam orta[i] a Gregorio cum anathemate renovatur. Duoque cardinales Iacobus Penestrinus et Otto pro subsidio ecclesie contra Fredericum[k] legati ultra montes missi, cum redirent ad curiam, cum pluribus prelatis per naves Pisanorum capiuntur[3]. Hic Fredericus[l] proprium filium, Henricum nomine, regem tunc Alamannie[m], accusatum sibi de rebellione, captum in Apuliam deducens, carceris squalore[n] suffocavit. Hic imperator[o] cruce dudum signatus durante sentencia excommunicacionis mare transivit, maiorem desolacionem Terre Sancte quam consolacionem relinquens. Postquam autem ab Innocencio papa[p] depositus esset ab imperio[4], principes[q] elegerunt contra ipsum lancravium Turingie. Quo post parvum tempus mortuo, Guillelmus[r] comes Hollandie[s] denuo contra ipsum a principibus eligitur. Sed post parvum[t] tempus a Frisonibus occiditur, et sic uterque electus caruit benedictione imperiali. Huius tempore anno Domini 1248. Ludovicus[u] rex Francie transfretavit ultra mare habuitque letum principium, sed tristem exitum. Intrando enim terram transmarinam cepit Damiatam. Sed post paulum pene omnibus suis amissis, captus fuit, licet[v] volente Deo restitutus[w]. Hic Fredericus post suam ab imperio destitucionem cum inter ceteras[x] civitates Lombardie Parmam tamquam magis exosam sibi manu forti obsideret, a legato domni pape et a Parmensibus turpiter est devictus et, amissis thesauris et aliis rebus suis, in Apuliam rediens, ibi gravi infirmitate correptus[y] sine sacramentis et V. 30, 129. ibid. 137. ibid. 138. ibid. 129.

a) et obs. Neap. *des.* 1. b) ubi A. c) Trancredum 1; Tantum A. d) Trancredi 1. e) *sic* 5. f) Alamoniam 1. g) Panorini 1. h) Oto 1. A *et infra.* i) *sic* A. 1. 2. 3. 7; langravio 8. 9. k) *al. calam. in* A. l) Philippho 1. m) ipsius A. n) Hinricum A. o) regionem 1. p) *fol.* 26 *in* A. q) *sic hic* A. r) Suevie *sol.* A. 3; *et in rasura* 2. s) *deest* 1. t) *sic sol.* A; constituit 1—5. 7 *etc.; hoc loco inser. plures codd.* C (*exceptis* 5. 6. 7) *quae in* B *leguntur sub Innocentio III.* urbs — cognoverunt. u) terra 1. A. v) *sic* A; Oxoniensis 1. w) Oto 1. A; *in* A *Otto prius ad a.* 1214, *post ad a.* 1207. *ponitur.* x) III. *leg.* A. y) et principes Alemannie qui cum eo participabant *add. sec. Gilbert. sed delet. in* A. z) in *deest* 1. a) *deest* 1. b) *in rasura* A. c) *Fredericus in* A *prius ad a.* 1222 *positus linea atramento ducta postea ad a.* 1211. *trahitur.* d) *al. calam. in* A; *hic inser.* 2. 7 Hic ab Augusto primo 95. imperator fuit, *quod legitur in marg.* A *linea rubra septum.* e) 34 *leg.* A. f) educatur 1. g) dei 1. h) in diebus Frederici 1. i) papam orta *in marg.* A. k) Fridericum A. l) Fredricus A. m) Almanie A. n) calore 1. o) imperato 1. p) quarto *add.* 1. q) Alamannie *add.* 1. r) Wilelmus A. s) *sic* 2. 3; Olandie 1; Holandie A. t) paucum A. u) Lodovicus A. v) sed 1. w) Anno 1248 — restitutus *infra inseruit* 6. x) *deest* 1. y) correctus 1. 5. 10. 11.

1) Cf. breviorem narrationem Gilberti, ex qua ista forte confecta est. 2) Diego episcopus civitatis Osmae. 3) secundum Vinc. XXX, 138. 4) a. 1245. Lugduni.

penitencia in anathematis vinculo est defunctus. Quem[a] infirmantem Manfredus[b] filius ipsius naturalis, ambiens regni Sycilie dominium et thesauros, uno secretario imperatoris conscio, timens ne convalesceret, cussino super faciem posito suffocavit[5], et tandem per nephas regnum optinuit, quousque domnus Karolus frater regis Francie, tunc comes Provincie, per Urbanum IV. papam vocatus, sub Clemente IV. veniens, ipsum Manfredum[c] et vita et regno privavit. Hic Fredericus ab Augusto primo 95. fuit imperator. Eiusdem[d] Frederici[e] imperatoris temporibus anno Domini 1239.[f] gens Tartarorum, occupatis orientalibus partibus et crudeliter subactis, in duo agmina se dividentes, Ungariam et Poloniam intraverunt. Ubi campestri bello cum ipsis habito, frater regis Ungarie dux Colomannus[g] in Pannonia[h] et in Polonia nobilis dux Slezie[i] Henricus occiditur. Reliquum vero vulgus tam in viris quam in mulieribus, quos invenire potuerunt, in ore gladii exterminantes, sic terras illas, maxime Ungariam, redegerunt[k] in solitudinem, ut pre fame pervalida[l] matres puerorum suorum vescerentur carnibus, et plerique pulvere cuiusdam montis pro farina uterentur[m.6]. Ipsius[n] etiam tempore in Burgundia imperiali per terram solutam a montibus circiter[o] 5 milia hominum suffocati fuerunt[p]. Nam unus maximus mons se dividens ab aliis montibus, per plura miliaria cuiusdam vallis transiens ad alios montes accessit, in valle[q] omnes villas terra et lapidibus operiendo[r]. Eo tempore[s] etiam, tempore regis Ferrandi, in Toleto Hispanie[t] quidam Iudeus conminuendo unam rupem pro vinea amplianda in medio lapidis[u] invenit concavitatem unam, nullam penitus divisionem habentem neque scissuram[v], et in concavitate illa reperit[w] unum librum quasi folia lignea habentem. Qui liber tribus linguis[x] scriptus, videlicet Hebraice, Grece et Latine, tantum de littera habebat quantum unum psalterium, et loquebatur de triplici mundo ab Adam usque ad antichristum, proprietates hominum cuiusque mundi exprimendo. Principium vero tercii mundi posuit in Christo sic: *In tercio mundo filius Dei nascetur ex virgine Maria et pro salute hominum pacietur.* Quod legens Iudeus statim cum tota domo sua[y] baptizatus est. Erat etiam in libro scriptum, quod tempore Ferrandi regis Castelle debebat liber inveniri. Simile invenies[z] in Constantino sexto[a].

Romanum[b] imperium sive post deposicionem Friderici II. ab imperio, sive post mortem eius[c] cepit vacare. Nam post deposicionem ipsius papa Innocencius IV, qui eum deposuerat, procuravit per principes Alamannie electores plures eligi ad imperium, videlicet lantcravium Thuringie et comitem Hollandie[d] successive, qui antequam ad imperialem benedictionem[e] pervenissent, vite terminum exegerunt. Post mortem vero predicti Frederici electores in duo se dividentes, quidam regem Castelle, quidam vero comitem Cornubie, fratrem regis Anglie, ad imperium elegerunt. Quod scisma multis annis et usque hodie perseverat[f]. Et quia plurima notabilia in diversis partibus mundi tempore huius vacacionis[g] evenerunt[h] sub tali vacationis tytulo ea per ordinem, prout potero brevius, explicabo.

Anno Domini 1250. in Dacia Ericus[i] rex Dacorum inclitus ab Abel fratre suo iuniore, ut regnaret pro eo, in mari fuffocatur. Qui Abel parum honoris et commodi ex hoc est assecutus. Nam sequenti anno regni sui, cum Frisones subiugare voluisset, a Frisonibus est interemptus.

Anno Domini 1251. Cunradus rex, filius Frederici, ut mortuo patre regnum Sycilie susciperet, per mare in Apuliam venit, et capta Neapoli, muros illius funditus destruxit. Sed cum sequenti anno introitus sui in Apuliam infirmari cepisset, clistere[k], quod a medicis iudicabatur fieri ad salutem, veneno mixto intulit sibi mortem[7].

a) *al. calam. in* A. b) Maufredus 1. c) Maufredum 1. d) *al. calam. in* A. e) Friderici A. f) 1240. *leg.* A *rasura parva sequente;* 1230. *leg.* 5. 8. A*. g) Colmannus A. h) impannonia A. i) *sic* A. 2. 3. 7; Flozie 1. k) redigerunt 1. l) ut fame prevalida 1. m) *hic explicit* A*. n) *al. calam. in* A. o) plus quam A. p) suffocantur 8—11. q) valles 1. r) *hic explicit* A, *in quo sequentia leguntur in fine Innocentii IV.* s) tempore *deest* 1. t) A *sic habet:* Eo tempore cum regnaret rex Ferrandus in Yspania in Toleto *etc.* u) in rupe A. v) cissuram 1. w) repperiit 1. x) lignis 1. y) sua *deest* 1. z) inveniens 1. a) *hic expliciunt* 1. 5; 6 *hic subiungit quae supra omisit* Anno Dom. 1236. — obiit *et* Anno 1239. — uterentur. b) *abhinc in textu constituendo secuti sumus cod.* 7. c) Rom. imp. sive post mortem sive post depos. Frederici II. ab imperio 8—11. d) Holandie 6. 7; Hollandrie 9. e) per *inser.* 7. f) *sic* 2. 3. 4; perduravit 7; Quod sc. multis annis perseveravit 8—11. g) *corr. ex* nacionis 7. h) Quod scisma — evenerunt *des.* 6. i) *sic* 4. 7; Hunericus 2; Emericus 3. 6; Henricus 8—11. k) glistere 7.

5) Manfredum fratrem suum Conradum suffocasse narrat Thomas Aretinus. 6) Cf. etiam Vinc. XXX, 149, qui hunc incursum Tartarorum ad a. 1242. ponit. 7) Obiit demum a. 1254. Mai. 20.

Anno Domini 1259.[a.8] Constantinopolis, que olim per Gallicos et Venetos capta fuerat, per Paleologum[b] Grecorum imperatorem[9] vi prelii recuperata fuit†. Eodem anno[10] in Thuscia Ytalie Florentini et Lucani miserabilem[c] eventum habuerunt. Nam confisi de suorum multitudine et fortitudine cum comitatum Senensium intrassent, et Senenses freti auxilio domni Manfredi tunc regis Sycilie ipsis ad bellum obviam exivissent, Florentini et Lucani fraude suorum sunt circumventi. Nam in inchoacione conflictus, qui primi et precipui inter Florentinos[d] erant ad hostes accedentes, in suos cum Senensibus sunt quam plurimum debachati. Dicuntur autem de Florentinis et Lucanis tunc inter mortuos et plus quam 6 milia corruisse.

Anno Domini 1260. Rex Ungarie[e] pro terris regem Bohemie bello aggreditur habens in exercitu suo diversarum orientalium nacionum et paganorum circa 40[f] milia equitum. Cui rex Bohemie cum 100 milibus equitum, inter quos dicitur habuisse circa 7 milia equorum de ferro coopertorum, ad resistendum occurrit. Cumque in confiniis regnorum bellum inchoatum[g] fuisset, ex collisione equorum et armorum tantus pulvis de terra surrexit, ut media et clara die vix homo hominem cognoscere potuisset. Tandem Ungari, rege ipsorum graviter vulnerato, terga vertentes, cum cedentes festinarent fugere, in quodam fluvio profundo, quem transire debuerant, preter alios occisos circa 14 milia hominum submersa dicuntur[11]. Sed rege Bohemie victoria habita Ungariam intrante, rex Ungarie per legatos pacem querit, terras, que discordie causa fuerant, restituit, et in futurum amiciciam mediante matrimonio confirmavit[12].

Anno Domini 1263.[13] Urbanus papa IV. regnum Sycilie, quod Manfredus violenter detinebat, Karulo comiti Provincie et fratri regis Francie, ut illud ab eo eriperet, contulit[h],

Anno Domini 1264. Cometes tam notabilis apparuit, qualem nullus tunc vivens ante vidit. Ab oriente enim cum[i] magno fulgore surgens, usque ad medium emisperii versus occidentem comam perlucidam protrahebat, et licet in diversis partibus mundi forte multa significaverit, hoc tamen unum pro certo conpertum est, ut cum plus quam per tres menses duraverit, ipso primo apparente papa Urbanus cepit infirmari, et eadem nocte qua papa expiravit et cometes disparuit[k].

Anno Domini 1265. Predictus Karulus, qui pro recuperacione regni Sycilie per Urbanum papam vocatus fuerat, Romam, ubi tunc in senatorem electus fuerat, navigio venit. Deinde Apuliam intrans, bello campestri habito, predictum Manfredum et regno et vita privavit[14].

Anno Domini 1266. Quam plurima multitudo Sarracenorum ex Affrica per angustum mare transiens in Hyspanias, et adiuncti Sarracenis in Hyspania, magnam plagam in christianos exercuerunt, intendentes quam olim perdiderant recuperare Hyspaniam. Sed illarum parcium christiani adunati et crucesignatorum ex diversis partibus auxilio adiuti, licet cum multo christianorum sanguine, de Sarracenis triumphaverunt[15].

Anno Domini 1267. Soldanus Babylonie[16], Armenia vastata, Anthyochiam unam de famosioribus civitatibus orbis cepit et, tam viris quam mulieribus occisis et captis, ipsam in solitudinem redegit[17].

Anno Domini 1268. Cunradus[l], nepos olim Frederici imperatoris, parvi pendens domni pape excommunicacionem, contra domnum Karulum, quem ecclesia regem Sycilie fecerat, insurgens, ad Theutonicos quos habuit, quam plurimis Longobardis et Thuscis adiunctis, pervenit usque Romam. Ubi cum imperiali more sollempniter[m] receptus fuisset, associato sibi senatore Urbis domno Henrico fratre regis Castelle et quam plurimis Romanis, contra

† Item domnus Guilelmus de Villa Hardunum, inclytus princeps Achaie, mense Augusto ab exercitu Paleologi imperatoris Grecorum fuit cum suis baronibus captus. *Add. ed. Basil.*

a) 1270. *leg.* 3. b) *sic* 9. 11; pallilogum 2. 6—8. c) miserabile 7. d) florentino 7. e) Ungare 7. f) quadringentarum 7. g) inchatum 7. h) exhibuit 7. i) tunc 7. k) et com. disparuit *des.* 7. l) Cunradinus 3; Conradinus 8. 9. 11. m) honore 2.

8) immo a. 1261. 9) scil. Michaelem VIII. 10) immo a. 1260. Mai. 18, v. Obituarium ecclesiae Senensis apud Ozanam, documents inédits p. 204. 11) De hac pugna inter Otakarum et Stephanum reges ad fluvium March commissa cf. Hermanni Altah. Ann. SS. Tom. XVII, 401. 12) Cf. ibid. p. 402 ad a. 1261. 13) immo a. 1262. 14) scil. a. 1266. 15) Hoc anno Murcia civitas ab Arragonis expugnata est. 16) Bendocdar nomine. 17) Antiochia iam a. 1267. oppugnata capitur a. 1268. Mai. 29, teste Sanudo.

regem Karulum Apuliam intravit. Sed post durum campestre bellum Cunradus[a] cum suis terga vertentibus capitur et a Karulo cum multis nobilibus decollatur[b. 18].

Anno Domini 1270. Ludovicus rex Francie christianissimus non territus preteritis laboribus et expensis, quas olim fecerat ultra mare, iterato cum filiis duobus, adiuncto sibi[c] rege Navarre[d] et quam plurimis ecclesiarum prelatis[e] et baronibus, pro recuperacione Terre Sancte iter assumpsit. Verum ad hoc, ut facilius Terra Sancta recuperaretur, incidit ipsis consilium, ut regnum Thunicii, quod in medio consistens non parvum dabat transfretantibus impedimentum, primitus christianorum subicerent potestati. Et cum Portum et Chartaginem[f], que est prope Thunicium, potenti manu cepissent, infirmitas, que illo anno maxime circa confinia maris viguit, in eodem christianorum exercitu nimis invaluit et primo quidem de regis Francie filiis unum[19], post legatum domni pape domnum Albanensem cardinalem[20] et demum ipsum regem christianissimum Ludovicum[g] cum plurimis[h] comitibus et baronibus nec non et aliis simplicibus de medio[i] sustulit. Quam feliciter autem predictus rex terminaverit, rex Navarre domno Thusculano[k] per litteras intimavit. Nam in infirmitate sua laudare nomen Domini non cessans, illam orationem quandoque interserebat: *Fac nos, Domine, prospera mundi*[l] *despicere et nulla eius adversa formidare.* Orabat et pro populo quem secum adduxerat, dicens: *Esto, Domine, plebi tue sanctificator et custos.* Et cum appropinquaret ad finem, suspexit in celum dicens: *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum et confidebor nomini tuo, Domine.* Et hoc dicto obdormivit in Domino. Et cum de morte pii regis exercitus christianorum[m] turbaretur et Sarracenorum letaretur, domnus Karulus rex Sycilie, bellator egregius, pro quo adhuc vivens frater suus rex Francie mandaverat, navigio cum magna milicia advenit. De cuius adventu christianis gaudium Sarracenisque mesticia accrevit. Et licet multo plures viderentur Sarraceni quam christiani, nullatenus tamen audebant bello generali cum christianis congredi, sed per quasdam astucias alias multa eis incommoda inferebant. De quibus hoc unum fuit. Est enim regio illa multum sabulosa et tempore siccitatis pulverosa, unde Sarraceni statuerunt plura milia hominum super unum montem christianis vicinum, ut cum ventus flaret ad partem christianorum, sabulum moventes[n] pulverem suscitarent; qui pulvis multam molestiam intulit christianis. Sed tandem pulvere per pluviam sedato, christiani paratis machinis et variis instrumentis Thunicium per terram et per aquam oppugnare intendebant. Quod videntes Sarraceni, timore conpulsi pacta cum christianis inierunt. Inter que hec precipua[o] dicuntur fuisse, ut omnes christiani in regno illo captivi liberi dimitterentur et quod monasteriis ad honorem Christi in omnibus civitatibus regni illius constructis fides Christi per fratres Predicatores, et Minores et per alios quoscunque libere predicetur, et volentes baptizari libere baptizarentur, et solutis expensis regibus, quas ibi fecerant, rex Thunicii regis Sycilie tributarius est effectus. Plura alia pacta fuerunt, que hic ponere longum fuisset[p]. Et cum ex adventu domni Edoardi[q] regis Anglie[21] et multitudine Frisonum ac aliorum peregrinorum in tantum creverat exercitus christianorum, quod circa 200 milia pugnatorum crederentur et[r] speraretur, quod non solum Terram Sanctam sed eciam totum sarracenismum subiugare debuissent, peccatis exigentibus, absque ulteriori utilitate est dispersus. Nam legatus domni pape, qui ipsos dirigere debuerat, per mortem subtractus erat, Terra eciam Sancta, ad quam ire debebant, gubernatore peregrinorum carebat, quia patriarcha, qui legatus in Terra Sancta fuit, tunc defunctus erat. Sedes eciam apostolica, que utrobique providere debuerat, tunc vacabat. Rex eciam Navarre, qui infirmus de Affrica recesserat[s], in Syciliam veniens est defunctus[t. 22. †].

---

† apud Traponam in domo fratrum de monte Carmeli. *add.* 8; *similia ed. Basil.*

a) Cunradinus 3; Conradinus 2. 8. 9. 11. b) decapitatur 8—11. c) Thebaldo *inser.* 9. d) Navarrie *hic* 7; Eduardo rege Anglie, Karolo rege Sicilie *add.* 9. e) rectoribus 7. f) portum in Cartagine 8; p. ad Cartaginem 11. g) Ludovicum *deest* 7. h) pluribus 2. 3. 6. 8. i) de medio *des.* 7. k) cardinali 2. 3. 6. l) mundi *deest* 7. m) christianorum *deest* 7. n) montis 7. o) hoc precipue 7. p) fuissent 7. q) *sic* 6; Odenardi 7; Odewardi 3; Edwardi 8; Eduardi 9. 10; filii *add.* 10. r) et *deest* 7. s) *sic* 2. 3. 6; processerat 7—11. t) amen *add.* 7.

18) Haec de exitu Conradini verbis paullisper mutatis leguntur in codd. A. 1. 5 sub Clemente IV. 19) scil. Iohannem. 20) Radulfum. 21) qui tamen a. 1272. demum Heinrico III. patri in regno succedit. 22) 1270. Dec. 5.

Additamentum cod. 10[a].

Soldanus vero Babilonie moleste gerens quod domnus Eduardus predictus in sua terra cum sua milicia moram aliquamdiu faceret[23], admiraldum quendam vocavit et docuit eum, quod fingeret se amicum regis Eduardi et inimicum ipsius soldani. Qui admiraldus tantam cum rege predicto contraxit amiciciam per nuncium, quem ad eum direxit quasi fidelem, quod nuncius ille fieret ita regis domesticus et familiaris, ut quociens et quando sibi placeret regis cameram ingrederetur. Accidit igitur ut quadam nocte nuncius ille regis cameram ingrediens, cum ipsum solum perpenderet, in eum irruens ipsum quodam cultello[b] venenato letaliter vulneravit. Qui lesione gravatus, de lecto exiliens manibus hostem prostravit et dicto cultello[b] venenato statim interfecit. Et post paucos dies medicamenta recipiens salutifera, contra omnem spem amicorum[c] curatus et sanus factus, ad propria cum gaudio remeavit[d. 24].

CONTINUATIO PONTIFICUM ROMANA.

Continuationem, quam proposituri sumus, Pontificum Martini Oppaviensis Romae scriptam esse a coaevo quodam auctore, ipse profitetur, cum se miracula apud sepulcrum Martini IV. papae facta, quando fuit hec scriptura protracta, die 12. mensis Maii a. 1285. *ipsum vidisse dicat. Hoc tempore eum finem scribendi fecisse, diiudicatur et ex verbis istis et ex eo quod codex* 2. *ab Honorii IV. exordio aliam quandam continuationem orditur. At primum auctorem statim secutus est alter, qui primordia Honorii IV. litteris mandavit, usque ad verba:* ad suscepta negotia sollicite prosequenda, *in quibus adhuc conveniunt codices* 1. 3. 4. 6. *His addidit in codd.* 1 *et* 4 *posterior quidam pauca de Honorii IV. morte et sepultura. Continuationem nostram publicum vigorem in curia Romana habuisse, iussu pontificum auctorem, officio quodam nimirum apud curiam fungentem, opus suum composuisse, coniiciendum nobis videtur ex eo, quod permulti Martini codices eam receperunt. Ex quorum numero spectabili ad editionem nostram instituendam adhibuimus hos:*

1. *Cod. Berolin. Lat. fol.* 119. *saec. XV. (v. supra praefationem nostram p.* 390*). Hoc codice a viro d. Winkelmann, nunc professore publico Bernensi, olim descripto pro fundamento usi sumus.*

2. *Cod. Berolin. Lat.* 4°. 291. *anno* 1331. *exaratum (v. supra p.* 388*). Explicit morte Martini IV. narrata* (— scripsit hec vidit ea).

3. *Cod. Hannoveranus antiquus membr.* 4°. *saec. XIII. Hunc sicut et sequentes omnes iam olim in nostros usus vertit vir ill. Pertz. Explicit a.* 1285. *sub Honorio IV.* (— negotia sollicite prosequenda).

4. *Cod. Bernensis* 452. *chart.* 4°. *saec. XV. V. Archiv V,* 497. *Continuationem nostram excipit altera brevior a Nicolao IV. usque ad Iohannem XXII.* (Sequitur excerptum ex cronica domni Dyeterici canonici ecclesie Beronensis. Nycolaus IV. de ordine — Iohannes XXII. nacione Provincialis. Hic prius episcopus Avinonensis, deinde cardinalis Portuensis, tandem papa). *Quam, licet a Bernardo Guidonis abhorreat, tamen spernendam duximus propter eius brevitatem et quia vix ad res Romanas aliquid facit.*

5. *Cod. Bernensis* 581. *membr.* 4°. *saec. XIV. V. Archiv l. c. Ex exemplari manco descriptus esse videtur, quippe qui in mediis Martini IV. gestis explicit* (— suis bellatoribus galleas ...). *Continuo sequitur narratio de gestis*

a) *quod additamentum pariter legitur in cod. Berol. n.* 61 *et abbreviatum etiam in edit. Basil. et Antwerp.* b) cutello 10. c) amedicorum 10. d) *subscriptum est in* 10*:* Explicit de imperatoribus.

23) Applicuerat nempe iam a. 1270. Syriam Eduardus. 24) Haec contigerunt a. 1272.

Honorii IV. diversa et ab aliis codicibus et a Bernardo Guidonis, quam infra dabimus. Dein a Nicolao IV. usque ad Iohannem XXII. gesta pontificum a Bernardo Guidonis conscripta sequuntur usque ad verba — sabbato ieiuniis 4 temporum adventus Domini 1312 *(v. Muratori, Scriptores III.* 1, *p.* 680 A*)*.

6. *Cod. biblioth. Barberini* 2014. *membr. fol. saec. XIII. seu XIV. Explicit sicuti* 3.

Ex Continuatione Romana hauserunt: Guillelmus de Nangiaco et in Chronico et in Gestis Philippi III. regis; Bernardus Guidonis; Continuatio e codice quodam Fuldensi editioni Basileensi Martini adiecta e Continuatione Romana et Bernardo contexta est.

Edidit opus nostrum e codice quodam Ambrosiano Muratori, Scriptores III. 1, *p.* 608 *sq. ad calcem paginarum.*

1277. Nicholaus III. natione Romanus de domo Ursinorum, electus fuit anno Domini 1277.[a]
Nov. 25. in die sancte Katherine; sedit annis 2, mensibus 8, diebus 28[b]. Parum ante sui promotionem per aliquos dies Tyber flumen Romanorum[c] in tantum excrevit suos transcendens alveos, quod cunctis cernentibus erat formidini[d]. Nam super altare beate Marie rotunde per quatuor pedes et amplius excrevit. Hic etiam[e] Nicholaus† unam ordinationem fecit[1], quinque[f] videlicet episcopos[g], scilicet Penestrinum, Tusculanum, Ostiensem[h], Portuensem et Albanensem, quorum Penestrinus et Tusculanus fuerunt seculares[i], Ostiensis[h] et Portuensis Predicatores[k], Albanensis vero Minorum ordinis[l]; item duos presbiteros[m], videlicet domnum Girardum[n] tituli 12 apostolorum et domnum Ieronimum[o] de ordine fratrum Minorum tituli Sancte Pudenciane[p]; item duos[q] magistros[r] Iordanum[s] fratrem suum tituli[t] Sancti Eustachii[u] et Iacobum de Columpna tituli[t] Sancte Marie[v] in Via lata diaconos cardinales promovit[w]. Hic palatium sancti Petri multum augmentavit et quam plurima edificia fieri[x] faciens, iuxta illud pratellum inclusit et fontem ibidem fluere paravit, meniis et turribus iardinum magnum diversis arboribus[y] decoratum[z] includendo. Hic etiam Karolum[a] regem Sicilie, nobilem ecclesie[b] pugilem, a vicaria Tuscie certis de causis, quas pretendebat[c], amovit[2], ac se in senatorem ad vitam suam ut dicitur eligi[d] procuravit, ac[e] constitutiones faciens tam de electionibus prelatorum[3] quam de electione[f] senatoris Urbis[g.4], et senatum fere[h] per duos[i] annos regi[k] faciens, mortuus est in Suriano[l.5] castro prope Viterbium, ubi cardinales et curiales in Viterbio morantes interdum ad suum conspectum[m] evocabat, celerique[n] successu[o] mortis hora preventus anno Domini 1280.
1280. Aug. 22. 11. Kal. Septembris[p] decessit, et vacavit sedes mensibus 5, diebus 22.

Post eius mortem statim Hanibaldenses, quam cito decessum eius sciverunt, convocata parte sua capitolii et totarum ibi[q] existencium sub custodia vicariorum, quos idem Nicholaus papa constituerat, partem dominii[r] invitis[s] Ursinis habuerunt, ita quod[t] de[u] pacto inter eos habito pro parte Hanibaldensium[v] unus, pro parte[w] Ursinorum alius[x] in capitolio officium senatoris[y] exercentes[z] fuerunt constituti. Sub quorum regimine multa homicidia pluresque[a] dissensiones[b] et alia plura mala[c] sunt habita tam in Urbe, quam in eius

† de mense Marcii pontificatus sui anno primo *add.* 2.

a) 1278. *leg.* 2. b) dieb. 28 *deest* 5; sedit — 28 *des.* 3. 4. c) Tyberis fluvius Romanus 3; Romanum 2. d) et horrori *add.* 3. e) etiam *deest* 2. 3. 4. f) quinque *deest* 1. g) vid. quinque episc. 2. 5; videl. vli episcopos 4. h) Hostiens. 2. 4. i) fuerant scolares 4. k) Predicatorum 2. 4; ordinis Predicatorum 3. l) ordinum 2; *deest* 4. m) prespiteros 4. n) Gerardum 2. 3. 5. o) Iheron. 3; Geron. 4; preiuinum 5. p) *sic correxi ex* prudenciane 2; prudenc. 3; potent. 4; predent. 5; tit. s. pudenciane *des.* 1. 6. q) diaconos videlicet *add.* 3. 4. r) magistrum 2. 5. s) Iordarium 4. t) tituli *deest* 2. 4. u) fratr. suum in s. Eust. ecclesia 3. v) in sancte Marie ecclesia 3. w) promovit *deest* 2. 3. 4. x) sibi 4. y) laboribus 2. z) *deest* 1. 5. a) *deest* 2. 3. b) *deest* 5; sancte *add.* 3. c) ut asserebat *add.* 3. d) elegi 4; *deest* 3. 6. e) Hic 4. f) prelatorum quam de elect. *des.* 5. g) amovit ac const. faciens .... senatoris urbis ac se in senat. .... procuravit *mutato ordine* 6. h) vero 4; *deest* 3. i) XII 6. k) regere 3. l) Suriani 1. 2. 4; Suriā 5. m) officium 4. n) scelerique 1; clerique 4. o) *deest* 3; successis 2; successive 6. p) Kal. Sept. 2. 4. *MS. Ambros.;* Kal. Novembris 1. 5. q) *locus corruptus;* totarum urbis 2. 4. 5; rocarium *sive* rotarium urbis 3. 6; totarum urbium *MS. Ambros.;* cercocharium urbis *Guill.* r) partim dominium 3; dominium 4. s) invictis 1. t) que 5. u) ex 2. 3. 4. v) Hanibaldensi 5. w) vero *add.* 3. 6. x) unus alius 3. y) senatorum 5; senatorum *corr.* senatoris 2. z) gerentes 2. 3. 4. a) plurimeque 2. 3. b) dissenciones 3. c) alia mala quam plurima 3; alia malia pluria 4.

1) anno primo pontificatus sui. 2) a. 1278. Sept. 16. 3) Vide hanc constitutionem d. d. 1279. Dec. 13. ap. Raynaldi, Ann. eccles. 1279. n. 44. 4) d. d. 1278. Iul. 18, v. ibid. 1278. n. 74. 5) Soriano.

districtu[a] impunita. Viterbienses tunc parum post obitum ipsius pape domnum Ursum[a*], prefati Nicholai nepotem[b], ab[b*] officio potestarie turpiter amoverunt licet absentem; et post hec[c] in obsessione castri Valeriani[c*] existentes a domno Bertoldo[d], fratre dicti[d*] Ursi, cum adiutorio Tudertinorum fuerunt imbecilles debellati[e], ita quod[f] quasi[g] sine bello defensionis[h] campum et tentoria[i] relinquentes, multi fugientes ex eis capti sunt et aliqui[k] interfecti[l]. Eo tempore parabat navigium Petrus de Arragonia, de quo plenius dicetur inferius[m].

Anno Domini 1281. in festo cathedre sancti Petri[n] Martinus[o] IV. natione Gallicus eligitur in papam. Hic vocabatur Symon tituli Sancte Cecilie presbiter cardinalis, fuitque[p] per domnum Urbanum papam[q] IV. promotus in cardinalem[r] et per eundem Urbanum primo et secundo per domnum Gregorium papam X.[s] in Franciam missus, et[t] per plures annos legatus ibidem extitit. Hic parum post eius[u] promotionem a Viterbio discedens[v], noluit ibidem coronari, set se[w] transtulit ad Urbem Veterem[6] et ibi coronatus fuit[x] 10. Kalendas Aprilis. Et ordinationem in vigilia resurrectionis dominice proximo sequenti[y] faciens[z], domnum Gerardum[a] tituli 12[b] apostolorum in Sabinensem, ac prefatum domnum Ieronimum tituli Sancte Potenciane[c.7], presbiteros cardinales, in Penestrinum[d] episcopos; domnum Hugonem Anglicum tituli Sancti Laurencii in Lucina, domnum[d*] Gervasium tituli Sancti Martini in monte[e], domnum Gaufridum Burgundum tituli Sancte Susanne[f] et domnum Iohannem[g] Cholet tituli Sancte Cecilie ac domnum[h] comitem Mediolanum tituli Sanctorum Marcellini et Petri[h*] in presbiteros; domnum vero Benedictum[i] Sancti Nicholai[k] in carcere Tulliano[l] diaconum cardinalem[8] promovit. 1281. Febr. 22. Mart. 23. Apr. 17.

Hic[m] electus in senatorem Urbis ad vitam[9], loco sui substituit[n] regem Sycilie in senatorem, et de domo seu familia ipsius regis existentis in Urbe Veteri sumpsit milites ad regendum tam Patrimonium[o], quam Campaniam, Marchiam[p] et Ducatum. In Romaniola[q] destinavit comitem domnum Iohannem de Apia[r.10] cum soldanariis Francigenis fere octingentis contra Guidonem Montis Feltri, qui terram ecclesie in illis partibus occupatam detinebat. Qui Guido de civitate in civitatem maliciose se transferens, infra fortalicia se tuebatur, interdum predam capiens[s], ut ex ea sequaces sui[t] pascerentur.

Eo[u] tempore quadam die dominica per quemdam Latinum de familia regis et alium[v] Urbevetanum[w] fuit exorta[x] dissensio[y] magna inter gentem regis[z] et[z*] Urbevetanos[a], et ut quidam[b] referunt, Renerus[c] tunc capitaneus Urbevetanus[d] ad id satis videbatur assensum prebere, ut rex et Gallici vituperium sustinerent et dampnum. Nam cum tumultus magnus fieret[e] per terram, et clamores validos emitterent Urbevetanenses, mortem ad Gallicos exclamantes, idem[f] Renerus sepe vocatus, ut gentem suam refrenaret, se fingebat infirmum. Set tandem cessavit dissensio, aliquibus hinc et[g] inde vulneratis et quam pluribus[h] Urbevetanensibus interfectis, de familia regis[i] uno[k] tantum[l] garcione mortuo[m], cum de morte plurium nil sciretur[n].

Deinde[o] estate et hyeme[p] completis[q], in mense Februarii[r] primo anno[s] domni pape predicti[t], eodem domino[u] in Urbe Veteri residente, piscis marinus in effigie leonis[v] captus fuit[w] in illa plaga Maritime, que sita est apud[x] Montem Altum, et portatus[y] apud Urbem Veterem. Multitudo curialium ad videndum huius monstrum[z] nec mirum accedebat, quia 1282. Febr.

a) et *inser.* 2. 3. 5. a*) Rursum 3. b) pref. Nichol. nepotem *des.* 2. 3. 6. b*) de 3. c) hoc 2. 4. c*) Vallerani 6. d) Beltuldo 1. 5; Bethtoldo 4. d*) domini 5. e) *deest* 4. f) *deest* 3; que 5. g) quod quasi *des.* 6. h) dissentionis 3. i) temptoria 1. k) alii 3. 6. l) capti sunt aliqui 2. m) 1281. *add.* 5. n) in die cathedre beati Petri 2. 6; in d. c. b. P. apostoli 3. 4; hiis superius dictis tam in urbe quam in vicinia concurrentibus *add.* 3; his sic tam in urbe *etc.* 6. o) papa *add* 3. p) fuit, qui 5; fuit et 6. q) *deest* 5. r) ad cardinalatus dignitatem 3; ad cardinalatum 2. 4. s) papam X. *des.* 2; papam *deest* 5; X. *deest* 6. t) *deest* 2. 4; qui 3. u) suam 3. v) descendens 2. 5. w) *deest* 4. x) coronatur 5. y) prox. sequ. *des.* 3; proxime sequente 4. z) predictum *add.* 2. a) Girardum 4. 5. b) *pro* 12 *leg.* sanctorum 2. 3. 4. c) Prudentiane 2. 3. d) in Penestr. *des.* 3. d*) domnum — in mense Februarii *not.* r *des.* 1, *ex* 5 *suppleta.* e) in monte *des.* 2. 3. f) Sauzinie *corr.* Suzanne 2. g) dictum *inseruit* 3. h) ac domnum *des.* 4. 5. h*) tituli sanctorum Marcellini et Petri *des.* 4. 5. i) in *inser.* 3. k) Nycolai 5; Nycholai 2. l) Tullianensi 2. m) papa 3. n) instituit 2. 3. o) sancti Petri *add.* 3. p) capm̃chiā 5. q) vero *add.* 2. 3; Romaneola 3. 6. r) Appia 5. s) rapiens 3. 6. t) *deest* 2. u) Eodem 3. v) et alium *deest* 5; et per alium 3. w) Urbevetanensem 2; de Urbe veteri 3. x) orta 3. y) discordia 3. z) regis *deest* 3. z*) alium *add.* 5. a) Urbeveteranenses 3 b) multi 2. 3. c) Reynerus 2. d) Urbeveteris 2; Urbeveteri 3. e) haberetur 2. 3. f) *deest* 2. 3. g) *deest* 3. h) plurimis 3. i) *deest* 2; autem regis 3. k) una 2. l) tantummodo 3. m) moriente 2; interfecto 3. n) cum de morte — sciretur *des.* 3. o) Demum 3. p) yeme 2. q) completo 3. r) Februario 3. s) pontificatus *add.* 2. 3. t) Martini *add.* 3. u) ipso 3. v) cuiusdam *add.* 3. w) et *add.* 1; *deest* 3. x) versus 2. 3. y) et portatus *des.* 6. z) ad cuius aspectum 3.

6) Orvieto. 7) qui postea papa Nicolaus IV. creatus fuit. 8) qui postea fuit papa Bonifacius VIII. 9) 1281. Mart. 10, v. Raynaldi h. a. n. 15. 10) Cf. epistolam papae Iohanni de Epa directam d. d. 1281. Mai. 26. apud Raynaldi h. a. n. 12.

1282. pellis [a] pilosa, pedes breves, cauda leonina, capud vero leoninum, aures, os et infra dentes [a*] habebat quasi leo [b]. Referebatur itaque, quod in eius captione planctus horribiles emisisset [c], sicque [d] multi prenostica futurorum exinde asserebant.

Et ecce quod parum post in regno Sicilie Panormitani succensa rabie, omnes Gallicos, qui ibi morabantur, tam mares quam feminas ac senes et iuvenes in predicti regis contemptu [e] occiderunt, et quod fuit detestabilius, aperientes [f] latus mulierum Latinarum pregnancium [g], que dicebantur [h] a Gallicis [i] concepisse, partus earum [k] occidebant, antequam nascerentur [11]. Deinde tota Sicilia sic rebellans, supradictum [l] Petrum [m], regem Arragonie [n], in suum dominum et defensorem [o] vocaverunt.

Eodem quoque concursu [p] temporis inter Romanos fuit dissensio [q] magna [r] et, paratis hinc et inde suis aciebus, pars [s] Ursinorum transtulit [t] se Penestrum, Hanibali [u] vero credentes [v] cum eis habere bellum campestre, illuc se transtulerunt cum vicario Urbis, qui certis [w] de causis eos fovebat et ab eis tuebatur [x], et vastaverunt [y] contratam [z] usque ad muros Penestre, non [a] sine multorum occisione Ursinorum infra fortalicia se tenencium [b].

Apr. 30. Itaque die Iovis 2. Kal. Maii prefatus [c] Iohannes de Apia [d] contra Guidonem [e] de Monte Feltri [f] progrediens, burgum civitatis Fori Livii [g] cepit hostiliter, et [h] per hunc [i] diem et

Mai. 1. noctem sequentem ibidem [k] cum [l] comitiva sua [m] remanens, die crastina prima die [n] Maii congregatis aciebus ordinavit tres turmas militum et unam peditum stabiliens [o] in burgo in facie civitatis [p] Fori Livii [q]. Set pars adversa tam per ipsam portam [r] quam per alias [s] suos diversimode emisit bellatores, ut plus astucia quam iure [t] belli posset [u] dictum Iohannem debellare. Sicque factus est huiusmodi [v] conflictus, in quo tandem [w] cecidit comes Thadeus [x] nobilis pugil ecclesie fere [y] cum quingentis Gallicis, ex adverso vero quam plures nobiles et ignobiles [z] fere mille quingenti. Tandem nocte superveniente superstites ad suam partem traxerunt [a], nulli victoria [b], Gallicis capitositate attributa [c].

Eodem concursu [d] inter Anglicos et Galenses [e] durissimum bellum fuit [f].

Tunc etiam in Tunicio [g] magna paganorum multitudo per ipsius Petri regis [h] Arragonum astuciam inter moncium districtus [i] fuit depressa, et ibi occiderunt [k] pagani quam plurima [l] milia [m], partis adverse forte tria milia [n].

Tunc etiam soldanus Babilonie [o] a Tartaris fugatus per octo dietas [p], occisi dicuntur pagani [q] ultra 50 milia. Set viribus et animo resumptis, soldanus dictos Tartaros orientales fugans, circa 30 milia Tartarorum in illa [r] fuga dicuntur occidisse.

Iun. 24. Tunc temporis circa festum nativitatis [s] beati Iohannis baptiste [t] dictus domnus papa [u] se transtulit apud Montem Flasconem [v. 12]. Set Romani parvipendentes eundem, exercitu congregato, circa Cornetum [13] eo vidente [w], vineas ortos et blada vastaverunt [x] et exinde alias par [x*] facientes recesserunt [y]. Perusini tunc contra inhibitionem domni [z] pape supra Fulginatam [a. 14] exercitum [b] facientes [c], quicquid extra muros civitatis fuit [d], undique vastaverunt [e], excommunicacionis sentenciam in eis [f] proinde promulgatam [g] incurrentes.

Parum post [14*] princeps filius [h. 15] domni Karoli [i] regis Ierusalem [k] et [l] Sicilie, rediens de

a) eius *add.* 3. a*) linguam *add.* 1; videlicet et linguam 3. b) habebat *deest,* quasi leonis 3. c) emiserat 2. 3. d) sic quod 3. e) contemptum 2. 3. f) aperientes *deest* 2. g) l. m. L. p. ap. 3. h) videlicet dicebantur 3. i) Galicis 1. k) *deest* 2. 3. l) *deest* 3. m) tunc *add.* 3. n) Artoganum 5. o) defens. et dom. 3; defensionem et dom. 4. p) cumcursu 1; occursu 5. q) dissentio 3. r) maxima 2. 3. s) acies 5. t) ita ut paratis .... transtulerit 3. u) Hanibaldi 5. v) se *add.* 3. 4 w) ceteris 2. x) et ab eis tuebatur *des.* 3. y) vastarunt 6; vestaverunt 1; vastantes 3. z) ꝯtam 1; contractam 3. 6. a) tamen *add.* 3. b) in fortalicio se tenentes 2. 6; in fortalicio 4; Ursinis in fortalicio se rec. 3. c) dominus 3. d) Apya 4; Appia 5. e) Iohannem 1. 5; G. 2; V. 4. f) Faltri 1. g) Florilivii 1; Forlivii 2. 6; Forilumii 4. h) qui 4. i) *deest* 4; hanc 2; illam 3. k) idem *add.* 6. l) con 1. m) sua *deest* 2; cum tota sua comitiva 3; cum suis 5. n) *deest* 3. 6. o) ibidem *add.* 3. p) *deest* 4. q) Forilimii 4. r) *deest* 2. s) ad ipsam portam quam ad alias 3; alios 5. t) iuris 6. u) possent 2. 6. v) modi *deest* 1. 4. 5. w) *deest* 3. x) *deest* 1. 4. 5; tam 3. y) *deest* 5. z) et ignob. *des.* 1. a) se traxerunt 3. b) habente *add.* 1. 3. 5. 6. c) Gallicis cum capitositate attributis 2. 6; Gallicis cum capitositate attributa 4. d) cumcursu 1. e) Gallicos 5. f) Eodem conc. — fuit *des.* 3. 6. g) Thunicio 3; in Tunicio *deest, lacuna* 4. h) Petri *deest* 2. 3. 6; regis *deest* 1. i) distrinctum 1; districtum 4. 5; discinctum 6. k) ceciderunt 6. l) plura 6. m) quam plur. mil. *des.* 3. n) tria milia partis sibi adverse pugnatorum 3. o) Babylone 4. 5. p) ibi *inser.* 3; fug. est per octo d. et 4. q) a Tartaris *add.* 3. r) huius modi 2. 3; huius 4. s) natalis 5. t) prope sequens festum sancti Ioh. bapt. 3. u) Martinus *add.* 3. v) Flasconis 4. w) eodem papa vidente 3; eo vidente *des.* 5. x) fastarunt 4. x*) *correxi ex* parum 1—6. y) discesserunt 4. z) *deest* 2. a) Fulginanates 2; Fulginatum 4. b) supra F. exercitum *des.* 3. c) recesserunt — facientes *des.* 5. d) *deest* 2. e) devastaverunt 5. f) in eis *des.* 2. 4. g) provulgatam 3. h) *deest* 5. i) Caroli 2. k) Iherus. 3. l) Iherlm et *post punctis deleta* 2.

11) Eadem referuntur in bulla Martini IV. data a Cont. Herm Altah. supra SS. Tom. XVII, 413. 12) Montefiascone. 13) Corneto. 14) Foligno. 14*) mense scil. Octobri. 15) Karolus princeps Salernitanus, postea rex.

Francia in Apuliam, magna[a] militum comitiva secuta eundem[b], inter quos fuit comes[c] Alensonensis[d] frater regis Francie[16], comes Attrebatensis[e. 17], comes Bolonie[f], comes Domni[g] Martini[18] et comes Burgundie[h. 19], venerunt cum multis nobilibus, eodem rege Karolo de Sicilie partibus, ubi fuerat in obsessione[i] Messanensi[k] et parum profecerat, iam reverso in Calabriam[l] et eo[m] existente in plano[n] sancti Martini. Post hoc[o] ipse Karolus et Petrus 1283. predictus de Arragonia[p], qui iam Siciliam occupaverat et se fecerat in regem Sicilie coronari contra domni pape inhibitionem et[q] propter hoc[r] erat excommunicatus et regno Arragonie et omni eo, quod ab ecclesia tenebat, privatus, belli taliter[s] pactum inierunt, quod quilibet eorum haberet 100 milites, quos[t] vellet et posset, in plano Burdegalensi[u] paratos ad pugnandum ad invicem 100 contra 100, inter quos ipsi duo[v] Karolus et Petrus[w] conputari debebant, prima die Iunii anno Domini[x] 1283.[y] et qui victus esset, perpetuo infamis pri- Iun. 1. vatus honore et nomine[z] regio, et quod de cetero contentus esset[a] uno serviente, qui[b] cum eo solus incederet; non[c] veniens ad dictam[d] diem sic paratus penas similes et[e] etiam periurium incurrebat. Ad quam diem cum dictus Karolus fuisset, ut decebat[f], multis presentibus[g] una cum legato sedis apostolice[h], dictus Petrus non venit[i], prout[k] promiserat. Quidam tamen dicunt, eum fuisse locutum in nocte precedente[l] diem statutam associatum[m] duobus sociis senescallo Burdegalensi in loco privato et remoto, pretendens, quod propter regis Francie timorem, ibidem presentis, pactum servare non audebat.

Dum hec[n] agerentur, domnus[o] papa destinavit Guidonem[p] de Monte Forti, virum strenuum[q], in Romaniolam[r], ut eius presencia confortarentur stipendiarii domni pape. Quo illuc veniente, Guido Montis Feltri statim terras[s] et civitates occupatas per eum, ut prescribitur[t], Guidoni[u] nomine ecclesie restituit, iurans mandatis ecclesie[v] se pariturum; et ad locum per ipsum Guidonem de Monte Forti[w] statutum se transtulit, usque[x] ad mandatum domni pape mansurum[y]. Sicque[z] tota[a] terra Romaniole ad ipsius[b] pape mandatum rediens, suscepit ipsius domini[c] nuncios[d], excepta civitate Urbinata[e], quam dictus Guido de Monte Forti post hec[f] aggrediens hostiliter, quicquid[g] extra muros fuit devastavit, et in eius[h] adventu quinque castra cepit forcia dictorum Urbinatensium[i], et[k] habitantes in eis[l] ad mandatum suum[m] venire sunt compulsi.

Eo tempore regnum Arragonie[n] per milites et[o] stipendiarios regis Francie cum auxilio 1284. cuiusdam nobilis de Arragonia, qui vocabatur Iohannes Minii[p], invaditur, et multa castra occupata fuerunt, et multi[q] de Arragonia ceciderunt, Petro predicto absente et procurante sibi subsidium, qualiter posset ipsum regnum[r], quo iam privatus erat[s], defensare[t 20].

Hiis undique sic[u] concurrentibus, Romani more solito et eis[v] innato[w] a regimine Urbis quendam nobilem de Apulia, vicarium Urbis officium senatorie[x] gerentem, expellentes de[y] officio, eum custodie mancipatum detinere presumpserunt[z], succedenteque[a] rumore populari per aliquorum Urbis[b] nobilium instigationem[c], ut fertur, quendam Romanum nomine Iohannem Cinchii[d], fratrem domni Latini tunc Ostiensis[e] episcopi, in capitaneum Urbis et rei publice defensorem vocaverunt[f. 21], qui licet parum rexerit, multos[g] Romanos[h] offendit

a) *deest* 2. b) eundem secuta est 3. c) fuit comes *des.* 2; fuit *deest* 3. d) Alensson. 3; Allenss. 4; Alexon. 5. e) Atthrebacensis 2; Atrebarensis 4; Atrab. 3. f) Balonie 4. g) Domni *deest, lacuna* 5. h) Burgondie 1. i) obsessionem 3. k) Messinensi 2; Messenensi 4; Messanensium 3. 5. l) Calabria 1; Calobriam 2. m) eoque 3. n) planum 2. o) hec 3; *deest* 2. p) Arrogonia 2. 5; Arag. 3. q) *deest* 2. 3. r) propter quod 3. s) totaliter 4. t) quales 3. u) Burdagalensi 5. v) *deest* 4. w) K. et P. 2; Karolus et P. 3. x) anno Dom. *des.* 5. y) 1273. 1. z) et nomine *des.* 3. a) *deest* 2. 3. 4. b) *deest* 1. 3. c) et non 3. d) dictum 3. 5. e) ac 3. 5. f) videbat 4; debebat 3. g) principibus 4. h) set *add.* 3. i) advenit 3. k) ut 3. l) de nocte precedenti 2; precedenti 3. m) associatus 2; associatis sibi 3. n) sic *add.* 3. o) dictus 2. 4. 5. p) domnum G. 2; domnum Guidonem 4. q) strennuum 2. r) Romaniola 1. s) terram 3. t) scribitur 1. u) predicti G. 4; ipsi Guidoni 3. v) restituit — ecclesie *des.* 1. w) sibi *inser.* 3. 4. x) *deest* 2. y) permansurum 3. 4. z) Sic quod 3. a) *deest* 2. 3. 4. b) domni *add.* 2. 3. 4. c) pape *add.* 3. d) et precepta *add.* 2. 3. e) Urbinate 2. 4; Urbeveteri 3; Urbinotam 5. f) post hec *des.* 3; hoc 4. g) quidquid 3. h) suo 3. i) Urbeveteranorum 3. k) qui 3. l) eius 1. m) eius 3. n) Arragonie Navarram 2; Aragonie versus Navarram 3. o) *deest* 5. p) qui nominabatur Longo 2; qui nomin. Iohannes Longo 3. 4. q) multique 3. r) regimen 5. s) per papam et per curiam Romanam *add.* 3. t) deffensare 3. u) quoque *add.* 2. v) *deest* 3. w) eius mandato 5. x) senatorile 2; senatore 4. y) ab 3. z) presumpserat 5. a) succensoque 3. b) orbis 2. c) investigacionem 1. 5. d) Cynthii 3; Anchii 4; Cychii 5. e) Host. 2. 3. f) invocaverunt 2. 3. 4. g) tamen *add.* 3. h) Romanos *deest* 2.

16) Petrus nomine. 17) Robertus. 18) Dammartin. 19) Othelinus. 20) Anno demum sequenti Philippus III. rex Franciae ipse expeditionem in Arragoniam movit. 21) De quo cf. epistolam Martini IV. d. d. 1284. Apr. 30. apud Raynaldi h. a. n. 17—19.

1284. et domos Romanorum[a] in pede Mercati non sine[b] spoliatione domorum vicinarum[c] dirui fecit. Set Romani ad mandatum[d] pape reversi[e], susceperunt vice domni[f] pape[g] duos vicarios senatorie, videlicet Hanibaldum[h] Petri Hanibaldi[h] et Pandulphum de Sabello, sub quorum regimine Romani[i] quieti fuerunt, quorum multi credebantur[k] prefato Petro Arragonie confederationem iniisse[l].

Post hec[m] prefato[n] rege Sicilie de Francie partibus per mare descendente[o], se transtulit versus Apuliam. Cuius adventum scientes Siculi et Hispani, in Messanensium[p] partibus per mare forciam[q] habentes, cum 22[r] galleis[s] armatis et munitis venerunt per mare prope Neapolim, ut sua sagacitate possent ibidem aliquos offendere ante regis adventum. Et tandem per 7 miliaria prope portum Neapolitanum exsistentes, multos proferebant clamores et indicia faciebant, quibus moverent[t] Gallicos ibidem existentes[u] ad pugnandum. Tandem princeps Salernitanus[v], filius regis Sicilie primogenitus, qui, dimisso certis de[w] causis comite Attrebatensi[x] in Calabria, illuc venerat, motus et incitatus indiciis et clamoribus huius modi[y], animositatis dampnose, insolitam[z] sumens audaciam, cum suis bellatoribus galleas[a] intravit et prefatos inimicos aggrediens, contra eos viriliter pugnavit cum paucis galleis, 17[b] de suis per fraudem[c] nautarum revertentibus[d] Neapolim, in quibus nobiles erant et strenui pugnatores. Verum idem princeps cum suis secum[e] remanentibus debellatus fuit et captus, non[f] sine magna occisione suorum inimicorum. Set quia viles erant gallioti et nullius nominis[g], non fuit equale dampnum ad[h] paucos Gallicos, qui fuerunt[i] ibidem interfecti et aliqui capti, qui velud ignari maris preliorum[k] experti sunt, quod non fuit ludus in undis[22]. Sicque[l] dictus princeps cum suis ductus fuit Messanam[m], et[n] custodie carceris mancipatus, et quarta[o] die sequenti pater venit[p] Neapolim[q], Neapolitanos, qui iam post captionem principis spiritum rebellionis assumpserant et fugarant[r] Gallicos et spoliarant[s], castigavit, et eos, conniventibus[t] oculis quasi inscius, a[u] suis sequacibus cruciari permisit. Tandem post multos eventus, qui plenius describentur inferius[23], dictus rex parato exercitu versus Regiam[v] in Calabria[w], ubi dictus comes Attrebatensis[x] viriliter se gesserat, se transtulit, ut Farum[y] transiret, cupiens Messanam[z] civitatem obsidere. Set quod conceperat tunc adimplere nequiens, multa vasa sua[a] in portu Brundusii[b], ne per flatus hiemales[c] vastarentur aut caperentur ab inimicis, relinquit[d], postmodum recludens. Reliqua[e] per mare, ut passagia custodirent[f], destinavit.

Interea eo[g] tempore comes Rubeus[h], pater uxoris prefati[i] Guidonis de Monte Forti, diem clausit extremum. Quo audito idem Guido de licencia domni pape exercitum ecclesie in obsessione[k] Urbinate[l] relinquens, se transtulit in Tusciam, ut terram[m], que sibi expectabat[n] ex morte dicti comitis, quam impetebat comes Sancte Flore, defensaret. Sic[o] eodem Guidone in dicta terra manente cum paucis sequacibus, comitiva comitis Anguillarie[p] terram ipsam hostiliter, ut domnum Guidonem offenderet, invasit. Quod cum sciret, idem Guido cum paucis occurrere[q] non tardavit, et quadam die strenuus in bello[r] contra gentem ipsius comitis Anguillarie[s], prout testatur eventus, apparuit[t]. Nam ibi sagaciores[u] Tuscie[v] et de amicicia[w] ipsius comitis Anguillarie[x] fortiores ceciderunt, quorum aliqui capti fuerunt[y] et aliqui[z] interfecti, ipso domno Guidone in canna[a] graviter vulnerato.

Eo[b] tempore prefatus summus pontifex maliciam et nequiciam Reneri capitanei Urbe-

a) Boninorum 3. b) solum 1. 5; solum in 2. c) vivorum 2. d) domni *inser.* 3. e) Romanis ... reversis 3. f) *deest* 2. 3. g) reversi — pape *des.* 4. h) Hanniball. 3. i) *deest* 2. k) credebant 2. l) inhiisse 1. m) *deest* 5; *add.* 3. n) prefecto 2. o) descendentibus 2. p) Messanis 3; Messanensibus 5. q) fortalicia 3; forcia 4. r) XXVII. 3. s) galeis 2. 3. t) noverent 1; coīnoverent 3; moverunt 4. u) multos proferebant — existentes *des.* 5. v) Salertanus 3. w) ex 3. x) Atrab. 3. y) modi *deest* 1. 4. 5. z) solitam 4. a) galeas 3; *hic finis est* 5; *sequitur secunda continuatio, quam videas infra p.* 482. b) galeis *add.* 3. c) fraude 1. d) revertantibus 1. e) *deest* 3. f) tamen *add.* 3. g) gallioti et strenui pugnatores 4. h) et 1. i) fuerant 2. k) preliorum maris 3. l) Sed quia 4. m) Messanum 4. n) ibi *add.* 3. o) quarto 3. p) fuit 4. q) Neapolin 2; patre suo Neapolim veniente 3; et *inser.* 2. r) effugarant 2. s) spoliarent 3. t) contuentibus 3. u) *deest* 2. v) usque Regium 2; versus Reginam 4. w) Calabriam 2. 3. x) Attrab. 3. y) Farrum 1; Faurum 4. z) Messanensem 2. 4. a) *deest* 3. b) Brandii *post corr.* Brandusii 1; Brundisii 2; Brandii 4; Branducii 3. c) hyemales 3; yemales 4. d) *deest* 2. 3. e) reliqua recludens 1. f) custodierunt 4. g) eodem 3. h) Rubius 4. i) predicti 2. k) obsessionem 4; obsidione 3. l) Urbinari 1; Urbeveteri 3; Urbinati 4. m) terra 1. n) expetebat 2; spectabat 4; se transtulit — expectabat *des.* 3. o) Sicque 3. p) Anguilarie 2; Anguillaria 3. q) occure 3. r) strenuit in prelio 2; strenuit in bello seu in prelio 4; quam strenue se habuit in prelio 3. s) Angrvilarie 4. t) *deest* 1. 2. 4. u) saggatiores 3. v) Thuscie 3. w) amicia 3. x) prout testatur — Anguillarie *des.* 2; Anguill. *deest* 3. y) *deest* 1. 4. z) quidam vero 3. a) cama 4. b) Eodem 2.

22) Cf. Verg. Ecl. IX, 39. 23) Nescio ubi.

vetani[a] ultra sustinere non valens[b], exinde discessit die Martis post festum beati Iohannis baptiste, et secunda die[c] castrum Plebis intravit. Deinde gravitate corporis detentus, ibidem remansit usque ad diem dominicam post festum beati Michaelis. Tunc[d] exiens castrum Plebis[e], in die[g] sancti[h] Francisci Perusium intravit, ubi[i] cum ingenti gaudio et honore multiplici[k] a Perusinis, qui iam meruerant absolvi a sentencia excommunicacionis supra dicta, fuit receptus. 1284. Iun. 27. Oct. 1. Oct. 4.

Medio tempore comes de Vigniaco[l], qui remanserat[m] in obsessione Urbinatensi[n], invadens[o] Urbinates imprudenter contra prefati domni Guidonis de Monte Forti instructionem, ibidem exstitit interfectus.

Deinde prefatus Renerus de Urbe Veteri incrassatus[p] in officio capitanie, quod gesserat[q] Urbe Veteri, in tantam demencie pravitatis Gibelline[r] prorupit audaciam, ut[s] Guelphos[t] de Urbe Veteri eo[u] nobiliores et potenciores subpeditare totaliter niteretur[v]. Set Guelphi[w], sumptis viribus et invocato prefato domno Guidone de Monte Forti, qui eis adherebat, ipsum Renerum cum filiis primo[x], tandem omnes Gibellinos[y] sibi[z] adherentes ab Urbe Veteri turpiter, antequam dictus Guido festinans veniret, eiecerunt.

Hiis undique sic concurrentibus, parum post Karolus[a] infirmitate gravi concussus, licet se[b] non pacientem pro viribus suis[c] ostenderet, ut[d] exanimati[e] fortius et exanimes sagacius animarentur et ne Siculis[f] ipsius regis infirmitas nota fieret[g], quam evadere cito sperabat, ordinatis[h] de statu regni primitus conmunicato[i] suorum prudencium consilio[k] salutari, corporeque Christi[l] cum unctione extrema susceptis[m], in fideli ipsius nominis Christi invocatione die dominica 7. mensis[n] Ianuarii in Domino requievit. 1285. Ian. 7.

Post hec[o] idem summus pontifex, audita prefati regis morte dampnosa, lugubres dies[p] cum cardinalibus et Perusinis, sicut decuit, celebrans, ad celerem succursum prefatis principi[q] suisque heredibus nec non et[r] Attrebatensi comiti strenuissimo[24], per cuius[s] industriam inclite probitatis, animositate decoratam, regnicole[t] quam plures pocius timore quam fidelitate prestabant[u] Gallicis obsequium, impendendum animum[v] disponens, negocia que gerebat[w] in curia[x] e diversis partibus mundi veniencia[y] retardando, quandam pecunie summam, fere centum milia librarum Turonensium[z], eidem comiti destinavit. Et parum post videlicet die annunciationis virginis Marie[a], que fuit in die resurrectionis Domini[b], postquam celebrasset, solitamque refectionem[c] cum suis capellanis[d] sumpsisset, arripuit eum infirmitas occulta, ex qua licet se graviter pati diceret, eius phisici morbum et[e] causam[f] ignorantes[g], in eo nullum[h] mortis indicium asserebant[i], die Mercurii proximo sequenti[k] circa noctis horam quasi sextam[l] debitum solvens[m] conditionis humane, ad Dominum, ut certis opinatur[n] indiciis, transmigravit. Et vacavit sedes quatuor[o] diebus. Nam diversarum passionum afflicti[p] et specialiter[q] visus, ingressus, auditus et[r] loquele prostrati[s] iuxta feretrum[t], in quo corpus[u] sepultum extitit infra paucos dies, videntibus et[v] assistentibus[w] clericis et laicis quam pluribus, multi sunt sanati. Nec adhuc, quando fuit hec scriptura protracta[x], 12.[y] die mensis Maii cessabant ibidem[z] miracula, verius immo[a] diebus singulis occurrenti[b] populose fidelium multitudini misericorditer a Domino[c] larguntur; et qui scripsit hec[d], vidit ea[e]. Mart. 25. Mart. 28. Mai. 12.

a) Urbe veteri 2; Urbeveterani 3. b) volens 1. c) et hac die 2; ac die crastina 3. d) et tunc 3. e) Deinde — castrum plebis *des.* 4. g) inde 2. h) beati 3. i) *deest* 1; ibi 2. k) a Perus. mult. 1. l) Goin 2; vero gogui 3; Iugmato 4. m) remansit 1. n) Urbinati 3. o) ipsos *inser.* 3. p) incressatus 1; ingrassatus 4. q) in *inser.* 3. r) Gebellinie 2. 3. s) quod 3. t) Guelfos 2; Guelfes 3. u) ipso 3. v) vinceretur 2. w) Guelfi 3. x) cum filiis suis 2. 4; cum suis, post 3. y) Guibelinos 2; Gebell. 3. z) ipsi Renero 5. a) Carolinus 2; Karulus 4; rex Karolus 3. b) quasi *add.* 3. c) pro viribus suis *des.* 3. d) ne ut 3. e) animati 2. 3. f) *pro* Siculis *leg.* si quidem 1. 3. 4. g) *deest* 4. h) ordinato 4. i) a communitate 2. k) concilio 3. l) salutarique X corpore 2. 4; salutarem corporis Christi victimam 3. m) suscipiens 3. n) mense 1. 2. o) hoc 2; Post hac 4. p) *deest* 2. q) prefati principis 1; prescriptis principi 2. 3. 4. r) *deest* 4 s) percussus 2. t) regnicoli 3. u) parabant 4. v) animi 4. w) gerebantur 3. x) in cuius 1. 2; in curia *des.* 4. y) veniente 2. z) Thur. 4. a) ipsius genetricis Dei *add.* 3. b) videl. die resurrect..... que fuit in die annunc. ... 2. 4. c) hostiam salutarem 3. d) aliisque fidelibus 3. e) eciam 2. f) casum 4. g) cognoscentes 1; asserentes 2. 4. h) nichilum 4. i) esse 2. 4; asserentesque in eo n. esse m. ind. 3. k) sequente 4. l) quintam 2. m) exsolvens 2. 3. 4. n) oppinatur 1. o) tribus 3. p) div. affl. passionibus 3. q) *pro* et special. *leg.* videlicet 3. r) *deest* 3. s) prostracti 4. t) fertrum 4. u) eius *add.* 2. 4; eius iam 3. v) *deest* 1. w) astantibus 3. x) facta 3. y) XXII 3. z) *deest* 2. a) ymmo 3; ymo 4. b) occurrente 2; concurrenti 3. c) precibus eiusdem sancti pontificis *add.* 3. d) Qui autem hec scripsit ideo testatur, quia 3. e) *abhinc alia continuatio sed eadem manu scripta incipit in* 2.

24) Quem Karolus I. rex, filio capto, procuratorem regni designaverat moribundus.

1285. Apr. 2. Honorius IV. natione Romanus de domo Sabellorum anno Domini 1285.[a] die 2.[b] mensis Aprilis eligitur in Perusio concordia fratrum prima die, qua convenerunt ad electionem futuri summi[c] pontificis celebrandam. Et die . . .[d] mensis Maii, licet impotens ad id crederetur et penitus inhabilis famose diceretur[e], in sacerdotem est per domnum Latinum Ostiensem[f] episcopum cardinalem promotus apud Sanctum Petrum et ibidem die crastina dominica[g] coronatus per eum[h], in altari[i] sancti Petri primitus divino[k] misse[l] officio celebrato. Hic statim post[m] electionem tam comiti Attrebatensi[n] in Apulia viriliter militanti, quam ceteris stipendiariis[o] in certis partibus per domnum Martinum predecessorem suum ordinatis, eos animose confovendo, prestavit stipendia et animavit ad suscepta negotia sollicite prosequenda[p].

1287. Apr. 4. *Pergunt codd.* 1. 4: Moritur die parasceue Rome[q] apud Sanctam Sabinam, et in ecclesia sancti Petri[r] iuxta sepulcrum Nicholai tercii[s] sepelitur.

Alia continuatio codicis 5.

Honorius IV. natus Romanus de prosapia Sabellorum, vir pacificus et decorus facie, licet pedum infirmitate gravatur, propter suam sapientiam, benignitatem et morum modestiam creatur Perusii, anno Domini 1285. secunda die intrantis Aprilis. Et consecratus in Urbe, coronatus sedit annis duobus et una die, et vacavit sedes menses 10 et dies 11.

Hic rexit ecclesiam Romanam in magna pace. Tempore huius inter christianorum reges bella siluerunt. Multa gravamina que dicebantur regnicolis per regem Sycilie et eius officiales inferri, per suam providam ordinationem ammovit. Hic prelatorum et ecclesiarum scandala vitans, beneficia vacatura non dedit ad vitam suam in Urbis senatorem electis[t]. Sub quo regimine gubernatio civitatis pacifica extitit et tranquilla. Civitatem Viterbiensem, que propter civium excessus, tempore vacantis ecclesie in aliquos cardinales commissos, in turbatione et discordia diu Romane ecclesie perstiterat, ad gremium et pacem ecclesie revocavit. Quidam nobilis de maioribus Urbis pro satisfactione iniuriarum, quas dicebatur commisisse circa Romanam ecclesiam et aliquos cardinales in prefate civitatis regimine, nudis pedibus cum corrigia ad collum, de eius mandato patriarchales Urbis ecclesias visitavit, sicque extitit ad pacem ecclesie et cardinalium restitutus. Hic anno primo sue creationis de mense Decembris domnum Iohannem de progenie Bucamaeiorum de Urbe, tunc Montis Regalis archiepiscopum, ad ecclesiam Tusculanam transferens, in episcopum cardinalem assumpsit. Hic ad instanciam excellentissimi principis, domni Rodulphi regis Romanorum per Maguntinum archiepiscopum coronam imperii postulantis ac per ipsum domnum Honorium[u] imperiali dyademate insigniri, prefatum domnum Iohannem[v] episcopum Tusculanum cardinalem ad sociandum domnum regem, ut moris est, cum plene legationis officio ad partes Alimanie regnaque Boemie et Dacie et Suecie destinavit. Questiones et lites difficiles et implicitas, electionem Salernitaniensis et Florentinae ecclesiarum per annos 13, et quam plurimas alias causas per multa tempora in Romana curia ventilatas, per[w] iustitiam celeriter terminavit. Hic in monte Aventino iuxta ecclesiam beate Sabine papale palatium, muros et portas in circuitu platee fecit suo tempore fabricari. Hic tempore sui cardinalatus duo monasteria, unum sancti Pauli de Albano, aliud sancti Iohannis de Argentella prope Palumbariam dyocesis Sabinensis, construxit sufficienter et plene dotavit, sacerdotum, dyaconorum, subdyaconorum, conversorum ordinis Guillermi in eiusdem numerum collocando. In basilica sancti Petri principis apostolorum de Urbe honorifice tumulatus, requiescit in pace.

a) *correxi ex* 1284. 1. 3. 6; 1283. 4. b) *pro* die sec. *leg.* in die 3. c) *deest* 3. 4. d) *numerus deest, lacuna non relicta codd.* e) et penitus — diceretur *des.* 1. f) Host. 3. 4. g) *deest* 1. h) per eum *des.* 3. i) altare 1. k) divine 4. l) *deest* 6. m) eius *add.* 6. n) Attrabatensi 3. o) pro *inser.* 1. p) *hic finis in* 3. 6; *claudit* 3: Explicit cronica fratris Martini ordinis fratrum Predicatorum domni pape penitenciarii et capellani. q) Mortuus est Rome in die cene 4. r) ad sanctum Petrum 4. s) sancti Nicolai pape tercii 4. t) electus 5. u) H. 5. v) I. 5. w) sed 5.

THOMAE TUSCI
GESTA IMPERATORUM ET PONTIFICUM

EDIDIT ERNESTUS EHRENFEUCHTER. PH. D.

De Thoma[1], *huius, quod proposituri sumus, chronici auctore modo ea comperta habemus, quae in ipso libro contineantur. Erat Thomas frater ordinis Minorum*[2], *Bonaventuram vicarium generalem ministri huius ordinis ad concilium Lugdunense a.* 1245 *celebratum comitatus est*[3]. *Quem autem gradum in ordine obtinuerit*[4] *quandoque monachico vestitu indutus sit, nos latet; certe eum ante a.* 1245 *Minoribus adscriptum fuisse, ex ipsius verbis modo laudatis apparet. Natione erat Tuscus, qua autem ex urbe ortus sit, certe cognosci non potest*[5]. *Papiae puer degit ibique ei res a Friderico I. imperatore gestas seniores terrae illius narraverunt*[6], *postea saepius in Tuscia commoratus est. Ipse dicit, se anno* 1253 *in Romania fuisse*[7]. *Anno* 1260 *pugnae inter Florentinos et Senenses apud Montemapertum commissae interfuit,*[8], *atque tempore, quo proelium apud castrum Colle anno* 1269 *inter Senenses Gibellinos et Iohannem Bricaudem, Caroli vicarium, habitum est, Senis degebat*[9]. *Anno* 1267 *Nostrum Carolum regem in expeditione Tuscana secutum esse*[10] *ex eo concludimus, quod accurate eius iter describit eumque in Apuliam revertentem fortasse comitatus est, cum ex verbis Caroli mores describentibus*[11] *appareat, aliquantum temporis auctorem in aula*

1) In codice 1 chronico superscriptum est *Cro Tho*, sicut in eodem codice Martini Oppaviensis chronicon inscriptum est *Marti* i. e. Martini. 2) Fratrum Minorum saepe mentionem facit, e. g. fol. 165: Leonis fratris, postea Mediolanensis archiepiscopi; f. 166: Petri fratris, Calabriae ministri, a Conrado IV. rege malis valde afflicti; fol. 144: Pacifici fratris, qui artificiose ex nuce tabulam Christi crucifixi imaginem ostendentem confecerat; fol. 168: duorum fratrum ad Carolum I., Siciliae regem, missorum. 3) Fol. 130: *Hec verissima esse scio, sicut qui interfui ipsi concilio et socius eram vicarii generalis ministri ordinis Minorum.* 4) Codici Britannico Harl. 3723 Thomam abbatem nominanti magna fides asserenda non esse videtur, cum nullum ipso in chronico vestigium huius dignitatis inveniatur et hoc titulo fratres Minores nunquam usos esse satis constet. 5) Winkelmann V. Cl. in Forschungen zur Deutschen Geschichte, IX. p. 450, Aretinum Thomam atque unum quidem fratrum Minorum duorum ante proelium a Carolo Siciliae rege a. 1268 contra Conradinum commissum, ad illum regem missorum, cf. fol. 168, fuisse censet. Quae tamen opinio mihi quidem nequaquam arridet, cum Thomam de colloquio inter fratres sui ordinis et Carolum habito bene instructum fuisse, non est cur miremur. Nec Aretina auctoris origo ex his evincitur, quae de Lotharii I. imperatoris privilegio ecclesiae Aretinae dato atque de pugnis inter Aretium et Cortonam propter hanc donationem exortis affert (fol. 155). Thomam enim a. 1258 ea in regione moratum resque ibi gestas satis intellexisse, infra videbimus. De Aretinae autem urbis priva historia nihil in chronico invenitur. 6) Fol. 161′: *Huc usque sunt posita, ut audivi Papie, dum adhuc puer essem, a senioribus terre, qui temporibus illis erant.* 7) Fol. 146: *Simile accidit a.* 1253 *a nativitate Christi, quando pars Liparis in Sycilia ruit in profundum demersa, et totum Tyrenum mare spongie repleverunt, et in Romania diebus pluribus cinis pluit, qui cinis non aliud fuit, nisi resolutio pumicum iam dictorum, sicut ego ipse oculis vidi.* 8) Fol. 167. 9) Fol. 168′. 10) Cf. fol. 167′: *et cum esset in exercitu panis penuria, tamen tanta carnium habundantia ibi erat, ut unus aries pro uno pane daretur et bos unus pro septem panibus traderetur.* 11) Fol. 168′: *longe maiora hiis omnibus de viro hoc possent scribi, si scriptor eorum, que dicta sunt, fuisset sibi familiaritate maiori coniunctus et individuus comes eius.*

regia conversatum esse. Chronicon autem composuit, ut ipse dicit[12], *Florentiae, nulla tamen Florentinarum rerum singulari mentione facta.*

Multum temporis Thomas peregrinando consumpsit. Praeter plures urbes Italicas, ut Venetias, ubi de pace ibi inter Fridericum I. et Alexandrum III. a. 1177 *conclusa aliqua comperit*[13], *et Bononiam, ubi in ecclesiae sacristia librum antiquum Mahomedi vitam continentem inspexit*[14], *Dalmatiam quoque visitavit huiusque regionis et incolarum indolis hinc inde mentionem facit. De Diocletiano imperatore eligendo fabulam affert illi simillimam, quae de Libussa in fine operis invenitur*[15], *eamque ipsum ab incolis illius regionis cognovisse elucet*[16]. *Ad cuius terrae habitatores ea quoque spectant, quae de Sclavis falsis deis servientibus tradidit*[17], *tertio loco de muris longis narrat Thraciam a barbaris separantibus*[18]. *In Gallia Thomas praeter Lugdunum Parisios visitavit, ubi de Caroli regis Siciliae moribus populi narrationibus instructus est*[19], *ibique ea forsitan audivit, quae de Lactantii operibus ab Alexandro IV. papa damnatis tradidit*[20]. *Germaniae quoque civitates nonnullas perlustravit; Coloniae*[21] *corpora trium magorum a Rainaldo archiepiscopo illuc translata vidit; Pragae*[22] *historiam Boemorum legit, ex qua postea extremum operis caput deprompsit.*

De tempore, quo Thomas scripserit, ipse nos certiores facit his verbis fol. 152*:* Karolus usque nunc in Sicilia regnat, scilicet 1278, mense Novembris, die mensis 20. in festo Helisabeth[23]. *Porro fol.* 157 *de Philippo III. rege Francorum haec profert:* Et regnavit, scilicet a. D. 1279. *Cumque in rebus gestis enarrandis usque ad illam pugnam celeberrimam in campo Marchfeld a.* 1278 *Aug.* 26. *commissam modo progrediatur, statuendum erit, eum uno quasi impetu eodemque tempore, certo ante obitum Caroli I. Siciliae regis (a.* 1285*), probabiliter ipso anno* 1279 *totum opus scripsisse*[24]. *Sine dubio Noster tunc grandaevus erat, quippe qui de Friderici I. gestis ab eius aequalibus nonnulla sibi tradita esse affirmet*[25].

Initium libri componendi auctor sumpsit inde ab Octaviano Augusto, primo Romanorum imperatorum, eorumque seriem secutus narrationem usque ad Rudolfum I. protelavit, tribus fere operis partibus Romanorum et Graecorum, quarta Germanorum imperatorum gesta complectens. Priores vero partes valde copiosae cum ad ea, quae Monumenta Germaniae spectent, non pertineant, typis dari supersedimus, atque satis erat, nonnullos maioris pretii locos selectos praeponere editioni nostrae. Praeter res civiles et bellicas ab his imperatoribus

12) Fol. 160, a. 13) Fol. 162′. 14) Fol. 145′: *Hec de Maumet in quadam extraordinaria legi historia, quam in sacristia Bononiensis ecclesiae repperi in antiquissimo libro.* 15) Fol. 169′ sqq. 16) Cf. fol. 127. 17) Fol. 142: *Longobardi vero licet facti essent iam christiani, tamen ydola adorabant et arbores antiquas et magnas atque simulacrum vipere excolebant, unde usque hodie Sclavi, qui fuerunt genere Longobardi, sicut ipse oculis meis vidi, antiquas arbores reverentur et cum eas vident, detractis capellis adorant.* 18) Fol. 142′: *Muri longi in confinio Dalmatie sumunt initium iuxta civitatem, que quondam Tarsia dicebatur, nunc autem dicitur Sanctus Vitus, et dividunt a Trachia barbaros et usque post Constantinopolim protenduntur. Est autem longitudo eorum plus quam* 300 *miliarium, horum principium ego vidi.* 19) Fol. 168′: *Ipse enim audivi Parisius, quod etiam adhuc puer vix aut nunquam ridebat.* 20) Fol. 123: *Hec heresis* — [Cerinthi] — *nostris tamen temporibus fuit Parisius renovata per quendam baccalarium magnum, nomine Christianum, qui sententias Parisius tunc legebat, cumque ab Alexandro argueretur super hiis Rome et ille Lactantium allegaret, papa libros Lactancii cum ipsa heresi condempnavit omnibus interdicens, scribi libros hos facere, sed eos habentes tenerentur comburere.* 21) Fol. 162′. 22) Fol. 169′: *quam istoriam Boemorum in civitate Praga legi* (i. e. Cosmae chronicon). 23) Festum S. Elisabeth in diem 19. mensis Novembris incidit. 24) Quae f. 157 sub Ottone IV. de Ludovici IX. canonisatione, anno 1297 demum celebrata, et de Philippo III. a. 1285 mortuo relata sunt, ab alio postea interserta censenda sunt. 25) Cfr. n. 6.

peractas Thomas plurimorum illius aetatis scriptorum exemplum secutus rebus ecclesiasticis exponendis maximam operam navat, tradendo et persecutiones christianorum a paganis excitatas et controversias in ecclesia ipsa exortas. In his autem rebus describendis auctor fontibus notissimis et a multis aliis medii aevi scriptoribus usurpatis usus est, de quibus iam pauca dicenda sunt.

Suetonii de vita Caesarum libros octo inde ab Octaviano Augusto usque ad Domitiani obitum plerumque Thomas ad litteram exscripsit, sententias quidem ab eo prolatas interdum adeo corrumpens, ut, Suetonius nisi interpretandi subsidium praeberet, Nostri verba inepta et inania esse viderentur[26].

Orosii historiarum libros septem adversus paganos auctor pene integros excipiens eodem quidem modo atque in Suetonio exscribendo versatus est.

Ex Iosephi historia Iudaeorum quoque nonnulla exscripsit, pauca admodum adeoque abbreviata, ut certo cognosci non possit, utrum librum ipsum an Petri Comestoris historiam scholasticam magna ex parte ex illa derivatam manibus triverit.

Eusebii historiam ecclesiasticam Ruffino interprete multotiens Noster adhibuit itemque

Historiam tripartitam.

Ex Isidori Hispalensis historia Gothorum et Wandalorum nonnulla de his populis sub imperatoribus Arcadio et Honorio interposuit.

Inde ab imperatoribus Marciano et Valentiniano usque ad Nicephorum, ultimum Graecorum imperatorem, Historiam miscellam Thomae unicum pene fontem fuisse constat, quo tamen tam negligenter utebatur, ut multas res per annos complures divisas in unum contraheret.

Mahomedi Historiam in Bononiensis ecclesiae bibliotheca inventam auctor exscripsit, multa fabulosa nec fide digna continentem, quam, quia apud nullum alium scriptorem reperitur[27], *hoc loco excudi superfluum non duximus.*

Multas res in prioribus libri partibus contentas auctor ex Eusthacii Romanae ecclesiae diaconi chronica *se hausisse contendit*[28]. *Quis hic Eusthacius*[29] *fuerit quove tempore scripserit, compertum non habemus, chronicon suum usque fere ad Carolum Magnum duxisse videtur, cum huc usque excerpta apud Nostrum protendantur. Cur doleamus ob chronicon deperditum, non est, cum plurimae res inde a Nostro depromptae iisdem fere verbis aliis in fontibus, ut in Historia miscella et Martino Oppaviensi, inveniantur*[30]. *Nonnullos locos, qui ex eo fluxisse videntur, initio nostrae editionis dabimus*[31].

26) Cfr. fol. 112′: *convivis utique suis faciebat apponi panes ex auro dictitans, Cesarem oportere in omnibus esse frugem* cum Suetonio Caligul. c. 37: *aut frugi hominem esse oportere dictitans aut Caesarem;* fol. 177′: *Hic etiam censuit, modum esse suppellectili adhibendum et in macello temperantiam esse. Annonam instituit mercato habitantibus dato* cum Suetonio Tiber. c. 34: *adhibendum supellectili modum censuit annonamque macelli senatus arbitratu quotannis temperandam, dato aedilibus negotio, popinas ganeasque usque eo inhibendo, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent.* 27) Haec etsi narratiuncula quandam cum Vincentio XXXIII, 40 affinitatem praebet, ex eo tamen hausta non est, multis cum in rebus ab eo discrepet. 28) Fol. 160: *in qua civitate* [i. e. Florentiae] *cum hoc opusculum colligerem, nullius antique scripture auxilium potui invenire, preter chronicon Eusthachii Romane ecclesie diaconi.* 29) Thomas eum modo Eusthacium modo Eusthachium appellat. 30) Quare fortassis coniicias, hunc scriptorem omnino a Thoma fictum esse, ut maiore eruditione praeditum se ostenderet, quae fictiones in aliis quoque operis locis haud raro inveniuntur; cf. quae infra de Burcardo et Gregorio ab eo laudatis dicta sunt, et f. 139′, ubi relationi ex Martino desumptae Noster addidit: *sicut Longobardorum tradit ystoria.* 31) Fol. 152: *De primo statu gentis Francorum et quomodo subiugaverunt Alanos.* Hic numerem locos, ubi Thomas Eusthacio fonte se usum fuisse protendit: f. 122 (ex Vincentio et Eusebio desumpta); f. 124′: *hec Eusthatius et pro parte Orosius;* f. 125: *hec Eustacius dicit in cronicis* (haec ex Martino et Eusebio et fonte ignoto hausta sunt); f. 125′: *Hec Orosius; sed modum sui interitus* (i. e. Decii imperatoris) *sic narrat Eustacius. Dicit enim, quod plurimi Scithe, qui alio nomine*

Praeter hos fontes ab ipso enumeratos Thomas duobus imprimis aliis scriptoribus usus est, nunquam tamen eorum nominibus citatis; quorum auctoritate nisus etiam posteriorem operis partem condidit, Martini videlicet Oppaviensis et Vincentii Bellovacensis. Martini chronicon pene totum descripsit ita, ut totam illam molem hic excudi superfluum esset, praesertim cum illius verba vel mutilaret vel sententias perperam intellectas interpretaretur. Ut unum pro aliis exemplum afferam, Thomas Martini verba sub Ottone III.: His ordinatis rebus imperii in Italia ducens secum nobiles aliquos Romanos in Saxoniam est reversus *ita corrupit:* His ordinatis rebus imperii in Italia aliquos Romanos nobiles duces instituit et in Saxoniam reversus est. *Ex Vincentio Bellovacensi auctor adnotationes singulas de viris claris, de naturae eventibus similibusque agentes plerumque ad litteram exscripsit, tum in priore tum in posteriore operis parte.*

Multos praeterea scriptores Thomas laudat, quorum opera non ipsa vidit, sed sola nomina ex alio fonte excepit, ita ex Eusebio Clementem Alexandrinum, Hieronymum, Tertullianum, Ireneum, Iustinum Martyrem et alios, quos omnes enumerare supervacaneum est; ex Orosio Cornelium; ex Vincentio Helinandum, Sigibertum, Turpinum, Historiam Francorum.

Narratis ultimi imperatoris Romanorum et Graecorum Nichofori gestis Noster ad Francorum gentis originem eiusque facta narranda transiit. Incipit praemissa brevi historia de Francorum origine ex Vincentio II, 66. *XVI,* 3 *desumpta eorum ducum et regum decursus,* qui a origine sua propter antiquitatem temporum sciri non potest, *usque ad Philippum III. Franciae regem ducens. Haec regum series tantum fere regnandi annos complectens, additis paucissimis notis historicis, maximam cum Vincentio XVI,* 4 *affinitatem praebet, ita ut aut ex hoc loco aut ex communi fonte fluxisse censenda sit. Regum ex Merowingorum stirpe oriundorum gesta Thomas non tradit, sed statim ad Pippinum transiens Carolinorum principum historiam Vincentio et Martino ducibus concinnavit, interposita, postquam Longobardici regni destructionem a Carolo Magno factam narravit, brevi de gente Longobardorum fabula, ad verbum ex* Pauli Diaconi continuatore Florentino[32] *desumpta. De Carolo autem Magno Noster auctores duos omnino ignotos laudat,* Burcardum *videlicet,* Pivianburgensem episcopum, qui vitam Caroli Magni diligenter descripsit[33], *de quo episcopo*

appellati sunt Gothi, Histro flumine transmeato Romanum imperium devastabant. Quos Decius dum fuisset aggressus, sicut Egesippus dicit, 30 *milibus interfectis ex eis ipse in prelio vulneratus cum filio ignominiose occiditur, eo quod divini cultus fuerit impugnator. Gothi autem cum multis spoliis et captivis ad propria sunt reversi.* Fol. 126: *Huius* (i. e. Taciti) *anno quarto, sicut dicit Eustacius, exitialis perditio Manicheorum ecclesie est illata;* f. 127′: *Hoc Eustacius in cronicis suis dicit;* f. 128; f. 129: *(de crucis signo, quomodo et quando apparuit Constantino) Sed magis videtur esse credendum in hoc Eusebio Pamphili, qui se ab eo iurat audisse, et ipsi Eustachio hoc idem dicenti;* f. 129′; f. 130: *De Arrio et eius errore. Sexto decimo imperii sui* etc. f. 130′: *Hec Eustacius in cronicis dicit. Vixit* (i. e. Constantinus I.) *autem annis* 65, *ex quibus annis* 30 *et* 10 *mensibus imperavit, sicut Eustacius idem dicit;* f. 133: *Sed impius Valens hec omnia post detestans factus est Arrianus sue persuasu uxoris, sicut Eustacius dicit;* f. 138′: *Hec excerpta sunt de ystoria tripartita, sed que sequuntur ab Eustachio Romano diacono sunt accepta* (haec ex Nicephori historia ecclesiastica incerto interprete fluxisse videntur); f. 139′: *Hec de impio crudelique Zenone per Eusthacium ac alios scripta legi;* f. 141: *Hec Eustacius prosecutus est in cronicis suis;* f. 142′: *Hec Eustacius de Tyberio dicit;* f. 143; f. 143′: *Hec Eustacius licet diffusius in cronicis suis posuit;* f. 145′: *Sed de principatu ipsius* (i. e. Mahomedi) *in ipsa historia Eustacium insinuat et etiam et processu Eustacius enim de eo sic ait: „Necessarium* etc. (verba sequentia ex Historia miscella XX, 59 sqq. defluxerunt); fol. 146′: *Hec omnia de Eustacio sunt excepta;* f. 149; f. 150′; fol. 152: *Sicut autem dicit Eustacius in cronicis suis.*

32) Bethmann, Archiv X, pag. 378.

33) Fol. 152′: *Eustacio ystorico Burcardus Pivianburgensis episcopus, qui vitam Caroli Magni diligenter descripsit, plenus concordat. Gens, inquit* etc. *(Gens Meroingorum* — est initium vitae Einhardianae. Quae Thomas ex Eustacii chronicis

episcopatuque nescio utrum re vera exstiterint an ficte ab auctore afferantur, atque Gregorium Senonensem archiepiscopum, qui scripsit eius gesta[34], *quem nunquam exstitisse constat*[35]. *Omnia autem ea, quae Noster ex his auctoribus hausta citat, ex Martino et Vincentio deprompta sunt, qua ex re concludendum esse videtur, Thomam horum scriptorum nomina et opera aut inepte finxisse aut cum aliis auctoribus miscuisse. Historia imperatorum inde a Carolo Magno usque ad Heinricum V. omnis pene ex Martino et Vincentio descripta nihil maioris momenti continet nisi nonnullos locos infra dandos. Pauca iam dicenda sunt de fontibus scriptis, quibus auctor ad posteriorem libri partem componendam usus sit.*

Thomae Godefridi Viterbiensis opera nota fuisse lucet, sed paucis locis fabulas ex eo decerptas in chronicon transsumpsit. Sub Ottone II. illum secutus de coena Romana narratiunculam affert, ubi Otto coniurationis socios multos publice necari fecit[36], *atque de Ottone III. disputans fabulam de comite ab imperatoris uxore falso accusato et decollato narrat*[37]. *Nec minus in fabula de Heinrici III. origine cum eodem convenit*[38].

Helinandi monachi S. Frigidi chronicon auctor aliquoties citat, ipsum autem utrum ad manus habuerit, dubitandum est, cum res ex illo relatae etiam apud Vincentium reperiantur[39].

Ex Guilielmi Tyrii historia belli sacri Thomas ea, quae de diversis expeditionibus in terram sacram factis narrat, omnia exscripsit[40]. *Nec tamen in componendo libro ipso illius opus ei praesto fuisse putem; tantopere enim decurtavit et mutilavit Guilielmi relationem, ut eius historiam multos annos ante, quam suum chronicon collegit, evolvisse atque nonnulla sibi excerpsisse videatur.*

Cosmae chronicon Boemorum Thomam in opere texendo ad manus habuisse verisimile non est, saepe ab illo discrepans. Eodem fere modo, quo Guilielmi Tyrii historia, Cosmae opere utebatur, ea, quae Pragae pridem legerat, memoria recolens.

Auctorem Gesta Pontificum Romanorum usurpasse non est cur miremur. Quae etsi saepius laudata, tamen rarius adhibita sunt, quippe qui in pontificum Romanorum historia conflanda Martino potius pro fundamento usus sit.

Catalogum pontificum et imperatorum, illi simillimum, quem Cencius camerarius libro censuum addidit, Thomas in usus suos vertit, multis erroribus eum maculans. Hac in re Martini Oppaviensis exemplum secutus magnopere consuluit, ut annos singulorum imperatorum et pontificum annotaret. Sub unoquoque imperatore usque ad Carolum Magnum enumerantur papae Romae sedentes[41], *ineuntibus singulis saeculis usque ad finem saeculi noni series im-*

sumpsisse contendit, fluxerunt ex Historia miscella XXIV, 8 et Vincentio XVI, 4.) 34) Fol. 154′: *Hec omnia plene habentur in gestis eius, que scripsit Gregorius archiepiscopus Senonensis.* 35) In tota archiepiscoporum Senonensium serie usque ad Thomae aetatem nullus, Gregorius nomine, apparet. 36) Muratori SS. rer. Ital. VII, 434 sqq.; cf. Giesebrecht, Iahrbücher des Deutschen Reiches unter Otto II. p. 172. 37) Pertz, SS. XXII, p. 238. 38) Pertz, SS. XXII, p. 243 sqq. 39) Memorabile est, quod Noster hoc auctore etiam in Romanorum priorum imperatorum gestis tractandis fonte usus esse videatur; cf. f. 125′: *Helimaldus vero, qui scripsit cronica a mundi principio, dicit, hunc Decium, qui Philippos interfecit, tantum uno anno imperasse* etc., cum ex Vincentio compertum habeamus, illis temporibus Helinandi opus integrum non exstitisse, cf. Vinc. XXIX, 108: *His temporibus in territorio Belvacensi fuit Helinandus monachus Frigidimontis, — — qui — etiam cronicam diligenter ab initio mundi usque ad tempus suum in maximo quodam volumine digessis. Et hoc quidem opus dissipatum est et dispersum, ut nusquam totum reperiatur.* 40) Hoc opus Thomas sub nomine: *ystoria, que diligenter conscripta est, ystoria terre sancte, vera ystoria* citat. 41) Cf. f. 126: *Constantinus imperare cepit anno Domini* 639, *cuius tempore Rome prefuit Martinus annis* 4, *Eugenius* 2, *Vitalianus* 13,

peratorum cum regni annis praeponitur[42]. *Anni initium Thomas forsitan secundum calculum Pisanum definivit, cuius anni primus dies est S. Mariae annunciatio, i. e. Mart.* 25, *novem mensibus ante hodiernum calculum*[42*].

Sed maiorem rerum ab eo relatarum partem inde ab Heinrici V. temporibus Thomas ex ore virorum, qui aut rebus ipsis interfuerant aut res plenius cognoverant, accepit[43]. *Haud exiguum ei subsidium procul dubio fratres Minores praebuerunt, qui huc illuc migrantes ubivis fere magnos ecclesiasticos honores et dignitates sibi usurpaverunt. Hoc modo relatio de negotiis post proelium apud Curtem Novam inter Fridericum II. et Mediolanenses tractatis, a Leone fratre ordinis Minorum, postea archiepiscopo Mediolanensi, qui ab illius urbis civibus ad imperatorem pacis componendae causa mittebatur, Thomae innotuit. Quae in curia Ravennate, a.* 1231 *habita de Ricardo equite, Caroli Magni socio, accidisse affert, a Bonaventura confratre, episcopo Albanensi, accepisse videtur. De Rudolfi I. imperatoris rebus gestis eiusque victoria de Ottocaro reportata certior Noster factus est et litteris mercatorum Viennensium in Tusciam missis et relationibus magistrorum iuris, qui huic proelio interfuerant et epistola Rudolfi ad Florentinos missa. Multis autem negotiis se ipsum interfuisse Thomas narrat, atque omnium fere, quae de rebus inde ab anno* 1260 *usque ad annum* 1270 *in Tuscia gestis tradit, testis, ut ita dicam, oculatus censendus est.*

His subsidiis fultus Thomas ad chronicon componendum aggressus est. Gesta licet imperatorum Germanicorum describere in animo habuerit, de rebus tamen in Germania actis nihil pene compertum habuit. Sic, ut unum pro multis afferam, Heinrici Leonis eiusque cum Friderico I. imperatore discordiae mentionem nullam fecit. Quae autem imperatores in Italia gesserint, copiosius tractata sunt. Praeterea nonnulla de Normannorum in Italia dominatione eorumque principum origine ac stirpe, de comitissa Mathilda et de expeditionibus ad Terram Sanctam recuperandam susceptis refert. Inde ab Friderici II. morte usque ad Rudolfi I. electionem res tantum Italicas narrat, de rebus interea in Germania gestis omnino tacet. Ex his omnibus Thomae opus magis ad historiam Italicam quam Germanicam spectare elucet. Accurate quidem veraciterque Thomam suum opus composuisse haud dixeris. Diligenter librum eius perscrutantibus errores et multi et gravissimi occurrunt, vel eis temporibus, quibus ipse aequalis exstitit, nec temporum factorumve ordini adhibuit rationem accuratam[44]. *Id autem ante omnia Thomae opprobrio faciendum est, eum, hac in re Godefridum Viterbiensem secutum, fabulas rumoresque populi saepe operi suo interseruisse. Ex talibus narratiunculis popularibus omnia*

Deodatus 4, *Bonus* 1, *Agato* 1, *Benedictus* 1, *Iohannes* 1, *Zeno* 1. 42) Cf. f. 127′: *Quartum centenarium extenditur a tercio decimo anno imperii Diocliciani usque in annum imperatorum Arcadii, Honorii undecimum. Siquidem post predictos annos* 12 *Dyoclicianus et Maximianus vixerunt annis* 6, *Maximianus, Galerus et Constantius annis* 2, *Constantinus Magnus annis* 31, *Constantius cum fratribus et Iuliano* 24, *Iulianus solus annis* 2, *Iovianus mensibus* 6, *Valente* 9, *Valens cum Gratiano et Theodosio annis* 4, *Theodosius cum Valentiniano annis* 11, *Archadius et Honorius annis* 13, *quorum anno* 11. *impleti sunt anni* 400 *a nativitate Christi.* 42*) Cf. quae auctor f. 169′ de Rudolfi I. electione et papae approbatione dicit. 43) De Roberto Guiscardo eiusque gestis ab illis relationem accepit, *qui ystoriam de regno Apulie plenius cognoverunt* f. 159, atque de eius successoribus auctoritate *cuiusdam ecclesie prelati* nisus est, *digno fide, qui quidem ista non vidit, sed a patre suo, qui fuit de genere et parentela regis Tancredi, veredico et legali homine, hec ita esse didicit et audivit* f. 159′. De Conradi IV. nece se per nuntium certiorem factum esse dicit, missum a Palavicino Cremonae potestate ad regem, ut ei Manfredi consilia prava communicaret, f. 166: *Hec autem ab illo audivi, cui nuncius, qui Conrado detulit litteras, revelavit.* Aeque insidias a Manfredo Conradino paratas a milite, ut hoc scelus perpetraret, allecto audivit f. 166′. 44) Vide huius rei exemplum grave, capitulum de Friderico II. Annos quoque regni singulorum imperatorum ab auctore numeratos saepissime falsos esse, manifestum est.

fere fluxerunt, quae Noster habet de Normannorum adventu in Italiam, de Roberti Guiscardi vita et obitu, de Mathildae comitissae Tusciae origine ac nuptiis. Eundem ad fontem recurrunt multa de Friderici I. in Italia gestis fabulose relata. Credulissimum sane virum Thomam fuisse, exempli gratia cum ex fabula ridicula apparet, quam de curia Ravennae a. 1231 habita affert, tum ex multis rumoribus sibi ex ore populi de Friderici II. progenie delatis, quibus fidem simplicem adhibuit. Itaque omnes res ab eo traditae diligentissime perscrutandae sunt, ne pro veris falsa accipiamus.

Quaerendum est, quibus partibus tunc temporis acerrime inter se contendentibus auctor faverit. Thomas cum Minorum ordini adscriptus esset, quin ecclesiasticae parti adhaeserit, non est quod miremur. Facile ergo est intellectu, unde calumniae et opprobria ab eo Friderico II. eiusque successoribus iniuncta originem traxerint, qua ex causa quoque Carolus I, Siciliae rex, summis laudibus praedicatus sit. Nec tamen suo pro ecclesia studio Thomas tam excaecatus est, ut tota historica fide deposita consilio res gestas perverteret.

Germanicis subsequentis temporis scriptoribus Thomas prorsus ignotus fuit, in Italia quoque a paucis modo iisque brevi tempore post florentibus ad historiam scribendam adhibitus est. Ricobaldus Ferrariensis[45]*, qui saeculo XIII. exeunte historiam imperatorum composuit, et Giovanni Villani*[46]*, qui saeculo XIV. ineunte scripsit, multas fabulas ex eo deprompserunt. Fortasse Salimbene*[47] *quoque Thomae chronico ad suum opus colligendum usus est. Posterioris aetatis scriptores nullos invenimus, qui Thomae chronicon adhibuerunt.*

Ad nostram editionem parandam duo codices inservierunt:

1. *Codex Parisiensis Lat.* 6818, *membranaceus, forma maxima, saeculi XIII. exeuntis, una manu continua exaratus, folia* 213 *comprehendit. Pagina binas complectitur columnas. Inveniuntur in hoc codice* a) *f.* 1—26: *C. Iulii Solini sive grammatici polyhistoria;* b) *f.* 27—53: *Pauli Historia Romana;* c) *f.* 55—80: *Pauli Historia Langobardorum;* d) *f.* 80—84: *Isidori Historia Gothorum, Vandalorum, Suevorum;* e) *f.* 85—110 *Martini Oppaviensis chronicon;* f) *f.* 111—178′: CHRO THO *i. e. chronicon Thomae, cuius pars prior inde ab verbis:* Scripturi gesta *usque ad* ex Druso filio naturali nepotes *legitur f.* 171—178, *posterior vero inde ab* Gaius Gallicula post Augustum *usque ad* misericorditer receptus *f.* 111—170[48]*;* g) *f.* 178—213: *Gaufridi Monimutensis historia de regibus maioris Britanniae.*

Codex, qui nonnullis librarii mendis depravatus est, cum imperatores inde a Ludovico Puero usque ad Ottonem I. prorsus omittat, autographus Thomae non censendus est. Neque etiam ex ipso codice archetypo descriptus est, cum librarius hanc lacunam iam invenerit, in margine folii 156 *in haec verba prorumpens:* hic deficit totum, quomodo scilicet imperium translatum est a Francis ad Ytalicos, et quod hic ponitur de sancto Vascellao, aliam ystoriam sequitur. *In hoc codice chronicon lemmatis in singula capitula divisum est, quae utrum in archetypo exstiterint an a librario addita sint, haud liquet.*

Codicem Parisiis Berolinum missum integrum vir doctus Ed. Winkelmann, modo professor Bernensis, descripsit.

2. *Codex Florentinus, Laurentiana, pluteus XXI, cod.* 5, *Nr.* 624, *fol.,* 96 *folia duarum columnarum. Hoc codice, cuius pars posterior inde ab*

45) Muratori, SS. rer. Ital. IX. 46) Muratori l. c. XIII. 47) Monumenta historica ad provincias Parmensem et Placentinam pertinentia III. 48) Folii 111 in margine inferiore scripta sunt: *principium huius cronice require infra, ubi sic incipit „Scripturi“ etc. post completam cronicam.*

Heinrico V. imperatore apud Böhmer, Fontes rerum Germanicarum IV. typis excusa est, secundum hanc editionem, quoad licuit, usi sumus. Descriptio eius vero prolixior in editione Fontium l. c. p. LXVII requirenda est. Exaratus est duabus diversis manibus, quarum una est saeculi XIV. medii, alteram vero V. Cl. Böhmer auctoris ipsius censet. Sed aliter se res habere ex eo apparet, quod codex et ipse lacunam hanc, cuius supra mentionem fecimus, continet. Ex eodem exemplari, quo codex Parisiensis, descriptus esse videtur, quippe qui nomina propria[49] *eodem modo corrupta praebeat, et codices in sola fere scribendi ratione inter se discrepant.*

Ad textum restituendum paris fere pretii duo codices aestimandi sunt, ita ut in editione plerumque cod. 1 *secutus, tamen ex codice* 2 *nonnulla saepe verba susceperim, quibus mendae cod.* 1 *castigentur.*

Codex, qui Archiv VII, 81 *adnotatur, cod. Musei Britannici Harl.* 3723 *membranaceus saec. XIV. Thomae abbatis chronicon ab O. C. usque ad a.* 1266 *continens et deficiens his verbis:* et magnam partem Ytaliae ecclesiae subdit et sibi, *dubito valde, an Thomae nostro adscribendus sit. Haec enim verba in codicibus, quos in nostros usus verti licuit, nusquam occurrunt; praeterea tempora initii et finis operis minime concordant cum chronico nostro, cuius auctor, utpote ordinis fratrum Minorum, munere abbatis nunquam fungebatur.*

Typis minimis excusa sunt, quae ad verbum Thomas ex alio fonte descripsit, typis autem mediis ea, quae immutata et decurtata ex fontibus suis desumpsit.

Berolini, mense Februario a. 1871.

ERNESTUS EHRENFEUCHTER.

f. 171. Scripturi gesta imperatorum sublimium nec non et pontificum Romanorum brevitatem ac prolixitatem devitare concupimus, eo quod brevitas nimia nubilum obscuritatis inducit et famem desideriumque sciendi non minuit, set incendit; sicut si aliquis multum esuriens modicum in cibum assumat, non famem extinguit, set excitat potius et incendit; et ipsa prolixitas nimia, debito moderamine non frenata, fastidium legentibus sepe parit, quia et nimium[a] famescente superfluus cibus sumptus nauseam generare probatur. Nos ergo inter paucum et nimium via media incedentes et dicemus utilia, quantum expedire videbimus, et superflua relinquemus. Nam nimia brevitate sunt usi plerique, qui cronicas conscripserunt; set prolixitatis vitium ut plurimum incurrerunt, qui conscripserunt historias[50]. Itaque invocato Deo ab Octaviano cesare, qui primus universale Romanorum est dominium assecutus, sub quo et mundi salvator Christus, pontifex noster summus, est temporaliter de sacratissima virgine natus, narrationis nostre initia capiamus.

f. 127. ..... Itaque Dioclicianus, genere Dalmatinus, sed nobilitate obscurus, ab exercitu in Dalmatia imperator est factus. Modum autem, quo ad regnum pervenerit, non recolo me legisse. Sed a quibusdam, qui multas legerunt antiquas ystorias, audivi que dicam. Parthis ac barbaris in provinciis valde multis infestantibus Romanum imperium, querentibus est per deos responsum, ut illum, si vincere vellent, imperatorem habere curarent, quem comedentem in mensa ferrea reperirent[51]. Discurrentibus ergo undequaque militibus sollicite querebatur, si aliquis ex potentibus mensa ferrea uteretur, cumque nullum penitus invenissent, quidam ex militibus ad hoc per Dalmatiam transeuntes per devia oberrantes, ad locum iam, unde venerant, inquisitione dimissa redire decreverant. Cumque rusticum quendam prospicerent a remotis, qui iam fatigatos solverat ab aratro

a) animum 1.

49) *Beamons* pro *Boemundus, Alchisburch* pro *Habsburg* aliaque. 50) secundum Gotifredi Viterbiensis Memoriam saeculorum, SS. XXII, p. 105. 51) Cf. infra, quae huic fabulae similia de Libussae coniuge quaerendo afferuntur.

boves, ut reficerentur in pascuis, et ipse, ut se reficeret, consederet, venerunt ad eum, ut de via requirerent, inveneruntque eum panem super vomerem posuisse, quo loco mense utebatur in agro. At ille dum eos venire ad se conspexit, illis curialiter asurrexit, de via eos edocuit et cum eis conferens super multis et prudenter querebat, que animus suggerebat, et quesitis prudentissime respondebat, acute obiecta dissolvens. Videntes igitur milites, quia esset corpore valde decorus, facundus eloquio, moribus valde compositus et sensu plurimum videbatur acutus, nichilominus avertentes, quod verificatum esset in eo presagium, eo quod comederet super ferrum, causam itineris illi pandunt et supplicant, ut deorum pareat voluntati, sicque ab illis ad exercitum ductus ad imperium promotus est. Hic igitur inter reges magis honorem zelatus est ydolorum et est crudelius ceteris persecutus nolentes ydolis ymolare ea forte de causa, quia per deorum oraculum se ad imperium videbat fuisse promotum. Hic in Dalmatia iuxta mare prope Salonas, unde oriundus extiterat, palatium magnitudinis admirande construxit, in quo templa magne pulcritudinis fecit Veneri simul et Iovi, Mercurio et Marti ea faciens dedicari. Hec autem adhuc supersunt, sed utique Iovis templum ad honorem beati Doimi[a] archiepiscopi Salonensis, Veneris ad gloriam Virginis Dei matris, Martis ad honorem beati Iohannis, sed ad honorem Iohannis euangeliste Mercurii templum, sicut puto, est dedicatum. Sed civitate Salona destructa per *Totilam[52], archiepiscopatus cum archiepiscopi corpore in iam dictum palatium est translatus, ibique civitas fabricata, que Spalatum est vocata ..... *f. 127.

..... Quis autem Maximianus hic fuerit, in nullis legi ystoriis, sed dicam, que de eius origine aliorum relatione percepi. Hic enim sicut Dyoclicianus genere extitit Dalmatinus, siquidem homo agrarius, corpore fortissimus et ideo forte ab Ercule Herculeus est appellatus. Sed postquam Dyoclicianus ad imperium est assumptus et prudenter rem publicam gubernabat ac viriliter defensabat, tam senatui quam populo gratus erat. Sed quia nativo aere derelicto et labore[b] in quietem mutato necnon et ommisso cibo diutius assueto, cum delicatis iam uti cepisset, natura mutationes has non substinens repentinas Rome est adeo graviter infirmatus, ut nichil illi conferret consilium medicorum. Quod Maximianus illi quondam[c] amicus dum aure percepit, ad eum concitus Romam venit, eius palatium adiit, sed ad eum impedientibus famulis pervenire vix potuit. Itaque introductus benigne ac letanter ab ipso susceptus est, sicut quondam[c] sibi specialis amicus. Coram ergo familiaribus principis se prudens rusticus* medicum facit necnon et ab imperatore prudente velut medicus honoratur et sic illi pro volito licencia ad eum accedendi conceditur. Confert igitur de multis cum imperatore, que expedire videbantur imperio. Tandem principem exortatur, si sanitate potiri vult pristina, que insolitis esset delitiis perturbata, rediret ad sibi olim assueta cibaria et interdum nimia quiete depulsa se competentibus laboribus exerceret. Quod[d] dum ille fecisset, post tempus modicum per medicum rusticanum nimium delicatus egrotus est saluti pristine restitutus. Ex quo facto letatus est valde senatus, gaudet populusque Romanus, et sic Maximianus omnibus fit amabilis et famosus. Itaque Dioclicianus, qui hominem eum noverat fortem, industrium et prudentem, primo sibi eum consiliarium fecit et imperii cuncta magna negotia illi committens cesarem esse instituit ac tandem ex cesare fecit augustum ..... *f. 127'.

De Nicaena synodo, quo tempore facta est.

..... *Hoc in tempore Constantinus ex Bizantio Constantinopolim fecit, ubi templum sancte Sophie et alia plura construxit. In urbe similiter Roma dicitur edificari fecisse basilicam sancti Laurentii, via que dicitur Tiburtina in agro Verano supra arenarium cripte, in quo loco supra corpus sancti Laurentii capsidam extrui fecit, quam marmoribus porfiriticis adornavit et desuper inclusit argento purissimo, lucernam ponens in cripta de auro. Similiter et intra palatium Lateranense construxit basilicam domini salvatoris, quam ecclesiam toto orbe terrarum ecclesiarum omnium censuit matrem esse. Edificavit nichi- *f. 130.

a) Dōmj *cod.* b) laborem *cod.* c) condam *cod,* d) *sic correxi ex* qui *cod.*

52) Salona a. 535. ab Gothis expugnata ac destructa, postea ab Iustiniano recuperata a. 639. ab Avaris penitus deleta est. Cf. Thomae archidiaconi historiam Salon. c. 7 sqq. ap. Schwandtner, SS. rer. Hungar. III, 541 sqq.

lominus Petri et Pauli ecclesias, quarum iaciendo primaria fundamenta ipse primus fossor accessit et terre 12 cofinos lapidum illuc tulit easque auro et argento ditavit et tanta ecclesiis aliis contulit, ut enarrari vix digne possit. Sed hiis invenies plura in Ystoria tripartita[53]. Sed et Romane ecclesie privilegia diligentius usque hodie conservata fidem faciunt de premissis, que Innocentius papa IV. Lugdunum portavit, eaque in concilio cunctis prelatis ostendit, et singulis bullas aureas privilegiorum monstravit, et coram omnibus transscribi fecit et legi in magnis quattuor pergamenis, quibus sua sigilla singuli apposuere prelati et unum transscriptum iu Yspania posuerunt, illud Conpostellano archiepiscopo commendantes; aliud posuerunt iu Francia Remensi archiepiscopo commendatum; tertium est Anglicis commendatum archiepiscopo Cantuariensi; quartum ut credo in Alamania commendatum est Maguntino. Sed privilegia ipsa bullata apud Romanam ecclesiam remansere servanda. Hec autem transcriptio et recommendatio ideo facta fuit, ne, si existerent tantum Rome, facile perdi possent. Hec verissima esse scio, sicut qui interfui ipsi concilio et socius eram vicarii generalis ministri ordinis Minorum, qui suum sigillum apposuit, et privilegia legi diligenter audivit[54].

f. 141'. *De Iustiniano imperatore.*

..... Nam et recolo tempore imperii Frederici, cum adhuc puer essem, a patre meo me audivisse, quendam ioculatorem fuisse, qui murem unum ita nutrierat, ut sicut ille nutu vel verbo iubebat, sic mus luderet et saltaret, homines post ludum adiret et vestimenta ore caperet, donec denarium illi darent. Si ergo sic ab homine mus potuit instrui, de quo minus videtur, quanto magis canis[55], qui est animal valde disciplinabile, sicut vidimus et visu percepimus canes edoctos se ad nutum erigere et sedere, candelam vel bacu-
Iacob.3,7. lum ore tenere, iuxta quod signo percipit a doctore. *Omnis enim*, ut Iacobus dicit, *natura*[a] *volucrum, quadrupedum et serpentium a natura humana domata sunt;* verum quod per artem ioculatoris mus fuerat doctus in temporibus multis, per naturam gattus una hora destruxit. Nam quidam invidens lucris illius mure ludente gattum latenter portavit ad ludum, qui mox ut murem saltantem aspexit, mox illum rapuit et occidit .....

f. 144. *De Heraclio, quod negata sibi pace a Cosroa contra Persas pugnare conpulsus est.*

..... Ego oculis meis vidi, quod frater Pacificus, vir eximie sanctitatis in tantum, ut a beato Francisco *pia mater* appellaretur, quandam tabulam parvam habebat, quam de
f. 144'. nuce quadam, que iuxta quoddam altare cuiusdam ecclesie ruinose excreverat, fecerat exsecari, que ex ipsa sua sectione statim in se crucifixi ymaginem preferebat, non utique elevatam, sed planam, non artificis corruptibili manu pictam, sed ipsi tabule[b] manu sapientie divine impressam eique connatam, quam tabulam[c] dictus frater ob reverentiam crucifixi semper secum cum quibusdam sanctorum reliquiis deferebat. Hic est ille Pacificus, qui corpore beatissimi viri Francisci adhuc in carne viventis sacra illa stigmata omni mundo miranda videre promeruit. Hic ille Pacificus est, qui laterale vulnus in parte quadam deceptione pia sed devotione permaxima contrectavit. Hic ille Pacificus est, qui adhuc deditus vanitati duos gladios sibi connexos ad modum crucis de ore patris sanctissimi predicantis exire conspexit, quo miraculo territus est conversus et Francisci factus est imitator precipuus[56]. Non igitur magnum fuit si crucem nuci connatam invenit, qui amator vehemens crucis fuit .....

f. 145. *De Maumet et quo tempore et quomodo in dominium venit.*

..... Huius igitur Maumet historiam quandam legi de eius origine et processu. Pauper enim relictus fuit et orfanus, sed a quadam vidua divite susceptus est nutriendus,

a) *sic correxi secundum Iacobi verba ex* nam *cod.* b) *hic errore iterum leguntur* manu pictam sed ipsi tabule. c) tabula *cod.*

53) Haec non in Historia tripartita inveniuntur, sed ex libro pontificali Thomas hausit; cf. vit. Silvestri ap. Murat. SS. III, p. 105—110. 54) Cf. Bulletins de la société pour l'histoire de France I, p. 222. Rotulos Cluniacenses luci dedit Huillard-Bréholles in Notices et Extraits de la bibl. imp. XXI, p. 270 sqq. 55) Thomas supra narravit, Andream quendam Italum tempore Iustiniani imperatoris cum cane fora peragrasse rufo caecoque sed ita docto, ut annulos argenteos et aureos in pavimento ab hominibus positos de terra traheret et unicuique suum daret. 65) Cf. Wadding, Annales Minorum I, p. 134.

qui intendebat obsequiis domus eius sicut puer industrius. Sed cum ad annos puberes advenisset, domine in stupro conmixtus est et illi vehementi amore coniunctus est, cumque amor iam ultra celari non posset, eius maritus effectus est. Itaque illius magnas divitias pleno dominio possidens, mercationibus totus intendens, per civitates ubique discurrens in brevi factus est nimis dives. Itaque hominum omnium mores et leges cepit diligenter attendere sectasque disquirere singulorum et maxime Iudeorum et Christianorum, qui inter se de secta pugnabant. Tunc enim Arabes simul et Perse erant penitus absque lege et unusquisque vivebat, ut ei placebat. Invento igitur quodam monacho christiano, sed secta Nestoriano vel, ut alii quidam ferunt, quodam clerico, qui ab ecclesia turbatus abscesserat, eo quod in ea non fuerat assecutus honorem, quo dignum se esse credebat, qui dissertitudine sue lingue ad se plurimos attrahebat, ei familiaris effectus in brevi ab ipso edoctus est de novo et veteri testamento. Simul igitur cogitare ceperunt, quomodo possent alicui genti preferri eiusque dominium obtinere. Verum Romanam gentem se posse decipere desperabant, eo quod christiani pro maxima parte forent essentque nimium sapientes. Persas vero attentare super hoc non audebant, eo quod potentia sublimati impugnare Romanos et invadere presumebant eosque viriliter opprimebant. Itaque de communi consensu Arabes tamquam simplices homines sunt aggressi et de religione et moribus sermones inter eos seminare ceperunt. Moysen simul et Christum docent Dei fuisse prophetas, sed Christum Grecis pariter et Romanis, Moysen vero missum a Deo fuisse Iudeis. Dicebant et tempus iam advenisse quo Deus provideret genti barbare de propheta, qui eos viam salutis proprie edoceret. Itaque ad deceptionem hanc consummandam nutritur columba pulcerrima nec pascitur alibi quam granis frumenti in aure positis Maumet. Itaque columba tenebatur in gabia et certis permittebatur temporibus advolare. Que undique circuibat, donec Maumet inter alios homines inveniret, super cuius humerum mox se ponens ac in aurem protinus rostrum mittens grana more solito requirebat. Cumque sepe videntibus cunctis hoc fieret, divulgatur in populo, quod in columbe specie super Maumet descenderet spiritus sanctus, quem et de omnibus edoceret, que populo rudi et sine lege debeat nunciare[57]. Sic ergo propheta falsus in reverentia cepit haberi ab omnibus, quamvis plurimis esset adhuc suspectus. Conferunt igitur invicem clericus et mercator, quid sit eis amplius faciendum, ut negotium compleatur inceptum. In deserto igitur quodam nutriunt vaccam pulcherrimam coloribus variam nec eam alibi capere cibum sinunt nisi in loco certo deserti et hoc in gremio Maumet. Statuunt ergo diem, quo in illum locum deserti populus congregetur immensus legem divinitus suscepturus. Erat autem in hoc loco deserti puteus altus et siccus, in quo latuit clericus supradictus. In medium ergo Maumet surgens populi congregati ortatur ad Deum orandum, ut dignetur ostendere illis, quam debeant legem accipere et servare. Tunc de profundo putei vox audientibus cunctis insonuit, ut Maumet credant eamque legem observandam accipiant, quam Deus coram omnibus illi dabit. Itaque coram omnibus ivit ad locum, quo vacca erat solita advenire, sedet ut solitus erat et signis solitis factis vacca venire apparuit, deferens inter cornua legem scriptam, quam clericus ipse dictaverat ibique inter cornua vacce ligaverat. Accurrens igitur vacca dum ad eum pervenit, more * solito genua flexit et caput in gremio posuit Maumet, solitum querens * f. 145v. cibum. Itaque de cornibus eius cartas exolvit et coram omnibus eas legit easque de cetero servari mandavit[58]. Attolluntur ab omnibus laudes in celum et ab universis ibidem decernitur, ut quicunque hoc factum calumpniaretur non esse divinum, absque omni audientia perimatur. Itaque ad puteum rediens Maumet predicat, puteum esse Deo dedicandum et nulli de cetero humano usui reservandum, de quo Deus dedit eis responsum per angelum. Precepit ergo, ut quilibet lapidem unum eiciat in puteum, donec usque fuerit repletus ad summum. Quod dum factum fuisset ut dixerat, peremptus est clericus, qui solus tanti mali fuerat conscius. Itaque Maumet securus effectus, eo quod nullus esset, qui pandere factum posset, discipulos congregavit, sacerdotes et sacra instituit, leges auxit et sanxit et quedam de Mosaica lege ac quedam de euangelio sumpsit, quibus et alia de suo arbitrio addidit. Sic ergo Alcoranum suum composuit, verbis primo auditores alliciens ut propheta, deinde in principem sumptus cepit ad observantiam cogere universos. Sed vivente Cosroe erat regi Persarum subiectus, quo postea interfecto et tribus aliis, qui successerunt

57) Cf. Vinc. XXXIII, 40, ubi de columba similia afferuntur. 58) Cf. Vinc. l. c.

in regnum Persarum, dominium est ad Arabes devolutum, ita ut utriusque gentis Maumet dominus sit factus et princeps, quod dominium tenuit novem annis. Nam sub Mauritio fuerat nutritus a vidua, sub Foca eius maritus effectus est, sed sub Eraclio propheta Arabum primo, postea in principem sumptus est, tandem ut dictum est utrumque optinuit principatum tam Arabum quam Persarum et usque hodie principatus hic durat Persis dominantibus Sarracenis. Hec de Maumet in quadam extraordinaria legi historia, quam in sacristia Bononiensis ecclesie repperi in antiquissimo quodam libro .....

f. 152. *De primo statu gentis Francorum et quomodo subiugaverunt Alanos.*

Ut autem hiis premissis de decursu regum et ducum Francorum notitia legentibus magis innotescat, sciendum quod gentis illius multiplex fuit status atque conditio. Nam ab excidio Troie usque ad Priamum ducem contra Alanos tempore Valentis imperatoris gens ista, que in Panoniam venerat et circa Meotidas palludes habitans et ad favorem nominis sui Sintambriam, ut predictum est, hedeficaverat, vagi et instabiles fuerunt nec terram propriam sunt sortiti[a]. Viventes tamen gladio quascunque poterant proximas provintias invadebant, Romanis cum essent subiecti. Tempore autem Valentis imperatoris in partibus Germanie Alanorum gens ferox atque proterva non solum Romanis erat rebellis, sed etiam provintias eis subiectas Alanisque propinquas insultibus invadebant et predis, nec Romani valebant eos compescere, quia paludibus circumacti in terra spaciosa fecunda fetibus atque pascuis

Vinc. 16, 3. tutabantur. Conventum est inter imperatorem Valentem et Francos, ut si Franci Alanos Romanis subicerent, Franci 10 annorum libertate gauderent, per Valentem imperatorem permissione firmata, solis Francis Alania dimittitur expugnanda. Brevi tempore concludunt vias, ne finitimis Alani noceant incolis, et vacca per paludes vadum docente interiora penetrant Alanorum. Invadunt securos et imparatos[b] hostes et tempore brevi subiciunt, quos longe Romanum imperium aversos habuerat. Franci tanta et tam facili victoria Alanorum potiti in superbiam efferuntur et completis 10 annis libertatis promisse, requisiti sunt, ut Romanis tributa reddant. Sed ipsi pro libertate mori parati, non solum negant quesita, sed provintias confines invadunt capiuntque Panoniam, Bawariam, Sueviam atque Franconiam que Romanis erant subiecte, spondent tamen societatem et amicitiam inviolatam velle servare, si in assumpta et iam consueta libertate vivere

Histor. misc. 15, 8. permittantur. Vidensque imperator, qui eo tempore presidebat Romanis, quod eo tempore gens Saxonum in occeani finibus sita agilitate et virtute terribilis incursiones periculosas in terras Romanorum et predas agebat frequenter, manum quoque validam Burgundionum iam patiebatur infestam, petitionibus Francorum assentit[c] eisque libertate concessa terras quas ceperant donat, si fideles amici et socii perseverent. Extunc tanta sunt Romanis fidelitate ac dilectione astricti, ut imperatorem rogaverint, ut ad eos prudentes Romanos transmitteret, qui linguam Romanorum eos docerent. Adhuc enim lingua agio Greco solummodo loquebantur. Missi igitur sunt viri prudentes, qui eos Romanam linguam docerent et litteram, scribebantque linguagium conveniens et conforme prolationi ipsorum, quia integrum Romanorum vulgare faciliter proferre non poterant sed corruptum. Et ex hoc factum est, ut gesta in vulgari Gallico scripta romantia nominentur[59]. Sic ergo Franci terram, quam acquisierant gladio, et quiete et pacifice possidentes figunt gradum stabilis stationis, qui prius in incertum instabiles vagabantur. Mortuo autem duce Priamo et filio eius Macomiro post annos 38 ab Alanorum subiectione, voluerunt Franci non duces sed reges habere, sicut cetere nationes, sed non eodem more regebant gentem suam nec eisdem legibus ligabantur, quibus cetere nationes.

Histor. misc. 24, 8. Sicut autem dicit Eustacius in cronicis suis: Antequam regem instituerent morem regnandi decernunt, videlicet ut rex nil agere vel disponere possit, quam rationabiliter vivere domique morari, Kalendis vero Maii procedere coram tota gente ad ius reddendum, salutare eos et salutari ab eis et obsequia solita impensa percipere et illis dona rependere et sic secum usque ad sequentem Madium habitare. Habebat autem unum de nobilibus maiorem domus, cuius consilio gentis et sua omnia ordinabat negotia. Dicebantur autem ex genere illorum regum descendentes

a) sorti *cod.* b) imperatos *cod.* c) assentiunt *cod.*

59) Quo ex fonte Thomas hanc fabulam hauserit, certe diiudicari non potest; veri simile esse videtur, eum Parisiis degentem eam accepisse. Nec etiam compertum habemus, qua ex re haec sententia mira exstiterit, nisi quis credat, Caesarem bell. Gall. VI, 4 Gallos Graecis litteris usos esse referentem occasionem huius fabulae componendae dedisse. Temporibus etiam modernis hanc confabulationem apud viros doctos pro vera habitam esse, videmus ex libro, quem Perionius Parisiis 1554 de linguae Gallicae cum Graeca cognatione edidit; cf. p. 14 et 26 sqq.

Meringi et cognominabantur cristati, eo quod pilos habebant natos in spina veluti porci. Fuerunt ergo eis reges hoc modo a primo rege ipsorum, qui fuit filius Micomari ducis et dictus est Foramundus usque ad Hildericum tercium, qui fuit 21. rex eorum, cui propter desidiam in monacum tonsorato per electionem Francorum et per confirmationem Zacharie pape successit* Pipinus, pater Karoli Magni, regis Francorum et imperatoris. Eustacio ystorico Burcardus Pivianburgensis episcopus qui vitam Karoli magni diligenter descripsit plenus concordat: *Gens*[60], inquit etc. Vinc. 16, 4. * f. 152'.

De Lothario imperatore cum Ludovico filio. * f. 155.

Lotharius etiam ...[a] beata monasteria dotavit et pro remedio anime Lodovici patris sui ecclesie sancti Donati de Aretio civitatem Cortoniensem a Sarracenis destructam, qui de Affrica venerant et fere totam Tusciam devastaverant, donavit cum omnibus appenditiis[61] suis, que usque hodie ab episcopo Guillermo possidetur, licet multis temporibus habitatores eius iura negaverint episcopo, propter quam causam Deo iudicante et episcopo, nesciente capta fuit civitas et destructa penitus ab Aretinis, anno Domini 1258.[62] et vexatione dante intellectum auditui post destructionem per Aretinos et Florentinos factam, ipsi episcopum Aretinum dominum Guillelmum dominum suum recognoverunt et per ipsum episcopum rehedificatum Cortonum fuit et pristine dignitati restitutum .....

De Ottone primo. * f. 156.

..... Erat eo tempore regnum Burgundie abbatie sancti Mauricii. Nam Sigsmundus rex Burgundie hoc monasterium construxit tempore Symaci pape et demum quia consilio uxoris filium suum ex alia uxore interfecerat, penitencia ductus seculo relicto se et regnum suum predicto monasterio contulit, a quo tempore usque ad tempus huius Ottonis plures abbates successive abbatica et regia dignitate potiti sunt. Erantque ibi 300 monachi, qui die noctuque per choros divisi successive continue in ecclesia divinum officium celebrabant, habentes cucullas scarleticas ac cocineas in signum martirii beati Mauritii et sotiorum eius, qui in eodem loco passi fuerant, Maximiano imperante cum Diocletiano. In hoc monasterio imperialia insignia, scilicet frenum factum de clavis Christi et lancea et corona, conservabantur ex mandato summi pontificis nulli tradenda nisi ei, quem summus pontifex in imperatorem aliquando designaret, que presentaret pape, cum ab ipso esset corona imperii decorandus. Otto igitur mandat abbati, ut sibi imperatori hec sine mora transmittat. Respondit abbas dicens nunciis, se illa nulli daturum nisi de mandato summi pontificis. Otho scandescens in ira contra abbatem parat exercitum, ac abbas convocatis suis fidelibus in prelio victor efficitur. Devictus Otho ludibrio habetur a cunctis, quod imperare omnibus volens a monacho sit fugatus. Restaurat exercitum fortiorem et in Burgundiam repedans, secundo victus fuisset, nisi strator abbatis ab Othone corruptus fuisset pecunia. Hic die congressus ex condicto Othonis tale contra abbatem machinamentum invenit. Abbas in expeditione solebat equitare camelum, ut festinus posset exercitum circuire. Strator ergo die precedenti camelo potum propinari prohibuit et salem, quo libenter cameli vescuntur, pro annona fecit apponi. Mane ergo sequenti cum abbas ad locum festinaret pugnandi, transiens fluvium quendam camelus ultra modum sitiens tantum aque potavit, quod sub abbate ibidem crepuit. Abbas vero in fluvium ruens subito suffocatus est. Rumor necis abbatis subito ad utrumque volat exercitum. Sed Otho, qui casum futurum presciverat, suos hortatur ad pugnam; Burgundiones vero stupefacti vertuntur in fugam, captisque et interfectis fere omnibus nobilibus eorum ad monasterium sancti Mauritii, in furore Theotonico illud a fundamentis evertit. Nobilibus captis coram se vocatis suadet, ut malint sub imperatore quam sub monachis militare; pollicetur se ipsos libertate donare et omnia iura et dignitates restituere eis, que vel quas prius sub monasterio habuissent, si modo promittant de cetero imperatori Alamanie fideliter obedire*. Liberi igitur facti imperatori homagium faciunt, terras suas in perpetuum feudum suscipiunt, sicque a tempore illo regnum Burgundie in ius imperii translatum est. Habitis ergo insigniis Otho cum potenti manu Ytaliam petiit et Romam venit, a summo * f. 156'.

a) *lacuna in cod.*

60) *Gens Meroingorum* etc. est initium Vitae Karoli Magni ab Einhardo scriptae. 61) Cf. Guazzesi, dell'antico dominio del vescovo di Arezzo p. 31. Illa carta, si omnino data erat, a nullis huius rei scriptoribus cognita nec servata est. 62) Februar. 1; cf. Guazzesi l. c. p. 122. Giov. Villani VI, 67. ap. Murat. SS. XIII, 200.

pontifice coronam petens imperii. Negat sibi papa quod petit, nisi ecclesiam sancti Mauritii in pristinum statum reducat. Hoc impossibile fore imperator respondit, cum castra fortissima nobilibus infeudaverit et totum regnum Burgundie in ius imperiale transtulerit; satisfactionem possibilem sibi se facturum promittit. Humiliter susceptus igitur a papa Agapito vel, ut alii dicunt, a Iohanne XII. coronatur in imperatorem, et cum prius regnasset in Alamania post patrem annis 24, coronatus imperavit 12. In recompensationem vero delicti abbatiam, in quo prius fuerat loco, rehedificari fecit eodem nomine, sed non equali
Mart. magnitudine, possessionum latitudine vel honore. Reversus etiam in Alamaniam in alodio proprio apud Magdeburoch ecclesiam mire pulcritudinis ad honorem sancti Mauritii fabricans divitiis magnis et honoribus ampliavit. Hoc in monasterio sancti Mauritii in dyocesi Sedunensi[63] a quodam venerabili abbate eiusdem monasterii audivi, eo affirmante, quod omnia hec in quodam libro huius monasterii scripta erant[64] .....

De Othone quarto[65].

* f. 157.

..... post quem Lodovicus[66] filius eius annis 40. De quo fit festum, et est canonizatus[67]. Philippus filius eius pro eo. Hic mortuus est Girunde in Catalonia[68]. Et regnavit, scilicet anno Domini 1279. .....

De Henrico quinto.

* f. 158'.

Henricus V. filius predicti Henrici vivente adhuc patre et captivato regnum pervasit imperavitque annis 21 usque ad annum Domini 11....[a], et quia patrem incarceravit, de morte patris varie fuerunt opiniones et varie scripserunt quam plures. Quidam dixerunt, quod fugiens de carcere nusquam comparuit, alii quod filius in carcere ipsum mori fecit[69] et Traiecto civitate[b] ....., alii quod monachus Cluniacensis effectus est. Sed Enandus monachus, qui ystoriarum librum scripsit, dicit hoc esse falsum, venisse tamen in opinionem,
Mart quia quidam valde consimilis imperatori monachus Cluniaco factus est tempore illo[70]. Henricus autem quintus, quia patrem dehonestaverat, iusto Dei iuditio sine herede decessit et prius tamen Romam venit indignans, quod Gelasius secundus electus in papam fuisset nec imperator electioni eius interfuit. A cuius facie Gelasius fugit Gaietam, unde oriundus fuit, et exinde per mare transivit[c] in Galliam ibique
Mart. sub Gelasio. defunctus est ipso anno papatus sui primo. Imperator vero cardinales, quos Rome repperiit, cepit et Yspanum quendam nomine Burdinum, vivente adhuc Gelasio, superordinavit. In Cluniaco vero mortuo Gelasio, Guido archiepiscopus Vienne, frater comitis Campanie, in papam eligitur Calixtusque secundus nominatur, et subito per Ytaliam transiens Romam venit. Burdinus vero fugit et qualiter finierit plene habetur in gestis Calixti pape in centenario 12. Tempore Henrici quinti fuerunt hii presules Rome: Pascalis per annos 6, Gelasius uno, Calixtus annis 9, Honorius[d]
Martin. annis 4. Tempore huius Henrici Robertus Guiscardi dux Apulie vicit Alexium imperatorem Grecorum et Venetos.
Vinc. 28, 2. Hugo etiam de Sancto Victore Parisius claruit et beatus Bernardus Claravallensis abbas floruit sanctitate, fama et litteratura preclarus, qui multa utilia scripsit super cantica, item libros 5 de consideratione ad Eugenium papam, libros de libero arbitrio, item de precepto et dispensatione, et epistolas multas ad diver-
Vinc. 26, 28. sos, que sunt in uno volumine collecte et sermones perutiles atque insignes, festivos et dominicales.
Martin. Hoc in tempore ordo Premonstratensis[e] incepit anno Domini [1120][f]. Item cepit ordo Templariorum, qui ideo sic dicti sunt, quia in porticu templi primi institutores eorum habitabant et a fratribus sancti Iohannis de templo reliquias mense eorum sibi concessas per capitulum[g] eorum accipiebant et de ipsis
Vinc. 26, 9. vivebant[71]. In parrochia Legiensi natus est porcellus cum facie hominis. Hoc in tempore regnavit in Francia primo
ibid. 46. Lodovicus Crossus annis 38. Henrico quinto mortuo vel nusquam apparente, ut alii dixerunt, Lotarius in imperium successit.

Quia Robertus Guiscardi magna fecit pro ecclesia contra Alexium imperatorem Constantinopolitanum et contra Henricum IV. imperatorem Alamanie tempore Gregorii VII,

a) *lacuna sequitur in cod.* 1; MC *et lacuna* 2. b) *lacuna sequitur in cod.* 1. c) exivit 2. d) Henricus 1. e) Praemonstatensium 2. f) *hunc numerum ex Vincentio posui, in cod. spatium relictum est.* g) capitaneum 2.

63) nunc Sion vel Sitten. P. 64) Omnem hanc narrationem valde fabulosam esse manifestum est; de monasterio S. Mauritii Agaunensi eiusque privilegiis cf. I. Gremaud, Origines et documents de l'abbaye de Saint-Maurice d'Agaune. 65) immo vero *tertio.* 66) scilicet Ludovicus IX. 67) a. 1297 Aug. 11. a Bonifacio VIII. papa, cf. bullam canonizationis Ludovici IX. regis ap. Du Chesne SS. Franc. V. p. 486 sqq. 68) Philippus III. obiit 1285 Septembr. 23. Perpiniani, cf. Guilelmi de Nangiaco Gesta Philippi III. ap. Du Chesne l. c. p. 548. Haec verba *de quo* usque ad *canonizatus*, et *hic mortuus* usque ad *Catalonia* postea demum aut a Thoma ipso aut ab alio interposita esse elucet. 69) Martin. 70) Haec Vinc. 26, 46 de Heinrico V. dicit. De Enando monacho, apud Vinc. non citato, nihil inveni. Helinandus in chronico suo nihil harum fabularum affert. 71) Fortasse secundum Wilhelmum Tyr. XII, 7.

sicut in gestis eius habetur, et quia comitissa Matildis magna fecit eciam pro ecclesia, iustum videtur, ut aliquid de eis dicatur, et primo de Roberto.

Igitur tempore Karoli imperatoris, qui dictus est Karolus Crossus, qui imperavit ab anno Domini octingentesimo octogesimo usque ad octingentesimum 92, Normannis adhuc paganis opprimentibus Gallos atque Germanos, Karolus potenti manu contra Normannos venit factaque pace et confirmata per matrimonium rex Normannorum baptizatus et de sacro fonte a predicto Karolo susceptus est, et tandem cum Karolus non posset Normannos de Francia eicere, concessit eis regiones, que ultra Secanam erant, que pars usque hodie dicitur Normannia. In qua terra extunc duces pro regibus commutati sunt, fuitque primus dux Robertus, cui successit filius eius Guillelmus, qui genuit Ricardum, Richardus vero genuit secundum Ricardum, ille vero Richardum et Robertum Guiscardi, qui non fuit dux Normannie, sed frater ducis Ricardi[72]. Hic secundum consuetudinem gentis illius, quia minor filius erat ducis, ducatum non habuit et ideo probitatem suam experiri volens pauper et[a] indiguus in Apuliam venit. Erat eo tempore in Apulia dux Robertus quidam Apulus genere, ad quem Robertus Guiscardi veniens primo eius scutifer, deinde ab ipso miles effectus est. Ad hunc ergo Robertum ducem Robertus Guiscardi veniens multas probitates contra hostes ostendit remuneratusque magnifice in Normanniam rediit. Delicias et divitias terre Appulie diffamavit, equos frenis aureis ornatos et pro ferreis calceis argenteis calceatos[b] in testimonium secum duxit. Hiis provocatos ad se sequendum plures milites reversus celeriter in Apuliam secum traxit. Ipsique duci Apulie fideliter astitit contra Gotiffredum ducem Normannum *, et non diu post Roberto duce Apulie ad mortem egrotante de voluntate ipsius ducis sibi in ducatum successit filique ipsius, sicut sibi promiserat, in uxorem accepit[73]. Parvo tempore transacto Alexium imperatorem Constantinopolitanum, qui Siciliam et partem Calabrie occuparat, et Venetos devicit sicque totum regnum Apulie et Sicilie obtinuit. Et licet in hoc preiuditium ecclesie Romane fecerit, cuius regnum Sicilie propria possessio erat, reconciliatus tandem ecclesie est de eiusque voluntate dominus factus est in Sicilia. Et non multum post Gregorium VII. cum cardinalibus obsessum ab Henrico quarto imperatore in castro Sancti Angeli Romam[c] veniens fugato dicto Henrico cum antipapa suo ab obsidione papam et cardinales liberavit papamque in palatium Lateranense restituit, punitis graviter Romanis, qui contra papam Gregorium favorem imperatori Henrico et pape[d] per eum intruso dederant. Lege gesta Gregorii pape septimi. Hic Robertus Guiscardi dux Apulie factus semel venatum ivit secutusque bestiam ad profundum silve pervenit ignorans, quid accidisset sociis ipseque ubi esset et quid faceret, a sociis omnino ignoratus. Cum ergo videret appropinquare noctem, obmissa quam sequebatur bestia, domum satagebat redire. Invenitque in silva leprosum quendam, qui ab ipso adiutorium postulabat instanter, cumque ei aliquam pecuniam obtulisset, leprosus respondit, non sibi pecuniam utilem fore, asserens quoque *in honus potius et gravamen.* Cum quesisset a leproso, quid vellet: *Volo,* inquit, *ut post vos me ponatis*[e] *in equo, ne forte relictus in silva remaneam a bestiis devorandus.* Tunc Robertus leprosum post se in equo assumpsit letanter, cumque equitando procederet tali comite constipatus, leprosus ait: *Tanto frigore obrigent manus mee, quod nisi tuarum carnium calefiant*[f] *fomento, in equo me tenere non potero.* Tunc ille leproso concessit, ut secure sub vestimentis suis manus poneret, carnes et membra sua contacturus[g] absque ulla cunctatione. Tercio vero leprosum adhuc eius misericordiam flagitantem in sella posuit ipseque post eum sedens leprosum amplexatus usque ad cameram propriam perduxit in lectumque proprium, ut quiesceret, diligentissime collocavit, nullo de familia hoc sciente. Cumque celebrata cena uxori indicasset, leprosum in suo lecto locasse, uxore comite ad cameram ivit, ut sciret, si forte pauper ille infirmus cenare vellet. Cameram sine luminaribus repperit luminosam tantaque odoris respersam fragrantia, quantam nunquam Robertus vel coniux senserat in hac vita. Leprosus vero quo iverit non noverunt. Super hiis plurimum admirantes coniux atque

Vinc. 24, 47. 48

Martin.

* f. 159.

a) et *deest* 1. b) calceos 1. c) Romam *deest* 1. d) pape *deest* 1. e) portatis 2. f) caleficiant 2. g) contractaret 1.

72) Constat Robertum Guiscardum non ex Normanniae ducum stirpe ortum, sed Tancredi filium fuisse. Cuius de familia vide Champollion-Figeac, l'ystoire de li Normant, appendix p. 337 sqq. De hac fabula cf. Mooyer, über die angebliche Abstammung des Normannischen Königsgeschlechts Siciliens von den Herzogen der Normandie p. 6 sqq.

73) Has omnes res fabulosas esse manifestum est. Robertus primo Alberadam, Normannicae gentis feminam nobilem, deinde Sichelgatam, Waimari Salernitani principis filiam, in matrimonium duxerat. Cf. Champollion-Figeac, l. c. p. 346.

maritus cum timore Dei ac reverentia petunt, ut eis Deus revelare dignaretur, quid hoc esset. Sequenti die Roberto per visum apparuit Christus, dicens se sibi in leprosi speciem demonstrasse, ut probaret pietatem ipsius, denuntiatque sibi, quod[a] de coniuge sua esset filios habiturus, quorum unus imperator, alius rex, tercius ducatus honorem haberet. Hac promissione confortatus Robertus subactis rebellibus Apulie atque Sicilie optinuit totaliter principatum. Habuitque tres filios: Guilielmum, qui accepit uxorem filiam Alexii imperatoris Grecorum fuitque imperii illius dominus et possessor, sed mortuus est sine filiis. Hic creditur fuisse Guilielmus, qui dictus est Longaspata, sed hunc multi dicunt non genere Roberti fuisse, sed de stirpe marchionum Montis Ferrati[74]. Secundus filius Roberti Guiscardi fuit Boagdinos, qui fuit primo dux Tarentinus[75]. Tercius fuit Rogerius dux Apulie, qui post patrem rex Sicilie coronatus est a papa Honorio secundo[76]. Quartus filius Roberti Guiscardi fuit Henricus dux Normannie. Quintus filius Ricardus comes Accerrarum[77]. Hic Robertus post multa nobiliter in Apulia gesta causa devotionis in Ierusalem peregrinari disposuit eique per visionem[b] dictum est, quod in Ierusalem moreretur. Commendato igitur regno Rogerio filio suo versus Ierusalem per mare iter arripuit. Cumque venisset in Greciam ad portum, qui dicitur Guilichini portus, egrotare cepit. In revelatione vero sibi facta confidens mori nullo modo timebat. Erat autem ex opposito insula quedam amenissima, ad quam causa recuperande valetudinis se portari fecit. Portatus illuc non convalescebat, sed potius fortius egrotabat, quesivitque quod nomen insule foret. Responsum est ab incolis, quod propter amenitatem Ierusalem vocaretur. Quo audito statim de
1085. Iul. 17. morte sua certificatus, de pertinentibus ad salutem anime disponens, devote migravit ad Deum[78]. Hec in parte in aliquibus cronicis legi, in parte ab illis enarrari audivi, qui ystoriam de regno Apulie[c] plenius cognoverunt.

At Rogerius filius ducis Roberti Guiscardi genuit alium Rogerium[79]. Rogerius, post patrem Rogerium Sicilie rex effectus[80], genuit Guilielmum et Constantiam sororem suam. Hic Guilielmus honorifice et magnifice regnum Sicilie possedit habuitque uxorem filiam regis Anglie, ex ea nec filium habens nec filiam[81]. Sane cum mortuo Rogerio patre Guilielmus[d] regni potentatum[e] fuisset adeptus, prophetia quedam divulgata est, quod Constantia soror sua in destructionem duceret regnum Sicilie et ruinam. Unde rex Guilielmus convocatis amicis et sapientibus suis consilium requisivit, quid sibi esset de sorore sua Constantia faciendum. Cousuluitque sibi maior pars eorum, ut eam morti traderet, si regni dominio[f] volebat esse securus. Erat autem inter eos quidam nomine Tancredus dux Tarentinus, qui fuerat nepos Roberti Guiscardi ex sorore, que creditur uxor fuisse Boagdmontis principis Anthiochie[82]. Hic detestatus consilium aliorum suasit regi Guilielmo, ne innocentem perderet dominam. Sicque factum est, ut dicta Constantia servaretur a morte, et non sponte, sed timore mortis quasi monacha nutriebatur in quodam monasterio
f. 159′. 1190. monacharum. Mortuo autem Guilielmo sine filiis, Tancredus predictus Guilielmo in regnum successit[83] sibique vendicavit absque Romane ecclesie voluntate, ad quam regni illius ius et proprietas pertinebat. Hic Tancredus naturali prudentia preditus valde litteratus fuit habuitque uxorem Sybiliam[84], pulcriorem dominam orbis secundum multorum opinionem, de qua genuit duos filios et tres filias. Primus dictus est Rogerius, qui vivente patre rex coronatus defunctus est[85], secundus Guilielmus iunior, qui vivente patre

a) *verba* denuntiatque sibi, quod *desunt* 1. b) visonem 2. c) Apulia 2. d) *sic correxi ex* patre et G. *in codd.* e) potestatem 2. f) regni et dominio 1.

74) Guilielmus marchio Montisferrati Mariam, Manuelis imperatoris filiam, Alexii II. sororem, duxit et a patre eius Thessalonicam provinciam pro dote accepit. 75) Boemundus, dux Antiochiae, e prima Roberti uxore natus erat. 76) Error. Honorius II. a. 1127 d. 22. m. Aug. Rogerium, filium Rogerii Siciliae comitis, Roberti Guiscardi fratris, de ducatu Apuliae investivit; v. Jaffé, Regesta pontif. Roman. p. 555. 77) Haec de Roberti Guiscardi progenie prolata multis erroribus plena sunt; v. Champollion l. c. p. 347. 78) Robertus mortuus est a. 1085 die 17. mensis Iulii in castello insulae Corcyrae Cassiope. 79) Hic Rogerius II. filius Rogerii comitis Siciliae, fratris Roberti Guiscardi, erat; v. Champ. l. c. p. 353 et 358. 80) Rogerius coronam regni Siciliae accepit ab Anacleto II. anno 1130 die 29. m. Septembr. 81) Error. Wilhelmo I. successit filius Wilhelmus II. ex Margaretha, Garziae Navarrae regis filia, natus. Wilhelmus II. a. 1190, heredibus ex Iohanna uxore, Henrici II. Angliae regis filia, nullis acceptis, mortuus est. 82) Tancredus de Lecce filius naturalis Rogerii Apuliae ducis, Rogerii regis II. filii, fuit. 83) Tancredus a. 1190 m. Ianuario a Waltero archiepiscopo Panormitano coronatus est. 84) filiam Rogerii comitis de Acerra. 85) a. 1192.

rex effectus[86] est et mortuo patre aliquamdiu tenuit regnum. Interea vivente Tancredo et regnante regis Guilielmi soror Constancia iam forte quinquaginta annorum etatis erat, corpore non mente monacha in civitate Panormitana. Nataque discordia est inter regem Tancredum et Panormitanum archiepiscopum forte occasione ista, quod Tancredus iura ecclesie usurpabat. Cogitavit ergo archiepiscopus, quomodo regnum Sicilie transferretur ad alium et tractavit sagaciter, ut Constancia nuberet Henrico duci Suevie, filio Frederici maioris[87]. Henricus igitur uxore accepta[88], ad quam regnum pertinere videbatur de iure, in imperatorem coronatus est a Celestino papa. Hic Henricus defuncto Tancredo regnum Apulie ingressus multos punivit, qui cum Tancredo se tenuerant sibique favorem prestiterant et regine Constantie iniuriam intulerant et dedecus ingesserant contra sue nobilitatis honorem. Hec Constantia fuit mater Frederici secundi, qui nostris temporibus Romanum[a] imperium non dicam rexit, sed potius fere ad destructionem perduxit, sicut in gestis eius plenius apparebit. Mortuo autem Tancredo regnum remansit filio suo Guilielmo iuveni etate ac sensu. Henricus vero ingressus regnum cum exercitu pacem non veram cum rege iuvene habere cepit[89] ipsumque fraudulenter capiens clam et paucis scientibus in Sueviam cum sororibus in exilium misit ipsumque oculis privatum ibi usque ad mortem custodiri precepit. Huic Guilielmo filio Tancredi tres fuerunt sorores, scilicet Alberia, Constantia et Madania. Mortuo Henrico imperatore et Guilielmo iuniori castrato et exoculato defuncto, Philippus dux Suevie tres istas filias Tancredi regis[b] ad preces uxoris sue, que fuit filia imperatoris Manuelis, imperatoris Constantinopolitani, et relicta Rogerii, filii Tancredi[90], de carcere et exilio liberas[c] abire permisit. Et Alberia quidem vel Alceria tres viros habuit. Primus fuit comes Gualterius de Brenna[91], frater regis Iohannis, de quo natus est Galteranus comes Iopensis, cui rex Cypri filiam suam in uxorem dedit. Mortuo immo interfecto comite Galterio a comite Tybaldo Theotonico[92] Alberia nupsit Iacobo comiti de Tricario[93], ex quo habuit comitem Symonem et dominam Adalitam. Eo mortuo papa Honorius maritavit Alberiam comiti Tigrimo palatino comiti in Tuscia et pro dote tradidit ei comitatum Licie et Montis Iscaliosi[94] in regno Apulie. Constantia vero fuit uxor Marcisiani ducis Venetorum. Tercia soror, que Medania dicta est, virum non habuit. Hec de successoribus Roberti Guiscardi in regno Sicilie sive Apulie usque ad Constantiam matrem Frederici imperatoris, filii regis Henrici, dubia michi non sunt, referente ea michi quodam prelato ecclesie digno fide[d], qui quidem ista non vidit, sed a patre suo, qui fuit de genere et parentela regis Tancredi, veridico et legali homine, hec ita esse didicit et audivit. Post hec de comitissa Matilda dicendum, que fuit contemporanea Roberto[e] Guiscardi.

1191. April. 15.

1194.

Mater huius comitisse filia fuisse dicitur cuiusdam, qui in Constantinopoli[f] regnavit, in cuius curia fuit quidam Ytalus, nobilis moribus magis quam genere, liberalis, industrius, in armis strenuus et omnibus dotatus donis, quibus militare genus clarere solet. Propter hec omnia erat cunctis gratiosus atque amabilis. In hunc filia imperatoris iniciens oculos clandestino matrimonio est coniuncta. Acceptisque gaudiolis, que potuit habere, atque pecuniis cum ipso in Ytaliam fugit. Applicuitque primo in episcopatu Regino; pater vero domine, que unica erat sibi, fecit eam perquiri, si quo modo inveniri posset. Inventaque est a querentibus in episcopatu predicto requisitaque, ut rediret ad patrem cuicunque proximo principi maritanda, respondit, se hunc omnibus preelegisse, impossibile fore, ut derelicto ipso alteri carnaliter iungeretur. Nuntiantur hec imperatori, mandatque illico approbationis litteras matrimonii sic contracti, mittit pecuniam innumeram et iubet emi castra et villas, quecunque pretio possunt venalia repperiri, et nova hedificari de novo. Emunt in eodem episcopatu tria castra sibi invicem valde propinqua, propter quam propin-

a) Romanum *deest* 1. b) regis *deest* 2. c) liberans 2. d) fidei 2. e) Roberti 2. f) Constantinopolim 1.

86) Error. Wilhelmus III. demum post Tancredi obitum a. 1194. rex coronatus est. 87) Hae res valde turbatae sunt. Walterus archiepiscopus Panormitanus iam Wilhelmo II. rege coniunctionis Constantiae cum Henrico VI. fautor fuerat, atque nuptiae Henrici cum Constantia ante Wilhelmi II. mortem celebratae sunt. 88) a. 1186 d. 27. m. Ianuarii Mediolani. 89) Gesta Innocentii III. c. 18. ap. Murat. SS. III[a], 490. 90) Irene filia Isaaci. Angeli imperatoris Rogerio Tancredi filio desponsata, non nupta erat; v. Toeche, Heinrich VI. p. 545, VI. 91) Gesta Innoc. 26. l. c. p. 492 sqq. 92) Diepoldo de Vohburg. 93) Innoc. III. gesta 38, l. c. p. 499. 94) Monte Scaglioso in Basilicata prope fluvium Brandano.

quitatem regio illa Tria Castella vulgariter nominatur. Nec multum longe a predictis castris arcem quandam domina hedificari fecit in monte inexpugnabili, que nuncupatur Canossa[a], ubi Matildis nobile fundavit monachorum monasterium et dotavit. Hec in montibus In plano vero Guastallam atque Suczariam iuxta Padum emit et plura monasteria hedificavit. Carfagnania[b] quoque et pars magna Frignani in Mutinensi episcopatu eius possessiones fuisse dicuntur. In Bononiensi vero dyocesi Arzelata et Medicina, ville magne atque diffuse, de ipsius patrimonio fuerunt. Multa alia habuit in Lombardia atque Tuscia ad suum dominium pertinentia. Multos quoque nobiles amplis eis datis feudis sibi vassallos fecit; multa monasteria in diversis locis hedificavit et multas ecclesias cathedrales et insignes dotavit. Denique patre matreque defunctis comitissa Matildis nubere deliberavit, intellectaque fama atque potentia nec non et opulentia cuiusdam ducis Suevie nomine Gulfi solempnes nuntios misit ad eum et procuratores legittimos, qui inter ipsum et ipsam licet absentes matrimonii federa confirmarent. Ratificato igitur matrimonio locus nuptiarum Lomellum decernitur, castrum nobile de dyocesi Ticinensi, licet hodie sit destructum.
f. 160. Gulfo de Suevia venienti ad * predictum castrum comitissa Matildis cum multa militia dicitur occurrisse; cum multaque letitia sunt ibidem nuptie celebrate. Sed mox tristicia succedit letitie, dum contractum matrimonium ineptum manifestatur ad prolem gignendam, que[c] dicitur esse precipue matrimonii bonum. Nam Gulfus uxorem cognoscere non poterat nec aliam mulierem, frigiditate naturali vel alio impedimento perpetuo prepeditus. Ipse tamen suam verecundiam cooperiens dicebat uxori, hoc se incurrisse per maleficium procuratum ab aliquo, qui eius successibus felicibus invidebat. At comitissa Matildis fide plena coram Deo et coram hominibus magnanimis de maleficiis huiusmodi nichil credens illusumque sibi per maritum timens, cameram suam omnibus ornamentis, lectis ac vestibus et curtinis evacuari iussit mensamque nudam preparari fecit, adductatoque Guelfo[d] sponso suo totaliter nudata vestibus et capitis crinibus diligenter discriminatis: *Hic*, ait, *nulla maleficia esse possunt; accedens experiaris et fruaris concubitu nostro. Quodsi nostre magnitudini illudere presumpsisti, propter honorem nostrum tibi veniam concedentes iubemus sine mora discedere et ad propria remeare. Quod si facere distuleris, absque mortis periculo non evades.* At ille timore perterritus, veritatem confessus redire in Sueviam festinavit. Comitissa vero similes illusiones pavescens et alia honera matrimonii odio[e] habens suam in castitate usque ad mortem vitam transegit. Et intendens operibus pietatis multas ecclesias, monasteria et hospitalia hedificavit atque dotavit. Bisque cum exercitu in subsidium Romane ecclesie
Martin. potenter venit, semel contra Normannos, qui ducatum Apulie violenter ecclesie subripuerant et fines Campanie devastabant, quos comitissa Matildis, devota filia sancti Petri, cum Gotifredo Spoletano duce fugavit usque Aquinum tempore secundi Alexandri Romani pontificis, alia vice contra quartum[f] Henricum imperatorem pugnavit. Hec testamentum fecit totumque patrimonium suum super altare beati Petri obtulit, Romanamque ecclesiam heredem instituit, et non multum post migravit ad Deum et sepulta est in ecclesia Pisana[95], ut
1115. dicitur, quam magnifice dotaverat. Mortua vero est anno a nativitate Christi 1115.[96]

Quo anno in burgo sanctorum apostolorum Florencie ignis accensus est, qui magnam
1117. partem civitatis consumpsit, et quod residuum fuit predicte civitatis 1117 anno iterum ignis in sacrificium devoravit. Ex hoc factum est, quod in tam nobili civitate et antiqua, in ecclesiis vel monasteriis nulla scripta antiquitatis, nulli quasi libri sanctorum repperiuntur, quia omnia tunc per ignem assumpta sunt et deleta. In qua civitate, cum hoc opusculum colligerem, nullius antique scripture auxilium potui invenire, preter cronica Eustachii[g] Romane ecclesie diaconi.

Tempore Urbani secundi et imperatoris Henrici quarti stolus maximus congregatus nobilium et popularium terram sanctam recuperavit hoc modo. Quidam miles in armis probus et naturali prudentia preditus, Petrus nomine, nepos episcopi Meldensis[97], devotionis causa peregrinari voluit et visitare sepulcrum Domini. Qui[98] cum pervenisset in Ierusalem, loca sancta a Sarracenis prophanari videns et christianos ibidem graviter opprimi, magno et profundo

a) Canorsa 1. b) Carfagania 2. c) quod 2. d) advocatoque Gulfo 1. e) hodio 2. f) quintum 1. g) *in margine cod.* 1: Eustatius; Heustachii 2.

95) Mathildis sepulta est in monasterio S. Benedicti Polironensi; cf. Renée, Mathilde de Toscane, Appendice E. p. 257. 96) Omnem hanc de Mathilda narrationem maxime fabulosam esse, apparet. Primo apud auctorem nostrum invenitur. 97) Unde Thomas hoc de Petro Eremita desumpserit, nescio. 98) Sequentia ex prolixiore Wilhelmi Tyrii historia desumpta sunt.

dolore confossus patriarcham Ierosolimitanum adiit, cum ipso longum colloquium habuit de miseria christianorum, diligenter sciscitatus est ab ipso, si patriarcha sciret aliquem modum, per quem possent christiani terre illius a tanta servitute redimi et terra sancta ad dominium christianorum[a] restitui. Asserit patriarcha, hoc non posse fieri, nisi per succursum baronum et virorum ecclesie occidentalis. Rogat patriarcham Petrus, ut ad papam per se litteras mittat, que miseriam christianorum exprimant et redemptionis terre sancte auxilium petant. Recipit Petrus litteras et continuo Cesaream veniens navem invenit paratam venire in Italiam. Ingressus eam brevi ultra modum tempore in Apuliam venit, inde per terram Romam properat, pape Urbano patriarche litteras representat, cum multis lacrimis terre sancte statum et christianorum oppressionem manifestat, petit, ut succurrere studeat tante necessitati. Respondit papa animo compassivo, se nichil posse auxilii conferre in miseria constitutis, cum imperator, qui fidem et ecclesiam tenebatur tueri, contra iustitiam eam crudeliter devastaret et contra[b] eam scismaticos promoveret atque foveret; propter quod necesse habebat se imperatori opponere et eum excommunicationis gladio percellere. Petit Petrus, ut episcopis Francie, Aquitanie atque Germanie mandet, ut fideles ad succursum ortentur et crucis signaculo insigniri volentes plena peccatorum remissione remuneret[c]. Hiis litteris habitis Petrus, qui heremita vulgariter dicebatur, vadit in Franciam et divina inspiratione multi nobiles et potentes crucem sumunt contra Sarracenos, ut recuperent terram sanctam et in Syria christianos pristine restituant libertati. Non multum post Urbanus Remis[99] concilio celebrato fere totum Occidentem provocat ad terre sancte subsidium et ea potissimum causa multi ad hoc animati sunt, quia propter guerras et scismata, que inter christianos diu fuerant, ita erant christiani sceleribus alienati a via salutis, quod dignam penitentiam desperabant se posse facere et correctionem debitam quomodo apprehenderent ignorabant; hoc solum salubre consilium extimabant sibi, si Christi pro se crucifixi honore[d] animas suas exponerent morti. In ystoria, que diligenter conscripta est, traditur, quod sexaginta[e] milia pugnatorum cruce signati fuerunt. Inter quos capitanei fuerunt Hugeth monachus[1], frater regis Francie, Robertus dux Normannie, filius Guilielmi regis Anglie[2], Stephanus comes Carnotensis et Blensensis, Raymundus comes Tholosanus et valens homo Gotifredus de Boslone, dux Lotoringie, et Balduinus comes Nante, comes Die et comes Arausie et comes Sancti Pauli et multi alii comites, quos propter multitudinem numerare tedet, et Guilielmus de Montepessulano et Gerardus de Roseglon et multi alii magni viri preter minorem populum, quia Petrus heremita cum eis adhuc non venerat de Francia; et imperator Alamanie cruce signatus est et Beamons princeps Tarentinus, qui fuit filius Tancredi nepotis Roberti Guiscardi ducis Apulie[3], et ipse Tancredus nepos suus, filius sororis sue, et multi barones terre illius, qui non erant ita nominati. Hii* omnes anno incarnationis Domini 1096 cruce signati dato eis legato a summo pontifice Aymaro episcopo de Podio mense Madio .....[f] eiusdem mensis iter arripuerunt, sed quia tanta multitudo erat, quod, si simul irent, non possent victualia habere, diviserunt se, et minor quidem populus cum Petro heremita per Alamaniam, Bavariam, Austriam, Ungariam et Bulgariam usque in[g] Constantinopolim alios precesserunt. Reliqui vero per Ytaliam venientes in Duratium transierunt. Barones vero per navigium applicuerunt in Grecia. Et minor quidem populus, qui cum Petro precedebant, in Ungaria, in quadam villa, que dicebatur Malavilla, propter insolentiam quorundam Alamannorum, qui in exercitu erant, ab Ungaris male tractati sunt et plurimi ex eis perempti, ut in vera ystoria traditur, 10 milia. Deinde cum pervenissent Constantinopolim et ab imperatore Grecorum bene recepti fuissent, transierunt brachium sancti Georgii et intraverunt Bithiniam, habebantque habundantiam victualium et fuerunt in terra subiecta imperatori duobus mensibus expectantes barones, qui sequebantur. Tandem populus impatiens more[h] inceperunt invadere terram, que Solimanno regi Turchorum subiecta erat, et Alamani ceperunt castrum quoddam iuxta Niceam Bithinie et interfecerunt omnes a maribus usque ad feminas et castrum[i] destruxerunt. Quod audiens Solimannus, qui de Oriente venerat cum magno exercitu ad custodiendam terram suam, irruit in ipsos Theotonicos et omnes occidit. Populus vero minutus christianorum, iratus de cede sociorum, sumpto[k] consilio quorundam, noluerunt expectare barones qui sequebantur, sed 25 milia peditum et quingentos equites contra Solimannum miserunt. Quos Solimannus devicit, cepit et occidit, ita quod non nisi tres evaserunt. Solimannus ex hoc in superbia elatus contra christianos fortiter rebellare cepit et post adventum baronum multos congressus cum christianis habuit, multas victorias obtinuit. Ad ultimum capta Nicea et recuperata a christianis, ipse depressus Solimannus ex pacto transire permisit ipsos, et tandem cum multis periculis et laboribus in Antiochiam venerunt, que a Sarracenis tenebatur sub tributo et dominio, licet multi christiani essent ibi, immo plus quam Sarraceni. Ipsam autem civitatem in brevi capiunt, habito prius gravi prelio contra gentem regis Persarum, qui misit predictum Solimannum cum magno exercitu, ut Antiochiam obsessam a christianis liberaret. Sed contrarium accidit. Nam cum de Francia exercitus iter arripuisset 1096 anno dominice incarnationis mense Maii, 1097 mense Iunii devictis Persis atque fugatis civitas Antiochia cum omnibus fortiliciis suis in manus et dominium christianorum tradita[4] est, dimissis salvis Sarracenis custodibus fortilitiorum cum rebus, uxoribus et infantibus suis. Hic fuit ultimus annus Urbani secundi pape. Cui successit in papatu Paschalis. Postquam civitas in pleno dominio christianorum fuit, patriarcha Grecus, qui cum multo dedecore eiectus fuerat a

Wilh. Tyr I, 17.

* f. 160'.

ibid. I, 19.

ibid. I, 20.

ibid. I, 21.

ibid. I, 22.

ibid. I, 24.

ibid. I, 25.

ibid. III, 12.

ibid V, 22.

ibid. VI, 23.

a) *verba* Diligenter — christianorum *desunt* 1. b) contra *deest* 1. c) plenam p. remissionem remuneraret 2. d) si pro Christi crucifixi honore 2. e) sexcenta 2. f) *lacuna sequitur in cod.* 2. g) in *deest* 2. h) *in cod.* 1 *sequitur* terram inc. i) castra 1. k) spreto 2.

99) Error. Claromonte a. 1195 Nov. 18—28. 1) Hugo magnus. 2) Robertus frater Wilhelmi I. regis fuit. 3) Boemundus filius erat Roberti Guiscardi. 4) Apud Wilhelmum Tyr. haec in Nicaeae expugnatione inveniuntur.

Sarracenis, quando christiani civitatem obsidebant, per Aymarum Podiensem legatum summi pontificis de consilio episcoporum et clericorum, qui in exercitu erant, et consensu baronum cum multo honore in patriarchatum restitutus est; ecclesie, que a Sarracenis fedate erant, purgate sunt et instituti sunt sacerdotes et clerici, qui ibi Deo servirent, assignatis eis redditibus a legato de consilio predictorum, et quia Latini non intelligebant Grecos, patriarcha predictus nomine Iohannes patriarchatui renuncians in Constantinopolim reversus est et legatus de consilio clericorum in patriarcham capellanum suum nomine Bernardum, natione Valentinum episcopum[a]....

Wilh. Tyr. V,17. VI,23. Barones vero unusquisque partem suam contulerunt Boamundo[b] ..... preter Raymundum comitem Tholosanum, qui noluit partem suam dare et tenuit portam que dicitur ad pontem. Sicut in ystoria, que diligenter conscripta est de isto passagio peregrinorum, traditur, antequam Antiochia caperetur et recuperaretur de manu Turcorum, erat quidam Provincialis nomine Petrus simplex de comitiva Raymundi comitis Tholosani, cui apparuit beatus Andreas dicens:

ibid. VI, 14. *Ostendam tibi lanceam, cum qua latus Christi in cruce apertum fuit a milite, sicut in euangelio legitur.* Capta ergo civitate idem Petrus presente comite predicto et capellano suo in ecclesia, que fuit prima[c] ad honorem beati Petri edificata, fodit in loco, ubi per revelationem cognoscebat esse lanceam predictam, et invenit eam; de quo multum[d] confortati sunt peregrini et voluerunt omnino ire in Ierusalem, sed baronibus

ibid. VII, 2. non videbatur tempus eundi propter calorem et defectum victualium. Tandem de Antiochie partibus exeuntes et versus Ierusalem pergentes in via multas tribulationes et multa pericula passi sunt, ita quod penitebat multos itineris huius. Et de predicte lancee inventione facta est contentio magna, quibusdam dicentibus, quod hanc barattariam invenisset comes Tholosanus et capellanus presbiter suus, ut populum ad eundum in Ierusalem animaret, et ut argentum multum de oblationibus populi lucraretur. Tunc ille

ibid. VII, 18. Petrus, vir simplex et rectus in fide, audacter coram baronibus asseruit, non barattariam sed verum esse, quod de lancea sibi revelatum fuerat, et in testimonium huius veritatis rogabat accendi magnum ignem, quem cum lancea in manu promittit se illesum transiturum. Accensus est itaque ignis magnus tredecim pedum die Veneris et astante populo et pluribus baronibus Petrus deposita tunica et genu flexo, oratione ad Deum facta, manu predictam lanceam tenens illesus per medium ignem transivit. De quo certificatus populus et accensus ad suam peregrinationem complendam Deo magnifice gratias reddiderunt, et cum magno gaudio dictum Petrum honorarunt. Qui post paucos dies defunctus a Deo sue fidei celerem remunerationem accepit, cui est honor et gloria in secula seculorum, amen. Inventa est lancea anno

Martin. 1099. Peregrini et totus exercitus in Christum et in lanceam ipsius habentes fiduciam per Achon, que Tholomaida dicebatur, venerunt Cesaream; ubi cum essent, accipiter columbam volantem deiecit[e], habentem litteras regis Accharon ligatas circa se, hanc sententiam continentes: *Rex Accharon duci Cesaree salutem. Generatio canina venit, gens contentiosa,*

* f. 161. *contra* quos per te et per alios legem tuam defende. Idem nuntia aliis civitatibus.* Soldanus autem Egipti, qui contra

ibid. VII, 19. soldanum de Perside christianis auxilium promiserat, si viriliter contra eum in obsidione Antiochie resisterent, et liberum accessum in Ierusalem post victoriam promiserat et spem dederat pacificandi cum eis, mutavit sententiam concedens solum, quod 200 vel 300 sine armis in Ierusalem irent et facta oratione post tres dies redirent. Quod cum audissent barones et exercitus, vehementer indignati remandaverunt ei per nuntios eius, quod ipsi omnes armati contra eius voluntatem irent et ibi manerent. Soluta ergo obsidione civitatis Tripolitane iverunt omnes ad Ierusalem obsidendam et obsessam ceperunt anno ab

ibid. VII, 21. incarnatione Domini 1099, elapsis tribus annis a tempore, quo cruce signati de Francia arripuerunt iter, sedente in sede Romana septimo[f] Gregorio papa, imperante in Alemania Henrico quarto, in Constantinopoli imperante Alexio, in regno Francie regnante Philippo. Et eodem anno, quo civitas capta est, barones exercitus regnum Ierosolimitanum communi consensu dederunt Gotifredo duci Lotoringie, qui inter omnes alios barones in negotio isto inventus est probior et fidelior. Eodemque anno sequenti, scilicet 1100 defunctus est, et substitutus est pro eo frater eius comes Balduinus de Rois[5]. In Antiochia vero erat princeps institutus Boagdmons sapiens vir, filius Tancredi principis Tarentini, qui natione fuerat Normannus, nepos Roberti Guiscardi ex sorore.

De Lotario imperatore.

Vinc. 27, 1. Lotarius qui et Linterius[g] dux Saxonie in imperatorem electus post Henricum quintum imperavit

Martin. annis[h] .... usque in annum Domini[i] 11 ... Preerat Romane ecclesie eo tempore Innocentius secundus, vita et scientia preclarus. Contra hunc Petrus Leonis nobilis civis Romanus papatum invasit seque consecrari faciens Anacletus vocatus est. Innocentius vero, non valens sustinere persecutionem Romanorum furen-

ibid. tium, portans innocentiam secum[k] eum Romam reduxit de Gallia, ipsumque potenter in Lateranense palatium collocat eundemque Petrum Leonis, qui ecclesiam sancti Petri munierat, expugnat. Sed non multum post Petrus Leonis

Vinc. 27, 6. sine penitentia moritur, Innocentius vero Lotarium Rome in imperatorem coronat. Tunc Lodovicus Crossus regnabat in Francia, cuius filium Philippum parvulum Innocentius, cum esset in Gallia, coronavit Remis[6].

a) *hic nonnulla verba deesse videntur.* b) *sequitur lacuna in codd.* c) postea 2. d) multi 1. e) accipiunt c. v. deiectam 2. f) secundo 2. g) Liuterius 2. h) *sequitur lacuna* 2. i) *sequitur lacuna* 2. *Numerus totus deest in* 1. k) *hic quaedam excidisse patet; in cod.* 2. *inter* secum *et* reduxit *locus rasus non plene expletus est.*

5) Edessa. 6) Thomas Vincentium hoc loco male intellexit, Innocentius II. non Philippum iam mortuum, sed eius fratrem Ludovicum Remis regem consecravit. Cf. Jaffé, Reg. pontif. p. 566.

Qui puer, ut supra dictum est, de equo cadens propter porci cuiusdam impedimentum subito peremptus est. Imperator autem Linterius sive Lotarius post coronationem zelo Dei accensus tanquam fidelis advocatus ecclesie potenter cum papa Innocentio Apuliam intravit et Rogerium comitem, qui contra papam se erexit, in Siciliam fugavit et cum papa ducem Rainonem pro eo instituit in Apulia. Huic victorie imperatoris[a] et pape astiterunt Pisani. Tempore huius Henrici quinti valida fames[b] Ytaliam occupavit. In Francia vero tanta siccitas fuit, ut flumina, lacune, fontes ac putei pro magna parte siccarentur. Ignis quoque, qui per rimas terre subintraverat, nec imbribus nec frigore biennio extingui potuit. Martin.

De Corrado tertio.

Corradus tertius post Lotarium, ut a quibusdam dicitur, nepos Henrici quarti vel quinti ex sorore, in imperatorem electus est. Imperavit annis 15, non tamen a papa aliquo benedictionem habuit, nec coronatus fuit usque in annum Domini[c] 1140. Dominavit hic Corradus tempore Eugenii pape. A sancto Bernardo in Frachfort cum cunctis fere principibus Alamanie crucem accepit in subsidium terre sancte. Lodovicus etiam Crossus dictus in Francia regnans vocatus[d] a papa in subsidium terre sancte crucis signum accepit. Huius temporibus quidam simulans, se esse Henricum imperatorem, primo in quodam reclusorio apud Solodrorum gravem penitentiam facere videbatur; inde egressus simulate dicens, se esse imperatorem, multos ad se allexit. Tandem cum videret suam simulationem manifestari, in monacum apud Cruniacum[7] tonsoratur. Tempore Corradi hii[e] fuerunt Rome pontifices: Celestinus secundus annis 5 et dimidio, Litius[8] secundus mensibus 10, Eugenius tertius annis 8. Eo tempore regnabat in Francia Lodovicus filius Lodovici Crossi, frater Philippi pueri, qui recenter coronatus de equo precipitanter ruens mortuus est. Causa autem crucesignationis huius, que fuit tempore Eugenii, quam predicavit Bernardus, illa fuisse dicitur, que in ystoria traditur terre sancte, quam breviter hic interserendam decrevimus. Sed primo ponamus aliqua breviter. Vinc. 27,14. Martin. ibid Vinc 27,16. ibid. 27, 6.

Tempore Urbani secundi Romani pontificis, procurante Petro heremita, nepote[f] episcopi Meldensis, magna cruce signatorum multitudo de Provincia, Francia, Lotoringia atque Alamania per Ungariam, Blachiam, Pannoniam et per mare venit Constantinopolim, ubi Alexius imperabat, et habito consilio per terram iter aggressi per Turchiam cum Turchis multis preliis habitis tandem Antiochiam[g] venerunt eamque recuperaverunt et multas alias civitates. Recuperata Ierusalem, regem constituerunt Gotifredum ducem Lotoringie. Lege gesta Urbani secundi, centenario pontificum undecimo. Et hoc fuit anno Domini 1092, qui fuit ultimus Urbani. Tempore autem Eugenii[h] ..... pape credebatur perdi Ierosolimitanum regnum propter potentiam Sarracenorum hac occasione, quia Bauduinus tertius rex Ierusalem ab eo tempore, quo terra per predictum baronum stolum recuperata est, cum quodam potenti Turcho nomine Baudino amicitiam contraxit. Hic Turchus tres filias habens unam regi Damasci, aliam Norandino[i] filio regis Agunis, terciam cuidam Turcho nomine Margaz uxores tradidit. Ipse vero Bauduinus Turchus regnum gubernabat pro Norandino genero suo, inimicus tamen erat regis Damasci. Propter quod amicitiam cum christianis habere desiderabat, ut sibi tempore oportuno auxilium preberent, et quia Armenus erat genere, cum honesta societate Ierusalem venit honorificeque receptus a Bauduino rege Ierusalem, promisit, quod maiorem civitatem Arabie daret ei. Rex Bauduinus accepta promissione consilio baronum assignavit ei terram in regno Ierosolimitano. Civitas autem illa dicebatur Boserht. Anarth autem, regni[k] Damasci regius procurator, hoc intelligens misit Bauduino regi Ierusalem conquerens*, quod servum domini sui recepisset contra pacta, que cum domino suo habebat. Bauduinus vero rex respondit, quod pacem et pacta servare volebat, non erat tamen iustum, ut hominem, qui ad loquendum sibi venerat, inimicis traderet; volebat ergo eum reducere ad terram suam et tunc faceret quod vellet. Intendebat hiis verbis subdolis[l] promissam civitatem habere. Preparato itaque exercitu cum predicto Turcho ad predictam civitatem properans, invenit Norandino genero[m] suo civitatem obsessam[n] ab uxore sua redditam, antequam rex Balduinus ad civitatem[n] pervenisset, et cum multo labore ac periculis in Ierusalem reversus est. Tunc rex Damasci et Norandinus et multi Turchi civitatem Harois, que erat[o] Bauduini regis hereditas, ultra Eufratem obsederunt et ceperunt, cunctos viros ac mulieres perimentes in ea; et ad alias civitates capiendas se parabant[9]. Hiis auditis papa Eugenius volens succurrere, per beatum Bernardum et alios probos clericos crucem predicari mandavit. Et cruce signati sunt Corradus rex Alamanie fere cum omnibus principibus suis et Lodovicus rex Francie cum multis aliis. Et anno Domini 1146 iter arripientes per mare et per terram Constantinopolim applicuerunt et a Manuele Constantinopolitano imperatore satis honorifice susceptus est. Et post paucos dies Corradus imperator transito mari sancti Georgii iter arripuit per Bithiniam versus civitatem Niceam, in qua tempore magni Constantini contra Arrium synodus celebrata est. Imperator autem Manuel assignavit imperatori homines, qui rectiorem et meliorem viam demonstrarent. At illi aut fraude Manuelis[p] inducti aut pecunia Turchorum corrupti duxerunt exercitum per Wilh. Tyr. XVI, 8. * f. 161′. ibid.XVI,18. ibid. 20 sqq.

a) imperatori 1. b) fama 1. c) *lacuna sequitur in codd.; in cod.* 2 *numerus postea additus est; in cod.* 1 *totus deest.* d) *sic corr. ex* vocatur 1. 2. e) hic 2. f) nepoti 1. g) Antiochionam 2. h) *sequitur lacuna in cod.* 1. 2. i) Norradino 2. k) regis 2. l) subdole 2. m) generi 1. n) *haec verba* obsessam — ad civitatem *desunt* 1. o) eatenus 2. p) Emanuelis 2.

7) pro *Cluniacum*. 8) Lucius II. 9) Haec a Thoma ex Wilhelmo Tyrio desumpta male intellecta valdeque confusa sunt.

viam pessimam et penuriosam; ut autem venerunt ad periculosos passus, ubi Turchi maxime eos nocere poterant, nocte fugerunt infideles duces. Corradus autem imperator ignorans, quo iret vel quo[a] pertransiret, consilio suorum per viam, qua venerant, redire disposuit.

De primo Frederico.

Vinc. 29, 1. Martin. Fredericus primus nepos fuit Corradi imperatoris, quo mortuo regnavit annis 6, postquam coronatus per Adrianum papam annis 37 imperium tenuit usque in annum Domini 1191, quo tempore rex Philippus Francie et Ricardus rex Anglie transfretaverunt. Fredericus vero hic primo anno regni sui hac occasione in[b] Lombardiam cum exercitu venit, quia comites de Lamello, qui erant imperii palatini, quorum potentia erat potissime in dyocesi Papiensi, in qua et Lamellum fortissimum castrum erat, a quo contrata tota dicta est Lamelia, super Papienses vi[c] dominium obtinebant, ita quod de quolibet, qui nasceretur in urbe, censum denariorum duodecim extorquebant; quos et multis aliis servitutibus opprimebant. Quodam igitur magno festo comites omnes magni et parvi dum Papiam festari venissent, portis a civibus obseratis ceperunt omnes, uno dumtaxat excepto, qui in equo flumine transito Ticini evasit. Itaque comitibus sic omnibus captivatis castrum obsedere Lamellum et captum penitus dirruerunt. Hec omnia vacante imperio gesta sunt. At Mediolanenses aliique Lombardi, ne Papiensium potentia[d] in eorum preiuditium cresceret extimentes, guerram contra eos faventes comiti, qui effugerat, commoverunt. Ticinum igitur fluvium transeuntes multa castra burgosque in contrata, que Lamellia[e] dicta[f] est, everterunt. Sed milites Papienses foras egressi vias nocendi Mediolanensibus exquirebant, sed ab ipsis potius in arto constricti dum in castrum, quod Veglevanum[10] dictum est, confugissent, eos est[g] Mediolanensium exercitus insecutus; et circa castrum obsidione firmata, cum ibidem victualia non haberent, fame compulsi se hostibus tradiderunt hoc pacto firmato: quod ipsi 300 ex eis, quos eligere vellent, Mediolanum ducerent secum captos. Quod et factum est. Et quia Papienses iam comites omnes in carcere fame peremerant, Mediolanenses eos graviter affligebant. Instanter ergo captivi petebant, ut aliqui ex eis datis obsidibus solverentur, qui Papiam vadentes ad pacem iuxta voluntatem Mediolanensium reducerent Papienses. Respondent Mediolanenses, paucos hoc non posse efficere, sed eos omnes abire permitterent, si obsides exhiberent. Itaque Mediolanum obsides omnium advenerunt. At illi consilio malo usi captivos tenuerunt utrosque, credentes per hoc Papiam se posse pleno dominio possidere, Tunc in arto positi Papienses ad imperatorem in Alamaniam mittunt, iustitiam fieri sibi petunt et cum civitate suo dominio se committunt. Mandat igitur Mediolanensibus imperator, ut obsides omnes restituant et captivos, et ab eorum desistant iniuriis, donec in Lonbardiam personaliter veniens utrisque iusticiam exhiberet. At illi de mandato non curant, sed Papiensibus dampna inferunt graviora. Imperatorem igitur sollicitant Papienses et in succursum suum

1154. eum advocant iterato. Itaque Lombardiam cum exercitu imperator ingreditur et cum Lombardis de concordia tractans nichil ad perfectum adduxit, quia illi in sua conspiratione et potentia confidentes discordes ab eo discedunt, solique adherent principi Papienses. Tunc imperator Tortonam obsedit et cepit, sed et Laudenses se principi tradiderunt. Itaque ibi residens contra Mediolanum et Placentiam guerram movere temptabat. Huc usque sunt posita, ut audivi Papie, dum adhuc puer essem, a senioribus terre, qui temporibus illis erant. Verum ut robur eius excresceret, Romam venit, ubi honorabiliter a papa Adriano tercio est susceptus et ab eo est coronatus anno Domini 1154. in ecclesia sancti Petri in festo sanc-

1155. Iun. 18. torum Iohannis et Pauli[11]. Quibus omnibus sic peractis, dum ante nonam imperator exisset ad[h] stacionem suam,

Martin. f. 162. que erat in prato Neronis, Romani armata manu extremam partem familie principis invaserunt, usque ad pretorium persequendo imperatoris[h]. At invalescente clamore Theotonici adunati Romanos econtra repellunt multosque prostrantes plurimos captivarunt ex eis, sed ad preces apostolici sunt dimissi. Itaque sancti Petri festo Rome solempniter celebrato, in quo coronam uterque portavit[12], sequenti die ab apostolico discessit in pace, ut negociis

Martin provideret imperii. Veniens itaque Tyburim, ut rehedificaretur civitas commandavit[i], que destructa fuerat per Romanos.

1159. Sept. 1. Tandem Spoletum deveniens ipsam coronationis sue primo anno destruxit. Cumque inter hec quinto anno sessionis sue de squinantia Ananie esset mortuus Adrianus et sepultus esset Rome in ecclesia sancti Petri, ad

a) qua 1. b) in *deest* 2. c) vi *deest* 1. d) potestas 2. e) Lamelliam 1. f) dicti 2. g) eosem 2. h) *sic correxi ex* praetoris *cod.* 1. 2. i) emandavit 1.

10) Vigevano. 11) Error. Fridericus ab Hadriano IV. papa die 18. m. Iunii anno 1155 coronatus est. 12) secundum Hadriani IV. vitam a Bosone scriptam ap. Watterich II, 331.

electionem conveniunt antistitis cardinales. Sed discordia facta est inter eos. Nam pars una ex eis presbyterum Rolandum elegit Senen[sem][a], Sancti Marchi tituli cardinalem, qui fuerat cancellarius curie, et consecratus dictus est Alexander, qui erat vir sapiens et plurimum litteratus. Alii elegerunt Octavianum tituli Sancti Felicis[15] presbiterum cardinalem, natione Romanum, quem appellavere Victorem. Itaque per contentionem duorum istorum fere tota christianitas est divisa. Nam imperator Fredericus cum omnibus fere prelatis principibusque Alamanie et cum quibusdam Ytalicis favebant Victori. Sed Lodovicus nobilis rex Francorum et prelati etiam regni sui favebant cum multis aliis prelatis Alexandro cum omnibus civitatibus[b] Lombardie, que[c] imperio rebellabant. Duravit autem per 19 annos hoc scisma, quia fuerunt tres alii pape scismatici, quibus favit pessimus imperator, sicut in gestis Alexandri plenius continetur[16]. Imperatore igitur Alexandrum de voluntate scismaticorum omnium persequente totumque patrimonium sancti Petri occupante et terras insuper omnes, quas comitissa Matilda super altare obtulerat sancti Petri, ille ad regem Lodovicum fugit in Franciam. A quo honorifice est susceptus[17]. Ex quo indignatus nimium 1162. imperator suorum multitudine congregata et regis Bohemie simul et Datie, quos ex ducibus promoverat nuper Martin. in reges, auxilio magno fretus in Burgundiam veniens exturbare regnum Francie nitebatur. Sed Deo ferente auxilium et Iohanne[18] rege Anglie regi Francie assistente non potuit perficere quod cupivit. In Lombardiam ergo reversus muros Placencie Bononieque destruxit et fere Lombardiam totam sue ditioni subiecit. Verum contra Mediolanum diu pugnavit et pluries in campo est fugatus ab eis. Qui et Laude sedem imperii destruentes redire eum in Alamaniam coegerunt. At ille illuc fugatus sollicitabat episcopos et barones, ut secum in Lombardiam venirent. Sed quia illi cum eo ibi quasi omnia sua expenderant, sequi eum se non posse dicebant. At ille magis de honore quam de divitiis curans castra, civitates et villas militibus dedit in feudum, sicque eos in Liguriam secum duxit. Itaque ante omnia civitatem Laudensem in alio loco, quam prius extruxit. Iterum edificavit aliam civitatem inter Mediolanum, Novariam et Cunum, et sic Mediolanum, quod ferro subiugare non potuit, fame vicit eo, quod neque victualia neque forum posset habere[d]. Fertur enim, quod iuraverat, nunquam inde se recessurum, donec caperet civitatem eamque per burgos divideret ac per eam salem faceret seminari. Civitas vero Mediolanensis per paucos eo tempore regebatur, cumque semel consilio habito repperissent, quod ultra quam 15 dies stipendia non haberent, unus ex rectoribus civitatis[19] prudentior aliis, ignorantibus cunctis, ad imperatorem accessit et pro civitate misericordiam postulavit, et non ut proditor, sed potius ut provisor ad pedes sue clementie se venisse asseruit, confidens de sua bonitate, non de meritis civitatis. Tunc imperator fidem considerans hominis veniam civitati promittit, habitatores liberos reddit, a mortis eos sententia eximit, licentiamque concedit, ut quicquid per tres dies de civitate extrahere possunt in humeris, suum sit. At vir ille fidelis ipsa nocte cum principis litteris ad civitatem rediit et securus universa, que fecerat, cunctis pandit et magnam contulit leticiam universis. Itaque pace facta cogitat imperator, quomodo quod iuraverat impleat, ita tamen quod non pereat civitas. Muros ergo precepit destrui civitatis et per mediam civitatem duas vias latissimas ad instar crucis fieri fecit, sicque partes illas 4 civitatis esse burgos 4 approbavit et salem in illis viis sic factis seminari precepit. Obsedit autem Mediolanum fere per annos 7, ab anno scilicet[e] Domini 1156, coronationis sue 4, usque in annum imperii sui 11, Domini vero 1164.[f] Sed non multo post temporis secretum consilium cum suis baronibus habuit omnibus ab eo exclusis Ytalicis. Erat autem cum eo quidam sapiens Cremonensis, quem ob nimiam sapientiam habebat principalem consiliarium inter omnes nec unquam fuerat ab aliquo consilio imperatoris exclusus. Itaque territus et miratus, quod tunc non fuisset[g] admissus, a quodam ex baronibus sibi familiari plurimum et amico vix obtinere precibus potuit, ut sibi panderet consilii suspecti secretum. Cumque ille narrasset, quod cum Lombardi de suis fortilitiis confidentes iugum sibi non paterentur imponi, esse statutum, ut civitates omnes redigerentur in burgos, muris turribusque destructis, quod dum sapiens Cremonensis audivit, se de hoc non curare facie simulavit, sed paucis admodum diebus elapsis se infirmum esse et fatuum caute finxit et utens quadam canna ab uno capite usque ad alterum perforata per civitates singulas discurrebat* et ad civitatum sapientes, quos * f. 162r. bene noscebat, cannam auribus apponebat, quid esset statutum significans diemque determinans, quo singule civitates ballivos[h] omnes imperatoris occiderent. Itaque hoc facto

a) *sic correxi ex* titē sevēn *cod.* b) civibus 2. c) qui 2. d) prorsus habuere 2. e) scilicet *deest* 1. f) MCLXIII. 2. g) fuit 1. h) bailivos 2.

15) Sanctae Caeciliae. Cf. Watterich II, p. 378. 16) sec. Gesta Alexandri III. et Vinc. 29, 3. 17) Ex Gestis Alexandri III. ap. Watterich II, pag. 387 et 389. 18) Error. Henricus II. Angliae rex fuit. 19) Guido comes Blanderatensis; cf. Ottonis Frising. Gesta Frid. III, 40.

completo Cremonam ad parlamentum omnes Lombardi conveniunt et statuunt, ut ante omnia Mediolanensis civitas reparetur[20]. Fuerunt[a] autem primi in reparatione Cremonenses. Itaque fossata civitatis communi auxilio Lonbardi restaurant et ex parte exteriori murum usque ad superficiem terre struunt, civitatem autem, quam in episcopatu Mediola-
1168. nensi construxerat, usque ad solum eliminant. In tempore autem illo Mediolanenses et Placentini aliique Lonbardi quibusdam villis et castris, que in terra fuerant marchionum, suadent, ut de se civitatem construerent, quam fossato alto profundoque cinxerunt eamque ad honorem pape Alexandri Alexandriam vocaverunt[21]. Hanc autem cum Papiensibus imperator obsedit. Et cum nichil proficeret, excogitato consilio cuniculos subterraneos fodi fecit, per quos possent[b] ingredi civitatem[22]. At cives hoc prescientes, sed locum, ad quem irrumperent, ignorantes, aquam ferventem, oleum paraverunt et picem et stantes intenti expectabant intrantes. Volentibus illis irrumpere cives effuderunt supradicta omnia super eos et multos nobiles Theotonicos excoquentes plurimos peremerunt ex eis. Et quia Theotonicis imperator iuraverat, quando secum profecti sunt, quod eos aut mortuos aut vivos in propriam terram reduceret, ab Alexandrinis expetiit mortuorum cadavera sibi dari, promittens se ab obsidione cessare. Quod et factum est. Videns igitur imperator, quod christianitas tota confundebatur hoc scismate, et quod tot iam scismaticis papis morte percussis solus viveret Alexander nec non et timens astutiam Lombardorum et conspirationem de novo, quam fecerant, solempnes nuncios direxit ad papam, qui per mare Romam iam venerat, et reconciliationem ab eo et pacem humiliter postulavit. Facta est autem pax,
1177. ut a quibusdam audivi, Venetiis anno Domini 1167. Ubi cum papa esset eum ab excommunicationis sententia soluturus, super collum prostrati regis ad terram et ad pedes pape
Psal. 90, 13. iacentis posuit dextrum pedem, psalmographum illud dicens: *Super aspidem et basiliscum*
Martin. *ambulabis et conculcabis leonem et draconem.* Reconciliatus igitur imperator pro emendatione malorum
Vinc. 29, 21. que fecerat ei papa crucem imposuit in subsidium terre sancte. Cum autem Romana ecclesia prius multis scismatibus fuerit concussa, isto tamen scismate nullum vehementius incanduit aut diutius perseveravit, per annos enim 16 perseve-
Martin. ravit. Hoc in tempore Rodulphus[23] Coloniensis episcopus corpora trium magorum de ecclesia sancti Eustorgii auferens, in qua nunc fratres Predicatores existunt, in Coloniam transportavit et ibi in tumba marmorea honorifice collocavit multis pretiosis lapidibus exornata. Ego ipse hanc tumbam vidi. Eorum autem sunt inequalia capita, quia unum est ceteris maius, aliud ceteris minus, sed tercium inter hec duo est medium tenens locum. Verum in minori dicto iam capite est aliquid de capillis[c]. Hec enim corpora beatus Eustorgius a quodam rege, cui militando servierat, impetrata simul cum archa lapidea, eam miraculose primo duabus vaccis trahentibus, deinde leone et urso, qui vaccas comederant, ad mare perduxit et de Constantinopoli Mediolanum per mare terramque portavit, ubi in ecclesia ad honorem eius postea fabricata fuerunt usque ad iam dicta tempora Frederici. Itaque inter imperatorem et papam, ut dictum est, pace facta anno imperii Frederici 23, sed sessionis pape 19, Alexander tribus annis postmodum supervixit, sed 15 imperator. Hiis temporibus inter Sarracenos duo fratres fuisse traduntur, quorum unus Sanginus dictus est, qui dominans in Turchia, Persa et Media dominium suum usque in Antiochiam extendebat. Alter vero frater dictus est Saladinus, qui dominium tenebat in Ethiopia et Egipto ac aliis multis terris. Primus frater filium habuit, qui Norandinus est dictus, cuius tempore rex Bauduinus est mortuus, qui erat rex Ierosolimitanus anno Domini 1162. festo sancte Agathe
Wilh. Tyr. 18, 34. Februario mense[24]. Sequenti die de Baruch[25] eum in Ierusalem portaverunt eumque iuxta sepulcrum Domini posuerunt. Fuit autem planctus tunc maximus non solum christianorum sed etiam[d] et Turchorum. Tunc Norandini iam dicti barones christianos cogitaverunt invadere, tamquam qui existerent[e] sine duce. Quod cum Norandino suo domino retulissent, ille ut erat sapiens dixit eis: *Hoc nullatenus facietis. Omnis enim gens nunc debet compati christianis, qui dominum suum plorant. Et bene utique flere debent, quia nullus talis princeps remansit in terra.* Post hunc autem, quia non reliquerat filium, frater eius
ibid. 19, 8. nomine Americus[f] in regem est coronatus. Duo nobiles de regno Francie cum ultra mare ad loca sancta visitanda venissent, cum ad propria iam[g] redirent et Norandinus in partibus Tripolitanis cum exercitu securus quiesceret, quibusdam sibi christianis aliis sociatis in eum subito irruerunt, multisque occisis ex
ibid. 19, 9. eis multos etiam et ceperunt. Ipse Norandinus super quodam iumento evasit. Anno vero Domini 1166 Norandinus congregavit exercitum et cum christianis in partibus[h] Antiochie facto congressu multos cepit

a) fiunt 1. b) posset 2. c) capellis 2. d) etiam *deest* 1. e) existunt 1. f) Amicus 2. g) iam *deest* 1. h) imperatoribus 2.

20) Haec Lombardiae civitatum societas a. 1167 mense Aprili constituta est. Cf. Watterich II, 558. 21) Cf. Gesta Alexandri III. ap. Watterich II, 409. 22) De obsidione Alexandriae cf. Gesta Alex. ap. Watter. II, 422 sqq. 23) Reinaldus. 24) Wilh. Tyr. l. c.: *quarto Idus Februarii.* 25) Berytus.

regni Ierosolimitani barones, quos in Alaph captivavit. Sed anno Domini 1167 rex Amercus[a] Alexandriam obsedit et cepit, facto pacto cum Saladino ibidem incluso, quod eum abire permitteret sibi tradita civitate. Cepit et rex Americus quandam aliam civitatem cunctis fere eius habitatoribus interfectis, regnoque Egipti multis malis[b] illatis. Saladinus eo tempore caliphum occidit ac pro eo regnavit, et quia erat homo largus, prudens et bellicosus, timuerunt plurimum christiani habitoque consilio ad imperatorem Fredericum et ad regem Francie Lodovicum et ad Henricum regem Anglie aliosque barones nuntios miserunt et litteras pro succursu. Cumque in galeis et tritis armis et armatis ac victualibus honeratis[c] succursum non modicum accepissent in portum Achon intraverunt anno Domini 1169. Isto tempore quidam dominus, qui Vetulus de monte est appellatus, in cuius terra sunt Assasini, de salute sua sollicitam curam gerens per euangelicam doctrinam* et apostolicas epistolas est edoctus. Approbans igitur fidem Christi infidelitatem Maumeth et errorem tenere prohibuit gentem suam et in detestationem legis illius carnes porcinas eos manducare precepit. Misitque ad regem Americum, quod cum omni gente sua vellet fieri christianus fidemque Christi defendere. Sed petebat duo milia bisantiorum annis singulis sibi dari[26]. Tunc rex habito consilio principum quod petebat admisit et facturum se esse promisit. Cumque nuntii redirent ad Vetulum regis edicta ferentes, paci huiusmodi quidam Templarii invidentes nuncios occiderunt sicque tantum bonum tamque christianitati proficuum fuit per Templarios impeditum. Eodem anno scilicet 1173 Norandinus est mortuus et rex Syrie Americus; set Americi filius Bauduinus, qui novem erat annorum, quando pater est mortuus, ei successit in regnum. Cumque factus fuisset leprosus, misit et vocavit marchionem, qui dictus est Guilielmus Longaspata, eique sororem suam dedit in[d] uxorem. Hic Guillelmus, filius alterius Guillelmi de Monteferrato, fuit in corpore toto et facie pulcher nimis, et cum nimium largus esset, quicquid interius mente volvebat exterius ostendebat. Pater eius avunculus fuerat Lodovici[27], Francorum illustrissimi regis, qui frater carnalis fuerat matris sue et alterius sororis sue Corradi[e] filius fuerat, qui imperator Alemanie erat[28]. Sic ergo rex Francie et imperator Alamanie ex duabus sororibus nati erant, et iste marchio erat natus ex fratre. Sed post 4 menses quibus sororem regis Bauduini uxorem acceperat est defunctus. Sed uxor eius pregnans remansit anno 1177, anno tercio Bauduini. In sequenti anno inter christianos et Saladinum non a Ierusalem longe multum congressus est factus. Et cum 27 milia equitum Saladinus haberet, sed[f] christiani vix equites mille, tamen devictus est Saladinus et fere omnis eius est peremptus exercitus, quamvis evaserit Saladinus. Sicque rex Bauduinus in Ascalonem cum magno gaudio est reversus. Hoc in tempore filius Norandini rex Alapie cepit Edissam Francosque ibi captos aut morte aut servitute dampnavit. Archiepiscopum civitatis cum clericis omnibus, qui Christum abnegare noluerunt, coram se in medio civitatis decollari precepit. Hec civitas olim fuit Agari regis, cui Christus epistolam scriptam manu sua transmisit et quem[g] per Thadeum apostolum a gravi morbo curavit, cuius populum Thomas apostolus ad fidem convertit; ad quam civitatem corpus eius ex India est translatum. Nam et[h] per longissima tempora a nemine potuit civitas illa capi, quia, statim ut super portam epistola Domini legebatur, omnis hostilis exercitus fugabatur. Hoc tempore anno Domini 1185 a Saladino calipho Ierusalem capta est. Verum tempore precedenti Henricus rex Anglie ad papam Alexandrum nuntios misit de nece Thome martiris se excusans. Misit igitur papa duos cardinales in Angliam, coram quibus rex ipse iuravit, quod suo iussu non fuerat interfectus, quamvis occasione illius discordie sit occisus. In penitentiam ergo accepit, ut ducentos milites continuo mitteret ultra mare per annum illic continuum moraturos, accipiens nichilominus ipse crucem eos infra triennium secuturus. Imperator vero Fredericus, qui crucem acceperat pro emenda discordie, quam cum papa Alexandro habuerat, cum per terram cum magno exercitu ad liberationem terre sancte procederet, in Armenia parvo quodam[i] flumine est submersus anno Domini 1191. Fredericus 38. anno imperii sui inter Nicheam Bithinie et Antiochiam, sicut dictum est, obiit; vir quidem[k] magnanimus, gestis preclarus, rebellium domator[l]. Extractus vix de fluvio, paulo post moriens, cuidam filio suo duci Suevie, qui eum comitatus erat, exercitum commisit consilio baronum, qui in exercitu erant simul cum archiepiscopis Pisano et Ravennati. Tempore Frederici Rome hii fuerunt presules: Eugenius annis 4, Anastasius anno 1, Adrianus 6, Alexander 21, Lucius 4, Urbanus 2, Gregorius et Clemens 6. Imperavit post coronationem annis 36, prius regnavit annis 5. Fuit enim coronatus anno 4. Adriani, quo tempore propter Ierusalem recuperandam dictus stolus signatus est.

Wilh. Tyr. 19, 27. 30. — ibid. 20, 6. — ibid. 20, 12. — ibid. 20, 13. — ibid. 20, 14. — * f. 163. — ibid. 20, 31 sqq. — ibid. 20, 33. — ibid. 21, 1. — ibid. 21, 13. — ibid. 21, 20—23. — Martin. — 1190. Iun. 10. — Vinc. Bell. 29, 51. — ibid. l. c.

De Henrico patre Frederici.

Henricus sextus filius Frederici primi iam dicti annis 8 imperium tenuit. Fuit hic a Celestino papa die secunda[m] sui pontificii coronatus, feria secunda post pascha[29]. Hic Henricus eodem quo

1191. Apr. 15. Martin.

a) Americus 2. b) *bis legitur* malis *in* 1. c) honoratis 2. d) in *deest* 2. e) *legebatur in* 2 Corradus, *quod radebatur et in* Corradi *mutilabatur.* f) et 2. g) quam 1. h) et *deest* 1. i) quidem 2. k) quidam 1. l) dator *cod.* m) sexta 2.

26) Hoc loco Thomas Wilhelmum male intellexit. 27) *Philippi* Wilh. Tyr. 28) Haec corrupta sunt ex Wilh. verbis: *Pater quippe eius domini Philippi Francorum regis avunculus erat, matris eius videlicet frater; mater vero eius domini Conradi illustris Romanorum imperatoris soror fuerat, domini Frederici — amita, et ita utriusque illorum illustrium regum pari gradu consanguineus erat praefatus marchio.* 29) Cf. Gesta Coelestini III. ap. Watterich II, 709.

coronatus est mense cum exercitu est ingressus Apuliam, cuius terram usque Neapolim capiens civitatem ipsam mensibus tribus obsedit. Sed tunc tanta pestis eius invasit exercitum, ut pauci ex eis mortem evaderent. Unde et ipse languens inde cum paucis aufugit, Constanciam, regis Rogerii filiam, regis Guilielmi sororem, habens uxorem. Tunc enim Tancredus Tancredi regis Epyrotarum[a] filius, Roberti Guiscardi ex sorore nepos, Sicilie regnum tenebat, quod[b] post mortem regis Guilielmi invaserat. Itaque Henricus pestilentia compellente regnum egressus in Campaniam est reversus primoque imperii sui anno Tusculanum regnum Romanis dedit, qui Tusculanam civitatem continuo destruxerunt[30]. Henricus autem cum exercitu in Apuliam rediit totumque sibi regnum Sicilie subiugavit, multis illic nobilibus interfectis et Salerno destructo[31] cum pluribus quidem castris, quibusdam etiam archiepiscopis et episcopis interfectis, Tancredum captum in Alamaniam misit et cum filio suo Tancredo, iam in regem in Sicilia coronato, uxore ac filiabus exilio relegavit. Quos oculis privari mandavit iussitque castrari, ne ab eis posset soboles generari. Tandem imperii
Vinc. 29, 59. Martin. sui anno 8. et Innocentii tercii 2. post multa mala, que fecerat, et tyrannides, quas contra ecclesiam exercuerat, Panormi defunctus est[32]. Tempore Henrici Rome sedit Celestinus annis 7, Innocentius tercius fere duobus. Sequenti anno post Henrici [mortem][c], scilicet 1200, anno
ibid. pontificatus Innocencii tercii tercio Constantinopolis est capta a Francis euntibus in subsidium terre sancte,
* f. 163′. Venetis assistentibus Francis. Civitate itaque capta Balduinum comitem Flandrie* imperatorem ibidem fecerunt, factique sunt Veneti consortes imperii Romanie. Marchio autem Montisferrati factus est rex Thesalonice[33]. Hic filium habuit, qui Demetrius dictus est, qui temporibus pape Honorii cum Guilielmo marchione fratre suo cum multo exercitu Latinorum Grecorum fraude interiit vita sic privatus et regno. Dicuntur enim Greci farine calcem, quem vivum dicimus, miscuisse et ex villis castrisque fugisse. Latini vero dum farine tantam copiam invenissent, dum facientes ex ea panes[d] communiter comedissent, ventribus omnium comedentium
Martin. dissolutis dissenteria perierunt*. Henrico imperatore defuncto, Alamanie principes facti sunt in eligendo discordes, ita ut quidam Ottonem Saxonie ducem, quidam vero Philippum ducem Suevie, Henrici fratrem, eligerunt. Fuitque contentio electionis, quis eorum imperare deberet, annis 11[e]. Verum electione Philippi Innocentio tertio presentata ipsam non admisit sed respuit, nec eum voluit coronare, sed Ottonem ducem Saxonie Aquisgranis coronari mandavit. Nam Philippum repulit ut indignum ob vite proprie meritum et propter peccatum paternum videlicet et fraternum, quo pater Fredericus et frater Henricus fuerant tyrannice ecclesiam persecuti. Unde ipsum Philippum cum omnibus fautoribus suis anathematis mucrone percussit, quia se regem Alamanie nominabat. Sed inter papam et Philippi
1208. Iun. 21. fautores litigio hoc pendente, Philippus a duce Milandie est occisus, consentientibus secum
Martin. landigravo Turingie et duce Bawarie**. Hiis ita gestis Innocentius vocavit Ottonem, et in[f] imperatorem cum pace principum coronavit in basilica sancti Petri anno Domini 1208, pontificatus sui
1209. Octob. 4. 12. anno, vacavitque imperium annis fere 11 a morte Henrici usque ad coronationem Ottonis usque in annum Domini 1209, qui annus fuit 12. pontificatus Innocentii tercii.

Vinc. 29,51. * *In inferiori paginae margine ea qua textus, manu scripta haec sunt:* Tempore huius Henrici quidam Leodiensis episcopus canonice electus contra imperatoris assensum, qui timens furorem eius ad Guilielmum Remensem archiepiscopum fugit. Sed iuxta Remis in dolo a legatis Henrici interfectus est. Tempore eius multa horrenda fuerunt. Nam 1191 tanta pluvia inundavit, ut granum in paleis ante messem germinaret.

ibid. 56. Item 1194 in territorio Balvacensi cum horrenda pluvia lapides ad quantitatem ovi quadranguli de celo descendentes segetes, vineas et arbores detriverunt villeque in plurimis locis a fulminibus combuste sunt visique sunt in aere corvi multi rostris ignitos portare carbones et domos incendere. Ipsa die in Laudunensi dyocesi castrum nomine Monscalvus fulminibus destructum est.

** *In inferiori paginae margine eadem, qua textus, manu haec scripta sunt:* Nota. Habuit autem Phylippus fautores archiepiscopum Coloniensem et maiorem partem principum. Phylippus quoque rex Frantie cum ipso confed[eratus est], quia per eum cogitavit comitem Frandie sibi subicere, quia rebellionem suscitaverat contra eum. Ottoni regi favebat rex Anglie Ricardus, [qui] sororem suam habuit uxorem. Etiam ex principibus aliqui erant cum eo: dux Mulandie et landigravius Turingie. Innocentius quoque papa faveb[at], Phylippo contrarius, ut dictum est, et licet coronatus esset in regem Alamanie de mandato pape, Phylippus tamen propter potestatem maximam partem im[perii] obtinuit et quasi imperatorem se habuit annis fere novem. De nece autem Phylippi uxor, filia Cyrlach imperatoris Grecorum, pre dolore [obiit].

a) Egyptorum 2. b) *sic correxi ex* quem *cod.* c) *hoc verbum vel simile excidisse videtur.* d) panem 2. e) novem 2. f) in *deest* 1.

30) Haec Tusculi destructio mense Aprili a. 1191 facta est. 31) Salernum a. 1194 Sept. 17. expugnatum est. 32) Henricus Messinae a. 1197 d. 28. m. Sept. obiit. 33) De Guilielmo marchione Montisferrati cf. supra annotat. 75.

De Othone imperatore.

Otho dux Saxonie a papa Innocencio tercio coronam est adeptus imperii in basilica sancti Petri anno Domini 1208, pontificatus eiusdem Innocencii 12. anno, tenuitque imperium annis fere tribus usque in annum Domini 1211. Hic Otho fuit corpore pulcherrimus, rebus omnibus largus, armis milicie probus, sed minus verax in verbis et nimis elatus in factis. Hic antequam coronam accepisset imperii cum Frederico infante regeque Sicilie pacem servare iuravit et non impetere ipsum regnum ipso iuramento firmavit, cum eius proprietas non ad imperium, sed ad Romanam ecclesiam pertineret[34]. Martin. 1209. Oct. 4.

Sed coronatus continuo cum Romanis pugnam commisit. Iuravit etiam patrimonium sancti Petri Romane ecclesie conservare atque defendere. Contra hec igitur ipsa die fecit et quia Romanis non satisfecit de expensis sibi debitis, contra eum et Theothonicos pugnaverunt multosque ex eis occiderunt et propter hoc egressus ab Urbe munitiones et castra occupavit, que erant iuris[a] sancti Petri. Martin. Vinc.29,106.

Et anno eodem prestiti immemor iuramenti contra pape mandatum cum exercitu magno Sicilie regnum invasit et partem surripiens totum undique perturbavit. Nam in principatu quasi baillivum[b] suum Tibuldum[c] comitem[35] posuit, occasione cuius prede regnum patuit universum. Itaque Fredericus rebus quasi omnibus spoliatus castris perditis et regia potestate privatus iam non rex sed regulus dicebatur tyrannis, qui regnum invaserant, potius subiectus quam dominus. Nam comes Ranerius de Sartiano genere Tuscus Siciliam occuparat et diversi diversos invaserant comitatus, ut Frederico nichil penitus remansisset. Octob.

Propter hec ergo mala aliaque similia, inter que Romipetas ire Romam impediebat papa excommunicavit Ottonem et ab imperiali et regia dignitate deposuit omnibus fidelibus suis prohibens, ne quis eum in imperatorem haberet, Alamanie principibusque mandavit, ut alium imperatorem eligerent. Qui Fredericum iam dictum regem Sicilie ducemque Suevie eligentes, dum electionem suscepisset ab eis, protinus Romam venit et a papa est[d] susceptus honorifice et Romanis. Vinc. l. c. 1210. Nov. 18.

Inde pauper nimis in Alamaniam ivit et ibi[e] de Ottone contra spem omnium triumphavit. Martin. 1212. April.

Non multo post Otto in excommunicatione defunctus est, sed mandata ecclesie se servaturum, si viveret, iuramento firmavit, absolutionem a sententia petiit et ossa sua ad pedes pape portari precepit, ut sic saltem communicaret ecclesie mortuus, a qua aberraverat ante vivus. Nam licet peccator fuerit, tamen in hoc signum fidelitatis omnibus de se dedit, unde dicitur, quod, postquam excommunicatus per apostolicam sententiam fuit, semper postea solus et in terra comedit. 1218. Mai. 19.

Defunctus autem[f] anno 4. postquam fuerat coronatus anno Domini 1215.

Tempore Ottonis in territorio Belvacensi floruit, qui cronica ab initio mundi usque ad tempus suum composuit[36]. Vinc.29,108.

Quo in tempore contra Albigenses Francorum erat exercitus. ibid. 103.

Parisius etiam multi inventi sunt sacerdotes et clerici consencientes errori Almerici de dyocesi Carnotensi oriundi, quorum aliqui sunt igne cremati, alii carceri[g] mancipati[h], post cuius mortem quidam illius doctrina infecti asserebant, quod potestas patris duravit, quam diu viguit lex Moysi et quia dictum est *novis supervenientibus vetera prohicietis*, illo in tempore dicebant sacramenta novi testamenti et alia, in quibus salus est, finem habere et Spiritus sancti tempus incepisse et unumquemque[i] per gratiam sancti Spiritus interius purificantem salvari sine confessione et[k] eucharistia et huiusmodi exteriori[l] actu posse salvari. Caritatisque virtutem dicebant tantam esse, ut, si stupra[m] aliaque[n] peccata fierent et cetera, omnia dimittentur[o]. ibid. 107. Levit.26,10.

Sed pretereundum[p] esse non puto, quid ipse Otho in imperii initio contra Philippum regem Francie attentavit ex frivola valde causa. Cum enim iuvenis esset et in curia Ricardi cognati sui regis Anglie foret, accidit ut in provincia Normandie rex Philippus simul cum Richardo rege Anglie militaret, ita quod in comitatu regis Anglie Otto esset domicellus utique nondum miles. Dixit autem Ricardus regi Philippo: *Quid videtur* f. 164. *vobis de Othone cognato meo?* Cui rex ait: *Utique satis bene.* At Ricardus graviter tulit, eo quod lente et derisorie quasi responderit, atque cum impetu quodam dixit: *Adhuc Otho imperator Romanus erit.* Tunc rex Philippus subridens et lusorie[q] loquens dixit: *Cum fuerit imperator, dabo illi Aurelianis*[r], *Parisius et Carnotum.* Richardus autem ad Othonem conversus ait: *De equo descende et pedem regis deosculare ac illi omagium impende pro promissione tam nobili tibi facta.* At ille de equo descendit et quod cognatus suaserat totum fecit. Postea, ut supra iam dictum est, ad imperium sublimatus regem Philippum per

a) ius 2. b) balium 2. c) Tribuldum 1. d) est *deest* 2 e) ubi 2. f) autem *deest* 1. g) carceris 2. h) mancipita *post corr.* maucipiti 1. i) unumquemcunque 2. k) et *deest* 2. l) huius exterioris 1. m) strupra *cod.* n) alique 2. o) *haec verba:* Tempore Ottonis in territorio Belvacensi — omnia dimittentur *in cod.* 2 *a manu eadem, qua textus, in margine inferiore scripta sunt.* p) pretereundem 1. q) luxorie 2. r) Aurelinis 2.

34) Cf. Mon. Germ. Legg. II, 216. 35) Diepoldus de Vohburg. In carta ab Ottone IV. apud Sanctum Genesium a. 1210, Febr. 10. pro sancti Salvatoris monasterio confirmata Diepoldus primo dux Spoletanus dicitur. Cf. Böhmer, Reg. imp. p. 51, n. 108. 36) Helinandus.

solempnes nuncios requisivit, ut quod[a] sibi promiserat adimpleret. At rex ille inclitus promissionis illius lusorie immemor nuntiis respondit Othonis, quod nesciret, quid imperatoris petitio contineret. Cumque ei promissionis circumstancias loci et[b] temporis indicassent, illius[c] negotii memor factus dixit, se facti recolere, sed verba ludicra illa fuisse et paratus erat ludicre sua promissa complere. Habebat enim rex inclitus tres caniculas parvas sed placidas, que illarum trium nobilium civitatum nominibus censebantur, ita ut una Aurelianis, alia Carnotum, alia Parisius dicebatur. Rex ergo conversus ad nuntios dixit: *Si has dominus vester caniculas velit, ecce liberaliter daturus sum eas sibi.* At nuncii reversi ad principem regis ei verba fideliter retulere, quibus auditis iratus est et magno exercitu congregato, comite Flandrie et comite Sancti Pauli[37] cum eo conspirantibus contra dominum suum regem, contra regnum[d] Francie arma movit confidens de multitudine nimia militum quam habebat. Sed Francorum rex inclitus cum sexcentis forte militibus illi quantocius factus est obvius, regnum defendere ense paratus. Cumque iam exercitus prope essent et iam undique bellum instaret, rex parvam militiam, quam habebat, allocutus est per hunc modum: *Sermo michi est ad vos, non sicut ad subditos vel subiectos, sed sicut ad commilitones meos meo cordi karissimos. Vos enim genere Franci, vos regni Francie defensores, plerique siquidem vestrum me viribus corporis fortiores, probatiores*[e]*, et solo regis nomine vos precello. Ecce coronam, quam ad honorem vestrum in capite*[f] *perfero, coram vobis in terra depono, quam si placet vos*[g] *defendere eam rogo. Ego enim hic moriar solus etiam, si a vobis omnibus fuero derelictus.* Tunc ex commilitonibus unus probitate sublimior, sed non aliis fidelitate superior, consensu omnium magna voce clamavit: *Resumite,* ait, *coronam, rex inclite, quia omnes parati sumus pro regni defensione vitam exponere nec multitudine terremur hostium vel virtute.* Omnes igitur animati morique parati regem cogunt coronam resumere et in hostes irruere confidenter. Mirum certe, quia licet plus quam decem milites partis adverse confligerent contra unum, superiores tamen facti sunt Franci hostibus debellatis. Nam Otho in fugam versus equo et armis perditis vix evasit; Theotonicorum capta magna est multitudo plurimis interfectis. Comes Flandrie et alii regis Francie proditores capti sunt et detenti. Quicunque autem cum dominis suis ad prelium venerant fidelitate constricti, liberi[h] sunt abire permissi. Ipsi vero domini, quamvis filii mortis essent, tamen regis illustris clementia solita sunt reservati ad vitam. Ecce lector hiis dictis intelligere potes, quid verborum levitas pariat, quid[i] superbia generet[k] vel presumat, quid audatia stulta causat, quid fidelitas faciat, quid probitas audeat, quid meretur prodicio et quid clementia conferat dignis morte.

1214. Mai 27.

De secundo Frederico imperatore.

Fredericus secundus Henrici imperatoris filius fuit ex matre Constantia regis Rogerii filia et regis Guilielmi sorore regina Sicilie, quam Henricus duxerat in uxorem. Henricus enim postquam imperator est factus et regnum Sicilie est adeptus, hunc genuit Fredericum, quem post mortem reliquit heredem, adhuc Constantia matre vivente. Ottone enim imperatore deposito, sicut supra iam dictum est, principibus Alamanie a papa mandatur, ut per eos in imperatorem alius eligatur. Qui de omnium communi consensu Fredericum regem Sicilie elegerunt in regem Alamanie, rogantes papam, ut ipsum coronare dignaretur. Facta est electio 1211, anno pontificatus Innocencii 13. Itaque Fredericus sue electionis nuntiis iam susceptis mendicus et pauper per mare navigans Romam venit et receptus honorifice a Romanis a papa sue electionis confirmationem obtinuit. Itaque de Roma discesssit et per mare Ianuam venit, ibique a Bonifacio marchione Montisferrati et a civibus Papiensibus honorifice est receptus. Ibi etiam a Papiensibus pecunia redemptus a Ianuensibus nautis, qui de Sicilia eum portaverant, Papiam deductus est nullo proprio stipatus exercitu. Imperavit autem post electionem suam, que anno Domini 1211. facta est, annis 33 usque in annum Domini 1244. Cumque inde per Papienses duceretur, ut Cremonensibus traderetur illis[l] venientibus obviam, ut eum deducerent, Mediolanenses Ottoni faventes inter Papiam et Laude iuxta fluvium, qui dicitur Lambrum, Papienses invadunt

1194. Dec. 26. Vinc. 30, 1. 1211. Novemb. 1212. April. Mai. 1. Iul. 15. Martin.

a) quid 2. b) circumstantia scilicet 2. c) ille 1. d) regem 2. e) probiores 1. f) *verba* in capite *desunt* 1. g) vobis 2. h) libere 2. i) quod 2. k) generat 2. l) illi 2.

37) Walterus comes S. Pauli in pugna Bovinensi in Philippi Francorum regis partibus fuit; cf. Vinc. 30, 53. 56.

eosque acriter debellantes multos occidunt et capiunt[38]. At Fredericus in equo sine sella diffugiens, fluvium transiens a Cremonensibus ibi expectantibus est receptus Cremonamque deductus. Hic eius odium contra Mediolanenses accepit initium, eo quod ipsum capere voluerunt. Itaque de Cremona paucis eum comitantibus ex nobilibus Lombardie in Alamaniam sic transivit veniensque Constantiam a civibus susceptus est. Otho vero, qui cum 200 militibus sequebatur eum iuxta Constantiam ad tres leucas turpiter repulsus est. Fredericus autem in parvo tempore contra Othonem obtinuit et Aquisgrani[a] coronam Alamanici regni suscepit mortuoque Ottone in Ytaliam repedavit, ducens Constantiam filiam regis Aragonum in uxorem[39], favente Romana ecclesia et eum tanquam filium in omnibus nutriente. Itaque Sicilianum ingrediens regnum totum a pluribus occupatum, eo quod comes Raynerius[b] de Sartiano[c] Siciliam, comes Gualterius frater regis Iohannis Apuliam et comes Tibuldus Theotonicus principatum aliique quam plurimi terras alias obtinerent, ita ut ipsam Frederici matrem oppressam fedassent, in tempore parvo omnes subiecit et quosdam ex eis occidens alios in Alamaniam relegavit, quos postea visu vitaque privavit. Itaque roboratus ac divitiis nimis auctus, Innocencio iam defuncto, a papa est Honorio coronatus in basilica sancti Petri anno Domini 1220. pontificatus Honorii secundo[40]. Sed non multo post tantorum benefitiorum immemor factus est contra matrem ecclesiam, que eum de pulvere et ceno erexerat et que ut filium ipsum nutrierat et ad culmen imperialis dignitatis adduxerat, ut ingratus calcaneum erigens ecclesiis regni sui multas et magnas iniurias inferendo. Ob quam causam ab eo, qui coronaverat eum, anathematis est mucrone percussus tanquam degener filius et benefitiis matris ingratus. Tandem Honorio mortuo et ad papatum Gregorio sublimato anno Domini 1229 per ipsum Gregorium, qui eius patronus fuerat spiritualis, cum adhuc esset in minori officio constitutus, est reconciliatus ecclesie anno Domini 1229, imperii vero Friderici 7.[41] Anno autem imperii sui 11, Domini vero 1231 duxit uxorem filiam unicam regis Ierusalem Iohannis[42], coram papa Gregorio nono signo crucis assumpto in subsidium terre sancte[43], sed non multo[d] post Gregorius eum excommunicavit et ab eius fidelitate barones tam regni quam imperii absolvit, quia multa mala in regno fecerat et tamen contra mandatum eius et in vituperium christianorum transfretavit[44]. Reversus vero de ultra mare malis mala accumulans vexavit ecclesiam et tam in regno quam in imperio eius fautores. Tandem ficte reconciliatur ecclesie[45]. Quo in tempore parlamentum iussit congregari Ravenne[46], ut de iuribus imperii multis temporibus occupatis exigeret rationem. Verum huius tempore parlamenti aliquid accidit, quod non extimo omittendum. Nam ad hoc parlamentum cum principibus Alamanie miles quidam Ricardus nomine curialis advenit, qui temporibus Karoli Magni scutifer Oliverii Dacie ducis fuit, qui fuit unus de 12 palatinis et Rolandi socius specialis. Fredericus igitur imperator hunc militem coram principibus requisivit, si tempore aliquo Ravenne cum Karolo fuerat et si in ipsa posset aliqua secreta ostendere, per que verbis illius posset certa fides haberi. Tunc ille ait: *Cum Karolo et Rolando et meo domino Oliverio fui in hac civitate et si mecum circa civitatem volueritis equitare, certa vobis ostendam inditia, per que me verum dicere cognoscetis.* Equitavit igitur imperator ad quoddam monasterium prope urbem dixitque Ricardus ad eum: *In hoc monasterio est quedam capella pulcerrima, quam hedificari fecit Galla Placida, opere mosaico decorata, in qua de alabastro sunt tria sepulcra, in quorum*[e] *uno imperatoris Theodosii corpus est positum, iuxta quem ensis eius cum vexillo tale preferente insigne est positus. In alio est sue corpus uxoris cum suarum duarum corporibus filiarum. Sed in tercio corpus est Helisei prophete de Constantinopoli cum aliis huc translatum.* Itaque iuxta dicta Ricardi capellam imperator invenit, sed propter antiquitatem et

1215. Iul. 25. 1220. f. 164'. Martin. Iul. 30. Vinc. 30, 1. Septemb. Martin. Nov. 22. Martin. 1127. Sept. 29. Martin.

a) Aquisgranis 2. b) Rainerius 2. c) Sarthiano 2. d) multum 2. e) quarum 2.

38) V. epistolam Innocentii III. ad Mediolanenses ap. Baluze II, 693. 39) Fridericus Constantiam in uxorem duxerat Panormi a. 1209 mense Augusto. 40) Haec coronatio Romae a. 1220, die 22. mensis Novembris ante expeditionem Siciliensem facta est, anno pontificatus Honorii quarto. 41) Auctor verisimiliter de pace apud S. Germanum a. 1230 firmata cogitat. 42) Fridericus Isabellam in matrimonium duxerat a. 1225 die 9. m. Novembris Brundisii. 43) Fridericus crucis signum a. 1215 Aquisgrani assumpserat. 44) Haec omnia valde confusa sunt: Gregorius iam a. 1227 imperatorem Anagniae excommunicavit, propterea quod peregrinationem iam paratam non confecit eamque excommunicationem sollemniter a. 1228, Mart. 23. Romae publicavit; v. Böhmer, Reg. imp. p. 333. 45) pace a. 1230 apud S. Germanum facta, quam auctor iam supra commemoravit. 46) Fridericus mense Decembri a. 1231 Ravennam venit.

excrescentias fluviorum sic terris opertam, ut introitus per ostium non pateret in eam. Terram igitur iussit effodi et usque ad pavimentum capelle optime excavari, quibus sic per omnia actis capellam intravit, ubi ut Ricardus dixerat tres archas invenit. Cumque archa Theodosii fuisset aperta, cum vexillo et spata inventum est corpus eius, et quia in archa una veritas erat[a] inventa, noluit imperator archas alias aperiri. Sed Philippus archiepiscopus Ravennas, qui archiepiscopo illi successerat, qui cum Frederico ad hec[b] fuerat, ad preces fratris Bonaventure, qui fratrum Minorum generalis minister tunc erat, factus postea cardinalis et episcopus Albanensis, archam Helisei cum processione maxima clericorum nec non et religiosorum aperuit et integrum corpus eius invenit dictoque fratri Bonaventure pro reliquiis unum dentem concessit. Iterum[c] Ricardus ille iam dictus eius quod dicebat alium[d] signum dedit. Dicebat enim, quod in Karoli comitatu erat miles quidam discretionis sensu permodicus, sed stature longitudine eximius, ita quod vix inveniri posset aliquod vestimentum corpori suo aptum, capiti pileum, calcaria pedibus et manui cirotheca[e], nisi ad eius fierent de novo mensuram. Contigit autem semel, quod imperator Karolus subito de Ravenna discederet, ita quod multi recessum ex militibus nescientes eum non fuerint tunc secuti. Inter quos vir iste longissimus accipere pre festinantia sua calcaria est oblitus et ideo tarde Karolum est secutus. Et quia sine calcaribus equitabat, omnium derisui expositus erat, quia sequi alios non valebat eo quod calcaria sua in quadam fenestra huius claustri reliquerat, que sic alta erat, quod nullus alius preter ipsum manum illuc mittere poterat. At illi, qui cum imperatore erant, investigantes ibi[f] fenestras in eo latere quo dicebat, derelicta calcaria repererunt[g] propter antiquitatem rubiginosa, quamvis fuerint deaurata, tanteque magnitudinis erant, ut admirationi fierent universis, tanquam quoddam novum et insolitum mirarentur. Itaque habemus in hiis fidem Theodosii quam sequamur, qui monasterium istud extruxerat seque ibi sepeliri mandaverat, habemus et sanctitatem Helisei eximiam, quam affectibus veneremur, habemus longevitatem Ricardi cum longitudine corporis, quam miremur. Et in hiis omnibus divinam nobis est attendere maiestatem, quam in omnibus et ex omnibus collaudemus, que facit magna et inscruptabilia, quorum non est numerus. In parlamento itaque supradicto sunt ab imperatore requisiti Lombardi, ut iura imperii redderent et satisfacerent pro retentis. Concordia compleri non potuit. Itaque dilatione data negotiis contra imperatorem facta est societas Lombardorum[47], in qua civitates hee invicem sunt ligate, scilicet Mediolanum et Brixia, Mantua et Ferraria, Bononia et Faventia, Placentia et Tortona, Vercelle et Alexandria, Cumis cum Laude et Novaria.
f. 165. Cum imperatore se tenuerunt Papia, Cremona et Parma, Regium et Mutina[48.*], marchiones de Monteferrato, de Salutio, de Carepto et Corradus marchio Malaspina, Opizo Estensis[h] et comes Sancti Bonifacii de Verona. Sed Opizo Malaspina cum societate se tenuit Lombardorum. Conspiratione hac igitur facta semel et iterum discordia cum ecclesia renovatur. Quare in secunda discordia Gregorius papa societate coniungitur cum[i] Lombardis et contra Fredericum ex multis causis animatus[k] eum anathematis mucrone percussit[49] et
1239. Gregorium de Montelongo legatum in Lombardiam, Romagnolam et marchiam Trivisinam mox misit, ut Lombardis assisteret et Frederici conatibus obviaret[50]. Verum antequam anathematis fuisset mucrone percussus, Henricus primogenitus eius, quem genuerat ex Constantia filia regis Aragonum, cum Lombardis conspiravit in patrem[51], hac utique ratione ut dicitur, quia cum liberalissimus esset, pater ei pecunias habunde[l] non dabat, sicut eius largitas requirebat. Pater ergo conspiratione primogeniti[m] precognita de Apulia per Vene-
1235. tias in Alamaniam ivit exercitu nullo suffultus, ne forte aliquid suspicaretur aversi, ac proditorie filium sibi reconciliavit in gratiam ipsumque cum duobus suis filiis, quos ex filia ducis Austrie[52] nomine Margarita genuerat, in Apuliam secum duxit et custodiri captivum

a) est 1. b) adhuc 2. c) Interim 2. d) aliud 2. e) cyrotecla 2. f) *sic correxi ex* ubi *cod.* g) reperiunt 2. h) *verba* Opizo Estensis *desunt* 1. i) cum *deest* 1. k) *sic correxi ex* armatus *cod.* l) habundanter 2. m) primogeniti *deest* 1.

47) De foedere a Lombardiae civitatibus inter se facto cf. Ann. Placent. Guelf. SS. XVIII, 449. Haec societas iam a. 1226 Mart. 2. a Lombardis est renovata. 48) Cf. Huill. Breh. IV, 285, ubi etiam Tortona imperatoris partibus addicta est. 49) Quae excommunicatio post pugnam apud Cortenuovam commissam promulgata est Romae a. 1239 die 20. mensis Martii, cf. H. B. V, 290. 50) De Gregorio de Montelongo Mediolanum misso cf. H. B. V, 1128. Ann. Plac. Gib. SS. XVIII, 481. 51) a. 1234, cf. H. B. IV, 695 sqq. 707. Mon. Germ. Legg. II, 306. 52) Leopoldi.

in quodam Sicilie castro fecit. Qui deceptum et proditum a patre se videns, precipitem, ut aliqui ferunt, de castro se dedit ac precipitio[a] se occidit[53], vel ut alii quidam ferunt, pater eum strangulari mandavit[54], filios vero eius, qui pueri erant, nutriri diligentissime faciebat seque comitari infantulos quocunque iret, edixerat. Post hec in Lombardiam cum exercitu magno venit et cum Mediolanensibus se non observantibus iuxta castrum quod dicitur[b] Corte nova, assistentibus sibi Papiensibus et Cremonensibus eos fallaciter debellavit, ex eis quingentis militibus captis et populi multitudine numerosa. In hoc prelio carrochia capta et ad famam per principem Romam missa[c] in Capitolio a Romanis ad memoriam est suspensa, ubi fecit imperator hunc versum poni: 1237. Nov. 27.

Cesaris arma time, iubet hec carrochia, Roma[55].

Verum post hanc debellationem tam grandem Mediolanenses consilium habuerunt, quid[d] eis esset post tantum periculum faciendum. Miserunt igitur fratrem Leonem de ordine fratrum Minorum, qui postea fuit archiepiscopus Mediolanensis, ad principem pacem ab eo cum misericordia postulantes. At imperator per Petrum de Vinea suum logotetam respondit, quod paratus erat eos recipere sine pactis, ut omnem voluntatem suam de civitate posset facere et personis; sperare tamen deberent, quod non aliud quam ei esset faciendum efficeret. Tunc frater Leo Mediolanum rediit festinanter et responsionem noluit referre coram paucis, sed eam in communi omnium concione proposuit et quid[d] eligerent de responsis, in eorum arbitrio reliquit. *Mihi tamen videtur*, ait, *quod semper ad hec pacta venire poteritis.* Itaque firmant uno consensu, se tale pactum nullatenus recepturos, dum nec a morte persone nec civitas a destructione eximitur. Tunc statuit imperator, ut captivi multe pecunie quantitate multentur vel in membris, si non solverint, mutilentur. Sed Mediolanenses mox statuunt hoc comperto, ut nichil captivis omnino mittatur nisi tantum modo illa, que eis ad victum sufficiant et vestitum, firmantes, quod quicunque contrarium facere probaretur, et vita privaretur[e] et rebus. Indignatus igitur imperator nobiles omnes et divites in exilium in Apuliam duci iubet[56]. Non multo autem post tempore imperator cum Papiensibus aliisque Lombardis sue parti faventibus comitatum Mediolanensium est ingressus, credens civitatem obsidere se posse. At Mediolanenses obviam illi pergunt et contra eius exercitum castra ponunt atque contra eum tam diu steterunt, donec ille sua spe frustratum se videns Papiam sine honore reversus est[57]. Itaque alique civitates, que timentes mandata eius facere cogitabant, ex hoc facto roborate, Mediolanenses minime reliquerunt, sed eis adheserunt ut prius, sicut Bononia, Brixia et Placentia, Mantua et Faventia ac plures alie civitates. Imperator autem post modicum ivit in marchiam Trivisinam et quasi pacificare volens principes discordantes, accepit ab eis sub hac specie obsides, sicut filium marchionis[58] et filiam Alberici[59] fratris Hencilini[f] necnon et alios plures. Sed quia private Hencilini erat factus amicus et marchionis per consequens inimicus, marchio cum suis voluit eum occidere, sed quia antequam fieret scitum fuit, cum suis ab eo diffugit et palam averse factus est partis[60]. Isto tempore cum esset Padue timens imperator, ne forte excommunicaretur a papa Gregorio IX. et ei imponeretur titulus heresis, condidit leges multas contra hereticos[61], fautores, credentes et receptatores ipsorum, in quibus se fidelem et catholicum demonstravit et per quas usque hodie fides catholica roboratur et crescit, heresis deicitur et decrescit. Quia vero fides malis operibus pressa non excusat nec a iusto iudice eximit contumacem, Gregorius papa imperatorem super multis criminibus monitum et citatum nec comparentem et se coram papa legittime excusantem[g] excommunicat[62]. Excommunicatum vero a papa Gregorio imperator se audiens, Tebaldo simul[h] cum Hencilino marchioni dato dominio[63], de Padua venit in Tusciam yemabatque Grosseti[64], ubi contra eum conspiratio facta baronum eum sunt nisi occidere ac sic regnum 1239. Ian. 1245. Dec.

a) precipitatione 2. b) dicitur *deest* 1. c) *corr. ex* missam 1. 2. d) quod 1. e) probaretur 2. f) Hecelini 2. g) *in* 1. 2. papa *false iteratum est.* h) Similiter 2.

53) Cf. Chron. Siculum breve ap. Huillard-Bréholles I, p. 905. 906. Heinricus obiit a. 1242. die 12. m. Februarii in castello Martorano. 54) Cf. Martinum p. 471. 55) Cf. Ann. Placent. Gib. SS. XVIII, 478. Martene Coll. II, 1190. 56) H. B. V, 216. 576. Ann. Plac. Gib. SS. XVIII, 483. 57) Auctor hic de Friderici expeditione 1239. Sept. contra Mediolanenses facta cogitasse videtur. Cf. Galvaneum Flammam ap. Muratori SS. XI, 675. 58) Rainaldum, filium Azzonis marchionis Estensis. 59) Haec Adelasia nomine uxor erat Rainaldi. 60) De hac re alii scriptores dissentiunt; cf. Rolandinum V, 4; SS. XIX, 76. Antonii Godii annal. ap. Muratori VII, 84. 61) a. 1239. Febr. 22. H. B. V, 279. M. G. Legg. II, 326–329. 62) Huius excommunicationis auctor iam supra mentionem fecit. 63) Cf. Ann. S. Iustinae Patavini SS. XIX, 157. 64) Cf. Huillard-Bréholles VI, 378.

sibi Apulie occupare. In hac conspiratione fuit Pandulfus[65], Tebaldus Franciscus cum nepotibus et comes Sancti Severini, qui dictus est Guilielmus, aliique non pauci. Sed per comitissam de Caserata[a] est conspiratio patefacta imperatori, significantem per litteras, quod ibi deberet occidi[66]. At Pandulfus qui tunc pro eo erat comes in Tuscia[67], dum cerneret principem sibi novo modo cavere, cogitans negotium patefactum cum sibi consciis inde fugit. Quod dum illi, qui in regno erant, audissent, arcem Capatii intraverunt, ubi
1246. Iul. 7. ab imperatore obsessi se prodentibus invicem capti sunt et Neapoli cum uxoribus simul[b] et filiis decapitati sunt et combusti et ab iniquissimo rege innocentes cum nocentibus sunt
1241. Apr. 14. puniti[68]. Post hoc imperator in Romagniolam* venit et diu obsessam Faventiam in dedi-
* f. 165'. tionem accepit, pactis illis petitis ab eo concessis[c], que postea non servavit[69]. Eo itaque
Martin. occupato in obsidione iam dicta Gregorius mandat Rome concilium congregari[70]. Duo igitur
1241. Mai. 3. cardinales missi legati in Franciam cum multitudine prelatorum ad concilium venientes in mari Pisano ab Hentio capti sunt filio Frederici, assistentibus sibi Pisanis et auxilium illi ferentibus, et omnes in exilium missi sunt. Verum Gregorio nono defuncto[71] illique succedente Innocentio
Vinc. 31, 1. quarto, per eum Lugduni concilium congregatur et ab imperio Fredericus[d] deponitur anno Domini 1245. circa festum apostolorum Petri et Pauli[72]. Ipso itaque depositionis anno Parma a rebellibus capta[73], dum vellet recuperare eam, novam contra eam condidit civitatem, que dicebatur Victoria, confusio hedificantium mox futura[74]. Nam dum ibi moram contraheret, Parmenses undequaque constricti ab hostibus, inedia premebantur et fame. Sed Gregorius de Montelongo legatus
1248. Febr. 18. civitatem strenue defendere nitebatur. Itaque contigit quadam die ut Gregorius exiens civitatem equitaret ad castrum, quod Bertellum[e,75] est appellatum, positum super Padum. Quidam etiam beroarii civitatis foras egressi fuerant ad predandum. Per exploratores igitur imperator sciens Gregorium in civitate non esse, venatum voluit foras ire, marchioni, qui dictus est Lancea, custodienda civitate relicta. Qui marchio cum[f] audiret, quod beroarii Parmensium cum preda redirent, eos invadere nisus est cum militia quam habebat. Quod dum speculator Parmensium avertisset et potestati hoc indicasset, campanis pulsatis ad sturmum, ut in talibus fieri assolet, subito omnis populus est egressus. Corde igitur animati omnes clamare ceperunt: *Quare tanta mala hec patimur? Quare tam diutius sustinemus? Quare non divinum beneplacitum experimur?* Hiis itaque commoti sermonibus, instigante se Deo, uno impetu aciem contra Victoriam direxerunt. Tunc omnes portas marchio claudi fecit et insignia in turribus ligneis elevari, ut ea imperator dum cerneret, cum militia mox rediret. Sed et mulieres, que in civitate erant cum senibus simul et pueris assumpto vexillo beatissime Virginis, quod civitatis erat principale vexillum, post populum versus Victoriam sunt egresse viris suis auxilium prebiture. Quas speculator de Victoria intuens, dixit ad suos: *Populus innumerabilis cum galeis albis de civitate egreditur.* Divina enim voluntate percussus aurisia vel alia vi deceptus, plepa mulierum galeas extimabat. Credi-derunt ergo qui in Victoria erant, quod guarnimentum illuc maximum advenisset et quod Lombardi illuc occulte et subito convenissent sicque se proditos cogitantes, dum mori timuerunt, fuge se presidio commiserunt. At Parmenses Victorie propinquantes in eam per partes diversas irrumpunt et quasi ibi fovea non fuisset, sic eam pertranseunt, stecatam deiciunt et suorum carceres primo[g] frangunt ac eos foras educunt. Postea ignem domibus immittentes ac per civitatem undique discurrentes predantur, occidunt et carrochiam Cremonensium capiunt et invadunt. Sed a venatu rediens imperator dum captam esse civitatem aspexit, nam indicat hoc fumus ignis, fuge presidio se commisit et Cremonam quasi solus confusus ingrediens, sic omnem suum thesaurum amisit, ut erigere caput iam ultra nequiverit[76]. Parmenses ergo multos ceperunt Theotonicos et Lombardos, Sarracenos et Grecos et regum et principum diversorum legatos ad depositum pro tempore illo missos. Cumque

a) Caserta 2. b) similiter 2. c) concessit 1. d) Fridericus 2. e) Bercellum 2. f) dum 2. g) primum 2.

65) Pandulfus de Fasanella. De hac conspiratione cf. H. B. VI, 403. 66) Fridericus ipse dicit, se a comite Casertano de hac conspiratione certiorem factum esse; H. B. VI, 441. Thomae consentit anonymi Vaticani hist. Sicula ap. Muratori VIII, 779. 67) Pandulfus a. 1240. ab Friderico II. Tusciae vicarius generalis constitutus erat; H. B. V, 650. 68) Cf. H. B. VI, 441. 492. 493. 69) Cf. Annal. Placent. Gib. SS. XVIII, 484. H. B. V, 1123. 1126. 70) a. 1240. mense Augusto. Cf. H. B. V, 1020. 71) a. 1241, die 21. m. Augusti. 72) Die 17. mensis Iulii depositio sollemniter promulgata est. 73) a. 1247, die 16. m. Iunii. Cf. Annal. Placent. SS. XVIII. 494. Ann. Parm. ibid. 691. 74) Cf. Ann. Parm. l. c. 693. 75) Brescello. 76) Cf. de hac Victoriae destructione H. B. VI, 591. 594. 596.

universa predati fuissent, inter thesauros depositi principis corona aurea gemmis pretiosis ornata a cerdone paupere inventa est rapta, quam commune Parmensium mille libris imperialium a cerdone redimens comparavit[77]. Post hoc depositus imperator tantis expoliatus divitiis, confusus in Siciliam rediit et Deo sibi reddente quod meruit, morbo lupe omnia in eius corpore depascentis, Panormi[a] non confessus interiit[78]. 1250. Dec. 13.

De Hentio filio Frederici.

Hentius filius Frederici depositi, quem ex matre infami et ignobili genuit[79], sicut plurima mala fecit, sic et mala[b] plurima passus fuit. Hic enim Hentius simillimus patri fuit[80], probus, nimis largus, industrius, curialis, et ideo, solo Corrado dumtaxat excepto, eum pre ceteris filiis adamavit. Hic, ut supra iam dictum est, prelatos cepit in mari Pysano ad concilium venientes et in exilium misit in regnum. Hic cum accepisset domicellam Sardinie in uxorem[81], et regnum ab ea Turris in dotem, rex Sardinie dictus est. Hic in comitatu Mediolani hostiliter agens, in quadam illic villa[82] captus fuit, captivis quos ceperat redditis, mox dimissus. 1245. Nov. 4. In episcopatu Regino dum quoddam castrum, Arolum nomine[83], vi cepisset, centum nobiles de Regio, Parma et Mutina ibi captos per gulam fecit una die suspendi. 1248. Ob quam causam aversarii dedignati, cum in eodem episcopatu post modicum habuissent ultra centum captos in prelio, occiderunt. Hic cum alia quadam vice in auxilium Mutinensium advenisset, inter fluvium Scultenam et Mutinam Bononienses vastantes invasit, sed ab eis cum omnibus debellatus et[c] personaliter ibi captus[84], Bononiam ductus 1249. Mai. 26. in quodam communitatis palatio in cabia lignea ibi facta est carceri mancipatus, et mortuo patre ac fratre Corrado, sic a Manfredo est derelictus et ad tantam miseriam est deductus, ut unde in carcere viveret non haberet, nisi ei commune Bononie subvenisset et ei de stipendiis providisset[85]. Tandem post diutinam macerationem in carcere ibidem est mortuus, 1272. Mart. 14. penitens et confessus et ab anathemate absolutus ac in loco fratrum Predicatorum de Bonia est sepultus[86]. De isto Hentio talis Merlini prophetia processit: *Erit falconellus quidam filius pugilis, qui in contumatia morietur. Hic ob superbiam suam a Romagnolis de Bononia capietur eritque in caverna*[d] *usque ad ultimum vite sue*[86*]. Pugilem secundum consuetudinem sui libri imperatorem appellat, eo quod imperatores pugiles ecclesie esse debent. Pugil autem in contumatia mortuus fuit Fredericus in excommunicatione defunctus. Falconellus dictus est Hentius, quia ad omnia expeditus, corpore levis erat. Bononienses autem, licet audire[e] recusent, Romagnoli dicuntur, quia Romagnola a Lombardia dividitur per Folliam flumen et Renum.

De Corrado rege Ierusalem, filio Frederici.

Corradus filius legittimus Frederici, quem ex filia regis Iohannis, regina Cypri et Syrie, 1228. Apr. 25. genuit[87], cui et regnum Ierosolimitanum ex materna successione pervenit, rex Corradus digne est appellatus. Hic a patre ab infantia* sua cuidam militi Neapolitano genere nobili, * f. 166. prudenti, nimium eloquenti[f] ac bonis moribus adornato est traditus instruendus, ut puer eius exemplis et moribus in omnimoda honestate, prudentia et modestia formaretur. Sub tali igitur pedagogo dum fuit, bone indolis puer erat, ita ut ab omnibus amaretur, ita ut cardinalibus esset dilectus et pape. Sed cum annos pueriles hac fama transisset et iam adolescentiam attigisset, ut gratus principibus Alamanie fieret, a patre in Alamaniam missus est[g], ubi malis Theotonicis sibi iunctis factus in vita conformis, ebrietati deserviens, omni voluptati et vanitati se dedit[88]. Patrizare ergo incipiens patrinorumque vitiorum et

a) Parnomi 1. b) malus 1. c) et *deest* 2. d) cavea 2. e) autem 1. f) et loquenti 2. g) est *deest* 1.

77) Cf. Salimbene cron. in Monum. historicis ad prov. Parmensem et Placent. pertinent. III, p. 81. 164. 78) Fridericum in castello Fiorentino a. 1250. die 13. m. Decembris mortuum et Panormi sepultum esse constat. 79) Cf. Continuat. Guilielmi Tyr. ap. Martene Coll. V, 718. 80) Cf. H. B. V, 377. 81) Adelasiam, a. 1238. Octobr. Cf. Ann. Plac. Gibel. SS. XVIII, 480. 82) Gorgonzola. 83) Ayrolo, cf. Salimbene p. 159. 84) Cf. Ann. veteres Mutin. ap. Murat. XI, 63. 85) Cf. Barthol. Scribam, SS. XVIII, 721. Salimbene p. 156. 86) Salimb. p. 259. 86*) Hanc prophetiam nusquam in Merlini vaticiniis inveni. 87) Isabella I. 88) Conradus Fridericum patrem a. 1235. in Germaniam proficiscentem comitatus est. De moribus Conradi cf. Friderici epistolam a. 1244. ap. Baerwald, Baumgartenberger Formelbuch p. 224.

morum imitatorem se futurum ostendens usque ad mortem patris in Alamania fuit, nisi quod tempore concilii Lugdunensis patrem videre Taurinum cum paucis advenit[89], sed concilio terminato et ab imperio patre deposito, heredibus eius omni dignitate privatis, regno Ierosolimitano tantum Corrado relicto[90], eo quod non paterna sed contingebat eum ex successione materna, statim in Sueviam est reversus agens contra ecclesiam, quicquid mali poterat et sciebat. Martin. Sed nunciata illi post modicum morte patris, per marchinam Trivisinam et mare festinavit in regnum[91] et Neapolim obsidens cepit murosque deiecit anno Domini 1251.[92] Cumque 1253. Oct. 10. nobiles quidam viri sibi accusati fuissent, quod antequam venisset coniurationem fecissent, ut regnum restitueretur ecclesie cuius erat, et conspirationis huiusmodi frater Petrus minister Calabrie conscius diceretur et apud se litteras papales habere, predictum fratrem fecit ad se venire, mandans ut litteras illas prodat, ut sic tormenta parata diffugiat. Ad quem frater constanter respondit, se non habere has litteras quas petebat, sed a papa confessus est se litteras habuisse et quod domnus papa mandaverat se fecisse, nec esse se hominem, quem deceat alios accusare, maxime dum queruntur ad mortem, et se paratum esse simpliciter prius mori quam sacerdotalis fractor esse[a] sigilli. At regulus impius dum debuit fratris admirari et[b] venerari constantiam, exardescens in iram eum tortoribus tradi iussit ac in presentia sua igni supponi ferramenta mandavit et excandentia per tybias dicti fratris a genibus usque ad pedes pluries trahi fecit. Sed et aliis multis modis tormenta illi fecit inferri, sed frustra, quia aliud quam *Deo gratias* et *Dominus vobis indulgeat* ab eius ore non potuit extorqueri, cum tamen ex tortoribus aliqui illius fuissent conspirationis auctores et conscii, si tamen conspiratio dici possit, ubi suo obediunt[c] maiori. Tormentis ergo tam asperis probata fidelitate et patientia dicti fratris, crudelitas tyranni retunditur et ad fratres frater redire permittitur. Hic ita frater sibi humilitate vilescens et caritate ad proximos vera fervens, in oratione devotus Deo, sed compassione inclinans se proximo, verbo modestus, gestu compositus, corde benignus, facie verecundus, gratus utique Deo et placidus proximo vere erat, antequam eum fornax hec tribulationum invaderet et velut aurum optimum comprobaret. Sed et postquam per mortem Deo animam reddidit, multis miraculis coruscavit. Sed Corradus non remansit impunitus, nam sequenti mox anno prolixam et gravem nimis infirmitatem incurrit, qua etiam periit. Sed antequam egritudinem istam incurreret, crudelitati, quam in fratrem exercuit, alias crudelitates adiunxit fratremque suum nomine Karolum[93], de sorore regis Anglie generatum, occasione frivola mori fecit. Cum enim falconem quendam manu portaret et falco, ut facere sepe solet, se de eius manu prohiceret, Corradus iratus puero maledixit et ait: *Quomodo*[d], *diabole, regis falconem quem geris?* At et ipse iuvenis ira succensus: *Deus,* inquit, *me deleat, quando, cum imperatoris sim filius, non possum in regno eius de modico meam facere voluntatem.* Quibus dictis falconem ad terram percutiens[e] interfecit. At Corradus malorum persuasionibus instigatus per Iohannem Morum ei dicitur fecisse propinari venenum. Dicitur etiam quod per eundem Iohannem Morum filii Henrici primogeniti principis veneno sibi dato perierunt[94]. At tantis malis finem volens imponere Deus, ad mortem Corradus est infirmatus. Manfredus vero et marchio Brandeburgensis[95] cum essent suspecti Corrado, eum cogitabant occidere pro eoque regnare et medico suadebant eius mortem accelerare. Quibus medicus ait: *Non timeatis, quia vivere iam ultra non potest, cum nullius medici consilium servet.* Interim ad se convenire rogant amicos; quibus undique constipatis visitant sepe regem, hostiarios novos servientes, expulsis veteribus, advocant et sic ipsum gutture presso suffocant. Sunt tamen qui asserunt, quod de consilio predictorum per medicum in cristere illi dato veneno Corradus iste peremptus est[96]. Causam autem mortis ipsius hanc quasi certitudinaliter scio fuisse, quia isti duo iam dicti de ipsius nece tractantes, timentes et ipsi ab eo occidi,

a) esset 1. b) ac 2. c) obedit 2. d) quomode 1. e) percutians 2.

89) Conradus a. 1245 m. Iunio Veronae cum Friderico patre congressus eum Taurinum comitatus est. 90) Regnum Ierosolymitanum Conrado iam a. 1243 ereptum est. Cf. H. B. V, 1229. 1230. 91) Cf. Nicolaum de Iamsilla ap. Muratori VIII, 503—505. 92) Saba Malasp. I, 3. ap. Murat. VIII, 789. 93) Cf. Salimb. 244, Bartholomei de Neocastro Histor. Siculam 1. ap. Murat. XIII, 1016. De hoc Karolo cf. Schirrmacher, Friedrich II. II, p. 558 sqq. et Winkelmann, Friedrich II, II, p. 145 sqq. 94) Cf. Matth. Paris, addend. 125. 95) Hic manifestus auctoris error est; hoc enim tempore nullus marchio Brandenburgensis in Italia moratus est. Thomas de Bertholdo marchione de Hohenburg cogitasse videtur. 96) Cf. Martin. p. 472. Salimb. 82. 225. Obiit Conradus a. 1254, die 20. m. Maii prope Lavellum.

sibi providere volentes, si quod tractabant adimplere non possent, cursorem cum litteris ad regem Anglie dirigebant, significantes eidem, quomodo rex Corradus eius nepotem occiderat et quod innocentis sanguinem vindicare volentes scire ab eo volebant, si forte aliud accideret quam sperabant, si ad se fugientes susciperet et ut decebat honorifice pertractaret. Nuncius ergo, qui has litteras deferebat, Cremone infirmatus est et defunctus; hospes vero defuncti dum invenisset has litteras, Palavisino tunc dominanti ibidem[1] presentavit easdem, qui cum litteras perlegisset, eas per nuncios Corrado transmisit. Qui cum litteras accepisset, caute primo Manfredo subtrahit famulantes amicos, alios illi iungens, de quibus ipse confideret, magis siquidem custodes, ne fugiat, quam famulantes ut serviant. Quod Manfredus animadvertens[a] et secretum suum revelatum illi fore coniciens, Corradum occidere cogitat, ne ab illo posset occidi[b]. Hec autem ab illo audivi, cui nuncius, qui Corrado detulit litteras, revelavit.

De Manfredo filio Frederici.

Manfredus post mortem Corradi regnum invasit. Hic enim non fuit legittimus, sed inter illegittimos nobilior fuit. Quatuor enim illegitimos[c] filios habuit Fredericus. Unum f. 166'. genuit ex quadam nobili comitissa, que in regno Sicilie erat heres, qui dictus est Fredericus. Hic matre iam mortua videns se materna successione privatum et haberi ut spurium, patrem occidere cogitabat. Sed cum hoc cuidam suo secretario revelasset, timens revelari hoc patri, ad regem Yspanie fugit, sed quam citius obiit et quasi notus non fuerit, periit nomen eius[2]. Secundus fuit Hentius, quem ex Theotonica ignobili genuit, sicut superior iam textus edocuit. Ex hac etiam filiam habuit, quam Ubertino marchioni de Carreto matrimonio copulavit[3]. Tercius fuit Fredericus qui de Antiochia dictus est, eo quod Antiochia dicta fuit[d] mater eius. Quartus extitit hic Manfredus, quem ex sorore marchionis Lancee generavit, que filia domne Blance fuit. Hanc nimium imperator amavit, ita ut in mortis articulo constitutam[e], cum eam in ipsa egritudine visitasset, confortasse hiis verbis dicitur dicens: *Consolare, dilecta mi, et letare, quia si fueris liberata, in consortem imperii te assumam*[4]. Ex hoc consolatorio verbo diffamatum est apud multos, quod sibi eam in morte uxorem effecerit sicque Manfredum per consequens legittimaverit et sororem quam Vatatio imperatori Grecorum tradidit in uxorem[5]. Hunc Manfredum defuncte matris amore, quam nimium adamavit, inter ceteros illegitimos filios precipua dilectione dilexit et etiam quia indolem meliorem ceteris aliis filiis pretendebat. Verum tradunt plures quod legittimus esse non potuit, si domna Blanca iam dicta, que mater extitit matris eius, et ipsius domne Blance altera filia perhibuissent testimonium veritati, cum omnes virum unum hunc habuissent, ita ut Manfredi iam dicti mater imperatoris non potuerit esse uxor. Hic Manfredus, pulcerrimus corpore, prudentissimus mente, strenuissimus opere, pius in subveniendo afflictis, largus in dando emeritis, benignus et affabilis universis, ab omnibus amabatur. Hic cum 11 esset annorum et de Ravenna Cremonam navigio duceretur ad patrem, captus in vallibus a pyrratis, Hestensi marchioni captivus est traditus. Quem marchio gratanter accepit et sicut filium benigne tractabat, sperans per eum filium obsidem rehabere et ad imperatoris gratiam posse redire. Hunc ergo cuidam comiti Berrardo, qui suus consanguineus erat et ab imperatore diffugerat, custodiendum commisit eique iuvenem quantum potuit commendavit. At Manfredus puer industrius cepit eum allicere verbis et patris illi gratiam repromisit, si eum ad illum reduceret et a vinculis liberaret. Itaque ille pueri verbis allectus marchionis proditor factus, Manfredum ad patrem reduxit et promissam sibi per puerum veniam impetravit[6]. Hic tempore quo pater Panormi est mortuus cum patri

a) avertens 1. b) cecidi 2. c) *verba* nobilior — illegitimos *desunt in* 1. d) sit 1. e) *correxi ex* constituta 1. 2.

1) Pallavicinus marchio a Friderico II. Cremonae potestas a. 1249 constitutus erat; cf. H. B. VI, 792. 2) De hoc Friderico, imperatoris filio, nihil inveni. Fortasse auctor de Friderico, filio Ferdinandi III. regis Castiliae et Beatricis, Philippi regis filiae, a. 1245 imperatoris curiam fugitante cogitat. 3) Katharina Cremonae a. 1247 Iacomino de Careto in uxorem data est. Cf. Ann. Placent. SS. XVIII, p. 494. 4) Cf. Salimb. p. 82. 166. 5) Anna seu Constantia a. 1244 Vatatzio Graecorum imperatori nupsit. Cf. Bartol. de Neocastro ap. Murat. XIII, 1015. De Manfredi legitimitate cf. H. B. I, CLXXXIV—CLXXXIX. 6) De hac Manfredi captivitate nihil apud alios scriptores reperitur.

morienti assisteret, princeps in testamento Tarentinus est institutus, regno[a] dimisso Corrado[7]. Tamen creditum est a multis, quod post mortem patris, qui intestatus a vita discessit, Manfredus componi testamentum hoc fecerit. Mortuo ergo patre, ipse tamquam baiulus[8] regni fortilitia[b] cuncta munivit, thesauros in sua potestate accepit et quasi Corradi yconomus[c] se facere hec dicebat, illi dum veniret in regnum integre presentanda. Interim ex parte matris sibi consanguineos attinentes ad se traxit in regnum, scilicet comitem Galvanum, Bonifatium et Iordanum[9] nec non et alios multos, quos in regno potentes effecit et eorum presentia se munivit; filios vero Henrici primogeniti Frederici per Iohannem Morum veneno perimi procuravit[10]. Corradus ergo in regnum adveniens dominium regni ut dixi obtinuit et dum Manfredum deicere nisus est, ab eo ut supra iam dixi peremptus est. Itaque Manfredus ut suam malitiam occultaret, testamentum machinatum falsoque compositum sub persona Corradi produxit, quo principatus sibi a patre relictus ostendebatur fratris voluntate ultima confirmatus instituentis[d] baiulum regni totius eundem, quousque Corradinus filius ipsius et heres ad legittimam perveniret etatem[11]. Hiis ita compositis, fraudulenter consanguinei revocantur in regnum, qui proscripti fuerant per Corradum[12] et, regno condiviso cum omnibus, cuncta illorum facit consilio. Sed ut plenum dominium obtineret, vias exquirit occultas, quomodo Corradinum interimat. Ipse novi hominem fide dignum, cui cum militaret in regno, sibi ex parte Manfredi fuisse ab aliquo persuasum, ut in Bavariam iret et, cum illis ducibus notus esset, cum ipsis tam diu moram contraheret, donec vel veneno puerum perderet aut ad se furatum adduceret; promittens illi, si faceret, quod ipsum in regno magnum baronem efficeret. At ille facinus tantum horrens deliberandi tempus expostulat, licet deliberatione huiusmodi non egeret, firmus existens, quod ad hoc malum induci non posset. Itaque probabiliter timens, si facturum se denegaret, ne periculum mortis incurreret, in navi recessit a regno. At Manfredus a suo proposito non desistit, sed duobus militibus convocatis, qui fuerant amici Corradi, magna promittit, si acquiescere sibi velint. Erat autem unus genere Papiensis sed alius de Fulgineo, qui Corradus dicebatur ex nomine. Hic autem volens Corradini neci obsistere fingit se velle parere, si dignam ab eo mercedem accipiat. Itaque promissione firmata, in Bavariam ambo vadunt, puerum sanum repperiunt, multa ex parte Manfredi donaria[e] matri tradunt, sed Corradus secretum matri revelat et monet, ut puerum cura diligenti custodiat sciatque olphatorium esse portatum auro gemmisque compositum, ut puero quasi speciale iocale tradatur. Quod mox ut olphecerit, cito vi veneni admixti peribit. Itaque olphatorio tradito, Corradus discessit a puero nunciatque Manfredo se tradidisse olphatorium puero[13]. At Manfredus sciens illud esse mortiferum, puerum mortuum esse denunciat et de toto regno principes advocat et se regem ab eis institui procurat et, quibusdam convocatis episcopis, ab eis coronari se fecit[14]. Quibus omnibus sic peractis, tamquam regni violentus ereptor ab ecclesia iudicatus tanquam hostis ecclesie publicus, anathematis mucrone percutitur[15].

Martin. Anno Domini 1259.[16] Constantinopolis que a Gallicis et Venetis capta[f] et annis..[g] fuerat ab eis possessa, per Pallialocum imperatorem Grecorum proditione cuiusdam nobilis Gallici nomine Anselmi vi est prelii reinventa.

Eodem tempore in partibus Tuscie Florentinis conantibus Guelfis, qui Gibillinis
* f. 167. eiectis[17] *Florentine urbi tunc preerant, montem Alcinum[18] garnire frumentis, Manfredus in auxilium Senensium miliciam misit in Tusciam, cuius comes Iordanus[19] vir armis strenuus princeps erat. Itaque in valle Albie facto congressu iuxta castrum, quod dicitur Mons
1260. Sept. 4. apertus, cum omnibus auxiliatoribus suis debellati sunt Florentini fuitque numerus occi-
* sorum, sicut extimare potui, qui astabam, mille 200 virorum, sed 11 milium fuit numerus captivorum, ex quibus ultra 8 milia fame et inedia in carceribus perierunt[20]. In hoc

a) regnum 2. b) fortiliter 2. c) yconimus 2. d) instituens 2. e) dictaria 2. f) capta *deest* 1. g) *lacuna in* 1. 2.

7) Cf. Friderici II. testamentum Legg. II, p. 357. 8) Cf. Manfredi epistolam ad Conradum IV. ap. Baluze, Misc. I, 477. 9) Cf. Salimb. 245. 10) Cf. Ricord. Malespini c. 131 ap. Murat. VIII, p. 964. 11) Conradus obiens Bertoldum marchionem de Hohenburg regni vicarium et filii sui tutorem instituit. 12) Nic. de Iamsilla ap. Mur. VIII, 505. 13) Cf. Saba Malaspina I, 5, ap. Murat. VIII, 796. 14) a. 1258. Aug. 11. Panormi. Cf. Salimbene 232. Nicol. de Iamsilla l. c. 584. Saba Malasp. II, 1. 15) Saba Malaspina II, 6, l. c. 807. Villani VI, 41, l. c. 188. 16) a. 1261. 17) Gibellini eiecti a. 1260. Sienam deverterant. 18) Montalcino prope Sienam. 19) Iordanus Lancea. 20) Cf. Villani VI, 79, l. c. 209.

conflictu sunt capta 20 milia asinorum victualia simul et bladum portantium. Unum hic refferam admirandum et casus Florentinorum certum presagium victorieque Senensium, quia nullus vir erat, mulier sive puer, qui non Senis[a] clamaret audacter: *Nunc inimici nostri victi sunt, nunc casuri sunt, qui tanto tempore Tusciam vexaverunt.* Hoc idem prenunciabant communiter Florentini, immo et in eorum exercitu plurimi clamantes imprecabantur hoc sibi: *Nunquam redeamus ad propria nisi per manum Senensium debellati.* Multi etiam ex eis suorum facti sunt proditores et quod est gravius percussores[21]. Itaque qui evaserant Guelfi stare Florentie non sunt ausi, sed uno agmine conglobati, dum non fuissent Prati Pistoriique recepti, Lucam non sine periculo pervenerunt[22]. Anno sequenti 1260. papa Urbanus[23], contra Manfredum excommunicationis sententia renovata, in auxilium Lucanorum capellanum suum Gualam legatum direxit. At Pysani castrum Castilionis per proditionem custodum accepturi erant, sed proditione revelata Lucensibus, castrum de manibus proditorum eripiunt statimque minus caute contra Pisanos ad plana descendentes, a Pisanis debellati sunt, multisque captivatis ex Lucensibus a Pysanis, post paucos dies reversi castrum per foveas subterraneas igne posito ceperunt et omnes qui ibi erant aut gladio interemerunt aut captivos duxerunt. Lucanis ergo Senis et Pisis carceribus et talliis pluribus mensibus oppressis, Florentinos Guelfos de Luca discedere cogunt seque sub certis pactis iugo Manfredi supponunt, civitate et castris Guidoni Novello subiectis[24]. Itaque sic omnibus dominante Manfredo et contra ecclesiam se contumaciter erigente, papa Urbanus sano consilio usus Karolum regis Francie filium duxit in auxilium ecclesie advocandum[b] anno Domini 1264. Quo videlicet anno cometes ultra modum magnus nimis[c] apparuit, qui ab oriente in principio noctis surgens et usque ad emisperii medium comam ad occidentem prohiciens et magnam aliam post se trahens, magnam ammirationem cunctis induxit. Nam et per tres continuos menses apparuit et ea nocte disparuit, qua papa Urbanus animam exalavit[25], propter quod extimant aliqui, quod presagium eius fuit. Sed videtur potius fuisse illorum presagium futurorum, que erant facienda per Karolum contra Manfredum et ducem Suevie Corradinum. Martin. 1264. Oct. 2.

De Karolo, Lodovici regis Francorum filio, quomodo ad regnum Sicilie promotus est.

Karolus supra iam dictus fuit Lodovici regis Francie filius ex matre domna Blanca, magni Alfusi[d] regis Castelle filia. Hec enim domna Blanca quatuor ex Lodovico genuit filios, scilicet Lodovicum, qui patri successit in regnum, et Robertum, qui Attrabatensem tenuit comitatum, et Alfusum comitem Tholosanum, et Karolum quartum, qui Andegavensem habuit comitatum, postea comitem Fulcacherii et Provincie ducem factum. Nam licet comes Provincie diceretur, ipse tamen in litteris suis ducem Provincie se appellat. Itaque duo predictorum iam fratrum mansueti nimis fuerunt et plani, corpore debiles et armis imbelles, Lodovicus videlicet et Alfusus[26]. Alii vero duo scilicet Robertus et Karolus fuerunt viri plurimum animosi, fortes corpore et robusti, armis strenui et nimium bellicosi. Omnes quatuor isti fratres accepta cruce[27] perrexerunt communiter ultra mare et agentes in principiis prospere[e], Damiatam ceperunt et captam aliquantulum possederunt. Tandem Robertus incaute procedens a Sarracenis dolosa cautela cum octingentis probis militibus est occisus[28]. Cumque rex cum alia parte exercitus ad Egipti ceteras civitates capiendas accederet, supercrescente fluvio Nilo, fame et inedia exercitu laborante, compulsus fuit rex se cum omnibus suis aversariis tradere[29]. Sed divina providentia factum est, ut cum Soldano ad certa pacta veniret, ita quod, data illi certa pecunie quantitate et reddita Damiata, rex cum omnibus suis liber[f] abiret. Soldano vero inter hec interfecto disponente Deo, successor eius omnia illi pacta servavit sicque rex cum suis omnibus liber abscessit. Sed rege ad tempus in Syria remanente, Karolus est reversus in Franciam. Itaque hii duo fratres iam dicti fuerunt taliter uxorati, ut rex Lodovicus maiorem filiam[30] comitis Provintie[31] 1248. 1249. Iun. 1250. Febr. 16. Apr. 5. 1250. 1234.

a) Senis *deest* 1. b) aduccandum 2. c) nimis *deest* 1. d) Alfunsi 2. e) pro spe 2. f) libere 2.

21) Cf. Martinum sub a. 1259. p. 473. 22) Villani VI, 80, l. c. 212. Ricord. Malespini c. 170, l. c. 993. 23) Alexander IV. 24) Cf. Ricord. Malespini c. 173, l. c. 995. 25) Cf. Ptolem. Lucens. annal. 1263, ap. Muratori SS. XI, p. 1283. 26) De moribus Ludovici IX. cf. Salimb. p. 94, quocum noster auctor consentit. 27) Ludovicus a. 1244. exeunte eiusque fratres anno sequenti crucem acceperunt. Cf. Guilielmi de Nangiaco de gestis Ludovici IX, ap. Duchesne SS. Fr. V, 344. 28) apud Mansuram, cf. Vincentium 31, 99. 29) Cf. Ludovici epistolam de captione sua ap. Duchesne V, 428 sqq. 30) Margaretham. 31) Raimundi Berengarii III.

1246. acciperet in uxorem, dotem accipiens in pecunia numerata, sed Karolus minorem accepit sororem[32], pro dote totum accipiens Provincie comitatum. Due vero alie filie, que erant medie predictarum, regi Anglie et fratri eius comiti Cornubie sunt tradite in coniuges sine dote[33]. Karolus ergo in Provintiam veniens dum comitatum obtinuit, iustitiam in terra facere cepit predatores puniens et fures occidens ac securas mercatoribus vias reddens, sed ut hoc perfecte facere posset, procuravit, ut omnia fortilitia terre sua manu teneret, ut sic qui faveret latronibus nullus esset. Nam qui primo castra tenebant se latronum sotios faciebant, quos recipiebant in suis fortilitiis et tenebant per omnia faventes eisdem. Insuper Marsiliam, que longo iam tempore comiti iam defuncto inobediens fuerat et
1257. rebellis, obsidionibus et bellis attritam sue ditioni restituit et ad plenum suo dominio subiugavit. Hiis operibus talibus aliqui commoti Lombardi, sperantes a convicinis Astensibus[a] marchionibusque quibusdam potentibus per eum ad plenum posse defendi, suo se dominio commiserunt, omagium facientes eidem, tribut um annis singulis illi reddere promittentes, salvis iuribus omnium, qui ab eis aliquid recipere de iure deberent[34]. Verum in terris hiis omnibus, Alba, Conio[35], Montevico et quibusdam aliis villis
* f. 167. et castris, hic subiectionis huiusmodi fructus fuit *, quia, cum omnis illa contrata hereticis plena esset, ita ut illic publice predicarent, publice disputarent, conventus publicos ibidem haberent, legatarii fierent et morientium instituerentur heredes, mox ut Karolus ibidem dominus factus est, sic ab eius facie defecerunt, sicut ab ignis facie cera fluit, ita ut nullus de cetero appareret, qui dogmatizaret errores. Itaque, ut iam dictum est satis supra, mortuo Frederico et impiis filiis eius regnantibus, immo potius tyrampnidem exercentibus, paterne vipere geniminis[b] et alumpnis, turbabatur ecclesia, fides periculis variis subiacebat, iustitia in tyrampnidem versa erat et heresiarchis crescentibus iam cogebantur Dei sacerdotes excommunicatis et interdictis celebrare divina, episcopatus iam et ecclesie indignis iam tradebantur ad votum et auferebantur pro libitu[c] voluntatis ab hiis videlicet, qui de iure nec conferre poterant nec auferre. Summus igitur pontifex hiis coactus, Urbanus videlicet quartus, vocare aliquem potentem disposuit, qui compateretur ruinis ecclesie et qui pro domo Domini staret in prelio, malis omnibus se opponens. Et quia inclita domus illa Francorum ecclesie semper fuit singulare refugium in pressuris, sicut preterita gesta probant, Karolum filium Lodovici, Provincie ducem, Fulcacherii et Andegavie comitem, utique nobilissimum militem, armis strenuum, fide precipuum, Christo et ecclesie Romane
1262. devotum suscipit defensorem. Sed ut libere supradicta omnia posset efficere, ipsum instituit regem Sicilie et alme Urbis efficit senatorem[36], in cuius auxilium crucem predicari mandat in Francia et ecclesiarum omnium decimas dicti regni ei per annos 5 precipit assignari[37]. Hiis igitur Karolus stipatus auxiliis et, benedictione papali percepta cum remissione peccaminum, cum militibus primo paucis se mari turbato commisit et se periculis
1265. Mai. 23. undarum exposuit. Sicque navigio mare sulcans sanus et incolumis Romam venit et non sine periculis et insidiis plurimis crucisignatorum ibidem exercitum expectavit. Qui postmodum dum venissent, paululum recreatis regnum cum omnibus introivit et congressu
1266. Febr. 21. habito cum tyrampno ipsum vita regnoque privavit, multis ex fautoribus eius captis, cesis plurimis et occisis, anno Domini[d] 1266. die Veneris in quadragesima prima[38].

De adventu Karoli in Tusciam.

Hiis prospere sic peractis, terrentur hostes ecclesie et rebelles. At ecclesia putans, quod vexatio daret intellectum auditui, Sicilie regi mandat, ut in Tusciam arma vertat, et eius potestatem contemperans paciarium eum vocat, mandans ut omnes ad pacem recipiat, qui ei voluerint obedire[39]. Sed Senenses pariter et Pisani et omnes Florentie Gibillini nec

a) astantibus 1. b) *pro* geniminibus. c) per libitum 2. d) Domini *deest* 1.

32) Beatricem. 33) Eleonora nupserat Heinrico III. Angliae regi, Sanctia Richardo Germaniae regi. 34) Cf. Monumenta historiae patriae, Chartar. tom. II, 1592 sqq. Haec foedera exeunte a. 1259 et ineunte a. 1260 confecta sunt. 35) Cuneo. 36) Karolus a. 1263. ab Romanis, non a papa Urbis senator electus est. De hac re cf. Urbani IV. epist. 12. ap. Martene, Thesaur. II, p. 26 sqq. 37) Cf. Urbani IV. papae epistolam 9. ad Albertum apostolicae sedis notarium ibid. p. 21. et epist. ad archiepiscopos, episcopos, abbates regni Franciae ibid. 54. 38) Cf. Salimb. 243 sqq. 39) Cf. Clementis IV. epistolam ad vicarium apud Martene, Thesaur. II, p. 512.

pacem oblatam suscipiunt et obedire contempnunt, vel quia forte timebant per eum deprimi, non defendi[a], vel quia forte per Corradinum vel regem Castelle credebant contra hunc et ecclesiam se tueri. Rex itaque in Tusciam militiam misit, que in die parasceue Florentie quasi subito applicavit[40]. Timentes igitur Gibillini se fuge committunt et ad fortia loca civitati propinqua se conferunt. Sed post paucos dies alia regis militia subsequente, ad castrum sancti Ylarii veniunt, ubi Guelfi Gibillinorum plurimos obsidebant et, castro viribus expugnato, pietate deposita, nulli parcunt sexui vel etati, sed omnes passim invadunt et ultra quadringentos occidunt. Guelfi itaque in Tuscia roborati, de plurimis post modicum terris Gibillini pelluntur. Post hoc regis Karoli mariscalcus Senas accelerat et prope civitatem in loco qui Vicus dicitur castra locat. Sed videns esse inexpugnabilem civitatem nec valens eos foras ad bellandum extrahere, quod maxime videbatur appetere, eo quod omni die descendens a monte, proximabat quam possibile erat porte, nec non et audiens, quod octingenti milites a Pysanis in auxilium Senensium mittebantur, qui apud Podium Bonizi[41] ipsa nocte fuerant hospitati, putans illis posse in itinere obviare vel in castro inventos cum Tuscis advenientibus obsidere, de Senis ubi erat nocte subito castra movit et eos non inventos[a*] in via circa locum fratrum Minorum proximum castro exercitum collocavit et illuc Florentinos pariter et Lucenses, Pistorienses[b] et Pratenses quantocius advocavit. Itaque obsidione firmata, quomodo in castro omnes nobiles Gibillinos de Tuscia inclusisset, regi significat[c]. Rex vero credens castrum velocius capiendum et per consequens facile se posse tocius Tuscie obtinere dominium, personaliter venit ad locum et tam diu castrum obsedit, donec sue ditioni se reddidit, salvo castro pariter et personis[42]. Post hec rex contra Pisanorum terras produxit exercitum, totum comitatum Maritime et Vallis Ere depopulans et devastans, quousque Pysanum pervenisset ad portum. Et cum esset in exercitu panis penuria, tamen tanta carnium habundantia ibi erat, ut unus aries pro uno pane daretur et bos unus pro septem panibus traderetur. Post hec rex Lucam vadens et obsidens Mucronem et capiens, inde in regnum reversus est. 1267. Apr. 12.

De Corradino et adventu eius in Ytaliam.

Corradinus Corradi filius, de quo supra iam diximus, fuit, quem ex sorore ducis Bavarie[44] generavit. Siquidem Fredericus supra iam dictus, postquam regnum Apulie est adeptus fuitque in imperio coronatus, ducem Bavarie per assassinum fecit occidi, eo quod in discordia quam habuerat cum Ottone partem Ottonis foverat toto posse[45]. Hic autem dux taliter mortuus duos filios et filiam unam superstites dereliquit, genere siquidem nobiles, ducatu potentes, sed pecunia pauperes et etate minores.[46] Ducatus eorum ducatui Suavie est confinis et ideo erat periculosa et dubia eorum discordia. Volens igitur Fredericus tranquillitati Corradi providere, in posterum cum heredibus ducis occisi pacem habere curavit, ad cuius stabilem firmitatem filiam dicti iam ducis Corrado in coniugium copulavit. Ex hac ergo uxore Corradinum filium genuit, quem septem annorum vel octo superstitem dereliquit[47]. Cumque iam puer annum iam tercium decimum attigisset, sollicitantur a Gibillinis Tuscie pueri conductores, comite hec camerario procurante[48], ut magna accepta pecunia puerum cum exercitu[d] in Ytaliam* ducant, stabiliter promittentes eisdem, quod 1246. Sept. 1. * f. 168.

a) *verba* vel quia — defendi *desunt in* 2. a*) *legendum est:* eis non inventis. b) *hoc loco in cod.* 2. *a manu prima crux in margine picta est, verbis adiectis:* defectus hic. c) *verba* regi significat *desunt in* 1. d) exercitum 1.

40) Karolus misit 800 equites duce Guidone comite de Montfort, atque mense Iunio ipse in Tusciam profectus est. Cf. Villani VII, 15, l. c. p. 242. 41) Poggibonsi. Cf. Clementis IV. epist. l. c. 514. Ptolem. Lucensis Ann. ap. Murat. XI, 1285. 42) Cf. Salimb. 247. 44) Elisabeth. 45) Ludovicus dux iam anno 1223. ineunte ad Friderici curiam venit continuoque imperatoris partibus adhaesit. Postea demum a. 1228. ad papales partes transiit. 46) Haec valde turbata sunt. Nec enim Otto dux Bawariae, pater Ludovici et Henrici ducum et Elisabethae matris Conradini, occisus est, sed eiusdem pater Ludovicus dux a. 1231. Sept. 16. Cf. Ann. Colon. max., SS. XVII, 842. Conradi de Fabaria cas. S. Galli cont. SS. II, p. 181. Winkelmann, Friedrich II. I, p. 399, 1. 47) Conradinum mortuo patre duodecim annos natum fuisse constat. 48) Manfredo Maletta; cf. Salimb. 245 et privilegium a Conradino Petro de Pretio datum ap. Cherrier, Histoire de la lutte des papes et des empereurs IV, p. 526.

faciliter Karolus pelleretur a regno, eo quod regnicolis[a] esset universis exosus et Corradinus econtra ab omnibus concupitus[49]. Itaque huiusmodi persuasionibus infantulus circomventus et deceptus, similiter dux Henricus, qui pueri erat avunculus, puerum Gibillinis tradidit Pisanis, maximeque committit. Igitur Corradinus per Veronam, Papiam et inde
1268. Apr. 4. Sagonam deveniens, cum paucis navigio Pisas venit. Exercitus vero eius ex Theotonicis et Lombardis marchionis Malaspine ducatu[50] per terram Lunensem[b,51] cum multo periculo Pisas venit. Sic igitur armatis omnibus et de novo vestitis, terram Lucensium intraverunt et decem diebus, quibus ibi fuerunt, cuncta que in parte illa erant vastantibus, Pisas reversus protinus Senas venit. Missoque repente contra mariscalcum regis exercitu, cum ille incautus et nichil formidans incederet, sed duas partes suorum militum premisisset[c], Iun. 25. debellavit eundem et, pluribus interfectis, cum aliquibus illum cepit[52]. Corradinus ad maiora ex hiis omnibus animatus, concitus Romam vadit. At dompnus Henricus, qui tunc contra voluntatem ecclesie senatum tenebat[53] et plura eraria confregerat thesaurosque rapuerat[54], propter quod a papa excommunicatus extiterat, honorifice Corradinum de Romanorum voluntate suscepit eique Romani laudes imperatorias[d] acclamaverunt[55]. Itaque diebus paucis ibidem exercitu recreato, multis eum comitantibus ex Romanis, regnum possessurus
Aug. 10. intravit. At rex illi quantocius[e] eius conatibus se obiecit eique viriliter obviavit factoque congressu, licet sui in principio fugerint, ipse tamen cum acie sua de omnibus magnifice triumphavit et, hostium multitudine interempta, reliquos, paucis evadentibus, captivavit. At
1268. Aug. 23. Corradinus, qui non intraverat prelium, sed spectabat de hoste triumphum, cum animadvertisset debellationem suorum, cum comite dicto Gualvano eiusque filio Gallione[56] et cum alio quodam, qui dux Austrie dicebatur, et cum comite Gerardo de Pysis[f] se fuge commisit et ad Asturem portum maris non longe ab Urbe deveniens, mare ibi barca conducta intravit ignotus penitus nautis tam ipse quam socii. At Iohannes, qui dictus est Frangepanis, qui dominabatur in Asture, barcam illam navigio insecutus, Corradinum cum sociis cepit et eum ad castrum reduxit. Sed superveniente illuc casu Roberto, qui dictus est de Avena[57], qui magnus consiliarius regis erat, sub pena capitis dicto Iohanni mandavit, ut ipsos, quos ceperat, destinaret ad regem. Qui protinus mandatum implevit, quamvis dolens hoc faceret, eo quod avus Corradini eum militem fecerat. Dompnus Henricus a quodam abbate detentus[g] ex mandato pape regi est assignatus[58], dato illo mandato, quod ipsum non vita privaret, sed in carcere custodiret. Fuerunt et multi alii nobiles viri capti, qui omnes Neapolim ducti tanquam invasores contra iusticiam regni ab eo iussi sunt decollari, cum esset non solum rex, sed vicarius in Tuscia foret imperii. Unum hic referam, quod non extimo fore tacendum. Nam in prato Piceno Tuscie duo erant fratres carnales, de patria tamen alia oriundi, qui in castro eodem annis erant pluribus conversati, in habitu siquidem honesto et humili, nulli tamen ut estimo religioni astricti. Hiis itaque in meridie dormientibus visum est iuniori, quod pulsaretur ad portam. Qui surgens ad ostium properavit, iuvenem ad modum cursoris assistere portis invenit, habitu levi valde vestitum, qui ab eo de via petivit et Corradinum victum esse a Karolo nunciavit. Quibus dictis, protinus ab eo discessit. Iste ergo quod audivit fratri et aliis pluribus[h] nunciavit. Et inventum est postea, quod eodem die et hora, quo fratri iuvenis ille apparuit, prelium factum fuit, in quo exercitus[i] Corradini occubuit. Sed quarto die vel quinto antequam fieret bellum, duo[k] fratres pro negotio

a) regniculus 1. b) Lunensam 1. c) premissis 2. d) imperatoris 2. e) quam totius 2. f) *verba* et cum — Pysis *desunt* 1. g) detectus 2. h) plurimis 2. i) exercitum 2. k) due 2.

49) Fridericus et Galvanus Lancea comites ad Conradinum in Germaniam profecti sunt. Cf. Sabam Malaspinam III, 17, ap. Muratori SS. VIII, 833; Barthol. de Neocastro Historiam Siculam VIII, ap. Mur. XIII, p. 1021. 50) Cf. Ann. veteres Mutinenses ap. Murat. XI, 69. 51) Lunigiana. Cf. Ann. Ianuenses ad a. 1268. SS. XVIII, 262. 52) Conradus in epistola sua hunc mariscalcum Iohannem de Brassilia appellat, cf. Ann. Placent. SS. XVIII, 527. 53) Heinricus, Ferdinandi III., regis Castiliae, et Beatricis, Philippi regis filiae, filius a. 1266 in Italiam profectus anno sequenti per Angelum Kapuccium senator electus primum a Clemente IV. papa approbatus est, deinde Karolo Siciliae regi adversarius factus Conradini fautor exstitit. 54) Cf. Nicol. de Iamsilla ap. Mur. SS. VIII, 613. 55) Cf. Sabam Malaspinam VI, 6, ap. Murat. VIII, 842. 56) Galioto; cf. Clementis IV. epist. ap. Martene Thesaur. II, p. 378. 57) Robertus de Lavena, classi praefectus. Cf. Barthol. de Neocastro Hist. Sic. 9, Mur. XIII, 1023. Sabam Malasp. IV, 16. p. 851. 58) Henricus ab equite Sinibaldo de Aquilone Carolo I. traditus est. Cf. Saint Priest, conquête de Naples par Charles d'Anjou III, 139.

quodam accesserunt ad Karolum propositoque negotio coram rege per quendam provincialem ordinis nostri fratrem utique notum regi, rex ab eo quesivit, unde socius esset. At frater ille de se ipso respondens: *De Aretio, domine,* inquit, *sum.* Et rex ait ad eum: *Quid est de fratre Benedicto, qui beati Francisci socius fuit?* Et frater ait: *Domine, bene est michique imposuit, ut ex parte sua vos salutarem vobisque dicerem de Deo confidere, quia etsi magnum periculum vobis immineat, Deus tamen et auxilium dabit et prestabit*[a] *in fine victoriam.* Tunc rex ylaris factus nimis dixit ad fratrem: *Dixit hec? Dixit hec?* Cumque ille sic eum[b] dixisse assereret[c], rex adiunxit: *Carior michi est hec fratris Benedicti promissio, quam si milites michi mille in auxilium advenissent. Scio enim per*[d] *Bauduinum imperatorem*[e]*, qui michi fratrem hunc notum fecit, quod ipse in Romania ipsi imperatori multa predixit, que postea sibi in*[f] *imperio integre evenerunt.*

De hiis que fecit Karolus post predictam victoriam et de strage Gibillinorum in Tuscia.

Corradino devicto pariter et occiso, Karolus inquisitionem fecit de terris nobilibusque personis, qui per eum prius exules fuerant in regnum reducti et suis possessionibus restituti, qui tamen contra eum partem foverant Corradini et cum eo fuerant valde pauci. Inter quos fuerat Iohannes de Procida[59], cui ipse ante pepercerat, et comitissa Caserti et nepos ipsius, cui neptem regine rex dederat in uxorem, ac alii plurimi, ex quibus multi proscripti, alii capti sunt et occisi. Ob quam etiam causam aliquibus civitatibus[g] destructi sunt muri. Nuceria vero Sarracenica civitas, cum fugitivorum multitudine plena esset, diu in rebellione duravit, sed demum traditis proditoribus fugitivis[h], salvis rebus omnibus et personis, regis ditioni se tradidit. Nec alia causa recipiendi homines huiusmodi causa fuit, nisi, cum esset civitas nimis fortis, vi non poterat optineri. Sibi ergo fortilitiis reservatis et muris eius a fundamentis eversis, eos ibi habitare substinuit, pacta illibata illis retinens, que promisit[60]. Dum hec igitur agerentur in regno, vicarius ab eo in Tusciam mittitur Iohannes Bretaldus[61], militia strenuus, corpore quidem parvus, sed mente magnanimus. Hic* enim cum ducentis militibus Gallicis et quibusdam Florentinis militibus Guelfis, transito ponte Else iuxta castrum quod dicitur Colle, videntibus inimicis, totum populum civitatis Senensis et comitatus eiusdem cum mille quingentis equitibus, quos habebant, quorum Theotonici plures erant, viriliter agressus, ita ut substinere pondus prelii non valentes omnes verterentur in fugam[62]. Fuerunt autem, quingenti, qui in campo sunt interfecti et totidem ex eis vulnerati, qui[i] et ipsi post fugam sunt mortui. In hoc prelio Provincianus[63], qui erat quasi Senensium dominus, captus extitit et occisus, ita quod super murum suspensum fuerit caput. Dicitur enim, quod sompniaverat ipsa nocte, quod caput eius extollebatur in altum; multis autem dicitur narrasse hoc sompnium, quasi pretenderet sibi bonum et se de hostibus reportare[k] triumphum. Eram tunc ipse in civitate Senensi et tantus timor invaserat[l] fugientes, ut ad civitatem non fugerent, sed ad alia loca diverterent, quasi[m], si Iohannes Bretaldi ad civitatem eos persequens mox venisset, qui eam defenderet non fuisset. Hec enim victoria sic Gibillinos deiecit in Tuscia, ut iam ultra comparere non possent. Nam cum postea Iohannes iam dictus super Pisas conduxisset exercitum, apparere non[n] ausi sunt extra murum[64]. Post hec Gregorius X., cum ad concilium properaret et rex cum eo versus Florenciam pervenisset, pacem fecerunt inter Gibillinos et Guelfos, quamvis a Guelfis non sit postea observata[65]. Itaque ut ad unum sic dicerem[o], rex hic Sicilie Karolus, genere Francus, regis Lodovici serenissimi filius, militia strenuus et quod hiis est omnibus maius, fide catholicus et iuxta morem regum Francie Deo devotus, ita ut totum divinum officium sibi faciat celebrari, corpore castus, ut sua sit uxore contentus nec alias unquam habuisse

* f. 168′.

1269. Aug. 27.

1269. Iun. 17.

1273. Iul. 15.

a) parabit 2. b) eum *deest* 1. c) affirmaret 2. d) enim quod per *codd.* e) imperatorem *deest* 2. f) et 1. g) civibus 2. h) fugitivis *deest* 2. i) *sic correxi ex* quod *codd.* k) portare 1. l) invasit 2. m) quia 2. n) nec 1. o) sit dicere 2.

59) De Iohanne de Procida cf. Renzi, il secolo decimo terzo e Giovanni da Procida p. 269 sqq. 60) Cf. Sabam Malaspinam II, 20, l. c. 858. 61) Iohannes Bricaudus, dominus de Nangeo. Cf. Saint-Priest, conquête de Naples par Charles d'Anjou III. append. N. p. 389. 62) Ann. Senenses SS. XIX, 231. 63) Provenzano Selvano. 64) Cf. Villani, VII, 31 sqq., ap. Murat. SS. XIII, 255 sqq. 65) Cf. Würdtwein, Nova subsidia I, 106—117.

credatur, in cibis et potibus parcus potius quam profusus, in vestimentis et pompa exterioris ornatus adeo temperatus, ut simplex miles non cognitus videatur. Ioculatores non curat nec illis aliqua donat, raro venationibus est intentus et si aliquando vadat, se arcu ad signum vel balista exercitat. Hic curie sue divinum verbum predicari sepius facit et ad pedes predicatoris ipse ad sedendum se ponit. Verum aliquando in exercitu positus elemosinas, quas pauperibus fieri faciebat, in rubaldorum usus et victum, qui sequebantur exercitum, converti mandabat suosque eos socios appellabat. Nam cum eis aliquando funem alicuius edificii capiebat cum eisque trahebat; quod semel dum faceret, unus ex rubaldis ad ceteros exclamavit: *Viriliter fortiterque trahamus, quia maiorem nobilioremque de mundo rubaldum socium nunc habemus.* Hic non loquax, sed in verbis est moderatus, vultu non multum ylaris vel iocundus nec risu est dissolutus. Ipse enim audivi Parisius, quod etiam adhuc puer vix aut nunquam ridebat. Verum semper corde magnanimus ab ipsa infancia semper fuit, gloria et dominio cupidus, unde cum semel ad locum Minorum cum matre et rege fratre venisset, inmediate iuxta regem se posuit ad sedendum. Semel a quodam Lombardo quesivit, cuiusmodi terra esset Lombardia. Cum terre populositatem, fertilitatem eius et amenitatem eius audisset, cum doloris quodam suspirio in hanc prorupit[a] sententiam: *Si unus aliquis homo animosus et probus inveniretur in mundo, totum sibi subiugaret in brevi.* Cum Manfredum etiam debellasset et nullam leticiam demonstraret quererentque barones, quare hoc faceret, taliter dicitur respondisse: *Et unde letari me vultis? Uni enim valenti viro non sufficeret totus mundus.* Longe maiora hiis omnibus de viro hoc possent[b] scribi, si scriptor eorum, que dicta sunt, fuisset sibi familiaritate maiori coniunctus et individuus comes eius. Quedam tamen fecisse videtur, que non diligentibus eum magnam prestitit obtrectandi materiam. Primo quia illatas a suis religiosis iniurias non tantum est visus curare, quam decebat regiam magestatem. Sed hoc fuit in introitu regni, quando adhuc optinuerat modicum, unde, quamvis de eo, quod fuerat factum, doluerit, pro tunc emendare pertimuit in necessitate positus, non audens conturbare subiectos. Et tunc maxime stipendiis indigebat et erat multis cogitationibus occupatus propter magnum periculum, quod instabat, vix forte advertit ad plenum maleficium perpetratum. Cum enim tunc maxime divino egeret auxilio essetque catholicus homo, satis videtur probabile, quod nudis fratribus satisfecisset et quod illis factas iniurias vindicasset, si tempus tunc exquisisset, si possibilitas affuisset et si pleno hoc iudicio avertisset. Sed secundo illi obiciunt, quod cum in castris esset in Tuscia, pueri imbelles et imbecille[c] mulieres et sacerdotes a suis fuerint captivati, torti et mortui, nec tamen talia facientes in aliquo sunt puniti. Sed satis ut arbitror potest de talibus excusari, quia iusticiam de maleficiis faciendam commiserat alteri, quam eum diligenter exercere credebat, et quod ille sic negligeret[d] nesciebat, quia raro ista minuta magnis dominis referuntur, ita ut sepe etiam nescire probentur, que in eorum curiis peraguntur. Propter quod quam sepius accidit, ut servorum pessima opera a dominis ignorata et ideo nec punita vertantur in infamiam dominorum, dum creduntur scire, que nesciunt, et facere, que fieri non avertunt. Hic ergo de ipso nostri sermonis sit de preteritis gestis finis, quia nondum adhuc ad finem vite pervenit.

De Rodulpho imperatore.

Rodulfus comes de Alchisburch, quod sonat Mons Accipitris, post Guilielmum comitem
1273. Olandie anno Domini 1274 in imperatorem electus est in Frankinfur[e], cuius electio facta fuit
Oct. 1. die dominico in festo sancti Remigii[66], consentientibus in eius electionem archiepiscopo Maguntino[67], Treverensi[68] et Coloniensi[69], marchione[f] Magdeburgensi[70·g], landegravo[h]
Oct. 24. Thuringie[71] et duce Bawarie[i] Henrico[72]. Coronatus vero presentibus principibus in Aquisgranis post electionem suam mense primo, approbatus vero per Gregorium decimum
1274. Sept. 26. Romanum pontificem in concilio Lugdunensi anno Domini 1275.[73] Hic defuncto patre[74] et

a) prorumpit 2. b) post possent 1. c) inbecilles 2. d) negligenter 1. e) Frankinfus 1. f) marchio 1. g) Magdebergensi 2. h) landgravio 2. i) Bauguarie 2.

66) Electio fuit 29. die m. Septembris. 67) Wernero de Eppenstein. 68) Heinrico de Vinstingen. 69) Sigfrido de Westerburg. 70) Iohanne II. marchione Brandenburgensi. 71) Auctor de Alberto, Saxoniae duce, cogitasse videtur, cum lantgravium Thuringiae electioni interfuisse notum non sit. 72) Non Heinricus, sed eius frater Ludovicus electioni interfuit. Cf. Mathiae, Neuwenburgensis chron. ap. Böhmer, Fontes IV, p. 155. 73) Cf. Baerwald, Baumgartenberger Formelb. p. 111. 74) Albertus, pater Rudolfi, obiit 1260, April. 30. Cf. Necrol. Murense ap. Herrgott, Genealogia III, 839.

fratruele, in preliis felicissimus fuit et non modicum in probitate famosus, licet divitiis non habundaret, et quia in talibus* multa committuntur peccata, ut veram penitentiam faceret, * f. 169.
disposuit et ordinavit cum fratre Corrado provinciali ministro in Alamania[75], ut duobus honestis et prudentibus fratribus de ordine Minorum comitantibus eum ad papam Gregorium decimum accederet de manibusque suis crucis signum acciperet et in terram sanctam non reversurus ad propria accederet, remissionem plenam omnium peccatorum suorum sperans se per papalem indulgentiam habiturum. Cumque cum fratre Corrado super hiis tractatum haberet, ex insperato principes Alamanie in Frankinfurth[a] ad celebrandam electionem regis Alamanie convenerunt et cum in unum aliquem per plures dies concordare non possent[76], tandem in hunc licet absentem unanimiter consenserunt. Coronatus autem in regem statim cepit de iuribus regni sollicitus esse, totoque nisu satagere[a] et procurare, que ad reverentiam Romane curie pertinebant et que ad pacem possent imperii proficere, quod longis guerris atque discordiis pene collapsum erat atque omnimode dissipatum. Papa igitur Gregorio revertente a concilio, quod Lugduni Gallie celebraverat, Rodulfus rex venit ad eum Lausanam[c] ibique fide data, quod iura ecclesie Romane non 1275. Oct. 18.
invaderet, quod invasa a precedentibus restitueret, cruceque suscepta per manum pape, quod ad mandatum eius in terre sancte subsidium transfretaret[77], per eundem pontificem eius est electio et institutio approbata. Iussumque est ei ut, dispositione de regno Alamanie facta, ad suscipiendam coronam imperii tempore congruo festinaret[78]. Reversus itaque in Alamaniam iura imperii detenta atque occupata recuperare studet.

De discordia eius cum rege Boemie.

Erat autem tempore illo in Boemia rex Otarcus, qui filius fuit filie Philippi ducis Suevie[79], qui fuit frater carnalis Henrici imperatoris. Hic homo astutus sui regni per fas et nephas[d] ampliabat confinia. Nam ducatum Austrie, Stirie atque Charinthie et Portum Laonis[80] iniuste occupaverat multaque alia, que ad regnum Ungarie pertinebant. Citat itaque hunc Rodulfus rex monetque, ut suis contentus aliena restituat. Contendit rex Boemie, hec omnia ad se pertinere ratione dotalitii uxoris[81], que filia fuerat Popaldi[82] ducis Austrie, ad quam pro magna parte hec omnia iure hereditario pertinebant. Hec allegabat iniuste, cum etiam si vera essent, ad ipsum pertinere non deberent, cum ipsam 1261.
uxorem repudiasset et quasi illegittimam abiecisset[83]. Consilio principum decernitur[84], quod predicta rex Boemie omnino relinquat[e] aut tanquam rebellis banniatur, prelioque cogatur reddere, quod suum non erat; parataque parte exercitus, timens rex Boemie, ne forte vi prelii cogeretur invitus, venit ad pedes imperatoris receptusque benigne contra 1276. Nov. 26.
multitudinem principum restituitur ad regnum et omnes dignitates suas[85] et liber[f] abire permittitur, promissione iuramento firmata, quod omnes obsides, quos habebat de Austria, Stiria atque Carinthia, ad imperatorem remitteret et omnia fortilitia istarum provinciarum daret ei et Egram nobilem civitatem[86]. Dimissus autem pacta fregit, obsides remittere et fortilitia restituere non proponens. Requiritur iterum, ut pacta conservet, alioquin sciret, quia disciplinam imperialem sentiret. Temptat cum multis nobilibus Alamanie machinari rebellionem, Brutenos et infideles sibi in adiutorium vocat, sed Deo disponente Brutenis et Blacis inter se discordantibus suo rex Boemie proposito defraudatur[87]. Rogat iterum que ad pacem sunt et, remissis obsidibus, reconciliatur in gratiam promittens, quod Egram restitueret et in fidelitate imperatoris perseveraret[88]. Dimissus malis mala addere non 1277. Mai. 6.

a) Franbinfurch *codd.* b) satagare 2. c) Lausannam 2. d) nefas 2. e) relinqueret 2. f) libere 2.

75) Conrado de Tubinga, cf. Wadding, Ann. Minorum V, 43. 76) Cf. Ellenhardi chron. SS. XVII, p. 123. 77) Cf. epistolam Rudolfi ad Gregorium X, ap. Baerwald, l. c. p. 253. 78) Cf. Baerwald, l. c. p. 376. 79) Kunigundae, uxoris Wenceslai I. 80) i. e. Portum Naonis, Pordenone, Portenau. Cf. Fontes rerum Austriacarum II, XXIV, p. 16, et Iohannem Victoriensem ap. Böhmer, Fontes I, 298. 81) Cf. Canonicorum Pragens. Contin. Cosmae SS. IX, 190. 82) Margaretha filia Leopoldi VII., quae antea nupserat regi Heinrico VII, filio primogenito Friderici II. imperatoris. 83) Cf. Petri Chron. Aulae Regiae, ap. Dobner, Monum. histor. Bohemiae V, 33. 34. 84) Cf. Mon. Legg. II, 399 sqq. Thomas res a. 1274 in urbe Nurnbergensi et a. 1275 in urbe Augsburgensi tractatas in unum contrahit. 85) Cf. Boczek, Codex diplom. Moraviae IV, 183. 86) Cf. Mon. Legg. II, 409. 87) De hac re nihil compertum est. 88) Legg. II, 413.

desistit, machinatur cum quibusdam de Vienna in mortem regis Alamanie et quosdam principes in manifestam rebellionem addicit, multos alios per pecuniam corrumpit, ut per Alamaniam discordias excitent et fideles imperatoris impediant, ne tempore assignato possint ad imperatoris exercitum pervenire. Hiis igitur machinationibus confisus rex Boemie anno Domini 1278 audacter cum exercitu regnum Boemie egressus, mense Augusto in Moravia[a] cum exercitu potentissimo venit castraque fortia et multas terras, quas de ducatu Austrie reddiderat, in deditionem accepit, expulsis inde nobilibus, quos rex Rodulfus ibi locaverat. Rex autem Rodulfus ultra Danubium obviam festinat occurrere et eius conatibus obviare, habens secum milites de Austria, Carinthia atque Stiria vix duo milia, cum quo etiam rex Ungarie[89] fuit, habens in comitiva sua Ungarios et Cumanos[a*] ultra 40 milia ut fertur in equis, quibus usus est pugnandi in arcu et sagittis[b] magis quam gladiis. Rex Boemie fertur habuisse ultra 30 milia equitum bene armatorum, inter quos erant multi milites Theotonici, qui ad eum transierant cupiditate stipendiorum, quia pauperes erant, magis quam odio vel contemptu imperatoris. Festinat igitur rex Boemie sciens, quia de Alamania milites ad imperatoris auxilium nondum advenerant nec venire poterant, cum frater ducis Bawarie et multi alii barones fautores eius transire volentibus resisterent toto nisu[91]. Die igitur
1278. Aug. 26. Augusti 26. die Veneris transita aqua, que Rimolina dicitur, pontibusque destructis, ut nullus[c] de suis in fuge presidium spem haberet, sed pro vita fortiter unusquisque pugnaret, ordinatis tribus aciebus, ipse deposito regio habitu in prima acie esse voluit stipatus fortioribus militibus suis. Invaditque aciem, in qua imperatorem esse sciebat, cogitansque[d], quia si imperator occumberet, faciliter omnium victoriam obtineret, audacter irrumpit ad eum interfecitque ut dicebatur equum, cui insedebat imperator, sed imperator strenue in alium paratum sibi equum ascendit[92] non fractus animo, ut fugam iniret, sed accensus, ut fortius hostes primeret[e]. Quidam autem nobilis, qui regem Boemie bene noverat et in necem ipsius vehementer ardebat, quia patrem suum peremerat[93], regem in privato habitu recognoscens, clava eum in capite tam valide percussit, quod galeam eius deiecit de capite ipsumque manifestum factum[f] peremit. Duravit bellum tempore tanto, quod homo posset per 10 miliaria ambulare. Divulgata igitur morte regis per exercitum Boemorum, tandem Boemi fugam accipiunt, insequentibus eos maxime Cumanis et Ungaris, qui prius territi
* f. 169'. multitudine hostium fuge presidio se dederant*. Vulgatum est, quod fere tercia pars Boemorum periit vel occisa gladio vel in fluvio submersa. Hec predicta retuli, sicut ex quorundam[g] mercatorum litteris de Vienna missis in Tusciam didici vel a magistris iuris[h], qui prelio interfuerant, venientibus ad curiam Romanam narrata percepi. Litteras vero, quas idem imperator misit Florenciam veritatem modeste huius victorie notificantes hiis subscribere[i] dignum duxi:

Rodulfus[k] Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris, potestati, communi ac universis civibus civitatis Florencie, dilectis suis fidelibus, graciam suam et bonam voluntatem. Quia fortunatos et prosperos nostre felicitatis eventus vos tanquam fideles imperii zelatores delectat audire, ecce quod vobis ad incrementum gaudii duximus intimandum, quomodo videlicet nos multas atroces et obprobriosas iniurias, quas quondam Otarcus rex Boemorum illustris temere irrogavit, sustinere diutius non valentes, ipsum, qui cum copiosa militia terram Austrie subintravit, invasimus et cum eo conflictum habuimus sub spe divini presidii. Siquidem idem rex Boemorum in eodem conflictu occubuit et cum eo regni Boemie potentiores, reliqui vero se ad fuge presidium committentes[l] aut ab insequentibus sunt detenti aut in fluvio adiacente submersi. Letetur igitur vestra fidelitas et ad laudes assurgat Altissimi, qui nobis sua misericordia de hoste nostro et imperii publico turbatore dedit victoriam et nos decoravit mirifice gloria triumphali[94].

Quedam pauca de regno Boemie sunt narranda occasione predictorum.

Quoniam regis Boemie Otarci miserabilem casum narravimus et supra tempore primi Henrici imperatoris de Spignei[m] ducis Boemorum conversione ad fidem aliqua tetigimus,

a) Moraviam 2. a*) *correxi*; Cumurios *hic codd.* b) sagyptis 2. c) nullis 1. d) cogitans 1. e) premeret 2. f) ipsum 1. g) quorum 1. h) magnis viris 2. i) subicere 2. k) Rudolfus 2. l) convertentes 2. m) Spingnei 2.

89) Ladislaus IV. 91) Cf. Ellenhardi chron. SS. XVII, 127. et Monachi Fürstenfeldensis chron. ap. Böhmer, Fontes I, 6. 92) Cf. Mon. Fürstenfeld. chron. l. c. 7. 93) Cf. Chron. Colmariense SS. XVII, 251. 94) Cf. Rudolfi litteras ap. Baerwald l. c. p. 228. 229.

opere pretium iudicavi aliqua de ystoria Boemorum ponere, in quibus et exempla sanctitatis et scelera impietatis et iudicia divine severitatis elucent, quam istoriam Boemorum[95] in civitate Praga legi. Antiquo tempore terra illa vasta et lata non per viros sed per mulieres regebatur, unde creditur, quod ab Amazonibus descenderunt. Fuerunt autem illo in tempore tres sorores, que domine terre illius erant, non solum etate distincte, sed etiam singularibus prerogativis singule resplendebant. Nam maior erudita in astrologia dicebatur futura predicere. Secunda virtutes herbarum et naturas rerum noscere predicabatur. Tercia vero morigerata[a] in omnibus naturali prudencia preminebat. Unde inter discordantes ferebant sententias et de hiis, que ad lites pertinebant, et ius et omnia decernebant[b]. Accidit autem, ut inter quosdam nobiles de quibusdam iuribus coram principissis istis questio moveretur, datisque terminis et auditis omnibus, que singule partes pro se proponere voluerunt, dies assignata est, in qua sententia proferretur. Conveniunt ergo partes ad assignatam diem cum multitudine maxima nobilium terre. Principissa ergo, ad quam sententiam pertinebat proferre, non sedens in trono sive sede iudiciali, sed pre teneritudine sue delicationis iacens in lecto, repetitis vel relectis, que in allegatione partium acta fuerant, sententiam protulit iustam. Sed quia in talibus necesse est, alteram partium reputare sibi sententiam in gravamen, pars, que suo iudicio se gravatam putabat, indignanter prorupit in verba contemptus. *Ecce,* inquit, *o viri, in quanto obprobrio inter ceteras gentes existimus. Iudicamur a feminis tantoque eis in obprobrio sumus, ut etiam coram omnibus nobilibus terre nec a lecto surgere nec dignentur in trono sedere.* Fit tumultus in cetu nobilium et concitatur indignans populi multitudo. At ille sapientes erant, dissimulant que dicuntur, sed quod dicta in posterum parere possint, in cordibus conferebant. Dimissa igitur turba tractant inter se, quid agendum sit eis; decernunt, non esse mirum, si viri nobiles de feminarum dominio dedignentur. Asserit illa, que dicebatur per inspectum celi atque stellarum previdere futura, certam sibi esse mutationem status terre illius et melius esse eis voluntarie deponere principatum quam violentia premi invitas. Consentiunt omnes, sed illa, que naturali prudentia dotata erat, consulit, ut in suos heredes regimen transferatur et quia nulla maritum habebat nec virum cognoverat, uno consensu determinant, ut illa, que prudentior et iunior erat, nubat qui toti terre dominetur et imperet. Convocant omnes principes ad certam diem, quasi magni aliquid ad utilitatem communem volentes tractare. Vocatis ergo illa, que prudentior erat, secretum consilium sororum pandit, omnium trium hoc esse decretum, ut una illarum virum accipiat, qui presideat cunctis. Laudant cuncti consilium bonum, principes omnes consentiunt, ut illa, que prudentior erat[d], virum accipiat, quemcunque delegerit; iurant sine contradictione illum se suscepturos in ducem, quem ipsa susceperit in maritum. At illa, que futurorum prescia credebatur, dicit, non eligendum arbitrio ducem sed sorte et cursus syderum perscrutatione. Datur eis a cunctis astantibus[e] auctoritas, ut super hoc provideat, ut viderit expedire. Accipit ista cum suis sororibus milites plures, imponit, ut totam terram sue ditioni subiectam circueant et eum, quem arantem in agro cum duabus vaccis variis omnino invenerint, ad dominas adducant. Festinant milites implere, quod precipitur, et per multos dies circuitu vacuo laborantes redire disponebant. Tandem ad vallem quandam[f] horridam venientes, vident rusticum in agro arantem et ad ipsum accelerant pervenire, magis intendentes de via instrui quam de duce. Rusticus videns eos ad se venire virgam siccam sive hastam, qua pro stimulo utebatur, figit in terram et vaccas, ut pascantur, disiungit obviusque vadit ad viros, decenter alloquitur et curialiter suscipit eos. At illi videntes varias vaccas, causam[g] sui adventus aperiunt, importune suadent, ut mandatum impleat sine mora. Querit inducias et non obtinet et statim in presentia militum siccus stimulus in terra fixus viridescit[h] et ex se tres pullones sive ramos pullulantes emittit, sed unus continuo aruit. Respondet rusticus: *Si non ita festinassetis, tres duces habuissemus in uno regno, sed nunc*[i] *habebimus nisi duos.* Vadit rusticus cum eis in habitu suo, donec appropinquaverunt per duas dietas ad dominas. Intellecto adventu rustici, mandant per totam terram, ut nobiles ad locum conveniant, in quo ducem * suscipiant reverenter. Mittit domina vestes duce dignas, auro et argento contextas et pretiosis gemmis ornatas, caligas et lumbare miris artificiis distinctas et aureos subtulares, margaritis et saphiris et aliis pretiosis lapidibus intertextis[k]. Induitur rusticus regalibus ornamentis, sed nullatenus cogi potest[l] rusticana calciamenta deponere. Timent milites incurrere domine iram, si cum talibus calciamentis sponsus ducatur ad sponsam; significant domine sponsi pertinatiam in hoc facto. At illa ut prudens voluntatem mariti non extimat sine causa, mandat ut ei obediatur in omnibus. Conveniunt igitur ad nuptias ad designatum locum et a nobilibus novo domino fit homagium. Loquitur ut dux, qui prius agrarius rusticus fuerat, et bona spe erigit universorum animos. Precipit subtulares suos rusticanos semper de cetero cum thesauris suis et successorum suorum cum magna diligentia custodiri, causam tamen manifestat precepti. *Scio,* inquit, *quia ex me successores erunt, qui divitiis et potestate sublimabuntur etiam usque ad regiam dignitatem, sed demum in superbiam elevati regnum et ducatum vastabunt. Sed ut obviem, quantum in me est, superbie, subtulares meos rusticanos cum thesauris poni precipio, ut si thesaurorum multitudo in superbiam erigi suadeat successores, semper subtulares respicientes se de rustico*[m] *natos fuisse recordentur et ad humilitatem pressi superbiam vitent.* Tempore illo, quo eram Prage, erant isti subtulares in quadam nobili ecclesia Boemie

* f. 170.

a) morigenata 1. b) decernebat 2. d) erat *deest* 1. e) astribus 2. f) quemdam .1 g) causas 1. h) virescit 2. i) non 1. k) *sic correxi ex* intertexis *codd.* l) potuit 2. m) rusticano 2.

95) Nempe Cosmae Chronicon I, c. 4—7. SS. IX, 34 sqq.

BSB

cum thesauris regis et, ut[a] dixerunt michi fratres, quando rex coronabatur, inter alia, que fiebant in die coronationis, regi predicti subtulares ostendebantur. Quod dictum est de superbo rege futuro, qui spe divitiarum confisus in tantam superbiam erigeretur, quod propter superbiam deiceretur et humiliaretur, ad Otarcum regem Boemie pertinere manifestum est, qui innumeris adunatis divitiis in superbiam[b] elatus, confidens ducatum Austrie, Stirie atque Carinthie sua superbia occupavit et Rodulfo coronato in regem Alamanie per Gregorium papam decimum et confirmato in imperatorem Romanum, licet nondum coronato, rebellare presumpsit anno Domini 1278. et in ipso anno ab eodem Rodulfo post fidem bis fractam misericorditer receptus.[c]

a) ut *deest* 2. b) superbia 2. c) *Reliqua pars columnae foliique in* 1, *litteris vacat, quamvis lineae ibi ductae sint. In inferiori margine tale signum atramento pictum est:* ⏃.

ANNALES
SANCTI PANTALEONIS COLONIENSIS.

EDIDIT HERMANNUS CARDAUNS PH. DR.

Annalium[1] *monasterii sancti Pantaleonis Coloniae — sic enim librum inscripsit qui primus edidit*[2] *A. Huber V. Cl.— duo tantum exstant apographa et ea quidem recentibus manibus transscripta.*

1. *Codex Herbipolensis, bibliothecae universitatis, signatus: chart. fol.* 81, *olim collegii societatis Iesu Molshemii*[3], *chartaceus in folio, saeculi XVI. vel saeculi XVII. ineuntis, de quo iam egit V. Cl. Huber in praefatione p. LV. Cuius observationibus adiiciendum puto:* a) *Conradum Iserenhoff, qui se pluribus locis* scriptorem *profitetur*[4], *non scripsisse ante a.* 1533, *cuius anni fit mentio fol* 69. b) *codicem Herbipolensem non esse Conradi autographum, quod Hartzhemio*[5] *teste etiam saeculi XVIII. Coloniae asservabatur.*

2. *Codex Coloniensis, archivi oppidani, chartaceus in folio, saeculo XVII. exaratus. Continet* a) *apographum historiarum archiepiscoporum Coloniensium, quas circa a.* 1637. *composuit I. Wilmius, decanus Coloniensis, a.* 1648. *descriptum.* b) *Chronicam quae vocatur Praesulum Coloniensium usque ad a.* 1558 *productam. Annales nostri sicut in codice Herbipolensi vitae Conradi archiepiscopi adiuncti sunt. Non vero ex codice Herbipolensi descriptum esse codicem Coloniensem iam inde colligas, quod in hoc ad annum* 1246. *verba quaedam inveniuntur, quae desunt in illo; immo tantae intercedunt diversitates, ut utrumque scriptorem diverso ex fonte hausisse credam. Ex codice Coloniensi, licet quamplurimas scripturas depravatissimas praebeat, quas omnes annotare non operae pretium visum est, plerumque veram lectionem constitui, ea tamen ratione usus, ut codicem Herbipolensem semper pro fundamento haberem*[6].

Rebus quas narrat se fuisse aequalem apertissime ostendit annalium auctor ad annum 1243. *hisce verbis:* Castrum amplissimum, *ait*, videre nostris temporibus deiectum terre coequari. *Sed etiam accuratius quo tempore scripserit definiri potest. Verba enim quae profert ad annum* 1248: ab illo ergo

1) Quae in hac editione curis debentur Arndtii nostri, sigla nominis ipsius, ubi fieri potuit, insignienda curavimus. P. 2) Fontes rerum Germanicarum, IV. Herausgegeben aus dem Nachlasse I. F. Boehmer's von Dr. Alfons Huber. Stuttgart 1868. 3) Fol. 2. legitur: *collegii societatis Iesu Molshemii ex liberalitate serenissimi cardinalis et episcopi Argentinensis Caroli ducis Lotharingiae* (1592—1607). ARNDT. 4) Fol. 3′: *Ego Conradus Isernhofft de Ratingen scriptor huius chronice inveni anno nostre salutis XV*[c] *XXVI. die Saturni XXI. Iulii in quodam registro antiquissimo papireo ecclesie XI millium virginum.* — Fol. 30′: *Ego Conradus Isernhofft scriptor huius.* ARNDT. 5) Biblioth. Col. 60. 6) Cod. 1. saepius *t* ponit pro *c (nuntius, provintia* etc.*)*; 2. *i* pro *y (Sipri, Egipti)*; *x* pro *ct (destruxio)*; *extruxit*, et quae sunt similia. WAITZ.

tempore fundamentum nove basilice beati Petri .... est initiatum *multo ante annum* 1280. *scripta esse nemo non videt, quo quidem anno nova ecclesia cathedralis iam* surrexit in decore magnifico et decenti[7]. *Annales in verba* locaverat religiosis *exeuntes sequitur appendix, nescio an ab alio auctore compositus, qui continet, quae munitiones a Conrado archiepiscopo constructae, quae territoria dominio ecclesiae Coloniensis adiecta sint. Postremo loco partem comitatus Wiedensis a Conrado emptam esse narratur, quod factum est anno* 1250[8]. *At castelli Nussiensis*[9] *anno* 1255. *deiecti, oppidi Dorstensis*[10] *iam anno* 1251 *moenibus vallati nulla fit mentio, unde appendicem annis* 1250. *vel* 1251. *scriptum esse coniiciam. Sequitur etiam annalium auctorem ante id tempus scribendi finem fecisse, nisi forte annales auctori appendicis fuisse ignotos et posteriori tempore duo opera in unum corpus redacta esse credas.*

Annalium auctor ad annum 1242. *se monachum coenobii Sancti Pantaleonis Coloniae, ordinis sancti Benedicti, esse dicit. Annalium, qui Maximi vocantur, continuationem postremam ei in manibus fuisse pro certo affirmari potest; ab eodem enim anno initium capit, in quo continuator substitit. Solam Conradi archiepiscopi electionem desiderabis, quod illi tribuas, qui post multos annos annales Chronicae Praesulum inseruit. Ne hoc quidem negligas quaeso, quod annales nostri ad annum* 1248. *eisdem quibus Annales Maximi ad annum* 1225. *verbis castrum Thurun latibulum praedonum appellant.*

Negandum contra est, auctorem nostrum eundem esse atque continuatorem. Nam neque in ullo Annalium Maximorum codice continuationis supra annum 1238. *productae reperitur vestigium, et noster aliam atque continuator temporum computationem sequitur; hic enim in festo paschali, ille sive in nativitate Domini sive in primordio mensis Ianuarii novi anni initium statuere videtur. Heinricum archiepiscoqum, qui diem supremum obiit* 26. *die mensis Martii anni* 1238, *anno* 1237. *mortuum esse narrat continuator; unde factum esse arbitror, ut noster, computandi diversitatis haud memor, neque annalium exordio annum praeponeret, et ad annum* 1238. *narraret, quae ad annum sequentem referenda erant, nisi librariorum culpa hoc vitium irrepsisse putas.*

Auctori haud parvum ingenium, iudicium cautum, summam fidem inesse, nemo negabit. Raros errores, mendacia nulla lector inveniet, saepe ex varii generis monumentis, epistolis praesertim, illum hausisse suo loco ostendemus.[11] *Historiam cum Germaniae tum provinciae Rhenanae optime illustrat, vel rebus Italicis nonnihil lucis affert. Quo magis dolendum est, quod praematura egregio operi finem imposuit.*

Dabam Coloniae, die 29. *mensis Novembris anni* 1869.

1238. Mai. 1. ..... Per idem tempus Iohannes Leodiensis episcopus[a] moritur, et pars canonicorum prepositum Aquensem[12] Ottonem eligunt, alia vero pars Wilhelmum postulant, qui consimiliter[b]

a) Annes Epūs Leodiensis 2. b) cum similiter 2.

7) Dipl. Sifridi arch. ap. Lacomblet, Urkundenbuch II, p. 424. 8) Günther, Cod. dipl. Rheno–Mosell. II, p. 239. 9) Lacomblet II, p. 220. 10) ibid. 196. 11) Cum auctor multoties ad litteras Coloniensibus missas recurrat, et huiusmodi litterae encyclicae ubivis a cancellaria imperiali directae adhuc non paucae exstent, in his indagandis ope Petri de Vinea nec non collectionis, quam procuravit vir d. Huillard – Bréholles, operam navavimus. ARNDT. 12) Annales Fossenses (ad a. 1238. Mon. Germ. SS. IV, p. 32. A.) et Aegidius (Aureaevallensis ap. Chapeaville II, 263. A.) Traiectensem praepositum Ottonem fuisse dicunt. Utramque praeposituram eum habuisse docent diplomata ap. Quix, Cod. dipl. Aquensis p. 109 et Quix, Gesch. der Stadt Achen p. 95. Cf. Alberic. ad a. 1238. (Leibniz, Access. hist. II, 566. A.)

erat electus ecclesie Valentine[a]. Itaque Conradus Coloniensis[13] et Otto Leodiensis electi trans Alpes adeunt castra Friderici[b] imperatoris, Brixiam civitatem obsidentis[14], circa festum sancti Iohannis baptiste[c], et receptis ab eo regalibus, absque mora ad propria revertuntur. Imperator autem per estatem Brixiam obsidens, inacte ab obsidione recedit et apud Cremonam et in vicinis locis hyemat. Papa ad imperatorem multos episcopos dirigit monitores, ut ab iniuriis ecclesiarum et maxime Romane ecclesie desistat. Imperator vero petit sibi exprimi iniurias sigillatim[d], et ad eas obiectiones respondens, responsiones suas cum obiectionibus fecit conscribi; que littere[e] postea per Teuthoniam[f] sunt transmisse et audite[15].

Anno Domini 1239.[g] imperator Fridericus in ramis palmarum excommunicatur a domno papa Gregorio[16] propter multas et validas causas, non obstante excusatione vel responsione per imperatorem facta, ut predictum est. Itaque papa litteras excommunicationis[h] ad omnes mittit provincias[17]. Mart. 20.

Mittit etiam[i] in Galliam legatum Prenestinum episcopum[18], qui metu imperatoris mutato habitu regnum Francie ingressus, proponit ad mandatum pape Romanum imperium, quod dicebat[k] vacare, a[l] Germanis[m] transferre in Gallos, ad hoc recipiendum sollicitando regem Francorum[19]. Rege autem Francorum hoc recusante, legatus similiter sollicitavit quosdam alios reges et principes[20], qui omnes consilio cum deliberatione habito pre magnanimitate imperatoris hoc item[n] recusarunt. Ante hoc tempus miserat papa magistrum[o] Ottonem dyaconum cardinalem Sancti Nicolai in carcere Tulliano in Angliam ad idem negotium quadam preventione promovendum; qui cardinalis infinitam pecuniam a personis ecclesiasticis et claustralibus subtiliter expetitam et obtentam reportavit. Item papa misso Swenebaldo[p.21] avertit Ravennam[q] ab imperatore quondam ei[r] fidelissimam. Imperator autem missis litteris ad omnes ecclesias cathedrales et ad reges christianos[22] allegat, se iniuste a papa excommunicatum. Apr. 20.

Ipso[s] anno Conradus Coloniensis electus dissensionem movit contra comitem[23] Seinensem. Qui comes cum ex alia ripa Rheni exercitu adunato inhiberet transitum Rheni in terram suam electo Coloniensi apud Bonnam constituto, cives Colonienses cum multis navibus armatis et apparatis in subsidium electi, Bonnam celeriter adveniunt, propter quorum adventum inopinatum exorta guerra cum honore electi tunc temporis quievit. Paucis diebus interpositis cum cautela et dissimulatione electus Romam[24] proficiscitur, paucis hoc scientibus, et ibi a papa confirmatus et cum Wilhelmo, Leodiensi postulato[25], similiter Apr.

a) electus Valentutae (?) 2. b) Frederici *hic ut semper* 2, *variat utraque scriptura* 1. c) s. Iois Babtiste 1. d) singulatim iniurias 2. e) litere *hic ut saepius* 1. f) teutonicam 2. g) 1238 1 *et* 2. h) excomunicationis 1, *ut saepius.* i) enim 2. k) dicebatur 1. l) a *deest* 2. m) Romanis 2. n) item *deest* 1. o) M. 1. p) Suuenebaldo 1; Suenobaldo 2. q) Pavennam 2. r) sibi 2. s) Illo 2.

13) electus 1238. Mai. 31. ARNDT. 14) Secundum Annales Placentinos Gibellinos (M. G. SS. XVIII, 479. 480) imperator Brixiam obsidione cinxit inde a die 11. m. Iulii usque ad diem 9. m. Octobris. Ita elucet diem S. Iohannis baptistae (Iun. 24.) significare terminum, quo electi ex Germania iter suscepissent ad imperatorem; v. quoque diplomata apud Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Friderici secundi, Tom. V, p. 219—244. ARNDT. 15) Exstabant igitur sine dubio litterae ex cancellaria imperatoris emanatae, quae papae quaestiones imperatorisque responsiones continebant. Vide litteras Herbipolensis, Wormatiensis, Vercellensis ac Parmensis episcoporum ad papam die 28. m. Octobris 1238. directas ex Mattheo Parisio repetitas ap. Huillard-Bréholles V, 249—258. Cf. Winckelmann, Gesch. Friedr. II, II, p. 100 sqq. A. 16) IX. Formulam excommunicationis invenies exempli gratia in Annalibus Stadensibus, M. G. SS. XVI, 363 sqq. A. 17) Exempli gratia epistolam ad archiepiscopum Mediolanensem eiusque suffraganeos directam Mart. 21. habes in Ann. Plac. Gibell. M. G. SS. XVIII, 480 (Huillard-Bréholles V, 289). Encyclica papae data est die 7. m. Aprilis, Huillard-Bréholles V, 290 sqq. Vide quoque ibidem p. 286. A. 18) Iacobum. PERTZ. 19) Non Ludovico IX. ipsi, sed potius Roberto fratri eius imperium oblatum esse verisimilius est; v. Hist. dipl. VI, 1087. 20) sc. Abel ducem, filium regis Waldemari Daniae, et Ottonem ducem Brunswicensem. v. Albericum ad a. 1241. (Leibniz, Access. hist. II, p. 577.) A. 21) Sinibaldus postea papa electus Innocentii IV. nomen suscepit. 22) Böhmer, Reg. Nr. 972. epistola directa ad omnes reges ap. Petrum de Vinea I, 21; Huillard-Bréholles V, 1, 295 sqq. ad Richardum comitem Cornubiae. A. 23) Heinricum. A. 24) Diplomate d. d. 9. m. Maii capitulum Coloniense vendicionem m. Apr. factam confirmat *vice venerabilis domini C. archielecti nostri, qui tunc pro negotiis ecclesie Col. et suis agebat in partibus transalpinis.* Museum Alfterianum XI, 153. 154 (Msc. in bibl. gymn. Col. ad S. Marcellum). 25) Wilhelmus in reditu obiit; v. Alberic. (ad ann. 1239. Leibniz, Access. hist. II, 568: *mense Octobri obiit in reditu itineris Romani.* A.), Aegid. Aureaevall. (ed. Chapeaville II, 264. A.), Matth. Paris. (ed. Wats p. 433. A.).

1239. confirmato, mense Iunio ad patriam remeat. Rebellione autem nobilium terre contra ipsum
Iul. electum pullulante, idem electus castrum Tuitiense[26], civibus Coloniensibus ipsum adiuvantibus[27], viriliter occupat, et per duas magnas naves opere mirabili cum propugnaculis et pontibus preparatas turres comitis de Monte[28] capit[a] et diruit[b], et omnes turres castri antiquitate collapsas reedificans suisque muniens, turrim Sancti Heriberti[c] similiter incastellat[d]. Congregatur itaque hinc inde[e] militia, et dux de Limburch, qui et comes de Monte, electum cum suis militibus et Colonienses, circa idem castrum diffusos et ibidem adversarios intrepide exspectantes, aggredi non audebat[f]. Verum electus cum manu valida terram comitis de Monte partim pertransiens, intrat terram comitis Seynensis[g], ad cuius adventum dicti dux et comes territi pacem cum eo ineunt, quam iuramento et scriptis sigillatis confirmant. Dux autem Brabantie[29] pacem[h] inter electum et dictos ducem et comitem prius a se datam asserens ab electo violatam, ipsi bellum[30] indicit nec multo post tempore inducit. Nam assumptis secum[i] circa octoginta millibus bellatorum[k], tam equitum quam peditum, terram electi ingreditur, omnia predia ecclesiarum, ubi transitum facit, spoliat, angariat vel incendit[l]. Cui dux de Limburch[m] assistit potenter, tamen quasi adiutor, ne posset argui super violatione fidei date, multis tamen eius tale improbantibus effugium fidei vel simulationem sacramenti. Dux vero Brabantinus usque ad oppidum Nussiam[31] pervenit, quod intactum relinquens et inde divertens, cum versus Coloniam cum omni sua multitudine pertransiendo acies armatas dirigeret nec aliquid contra eam attemptaret, electus animo promptissimus, ut nec multum peccaret[n] audacia, ex una portarum civitatis cum paucis militibus prosiliens, civibus quiescentibus, insultum audacter facit[o] contra extremam ducis aciem. Post quem insultum, utrinque[p] tam a moventibus ipsum quam ab excipientibus cum multa[q] animositate factum, dux pertransiens Coloniam intactam, ingreditur Bonnam et eam succendit. Inde digressus ad obsidionem castri Lechenich[32], percipit electum Coloniensem validum exercitum congregasse. Quapropter tam fame suorum fatigatus quam fama huiusmodi territus, in Brabantiam revertitur. Electus autem, splendida coadunata militia, Mogutino archiepiscopo[33], Monasteriensi[34] et Osnaburgensi[35. r] episcopis[s] ipsi succursum ferentibus, castrum Iuliacum[36] obsidet[t] et villam castri penitus cremat. Inde moto exercitu, terras adversariorum et cremat et[u] per angariam evacuat. Castellum etiam dictum Berge, quod erat Wallonum[v], destruens, usque ad castrum ducis de Lymburch dictum Rhode[w. 37] pervenit, cuius omnia suburbana comburit et terram circumquaque devastat[x]. Inde rediens, castrum comitis Iuliacensis[38], Berchem[39] dictum[y], obsidet et hoc in deditionem acceptum incendit et diruit et, his peractis, exercitum suum dissolvit. Postmodum vero dux Brabantie iterum cum manu valida regreditur, castrum Randinrode[z. 40] Gerardi fautoris episcopi obsidet, et deditum destruit et incendit. Inde divertit ad castrum Dalehem[a. 41], quod erat comitis[42] de Hostadin[b], nepotis electi, et ipsum per decem hebdomadas obsidens, in deditionem accepit et suis munivit. Huius autem obsidionis tempore electus Coloniensis quoddam presidium ponit in terra comitis de Monte cis Rhenum iuxta villam dictam Medeme[43], ubi positis satellitibus; terram eiusdam comitis usquequaque devastat[c].

Eodem etiam tempore guerra durante electus Coloniensis ordinatus est in presbyterum
Oct. 28. ab episcopo Monasteriensi in ecclesia sancti Petri Colonie, et ab eodem episcopo in die apostolorum Simonis et Iude in episcopum est consecratus.

a) caepit 2. b) delevit 2. c) Hereberti 2. d) incastillat 2. e) hinc et inde 2. f) audebant 1. 2. g) Seinensis 2. h) pacem *deest* 2. i) secum *deest* 2. k) LXXX millia bellatorum 1. 8000 bellatoribus 2. l) spoliat ac incendit 2. m) Limburgh 2, *ut saepius*. n) *sic* 1. 2, *an* periclitaret? o) fecit 2. p) utrumque 2. q) cum multa *desunt* 2. r) osnabrūg: 2. s) episcopis *deest* 2. t) obsedit 2. u) aut cremat aut 2. v) Wallorum 1; Vallianis 2. w) Rode 2. x) divastat 2. y) dictum *deest* 1. z) Randerodt 2. a) Dolehem 2. b) Hochsteden 2. c) usquequaquam divastat 2.

Falso Annal. Floreff. (Monum. German. SS. XVI, pag. 627. A.), Wilhelmum 1241. obiisse dicunt. 26) Deutz. A. 27) v. dipl. Conradi (1239. Iul. 15. datum. A.), ap. Lacomblet II, p. 125. (Nr. 242. A.) 28) Heinrici. A. 29) Heinricus III. A. 30) De hoc bello cf. Jean de Klerk et Ian van Heelu, vers. 83—101 (in Collect. des chron. Belges inédites), Ann. Parchenses (M. G. SS. XVI, 607. A.) et Floreff. (ibid. p. 627. A.) 31) Neuss. A. 32) prope Coloniam. 33) Sigifrido III. A. 34) Ludolfo. A. 35) Engelberto I. A. 36) Iülich. 37) Herzogenrath. 38) Wilhelmi IV. A. 39) Bergheim. 40) Randerath. 41) Daelhem inter Leodium et Traiectum ad Mosam. 42) Theodorici. 43) Mettmann, inter Düsseldorf et Elberfeld. A.

Pauco post tempore idem episcopus terram Walerami[a. 44] dictam Kuntzerlandt[b. 45] intrat et omnia circa castrum [Monioie][c. 46] et Dune[47] cremat et devastat.

Eodem anno imperator collecto exercitu fines Mediolanensium[d] intrat[48], civitatem Cumam[e] sibi conciliat, duo castra Mediolanensium[d] Sicianum et Landrianum[49] subiugat. Inde secedens ad diruendum pontem Placentinorum, qui ducit trans Padum fluvium[f], nocte Nov. 5. quadam inopinata inundatione exorta, multa tentoria amittit et salvis personis maxima rerum dampna incurrit[50].

Ipso anno comes Campanie Theobaldus, qui et rex Naverniensium, Richardus frater Anglie[51] regis, comes Britannie[52], comes de Monteforti[53], comes Barensis[54] cum multis nobilibus Gallie, Hispanie, Anglie, Teuthonie[g] in Terram sanctam pro eius liberatione sunt profecti. Qui cum ad edificationem Ascalone acies dirigerent, audito quod Sarraceni eis in vicino[h] essent, consueta eos animi magnanimitate[i] invadunt. Sed ab ipsis Sarracenis inprosperato[k] casu et inopinato miserabiliter sunt devicti et deleti[l]. Ubi comes Barensis Nov. 13. captus et postea mortuus; comes de Monteforti et multi alii nobiles Gallie sunt captivati.

Anno Domini 1240.[m] imperator Apuliam regreditur, regnum illud ibi[n] ordinarie[o] Apr. disponit[p], collecta pecunia erarium suum ditat, postmodum[q] militiam validam coadunat. In estate in Longobardiam properat, Ravennam, que a se desciverat, victoriose recuperat[55], Faventiam[r] obsidet et circa ipsam nova moenia construit instar maxime civitatis[56], ita angustians cives inclusos, ut nemo ingredi vel egredi valeret. Cuius civitatis captionem cuniculis vel suffossionibus[s] subterraneis, machinis et instrumentis plurimis attemptat sed, illis viriliter resistentibus, per longum tempus parum proficit; comprehensos tamen cives circiter septuaginta in facie civitatis suspendit.

Eodem tempore imperator tres naves Venetorum capit[t], ubi predam valentem, septuaginta milia marcarum[u] invenit. Quocirca Veneti exacerbati navibus maritima Apulie Sept. vastant[57] et tria oppida imperatoris incendunt. Unde imperator ira stimulatus filium[58] ducis Venetorum, qui potestas fuit Mediolanensium, olim[v] in bello Mediolanensi[w] captum, apud Tranum[59] civitatem Apulie in alta turri[x] suspendit, vestitum corio, ut cadaver ipsius[y] eo tardius putrescat et spectaculum pretereuntibus[z] fiat.

Ipso anno Coloniensis archiepiscopus, collecto exercitu et civium Coloniensium multitudine coadunata, castrum Tulpetum[60] obsidet. Adversariis autem suis, scilicet[a] comite Iuliacensi et quibusdam nobilibus terre, contra ipsum militiam validam adducentibus, interventu quorundam treuge interveniunt, pax iurata sigillatur, sed diuturna non existit; unde Coloniensis archiepiscopus obsidet castrum Bruch[61] super Ruram[62] fluvium. Quo tempore Conradus, filius imperatoris, a paucis principibus in regem Romanorum electus, Leodium venit, et inde in ramis palmarum Coloniam veniens, inter domnum Coloniensem et nobiles Apr. 8. terre eius adversarios treugas belli statuit usque penthecosten, tunc apud Franckenfurt[b] Iun. 3. iustitiam partibus facturus, si eos non concordaret. Illuc archiepiscopo non veniente sed responsales mittente, rex[63] responsales non reputans idoneos, occasione talis contemptus[c], licet videretur excusabilis, minus probabiliter adversariis auxilium impendit;

a) Walrami 2. b) Ouderlandt 2. c) *lacuna in* 1; circa castrum Dunae 2. d) Mediolan̄. 1; Mediolanensium 2. e) Civiam 2. f) fluvium *deest* 2. g) Germaniae 2. h) vicinio 2. i) magnitudine 2. k) improsperato 2. l) dolose 1. m) 1140 *leg.* 2. n) ibi illud 2. o) ordinare 1. p) disposuit 2. q) postea 2. r) Paventiam etiam 2. s) subsessionibus 2. t) rapit 2. u) 700 marcarum 2. v) olim *deest* 2. w) Mediōla: 2. x) turre 1. y) ipsius *deest* 1. z) praeteriuntibus 2. a) scilicet *deest* 2. b) Francofort 2. c) contentus 2

44) Walramus frater Henrici comitis de Monte. 45) Nescio an auctor *terram Cůmze* (v. Lacomblet II, 33. 116), intelligat. Fortasse Contzen vicus in Eiflia prope Montjoie oppidum situs. 46) *Monjoie* supplevi secutus Ann. Floreff. ad annum 1239. (Mon. Germ. SS. XVI, 627. A.) 47) Daun in Eiflia. 48) post Sept. 16. Cf. Annal. Placent. Gibell. l. c. p. 482. A. 49) Siziano et Landriano. A. 50) Cf. Ann. Plac. Gibell. l. c. p. 482. A. 51) comes de Cornwallis. A. 52) Petrus. A. 53) Amaricus. A. 54) Iohannes. A. 55) Aug. 22. A. 56) Cf. Bartholomaei Scribae Annal. Mon. Germ. SS. XVIII, p. 192: *in quo obsidione — faciendo ibi construi domos et quam plurimas mansiones,* Ann. Placent. Gibell. l. c. p. 484: *imperator credens ibi yemare, statuit fieri fossata in giro castris et spaldis et berbeschis munita, et domos in ipsis fieri fecit.* ARNDT. 57) Cf. Ryccardum de S. Germano ad a. 1240. M. G. SS. XIX, 380. A. 58) Petrus Tiepolo apud Curtem novam a. 1237. captus. 59) Trani. A. 60) Zülpich. 61) Imgenbroich prope Monjoie? 62) Roer, non Ruhr. 63) Secundum diplomata Conradus die 22. m. Maii Nördlingen erat (Huillard V, 1192); mense Iunio Gamundiae (Schwäbisch-Gmund) erat; ibid. p. 1193; 7. die m. Iulii apud Ulmam, ibid. p. 1194. A.

quapropter bellum recrudescit. Dux Brabantinus, collecta manu copiosa, cum duce de Nansceio[a.61] et multis tam Gallicis quam Teuthonicis[b] castrum archiepiscopi Lechenich[65] obsidet, assistentibus sibi civibus Aquensibus et aliis imperialibus. Interea milites comitis de Monte cum quibusdam imperatoris hominibus adiunctis presidium archiepiscopi iuxta Medeme firmatum inopino insultu per dolum facto capiunt et diruunt. Archiepiscopus autem, plus magnanimitati solite quam rationi previe in hoc casu indulgens, aggressus difficilia, villas circa castrum Bensburgh[c.66] cum valde paucis incendit, sed a castrensibus circumventus in maxilla vulneratur. Ipse vero fortiter adversarios reprimens, suis sibi opem constanter[d] ferentibus, non sine damno quorundam suorum evadit. Statimque post hec[e] transito Rheno, quasi non immemor antiqui imo[f] recentis vulneris, arma capit, quamplurimos iuxta aliud castrum Bedebur[g.67] cum parva manu audacter assiliens, ubi Fridericum de Ryfferscheidt[h], dominum castri, virum nobilem et pugnacem, letaliter vulneratum[i] et plures alios, licet laboriosa pugna, tamen propter numerum suorum longe minorem magnifica[k], captivos potenter abducit. Dum hec aguntur, milites de Westphalia plurimi adunantur ad solvendam obsidionem castri de Lechenich. Sed ante ipsorum adventum pax inter domnum archiepiscopum et ducem Brabantinum et complices[l] suos intervenit, que demum firmatur[m] et conservatur. In cuius pacis firmamentum soror domni archiepiscopi traditur nuptui Adolpho filio comitis de Monte et ducis de Limburch[n] et
Sept. 2. medietas castri Tuitiensis eidem Adolpho[68] in feudum[o] assignatur.

His peractis, dissensio oritur inter domnum archiepiscopum et cives Colonienses super eo, quod iuxta promissionem[p] sibi factam in incepta[q] fideliter cum archiepiscopo non perseverassent usque ad finem guerre. Unde Colonienses instruunt naves bellicas magno apparatu ad se tuendos. Sed eadem dissensio partim per replicationem Coloniensium super eo, quod succursum archiepiscopo exhibuissent hactenus suis antecessoribus non prestitum, partim per mediatricem pecuniam conquievit[69].

Ipso anno archiepiscopus Magdeburgensis[70] et episcopus Halverstadensis[71.r] et marchio de Missene[72] invadunt terram marchionis de Brandenburgen[s.73], depredantur et incendunt. Marchio vero Brandenburgensis, hostibus fatigatis et tentoria figentibus, circa vesperas repentino incursu superveniens[t], septuaginta milites[u] episcopi Magdeburgensis vulnerat, episcopum Halverstadensem[r] capit et omnes alios victos fugat[74].

Apr. 14. Anno Domini 1241. imperator diu obsessam[v] Faventiam post pascha in deditionem accipit, multis receptis cum 50[w] castris. Imperator etiam castrum et pallacium in ipsa civitate construit et nobiliores omnes populi[x] Faventini ad convivium convocat et omnes splendide procurans, inter se reconciliat.

Circa idem tempus Prenestinus episcopus legatus Gallie[75], Otto[76] cardinalis legatus Anglie, Gregorius notarius curie Romane legatus Longobardie, apud Ianuam[y] civitatem Italie convenientes, itinere navali cum multis aliis episcopis, abbatibus Gallie et Anglie et multis nunciis prelatorum tam de Teuthonia quam de aliis terris[z], 25[77] galeras[a] armatas
Apr. 25. cum magno comitatu Ianuensium[b] civium ingressi, Romam adire intendunt[c], ut illic in

a) Nanscedio 1. 2. b) quem teutonicis 2. c) Bensbur 1. d) constantes opem 2. e) hoc 2. f) denuo 2. g) Bedebure 2. h) Reifferscheit 2. i) vulnerat 2. k) tum munerum suorum longe minorem magnifice 2. l) complures 1. m) confirmatur 2. n) comitis de Monte qui et dux de Limburgh 2. o) in feudo 2. p) permissionem 2. q) incoepta 1. r) Halberstad: 2. s) Brandenb: 2. t) supervenientes 1; superveniente 2. u) 70000 milites 2. v) obsessam *deest* 1. w) 50 *deest* 2. x) Apti 2. y) Iannam 2. z) germanica quam aliis terris 2. a) Gallias 2. b) Ianiensium 2. c) intendebant 2.

64) Duce scilicet Lotharingiae superioris, nomine Matthaeus II. A. 65) a Colonia inter meridiem et occidentem. A. 66) Bensberg. 67) Bedburg. 68) Diplomate d. d. 2. m. Sept. archiepiscopus non Adolpho, sed Henrico patri eius castri Tuitiensis medietatem in feudum concedit; Lacomblet II, p. 128. 69) V. dipl. Conradi (de die 27 m. Iulii. A.) ibid. p. 127. 70) Wilbrandus. A. 71) Ludolfus I. A. 72) Heinricus Illustris. A. 73) Iohannis I. A. 74) De hoc proelio cf. Chron. Marchie ap. Riedel, Cod. dipl. Brandenb. IV, 1, p. 9; Chron. Magdeburg. ap. Meibom, Scr. II, 330; Annales Erphordenses ad a. 1239. Mon. Germ. SS. XVI, p. 33. 75) Iacobus. A. 76) diaconus cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano. A. 77) Et maiorem fuisse galerarum numerum neque omnes aut captas aut submersas esse constat; v. Barthol. Scribam SS. XVIII, 195 et Hist. dipl. V, 1120. Procul dubio auctor epistolam quandam Friderici secutus est, in qua, sicut in litteris victricibus, Hist. dipl. V, 1126, navium fuga elapsarum nulla fiebat mentio. Simili epistola usa sunt Gesta Treverorum.

concilio[a] a papa, ut presumebatur, indicto de liberatione curie Romane ab iniuriis ab impe- 1241.
ratore illatis et ad ipsum imperatorem reprobandum, tractatum haberent efficacem. Qui
in insidias Pisanorum et Henrici[78] regis Sardinie, naturalis filii imperatoris, incidentes, victi Mai. 3.
sunt, tribus galeris[b] penitus submersis et 22 captivatis. Ubi tres predicti legati et quatuor
milia Ianuensium[c] capta sunt exceptis aliis multis abbatibus et religiosis personis et nun-
ciis magnatum terre, cum quibus pecunia innumerabilis[d] est inventa. Super imperatoris
fortuna, que ex permissione Dei contigit, cuius nos latent iudicia, epistola ab imperatore[e]
Coloniensibus[f] est directa[79], quam nuper alia epistola precesserat eisdem civibus missa
super deditione civitatis Faventie, verborum et sententiarum[g] venustate confecta[h]. Deinde
imperator Spoletum[i], civitatem pape[k], occupat, et similiter Beneventum[l]; nam hoc ante Iun.
diu Viterbium imperator habuerat[m], cum aliis multis castris pape attinentibus.

Hoc anno clades exitialis populi christiani est audita apud nos de adventu Tarta-
rorum, de quorum crudelitate aures nostre tinniunt et corda contremiscunt. Hec autem
gens, prout[n] dicitur, egressa ex ultimis partibus Scithie[o] longe ultra paludes Meothides[p]
multos populos transmarinos et admarinos[q] perdomuit[r], et subiugatis sibi[s] Ruscie regnis,
hoc anno circa quadragesimam Poloniam[80] est ingressa, cuius plurimam partem vastavit, Febr.
spoliavit, et incendit, habitatoribus fugatis vel occisis. Ipsa etenim gens in omnibus crude-
liter seviens, nulli ordini pepercit vel religioni. Dux autem Henricus de Fratislovia[t.81]
eisdem occurrens cum quodam alio duce[82], in multa fortitudine victus est; ubi ipsi duces Apr. 9.
et multi strenui milites sunt extincti, et caput ducis resectum est et ab ipsis asportatum[u].
Exiens a Polonia predicta gens Moraviam intrat et, quod incredibile dictu est, unius diei
et noctis spatio per quatuor dietas[v] pertransitis rapidis fluviis mota est, totam devastans
Moraviam preter castra et loca munita. In transitu etiam fines Missinensis[w] diocesis attigit
et ibi plurimas personas peremit. Inde in Hungariam[x] perveniens, adiuncta sibi gente
Comanorum[y] truculenta, cruentissima cede devastat. Rex Hungarorum illis occurrens,
copiis instauratis, cum validissimo exercitu super ripam cuiusdam amnis[83] consedit. Tar-
tari vero cum Comanis[z] nocte quadam, die vix illucescente, amnem supra et infra arti-
ficiose traiicientes, exercitum Hungarorum incautum invadunt. Extincta referuntur ibi
sexaginta Hungarorum milia, inter quos duo episcopi et multi Teuthonici[a], Gallici[b] tam
nobiles quam vulgares periere[c]. Rex vero Hungarorum fuga elapsus, cum paucis vix
evasit. Nec mora, Tartari bestialiter sevientes[d], omnem Hungarorum residuam regionem[e]
vastant, incolas conterunt et[f] fugant. Nec mirum, cum totum[g] regnum Hungarie fere
nullam civitatem muris munitam habuerit et[h] castra firma. Rex itaque profugus[i] ad ducem
Austrie se contulit et postmodum[k] per Waciensem episcopum ab imperatore auxilium
postulavit, sponsa illi perpetua subiectione, si per operam suam contingeret ipsum regnum
suum[l] recuperare. Ex hoc conflictu et ante conflictum tam Polonie quam Hungarie multi
fratres Predicatores et Minores evaserunt, qui signo crucis per totam fere Teuthoniam[m]
clericos et laicos adversus predictos barbaros armaverunt. Imperator etiam scripsit magna-
tibus Teuthonie[n], ut se in adiutorium ipsius prepararent, eo quod ipse vellet afferre[o] auxi-
lium populo christiano contra truculentiam barbarorum. Ipse etiam rex filius imperatoris,
archiepiscopus Coloniensis et plurimi nobiles Teuthonie[p] signum crucis vivifice[q] assumpse-
runt[84]. Timor non[r] modicus eiusdem barbare gentis remotiores etiam partes, non solum
Galliam sed et Burgundiam et Hispaniam invasit, quibus nomen Tartarorum antea incogni-
tum fuit. Multa quidem de ortu, ritu et victu predicte barbare gentis audimus incredibilia

a) consilio 2. b) galleis 2. c) Ianensium 2. d) innumerabilibus 2. e) ab imperatore *desunt* 1. f) Colōn 1. g) summarum 2. h) referta 2. i) Spolatum 2. k) pape *deest* 2. l) Boneuentum 2. m) *sic* 1; nam hoc anno diu Viterbium habebat imperator 2. n) prius 1. o) ab ultimis partibus Schitiae 2. p) Meothicas 1. q) cum marinos 2. r) sibi perdomuit 2. s) sibi *deest* 2. t) Franslovia 1. 2. u) est asportatum 2. v) dictas 2. w) Misnensis 2. x) Vngariam *hic et saepius* 2. y) Camanorum 2. z) Cumanis 2. a) Teutonici 2. b) Gallie 1. c) perierunt 2. d) desaevientes 2. e) regionem residuam 2. f) ac 2. g) tunc temporis 2. h) ac 2. i) praefugens 2. k) postea 2. l) suum *deest* 1. m) Germaniam 2. n) Germaniae 2. o) offerre 2. p) Germaniae 2. q) unice 2. r) n̄. 1; enim 2.

78) Hentii, Enzii. A. 79) Sine dubio similis illi, quae exstat apud Petrum de Vinea I, 9. Litterae de deditione Faventiae ibidem leguntur I, p. 8. A. 80) Cf. Boguphali Chron. ap. Sommersberg SS. Rer. Siles. II, 60. A. 81) Breslau; immo dux de Liegnitz. A. 82) Boleslao duce de Oppeln. 83) Saio amnis, qui in Tibiscum fluvium influit. 84) in curia apud Esslingen habita, 1241. Mai. 19. A.

et omnino inhumana, que nondum nobis plene[a] cognita supersedimus hic[b] scribenda, donec nobis super hoc mera veritas illucescat[c], quam loco congruo ducemus[d] ponendam[e].

Ian. 2. Ipso anno Hermannus landgravius[86.f], filius sancte Elysabeth[g], obiit, qui, repudiata filia imperatoris sibi desponsata, filiam ducis de Brunswich[h] duxerat in uxorem.

p. Mai. 26. Ipso anno post octavas penthecostes torneamentum[87] apud Nussiam est habitum, in quo circiter centum viri tam nobiles quam prestantis[i] fame milites calore aeris vel pulvere suffocati misere sunt extincti, quibusdam sentientibus id potius divina vindicta quam laboris tolerantia animo vincendi proveniente vel aeris intemperie[k] accidisse[l].

Iul. 11. Eodem anno 5. Idus Iulii, post crepusculum vespertinum, ad unius hore spatium figura ignea ad modum draconis visa est in aere volitare ab ortu in occasum, habens caput magnum et splendidum et corpus oblongum et grossum[m] cum cauda gracili et rubea, cuius longitudo videbatur ad quadraginta cubitos extendi. Hec figura draconis Colonie visa est Rhenum transvolare, aliis autem in Westphalia vel alias[n] existentibus apparuit secundum illorum situm regionis et locum, eadem forma permanente. Non multum post temporis apparuit non minoris quantitatis forma ignea ab occasu solis in ortum volans[o] circa crepusculum[p] noctis, que[q] cito disparuit.

Aug. 21. sive 22. Ipso anno moritur papa Gregorius circa medium Augusti, et vacavit sedes apostolica usque in[r] Novembrem, cardinalibus non valentibus concordare, licet inclusi essent et quasi

Oct. 26. in angustia positi carcerali[s]. Tandem elegerunt Gaufredum[t] cardinalem[88], natione Mediolanensem, qui dictus est Celestinus quartus et sedit diebus undecim[89]. Post hec, eo mortuo[u], vacavit sedes per annum et menses octo, cardinalibus vel discordantibus vel eligere nolentibus[v], nisi ipsis redderentur duo cardinales Otto et Iacobus, quos imperator a legatione redeuntes cepit et tenuit captivos[90].

Eodem anno Coloniensis et Moguntinensis archiepiscopi animos mutuo firmantes[91] et apertioribus obstaculis imperatori[w] ac suis obviantes, exercitum moverunt in terram imperii que dicitur Wederawe[92.x] secus Mogum[y] fluvium, et ibi plurimas opulentas villas incenderunt et vastaverunt. Quedam etiam famosa et gravia crimina imperatori imponentes, denunciaverunt ipsum propter huiusmodi[z] crimina publice excommunicatum. Hanc siquidem pro se pretendebant rationem, quibusdam[a] minus attendentibus ipsam, quod, sede Romana vacante et electione pape per imperatorem impedita, ipsi tanquam fideles et potentes filii matri sue, ecclesie Romane[b] desolate, compaterentur. Unde se discrimini contra imperatorem merito submittere[c] debebant, iniurias ecclesie prosequendo.

Anno Domini 1242. imperiales in diocesi Coloniensi in partem suam traxerunt Wilhelmum comitem Iuliacensem per pecuniam[93]. Qui congregata militia quasdam villas episcopatus Coloniensis vastavit, pertingens usque Bonne[d]. Unde ipsum redeuntem[e] archiepiscopus Coloniensis, repente collecto auxilio, obvius excepit iuxta villam Merreche[f.94]. Et cum attemptando de[g] pace bellum protraheretur, comes cum parte militie in crepusculo territus et tacitus aufugit. Quod sentientes milites et cives Aquenses, similiter aufugerunt, relictis quibusdam peditibus, curribus et sarcinis, que omnia capta ab exercitu archiepiscopali sunt et[h] direpta.

Ian. sive Febr.

Modicum[i] tempus interfluit[k], cum[l] archiepiscopus cum militia coadunata terram comitis Iuliacensis aggreditur[m]. Contra quem idem comes Iuliacensis et quidam nobiles et imperiales viribus instauratis occurentes et nisi vincant mori parvipendentes, ante castrum

a) bene 1. b) haec 2. c) elucescat 2. d) dicemus 2. e) ponendam *deest* 2. f) Lantgravius 2. g) Elisabeth 2. h) Brunsuich 2. i) torneamentum — prestantis *desunt* 2. k) temperie 2. l) accedisse 2. m) gressum 2. n) alibi 2. o) volantis 1. 2. p) corpusculum 2. q) qui 2. r) in *deest* 1. s) carcerati 1. t) Ganfredum 2. u) Eo autem mortuo 2. v) non volentibus 2. w) imperatoris 1. x) Wederiue 2. y) Megun: 2. z) eiusmodi 2. a) quibus 1. b) Romane *deest* 2. c) submittere merito 2. d) Bonnam 2. e) rediuntem 2. f) Mereche 2. g) de *deest* 1. h) ac 2. i) Medium 1. k) interfuit 2. l) cum *deest* 2. m) aggrediretur 2.

86) Hermannus II, filius Ludovici IV; uxor eius Helena filia Ottonis I. de Braunschweig. A. 87) De hoc torneamento agit Albericus a. a. 1241, Thomas Cantipr. bon. univ. II, c. 48; cf. Hagen, Reimchronik ed. v. Groote vers. 3613. 88) cardinalem episcopum Sabinensem. A. 89) Per 17 circiter dies Coelestinum dignitate papali functum esse constat. 90) Cf. Böhmer Reg. p. 352 A. 91) V. dipl. Sifridi archiepisc. Moguntini de die 10. m. Sept., ap. Lacomblet II, p. 131. 92) Die Wetterau, olim advocatia imperialis. A. 93) Iam anno 1241. Dec. 1. Aquenses comiti confoederatos fuisse docet dipl. ap. Lacomblet II, p. 134. 94) Non Merken inter Iuliacum et Durocortorum, sed vicus hodie exstinctus prope oppidum Brühl; cf. Rhein. Chronik ed. Pertz in Abhandl. d. Berl. Akad. 1855. hist. philol. Classe.

Lechenich[94] dimicarunt. Ubi post acerrimam pugnam et longam resistentiam episcopus capitur, et quidam milites cum eo. Preter estimationem autem in bello tanta animositate utrimque confecto nullus famosus vel paucissimi plebei interierunt, preter villicum Aquensem[95], qui ibi lesus paulo post obiit, et Rutgerus castellanus de Wolckenburg[a. 96] vulneratus ibidem et captus[b] post paucos dies expiravit. Episcopus cum concaptivis in castro Niedecken[c. 97] custodie mancipatur. Quo in captivitate detento, Conradus, filius imperatoris, se habens[d] pro rege, Treverim venit, ubi multi nobiles adfuerunt[e] et priores Colonienses pro domino suo capto sine profectu supplicantes. Nam rex digressus Leodium pro adiuvando Ottone electo, Coloniam[98] in quadragesima[99] pervenit, contendens confiscare redditus episcopales; sed prioribus Coloniensibus et magnatibus terre hoc ne fieret impedientibus, rex inacte ad suas partes revertitur. Febr. Febr. ex. – Mart. in.

Ipso anno in crastino omnium sanctorum post longam deliberationem ad bonorum[f] persuasionem, non tamen sine multa pecunia pro sumptibus belli ab archiepiscopo captivato[g] accepta, comes Iuliacensis consultius agens ipsum absolvit[1]. Nov. 2.

Eodem anno domnus Henricus IV.[h] abbas monasterii nostri sancti Panthaleonis obiit[2]. Cui post altercationem electionis in discordia celebrate, sed per patrem misericordiarum ad concordiam reducte, Hermannus eiusdem monasterii monachus successit. Febr. 22.

Anno Domini 1243. Fridericus imperator quosdam Faventinos iterum rebellantes in exilium mittit[i], et abinde procedens, Tybur ingressus, missis ibi militibus, expugnavit Romanos usque ad portas Urbis. Mai.–Iun.

Per idem tempus domno archiepiscopo causam sue captivitatis coram prioribus et clero exponente et eos pro subventione sibi nomine gratie impendenda adiectis precibus admonente, priores et clerus petitioni eius ex evidenti causa annuentes, uno anno dederunt decimam[k] omnium reddituum suorum ecclesiasticorum in subsidium archiepiscopi, et sequenti anno vicesimam reddituum eorundem[3].

Hoc anno castrum Tuitiense pro eo, quod terrori erat civitati Coloniensi[l], licet tanquam pupillis civibus idoneus tutor necessarius[m] videretur esse terror, multa pecunia ab ipsis civibus emptum[n] funditus destruitur, prioribus quidem dolentibus, archiepiscopo autem et comite de Monte facilem venditioni adhibentibus consensum[4], quia divisum inter se tenebant castrum, utroque, qui totum non habuit, se nihil habere arbitrante. O quantum est in rebus inane! o miranda mutabilitas! Castrum amplissimum pacis tempore nullo pulsante

a) Wolckenberg 1; Walchenburgh 2. b) et captus ibidem 2. c) Nichtecken 1. d) se *deletum,* habens *deest* 2. e) affuerunt 2. f) honorum 2. g) captivo 2. h) III. 1. 2. i) Faventinos in exilium iterum mittit 2. k) pecuniam 2. l) civitas Coloniensis 2. m) necessario 2. n) imptum 2; i *ex* e *correctum videtur;* impetratum?

94) Cf. Chron. praesul. Colon. (in Annal. d. hist. Vereins f. d. Niederrhein 1857, 2. Heft, p. 181); Ann. S. Rudberti Salisb. (ad a. 1242. M. G. SS. IX, p. 788. A.); Ann. Parchens. (M. G. SS. XVI, 607. ad annum 1240. A.); (Ann. Zwifaltenses, SS. X, p. 60; et Annales S. Trudperti, M. G. SS. XVII, p. 94, qui ex eodem ut videtur manarunt fonte, archiepiscopum *in Badua* (quod Pertzio interpretante Badorf prope Brühl est intelligendum) captum faciunt, Hugo de Rutlingen ap. Böhmer, Fontes IV, 129, ex eodem fonte hausit. A.) 95) Iohannes scultetus Aquensis, qui in charta anni 1241. Dec. 1. (Lacomblet II, 134, Nr. 260) iam supra landata, commemoratur. Anno 1243. mense Augusto iam Arnoldus de Gimmenich scultetus Aquensis nominatur in charta imperatoris ap. Huillard-Bréholles VI, 110. A. 96) ad saltus Siebengebirge. A. 97) Niedeggen ad Roer flumen. A. 98) Cf. Böhmer, Reg. imp. p. 262. — (Quadragesima incidebat in diem 9. m. Martii. A.) 99) Sequitur Conradum iam circa initium anni captum esse; quod non pugnat cum dipl. archiepiscopi d. Coloniae a. 1242, 5. feria post Laetare (Lac. p. 136) et 1242, 6. Kal. Apr. (Gudenus, Cod. dipl. I, 572); cum enim saec. XIII. Coloniae annus inde a festo paschali computari soleret (v. Günther, Cod. dipl. II, p. 204; Seibertz, Urkundenb. p. 310, Quellen z. Gesch. der St. Köln III, praef.), diplomata illa a. 1243. data esse apparet. 1) Vide conditiones ab archiepiscopo pro libertate recipienda initas in charta eiusdem ap. Lacomblet II, p. 139. A. 2) Necrologium S. Pantaleonis s. XIII. adhuc inedi-tum, quod apud nos habetur: 8. *Kal. Marcii. Obiit domnus Heinricus* (*de Hurne* manu coaeva superscript.) *abbas, pro quo de area et tribus iurnalibus prope Volregazze solvuntur* 12 *solidi et amplius.* Concordat Necrologium abbatum S. Pantaleonis s. XVI. apud Würdtwein, Nova Subs. diplom. IV, p. 12. Differt codex manuscriptus ecclesiae S. Pantaleonis Colon. anno 1667. per fratrem Adamum Schallenberg scriptus, cui titulus: *Sillabus reverendissimorum dominorum abbatum monasterii S. Pantaleonis.* Habet haec (p. 22): *Henricus eius nominis quartus,* 19. *huius monasterii abbas — ex hac vita sublatus a. verbi incarnati* 1242. *septimo Calendas Ianuarii.* ARNDT. 3) Cf. Lacomblet II, 148 sq. Nr. 285. = Quellen zur Gesch. der Stadt Köln II, 237, Nr. 234. A. 4) Quellen II, p. 228—232. Lacomblet II, 242.

tumultu videre nostris temporibus deiectum terre coequari, quod in circuitu cingebat quindecim turres[5] preter maius presidium et interturria[a], opus antiquum, tam exstructionis genere quam magnitudine[b] admirabile, firmissimum et munitum. Huius castri quedam edificia vetustate collapsa idem archiepiscopus copiosis sumptibus et expensis in proximo ante hanc destructionem repararat et adiectione nove structure opera antiquorum firma et perspicua reddiderat spectabiliora. Dicebatur[6] autem passim, hoc castrum Tuitiense per Iulium Cesarem primo fuisse fundatum et consummatum. Processu[c] vero temporis antiquitate collapsum affirmabatur tempore Constantini imperatoris ad honorem ipsius a principibus terre[d] reparatum et melioratum, quorum opus littere sculpte in lapidibus plerumque in eiusdem turribus declarabant. Postmodum autem tempore Ottonis Magni primi imperatoris, satagente industria et circumspectione domni Brunonis Coloniensis archiepiscopi, fratris eiusdem imperatoris[e], idem castrum asseritur pro parte dirutum iacuisse tamdiu[f], donec sub Henrico secundo imperatore ad preces beati Heriberti, tunc temporis Coloniensis archiepiscopi[g], beate Marie virgini fuit liberaliter contraditum ad constructionem[h] faciendam monasterii[i] monachorum nigri ordinis sancti Benedicti. Huius monasterii septa partim occupaverat munitio castri, que postmodum facta fuerat tempore Conradi archiepiscopi, ut est premissum. Sed destructo undique castro, pars, que monasterii[k] erat, rediit in formam et usum domus religiose.

Eodem anno archiepiscopus Coloniensis potenti manu contra comitem Clivensem procedit, cuius insolentiam retundens, a telonio[l] Rheni, quod apud Orsei[7] extorquebat, cessare coegit. Castrum etiam Holthe[m] idem archiepiscopus emit[n] ad cautelam et[o] reprimendos impetus eiusdem comitis, si quos in posterum[p] moliretur.

Ipso anno imperator absolvit cardinales[8] et omnes cum ipsis captivos abbates et cle-
Iun 25. ricos. Et sic Innocentius quartus papa eligitur, qui Senebaldus[q] antea dicebatur.

Ipso[r] tempore Bitervium[s. 9] civitas ab imperatore descivit[10], ad quam recuperandam cum imperator exercitum collegisset et eam obsideret[t], spe tamen[u] capiendi frustrabatur[v. 11].

1244. Febr. Eodem tempore cum[w] dux Brabantinus ad colloquium archiepiscopi Coloniensis cum comite Gelrensi[x] proficiscens, insidias comitis Iuliacensis ipsi[y] in via prope Gladebach[z] positas fortunato casu evasisset, iudicium archiepiscopi Coloniensis[a] super hoc ausu temerario expetivit. Qui archiepiscopus auctoritate ducatus sui[12] iudicialiter apud Ruremunde[13] presidens, sententiam a duce de Limburch et aliis paribus curie quesivit[b]. Quibus mediantibus idem comes postmodum ad satisfactionem arbitrio archiepiscopi se submisit, qui sic difficulter tandem in ducis gratiam est admissus[14].

Mart. 31. Anno 1244. inter papam et imperatorem de pace attentatur. Et in cena Domini comes Tolosanus[c. 15] et quidam iudices[16] curie imperialis ex parte imperatoris iurant, ipsum imperatorem staturum mandatis ecclesie[17]. Postea tamen iste tractatus pacis non recepit speratum complementum. Nam papa ab urbe Roma clam egressus[18] navem conscendit[19] et per mare Ianuam[d] venit[20], ubi[e] originem duxit[21]. Ubi[22] moratus et egritudine detentus

a) intercuria 1. b) magnitudinis 2. c) Progressu 2. d) terre *deest* 2. e) Ottonis imperatoris 2. f) tamdiu *deest* 1. g) arch. Col. 2. h) instructionem 2. i) *sic correxi,* monasterium 1. 2. (A.) k) contra monasterium 2. l) thelonio 2. m) Helthe 2. n) emit *deest* 2. o) ad 1. p) in posterum *deest* 1. q) Senobaldus 2. r) Eo 2. s) Biternium 1; Bitermum 2. t) obsedisset 1. u) tamen *deest* 2. v) frustratur 2. w) cum *deest* 2. x) Geldrien: 2. y) ipsi comitis Iuliacensis 2. z) prope Gladebach *desunt* 2. a) Coloniensis *deest* 1. b) constituunt 2. (!) in curia constitutis quesivit? c) Tholosanus 2. d) Iamiam 2. e) ubi *deest* 2.

5) v. Hagen, Reimchronik v. 815. 6) Sequentia noster ex libro Ruperti abbatis de incendio Tuitiensi (SS. XII, 632 sq.) hausisse videtur. 7) Orsoy. 8) Otto cardinalis iam a. 1242. liberatus est; v. Ricc. a S. Germ. ap. Pertz SS. XIX, 383. 9) Viterbo. 10) Sept. 9.; cf. Böhmer, Reg. p. 195. A. 11) Erat ibidem imperator a die 8. mensis Octobris a. 1243 usque ad diem 14. m. Novembris. Cf. Le Croniche de Viterbo ap. Böhmer, Fontes IV, p. 709—713. A. 12) Ripuariae vel Coloniensis. A. 13) Roermond. Cf. chartam de die 23. Febr. ap. Lacomblet II, 147, Nr. 282. A. 14) Cf. Charta de die 20. m. Iulii a. 1244. ap. Butkens, Trophées de Brabant I, preuves p. 87, ex qua elucet mediantibus Henrico duce de Limburg aliisve treugas factas esse inter ducem Brabantinum, archiepiscopum Coloniensem, comitem de Sayn et comitem de Iuliaco eiusque fratrem Walramum. A. 15) Raimundus. A. 16) Petrus de Vínea et Thaddaeus a Suessa. 17) Cf. tenorem epistolae imperatoris, hist. dipl. Frid. VI, p. 171. 18) Romam iam mense Iunio ineunte relinquebat papa Sutrium iturus, unde de navium Ianuensium adventu certior factus *nocte cum pauca societate exivit* (Barthol. Scribae Ann. Mon. Germ. SS. XVIII, 214.) ad Civitatem veterem, Iun. 28. A. 19) Iun. 29. A. 20) Iul. 7.; cf. Barthol. Scribae Ann. l. c. A. 21) Erat ex familia Ianuensi illorum de Flisco (Fiesco). A. 22) immo vero in

aliquamdiu terrestri itinere per Montem Cenisium venit Lugdunum in vigilia Andree[23], que Nov. 29.
est famosa metropolis Gallie super Rhodanum sita. Ibi ad eum multi confluunt episcopi Galliarum, Hispaniarum, et Coloniensis archiepiscopus[a] similiter illuc ad eum venit, quem papa inter precipuos reputavit et honoravit.

Ipso anno mense Aprili multis vicibus Colonia[b] est incensa. Tandem in loco qui dicitur Apr.
Kriegmarckt[c] accidit incendium circa horam quintam diei; unde igne queque vicina[d] devastante et trans murum volante, ecclesiam et claustrum sancti[e] ..... concremavit et inde prolabens[f], multas domos et unam portam civitatis combussit. Hoc incendium civitatis cum crebro fieret, imputatum est quibusdam extraneis et ignote lingue preter duos Teuthonicos[g]. Qui omnes simul equorum caudis alligati, tracti fuerunt per plateas civitatis[h] et decapitati; et post hoc incendium conquievit.

Ipso tempore Coloniensis archiepiscopus totam Westphaliam a predonibus et flagitiosis purgat sententialiter procedendo. Ob quam causam in oppido Hervorde seditione inter oppidanos[i] et satellites archiepiscopi orta, oppidani effrenati archiepiscopum furioso insultu impetunt; sed quodam nobili viro et discreto se interponente, rabida tumultuatio sedatur. Super[k] quo excessu iidem[l] oppidani dolentes, precipue archiepiscopum timentes, ad ipsum supplices veniunt, se et sua ipsius potestati precise[m] subdentes, gratiam merentur.

Post hec domnus archiepiscopus recepit pallium suum a papa transmissum cum favorabilibus privilegiis sibi indultis, et in die sancto penthecostes in solemni processione ponti- Mai. 22.
ficalibus insigniis decoratus effulsit.

Eadem estate archiepiscopus militiam colligit contra quosdam[n] comites Westphalie et tyrannos, qui oppidum Werle[o.24] ceperant, et castrum novum dictum Hynsinberg[p.25] iuxta Essende[26] obsedit et in deditionem accepit. Quod postea comiti Seynensi[q] concessit, dictis comitibus perdomitis et tyrannis.

Eodem anno mense Decembri luctuosa epistola pape defertur a transmarinis partibus[r], Dec.
que dicitur humano sanguine scripta fuisse. In qua continebatur, quod quidam Sarraceni, qui dicuntur Corasceni, invaserunt civitatem Hierusalem et ipsam ceperunt, destruentes sepulchrum Domini et sepulchra[s] regum Teuthonicorum, scilicet[t] Godefridi, Balduini[u] et sequacium[v]. Post non multum temporis iidem Corasceni conflixerunt cum aliis Sarracenis, qui sibi[w] vocaverant in auxilium militiam christianam, scilicet Templarios, Hospitalarios et de domo Teuthonica, facto cum eis foedere; qui fere[x] omnes tam christiani quam Sarra- Oct. 17.
ceni in acie ceciderunt[y], vincentibus Corascenis et captis ibidem magistro Hospitalis et magistro Templi cum militibus eorum ordinis circiter centum.

Anno Domini 1245. papa residens Lugdunum convocat concilium generale, mittens Ian. 3.
epistolas per universas provincias. Quod postea celebravit mense Iulio[27], citato ad hoc Iun. 26. — Iul. 17.
imperatore Friderico, ut de ipso querentibus[z] episcopis et aliis responderet. Qui veniens et apud Taurinum, Ligurie civitatem[a], quiescens, premisit Thadeum[28] imperialis curie iudicem[b], iuris peritum et magne eloquentie virum. Qui causas[c] absentie imperatoris assignans, petiit ulteriores inducias, promittens imperatorem in brevi termino[d] adventurum. Non obtentis[29] autem[e] induciis, cum quidam episcopi de ipso querimoniam moverent et ad hanc[f] Thadeus nuncius imperatoris[g] disertissime responderet, dominus papa non attendens huiusmodi defensiones nec advertens preces Baldevini[h] imperatoris Constantinopolitani et interventum comitis Tolosani[i], qui presentes suppliciter institerunt pape[k] pro imperatore, sacro approbante concilio tunc presente, ubi affuerunt 150 episcopi preter abbates et alios prelatos,

a) Episcopus Col. 2. b) civitas Coloniensis 2. c) Kriechmarck 2. d) vicinia 2. e) *lacuna unius vocabuli spatium complectens* 1. 2. f) porlabens 1; perlabens 2. g) Theutonicos 2. h) per plateas cum latis etiam decapitati 2. i) opidanos 1. k) Sed 1. 2. l) eidem 1. m) precise *deest* 2. n) quosdam *deest* 1. o) Werlle 2. p) Hisinbergh 2. q) Seinensi 2. r) partibus *deest* 2. s) sepulchrum 2. t) scilicet *deest* 2. u) Baldewini 2. v) sequentium 2. w) se 2. x) vero 2. y) occiderunt 2. z) querelentibus 1; quaerentibus 2. a) Thaurinum civitatem Ligurie 2. b) iudicem *deest* 1. c) caam 2. d) imperatorem brevi adventurum 2. e) Non autem 2. f) hoc 2. g) imperatoris *deest* 2. h) Balduvini 2. i) Tholosani 2. k) insteterunt apud papam 2.

monasterio S. Andreae de Sexto manebat usque Oct. 5. A. 23) Nicol. de Curbio ap. Baluze, Miscell. ed. Mansi I, 195 habet: *secunda die Decembris, in festo s. Bibianae virginis.* 24) Werl. A. 25) Videtur esse Hinsel, ab Essen inter meridiem et orientem. A. 26) Essen. A. 27) Iam die 26. m. Iunii concilium Lugdunense celebrari coeptum est. 28) de Suessa. 29) Reiectae sunt preces Thaddaei in sessione secunda (28. Iun.), sed die sequenti induciae concessae sunt.

Iul. 17. domnus papa tulit sententiam depositionis contra imperatorem, privans eum imperio, regnis et omni honore[30]. Cuius sententie tenor de verbo ad verbum conscriptus est in libro ecclesie sancti Panthaleonis, intitulato hystoria ecclesiastica Eusebii, in fine, in cathalogo pontificum Romanorum, ubi acta eorundem annotantur pontificum[a]. In eodem[b] concilio statuit domnus[c] papa quasdam institutiones, que sub titulis competentibus referuntur postmodum inserte nove decretalium compilationi[31].

Post concilium papa mittit nuncios Minores fratres ad regem Tartarorum et alios nuncios ad soldanum[d] Egypti, hortans eum per epistolam ad pacem cum christianis habendam.

Modico tempore post concilium celebratum idem papa misit Philippum Ferrariensem[e] electum in Teuthoniam[f], incitans et exhortans principes ad eligendum novum regem. Qui transitum faciens iuxta Coloniam, conductu[g] domni episcopi Coloniensis ad landgravium[32] Thuringie pervenit, qui eum benigne recipit[h] aspirans ad regnum.

Anno Domini 1246. circa quadragesimam quidam Apuli de familia imperatoris depositi machinantur in mortem eiusdem, quorum auctor erat Theobaldus Apulus prenomine[33] Franciscus. Quo comperto[h*] per comitissam[34] de Caserta[i], cuius filius duxerat filiam imperatoris naturalem, cum esset imperator apud Grossetum[35] oppidum Tuscie[k], festinanter venit in Apuliam. Unde territi proditores et conscii conspirationis[l] contra ipsum, contulerunt se in castrum, quod vocatur Capuatium[36], situm supra[m] mare, circiter numero[n]
Iul. 18. ducenti. Quos imperator ibidem obsedit, et mense Iulio sequenti redditum est ei castrum. Conspiratores autem omnes excecavit et[o] post aliquanto tempore concremavit[37], super quorum captivitate Coloniam[p] epistolam misit[38].

Mart. 31. Ante hoc tempus in vigilia[q] palmarum Renerius[r] cardinalis cum civibus Perusinis et multis adiacentibus populis cruce signatis invasit Fuliginum[39] civitatem, que favebat imperatori deposito[40]. Cui occurrentes Fuliginates et Spoletani cives conflixerunt cum eis, paucis Teuthonicis[s] eos adiuvantibus, sex milibus captis de exercitu Perusinorum, quod dictus imperator civibus Coloniensibus per epistolam[t] patefecit.

Mai. Mense Maio domnus archiepiscopus Coloniensis predicavit et iussit predicari crucem[u] contra imperatorem depositum, quod prius ab archiepiscopo Moguntino et aliis episcopis factum fuit.

Eodem anno mense Maio et Iunio tanta fuit penuria annone Colonie, ut raro panis inveniretur venalis. Et id eo[v] acciderat[w], quia cives statuerant, quod maldrum siliginis non nisi pro tribus solidis venderetur, cum in rure plus solveret. Cuius statuti eos penituit, cum viderent magnam populi afflictionem, quia propter idem statutum annona Coloniam non adducebatur[x].

Mai. 22. Eodem tempore domnus archiepiscopus Coloniensis et Moguntinensis[41] iuxta Herbipolim conveniunt[y] et landgravium Thuringie ibidem presentem eligunt in regem, prefi-
Iul. 25. gentes curiam regiam apud Franckinvort[z] in festo Iacobi sequente. Quo cum veniret rex electus et archiepiscopi predicti cum multis aliis episcopis, invenerunt illic Conradum, filium imperatoris depositi olim electum in regem, qui se ibidem ipsis opposuit. Hesitante
Aug. 5. autem exercitu utriusque partis per aliquot dies hinc inde, tandem in die Oswaldi congressi

a) annotantur eorundem pontificum 2. b) Eodem in 2. c) dictus 2. d) sultanum 1. e) Ferrariae 2. f) Teutoniam 2. g) conductum 1. 2. h) recepit 2. h*) imperator *add.* 1. 2. i) Ceserta 2. k) Thusciae 2. l) conspirationis conscii 2. m) super 2. n) numero *deest* 2. o) et — concremavit *desunt* 1. p) Coloniensibus misit epistolam 2. q) in sexta palmarum 1. r) Renerus 2. s) Theutonicis 2. t) per epistolam Coloniensibus 2. u) cruemc *deest* 2. v) ideo 2. w) accidit 2. x) Coloniae non amovebatur 2. y) convenerunt 1. z) Franckfort 2. *Sequentia inde ab* in festo *usque ad* habitam apud Franckevort *incl. desunt omnia* 2.

30) Cf. tenorem bullae depositionis Hist. dipl. VI, p. 319. 31) Cf. ep. Innocentii IV. *universitati magistrorum et scholarium Bononiae commorantibus* directam ap. Mansi, Coll. concil. XXIII, 652. 32) Henricum Raspe IV. A. 33) Non Francisco, sed Theobaldo praenomen fuit auctori coniurationis, v. Barthol. Scr. ap. Pertz SS. XVIII, 220 et epp. Friderici, Hist. dipl. VI, 402. 442. 34) Consentiunt Minoritae Florentini Gesta imper. ap. Böhmer, Fontes IV, 646. Maior fontium pars comitem de Caserta conspirationem detexisse dicunt, v. Schirrmacher, Kaiser Friederich t. IV, p. 421. 35) Grosseto. A. 36) Capaccio. 37) Consentiunt Ann. Siculi ap. Pertz SS. XIX, 498 (ad ann. 1244. A.); Min. Flor. Gesta imp. l. cit. 38) Sine dubio similem illi, quae ad Alfonsum regis Franciae primogenitum directa legitur apud Petrum de Vinea II, 20. A. 39) Foligno. A. 40) Vid. epistolam imperatoris ap. Petrum de Vinea II, 21. A. 41) In dipl. Henrici regis d. d. 25. m. Maii (ap. Falke, Cod. tradit. Corbei. p. 403) etiam duces Saxoniae et Brabantiae inter testes inveniuntur.

sunt, scilicet Nonis Augusti, et Conradus filius imperatoris victus aufugit, plus quam quadringentis militibus de sua parte captivatis, quorum multos Coloniensis archiepiscopus secum abduxit captivos. Argentinensis episcopus[42] in reditu ab eodem triumpho quedam castra imperatoris devicit et evertit. Conradus, filius imperatoris depositi, paulo postquam victus est duxit in coniugem filiam[43] ducis Bavarie[44]. Sept. 1.

Mense Ianuario Theodoricus comes de Hosteden iuvenis moritur. Cui succedit Fride- Ian.
ricus eiusdem patruus, prepositus Sancte Marie de Gradibus, qui tamen divino nutu motus
pridie Kal. Maii[45] comitatum de Hosteden et nobile castrum de Are[46] cum omnibus atti- Apr. 30.
nentiis contulit et obtulit sancto Petro, ut archiepiscopus Coloniensis ea in perpetuum possideat absolute.

Dominus papa de camera sua misit decem milia marcarum novo regi assignandas ante victoriam habitam apud Franckevort. Item post victoriam misit quindecim milia marcarum[47], que apud Leodium deposite sunt[a] aliquanto tempore, ut inde rex largitiones faceret principibus et militibus et vires regni sui firmaret.

Eodem anno hyemali tempore ultra solitum Rhenus plurimum exundavit. Circa idem tempus dux Austrie[48] cum rege Bohemie[49] dimicavit; ibi victor existens, circiter ducentos Ian. 26.
milites captivavit[b]. Idem dux circa mensem Iunium congressus est cum rege Hungarie[50] in Iun. 15.
bello campestri. Cum quodam rege Ruscie singulariter in prelio dimicans, ipsum interfecit et ab eodem mortale vulnus accepit, supervivendo[51] duobus diebus; exercitus tamen suus triumphavit. Filiam fratris defuncti ducis filius[52] regis Bohemie duxit in uxorem. Finis estatis et totus autumnus pluviosus fuit, et tempestates marine multas naves circa Angliam, Flandriam et Daciam obruerunt. Eodem anno Robertus[c] Leodiensis episcopus obiit. Oct. 16.

Anno 1247. rex Henricus electus proficiscitur in Sueviam, ubi ope Suevorum obsidet Ian.
oppidum Ulme. A quo tamen inacte recedit, et in reditu apud Wardinberg[d. 53] castrum proprium[e] lapsus ab[f] equo[54], et egrotans per paucos dies, exspiravit. Febr. 17.

Circa penthecosten imperator depositus disponit venire in Galliam, locuturus cum quibusdam fidelibus suis in Burgundia, et vocans ad diem placitum ducem[g] Brabantie et multos nobiles de Teuthonia[h], ut coram eis[i] expurgationem faceret, ut dicebatur, de obiectis sibi a papa criminibus[55]. Sed cum Taurinum[k] venisset, pervenit ad eum fama, quod Parma civitas olim[l] sibi fidelissima modo ab ipso desciverit[56], unde coactus redire, Parmam obsedit et civitatem novam ibi edificat[57], cui nomen Victoria imponit. Sed[m] dum cives eum viriliter resistentes[n] excipiunt, 150 ex eis[o] capti sunt.

Post mortem Henrici regis Coloniensis archiepiscopus Lugdunum adit, locuturus cum papa de ordinatione episcopatus Leodiensis tunc temporis[p] vacantis[58]. Post paucum tempus papa mittit in Germaniam[q] legatum Petrum dyaconum cardinalem Sancti Georgii[r] ad velum Mart.
aureum pro novo rege creando in Teuthonia[s]. Ludolphus[t] episcopus Monasteriensis obiit[59], Iun. 10.
cui subrogatur Otto[u] de Lippia. Conradus archiepiscopus Coloniensis advocatiam de Essende cum novo castro quod dicitur Isenberg[v. 60] iuri episcopali subiecit et advocatiam Bonnensem,

a) erant 2. b) captivat 2. c) Rubertus 1. d) Wardenbergh 2. e) suum 2. f) de 2. g) Duces 2. h) Theutonia 2. i) iis 2. k) Tharimi 2. l) olim sibi fidelis, ab eo descivit; unde ipse coactus est redire. Parmam obsedit et 1. m) Verum 2. n) viriliter resistentes eum 2. o) iis 2. p) temporis *deest* 1. q) *sic* 2; legatum in Teuthonia 1. r) Gregorii 2. s) Theutonia 2. t) Rudolphus 2. u) Otto *deest* 2. v) Isenbergh 2.

42) Heinricus III. A. 43) Elisabetham. A. 44) Ottonis. A. 45) V. dipl. Friderici comitis ap. Kremer, Akadem. Beitr. z. Gülch-Bergischen Gesch. II, p. 257. Dies b. Quirini, quo datum est diploma, in dioecesi Coloniensi non in d. 30. m. Martii, sed in eundem diem mensis sequentis incidit. 46) Altenahr. 47) Consentit Nicol. de Curbio, Muratori III[b], p. 592 §: *Tunc temporis* (id est post victoriam) *dominus papa per religiosum virum fratrem Bonvicinum cubicularium suum* 15 *milia marcarum argenti dicto regi transmisit.* Cf. etiam Historia de lantgraviis Thuringiae apud Eccard, Hist. geneal. princ. Saxoniae sup. p. 426 (quae ex Chronico San Petrino maiori nunc deperdito hausit), ubi de 25000 argenti marcis, quibus papa regi subveniebat, est sermo. A. 48) Fridericus II. A. 49) Wenceslao II, cognomento Ottocare. A. 50) Bela IV. A. 51) Ducem in ipso proelio die 15. m. Iunii commisso mortuum faciunt Ann. Austriaci ap. Pertz SS. IX, Herm. Altah. ibid. XVII, 393. Fontes fere omnes ducem a suis interfectum esse suspicantur. Cf. Chronic. Magni presb. ap. Pertz SS. XVII, 529 et Ioh. Victor. ap. Böhmer, Fontes I, 282. 52) Ladislaus. 53) Wartburg. A. 54) Solus Aventinus Ann. Boic. lib. VII, c. 32 consentit. Caeteri fontes regem morbo periisse dicunt. 55) Cf. tenorem epistolae Friderici imperatoris, Hist. dipl. VI, 528. 56) Iun. 16. A. 57) Oct. 1. A. 58) Robertus enim episcopus obiit 1246. Oct. 16. A. 59) Ludolphum iam a. 1247. obiisse, egregie probavit Wilmans, Westphäl. Urkundenbuch III, p. 255. 60) Isenburg. A.

que ambe tunc vacabant ex morte magnifici et predivitis comitis Henrici Seynensis, qui
Aug. 14. ante hoc tempus in vigilia assumptionis[61] diem clausit extremum.

Ipso anno Petrus legatus[a] et multi episcopi, videlicet Conradus Coloniensis, Syfridus Moguntinensis, Arnoldus Treverensis, Gerardus Bremensis et multi alii episcopi et dux Brabantie[62] cum multis[b] comitibus in campo iuxta villam Worinch[c.63] conventum faciunt
Oct. 3. et novum regem eligunt Wilhelmum comitem Hollandie admodum iuvenem, cuius animum intellexerant ad consequendam[d] tanti[e] honoris celsitudinem optabiliter preparatum. Et plurimi eorum crucem ibi assumunt contra depositum imperatorem. Post modicum tempus electus rex una cum legato Coloniam ingreditur, pacifice a civibus admissus, qui in electione eius portas civitatis clauserant et usque ad[f] id tempus imperatori adheserant; nunc autem fidelitatem iurant[g] electo regi[64]. In electione huius regis fratres Minores, qui a papa missi fuerant ad Tartaros, redierunt, reportantes epistolam, quam rex Tartarorum pape misit. Cuius epistole tenorem et totius processum itineris, summo labore et periculis confecti, unus eorundem fratrum Minorum, Benedictus nomine, Polonus genere[h], sicut vidit et audivit, cuidam prelato et quondam scholastico Coloniensi, hystoriarum non ignaro[i], cum transitum per Coloniam faceret, viva voce et[k] dilucide explanavit, que libello speciali, quem iidem fratres de ortu et ritu ceterisque circumstantiis Tartarorum retulerunt[65], ipso fratre oretenus singula declarante, sunt adiecta[l].

Dec. Circa Decembrem Marcellinus Haretinus[m] episcopus cum exercitu papali aggressus Auximum[n.66] civitatem iuxta Anconam[o], et assiliens quoddam castrum vicinum, ab exercitu Friderici, in quo plures erant Teuthonici[p], fugatus est et in fuga captus; ubi dicuntur cecidisse quatuor milia hominum. Apud Interamnes[67] Hugo Novellus, qui ducebat militiam pape, ab R.[68], filio naturali imperatoris[q], fugatus est, captis ex parte sua fere ducentis. Octavianus[69] cardinalis cum Mediolanensibus, Mantuanibus[r] et Brixiensibus[s] veniens ad subsidium Parmensium, substitit[t] in ripa cuiusdam fluminis[u], ubi prohibetur[v] transire ab Henrico[70] rege Sardinie, filio naturali imperatoris; post longam moram ad propria[w] rediit.

Dec. 13. Rex novus castrum Werde[71] in die Lucie obsidere incepit[x]. Ante[y] hoc tempus castrum Noviomagum per comitem Gelriensem[72] idem rex cepit[73].

Ian. Anno 1248. Henricus dux Brabantie moritur in Ianuario. In eodem mense novus rex
Febr. cum legato, descendentes[z] in inferiores partes Rheni, venerunt in Traiectum, legato exhortante et inducente[a] homines, per quos transierat, ad crucis assumptionem contra civitatem Aquensem. In Traiecto autem cum inter homines[b] ipsorum et cives quedam modica fuisset suborta seditio et ob[c] hoc passim tumultuatio fieret a populo, rex et legatus non sine[d] rubore et indignatione celeriter recesserunt[e]. Veniens autem legatus Coloniam, predicavit ibidem crucem contra Aquenses, verbo predicationis laicos attrahendo, prelatos autem et plures clericos partim exhortatione partim comminatione[f] cruce compulit signari, lata sententia contra renitentes[g]. Quam tamen sententiam excommunicationis ad petitionem domni Coloniensis archiepiscopi[h] altera die relaxavit, quemlibet relinquens sue[i] conscientie preter illos, qui per gratiam domni pape beneficia obtinuerant[k] vel eam prosequebantur[l]. Hinc

a) legatus *deest* 2. b) multis aliis 2. c) iuxta Woringh 2. d) consequendum 2. e) fati 2. f) in 2. g) adiurant 2. h) unus fratrum istorum nomine Benedictus natione Polonus 2. i) ignaris 1; cuidam praelato nec non scholastico Coloniensi historiarum non ignaris 2. k) et *deest* 1. l) speciali, caeteris de ortu et ritu Tartarorum sunt adiecta 2. m) haereticus 2. n) Auxinum 1; Anxium 2. o) Anconem 2. p) Theutonici 2. q) imperatoris filio 2. r) mantualibus 1. s) cum Mediolanensi, Mantualis et Brixen: 2. t) subsistit 1. u) fluvii 2. v) prohibet 2. w) sua 2. x) incoepit 1; coepit 2. y) Ante — cepit *desunt* 2. z) descendens 1. a) indicante 2. b) honorabiles 1. c) ab 2. d) non sine *desunt* 2. e) receserunt 1. f) cominatione 1. g) renutantes 2. h) archiepiscopi *deest* 2. i) suae relinquens 2. k) obtenuerant 2. l) persequebantur 2.

61) Iam 21. Ian. 1247 Conradus arch. comitissam Seinensem in tutelam recipit, nulla comitis facta mentione (Lac. II, p. 161). In ecclesia metropolitana Coloniensi anniversaria memoria Henrici comitis Kal. Ianuar. celebrabatur (Quellen II, p. 604, cf. p. 549). 62) Eadem nomina occurrunt in Herm. Altah. annalium apographo ab Aventino confecto, quod prelis subiiciendum curavit Oefele, Script. rer. Boic. I, 674. 63) Worringen prope Coloniam. 64) Magnas libertates concedit rex Coloniensibus d. 9. Octob. apud Nussiam, cf. Böhmer, Reg. Wilh. 2. 3. A. 65) Cf. D'Avezac, Recueil des voyages IV. 66) Osimo. A. 67) Terni. A. 68) Non Fridericum de Antiochia, quod Hubero videtur, sed Richardum comitem Theatinum auctor intelligit, quem a. 1247. copias papales apud Civitatem novam vicisse dicunt Schirrmacher IV, p. 325 et Hist. dipl. introd. p. CCX. 69) Cf. Ann. Plac. Gibell. l. c. p. 495. A. 70) Hentio. A. 71) Kaiserswerth. 72) Ottonem. A. 73) Cf. Böhmer, Reg. Wilh. 1, de die 9. Oct. A.

legatus ascendit ad partes superiores Rheni versus Argentinam[74], ubi honorifice dicitur esse receptus.

Interim novus rex Wilhelmus cum suis fautoribus civitatem Aquensem 3. Kal. Maii[a] obsedit[75]. Cumque in occasu solis quidam ex obsidentibus, avidi fame et laudis, primum insultum contra unam portam insegniter[b] adorirentur, tam milites quam plebei interiores egredientes, eis viriliter occurrerunt. Initoque utrinque acerrimo conflictu, quibusdam de exterioribus ibi prostratis et ex improviso[c] cadentibus in cellaria domorum extra muros infractarum aqua repleta[d] ceterisque fugientibus, Aquenses ibi prevaluerunt. Et licet ex hoc conflictu timor maximus esset incussus toti exercitui regis[e], Aquenses sine alio damno exercitus regis, tenebris eos arcentibus, sunt regressi. In hoc conflictu de exterioribus periit[f] nobilis vir de Perwych[g] et quidam tam milites quam satellites, quorum corpora circiter sedecim de cellariis sunt extracta. Quot autem ex intrinsecis occubuerunt, ab exterioribus ignoratur; sed[h] unus fratrum[i] de Gymenich[k] lethaliter vulneratur. Cumque exercitus regis frequentes sic faceret insultus et per magnas machinas dictas *bliden* lapides contorquerent, modicum profecerunt[l], quia per quasdam portas non obsessas patuit introitus et exitus advenientibus et obsessis. Unde quidam ingeniosi inflexerunt torrentem, qui prope civitatem lambendo[m] currebat, et multis peregrinis de Brabantia, de[n] Flandria et de[n] Picardia cruce signatis indesinenter collaborantibus, factus est agger fortis et magnus ante inferiorem partem civitatis, immissusque torrens fecit amplum stagnum inter castra obsidentium et civitatem, domno legato, qui ibidem in obsidione fuerat, largam laborantibus indulgentiam condonante. Excitata etiam verbo predicationis per fratres Minores, de partibus Rheni, Mose, de Hollandia et potissime[o] de Phrisia[p] multitudo copiosa advenit, per quam multitudinem, Phrisionibus[q] ibidem strenue agentibus, civitas per circuitum arctissime est vallata. Unde post sex menses obsidionis interiores vacillantes, petierunt colloquium Conradi archiepiscopi Coloniensis[r], qui potens et precipuus erat in exercitu; quo mediante se regi dedentes, ad ipsius gratiam admittuntur. Itaque in festo omnium sanctorum dominus Wilhelmus electus ab archiepiscopo Coloniensi residens in sede regia in regem consecratur. Post hec legatus ad curiam pape revertitur, rex vero in castro Werden, quod diu[76] prius[s] ei redditum fuerat, recipitur.

a. 1248 Apr. 29. Oct. 18. Nov. 1.

Ipso anno, cum capitulum Coloniense pro omnimoda destructione maioris ecclesie antique et reparatione melioris structure de consensu archiepiscopi et priorum concordassent, festinique valde magistri[t] operis orientalem partem murorum ecclesie cavassent, nimio ignis fomento aggregata[u] ligna[v] cavaturam suffulcientia incauti succendunt, ut moles desuper stans cito rueret. Sed[w] ignis invalescens vento instante[x] illud nobile[y] opus ecclesie, licet antiquum, cum duabus coronis deauratis[z] intus dependentibus preter solos muros parietum penitus consumpsit. Verum divina virtus evidentissime patuit, quod capsa trium regum de loco suo in medio ecclesie constituta[a] ad ianuam ecclesie ante succensionem ignis delata fuerat, non timore ignis, sed timore quassationis murorum, et cum multo labore, cum ecclesia tota fumo impleretur, exportata[b] sine aliqua lesione integra est servata. Conradus autem archiepiscopus prelatis ecclesiasticis, nobilibus terre ac ministerialibus suis evocatis innumerabilique multitudine populi verbo[c] exhortationis per predicatores attractis, post completionem solemnis misse in die assumptionis beate Marie virginis primarium lapidem ponit, tam auctoritate domni pape quam sua propria et legati nec non et omnium suffraganeorum Coloniensis ecclesie indulgentia hucusque inaudita fidelibus data, qui suas vel darent[d] vel mitterent elemosinas ad fabricam ecclesie memorate. Ab illo ergo tempore fundamentum nove basilice beati Petri scilicet maioris ecclesie in Colonia mire latitudinis et profunditatis largis sumptibus est initiatum.

a. 1248 Apr. 30. Aug. 15.

a) cal. Maii 2. b) insigniter 2. c) in exproviso 1. d) repletis 1 2. e) regis exercitui 2. f) periit de 2. g) Perwyss 1; Perwich 2. h) verum 2. i) de fratribus fratrum 1. k) Gimmenich 2. l) perfecerunt 2. m) labendo 2. n) de *deest* 2. o) potissimum 2. p) Frisia 2. q) Frisonibus 2. r) Coloniensis archiepiscopi 2. s) ante 2. t) festo inq. magni 2. u) *sic* 1 *et* 2. aggregato? v) lignorum 2. w) Verum 2. x) destante 1. y) nobile illud 2. z) aureis 2. a) *sic* 1; statuit constituta 2. b) exportata *deest* 1. c) vero 1. d) vel darent *desunt* 2.

74) Ibi erat d. 23. m. Aprilis. A. dubium vocant diplomata Wilhelmi regis; Reg. imp.; cf. dissertationem meam p. 35 sq.

75) Hoc in v. Böhmer,

76) Hoc valde dubium est; cf. diplomata Wilhelmi regis, Böhmer, Reg. Wilh. 5. 36—46.

Eodem anno Conradus archiepiscopus Coloniensis ad succursum archiepiscopo Treverensi[77] ferendum properat contra multos nobiles et potentes partium superiorum, qui tam precibus quam pecunia multa Zornonis marescalci[a.78] electi venerant solvere obsidionem castri Turun[79], de quo iam prorsus propter penuriam victualium defecerant[b] defensores. Per cuius archiepiscopi Coloniensis[c] sagacitatem et industriam quidam potentes ex his, qui convenerant, ad reconciliationem archiepiscopi Treverensis indilate admittuntur, alii metu Coloniensis territi[d] fugam ineunt[e]. Et sic castrum Turun, quod erat latibulum predonum et malleus transeuntium[f], in potestatem devenit Coloniensis et Treverensis archiepiscoporum. Qui illud, destructa turre episcopi Engelberti Coloniensis archiepiscopi olim ibidem exstructa factoque muro intermedio, inter se dividunt suamque partem quilibet suis munit[g].

Ipso anno Ludovicus[h] rex Francie revelationibus divinis et signis patenter crebrescentibus incitatus, ad liberationem Terre sancte expeditionem movit, instrumentisque bellicis et machinis artificiose compositis nec non victualibus affluenter preparatis, cum uxore secum adducta apud Massiliam mare conscendit Lymociumque[i.80] civitatem Cypri[k], quibusdam[l] navibus suis tempestate periclitatis, sanus ipse pervenit, ubi se cum suis recreans hyemavit.

Interea Parmenses longa obsidione Friderici depositi imperatoris[m] fatigati, viam eidem nocendi callidiorem dudum fuerant commentati[n]. Siquidem quidam ex ipsis spectabiles de Parma dolose civitatem quasi[o] transfuge deserentes, se et sua Friderico dedentes et in eius gratiam recepti sub pretextu fidei probande, sed revera intentione corrupta commenti[p] perficiendi, voce amorem pretendentes, sed in corde odium celantes, in castris Friderici, videlicet[q] civitatis Victorie, cum reliquis obsidentibus Parmam impugnare videbantur. Idem autem Fridericus cum quingentis armatis vel plus solebat de castris frequenter procedere ad venandum et aucupandum super rivum a Parma distantem circiter tres leucas. Itaque predicti transfuge, quemadmodum cum Parmensibus de traditione Friderici machinati fue-
Febr. 18. rant, cum die ad hoc statuta Fridericum ad venationem progressum ab insidiatoribus, qui huiusmodi traditionis participes[r] ipsis cooperabantur, crederent[s] esse conclusum, repente tentoria sua succendunt. Quo signo Parmenses insegniter[t] de portis prorumpentes, dictis transfugis sibi auxiliantibus castra Friderici invadunt, super incautos irruunt, aliis trucidatis aliis captis, predas rapiunt, domos[u] succendunt, sicque desevientes, ad tentorium Friderici, scilicet[v] presidium ibi exstructum, procedunt. Verum custodibus predicti presidii se viriliter defendentibus, Parmenses prevaluerunt, et effracta munitione, cameram Friderici capiunt, invento in ea et ablato thesauro ad quadraginta milia marcarum[w] estimato. Fridericus autem de insidiis sibi in via positis in ipsa venatione monitus[x], ad castra regredi statuit. Sed viso[y] eminus igne in loco castrorum suisque a castris fugientibus et sibi[z] in via occurrentibus, de effectu proditionis certificatus et animo consternatus, in his angustiis Cremonam[a] celeriter attingere[b] properabat[81]. Alii dicebant, Fridericum, cognita ex castrorum incendio traditione, ad cameram presidii sui festinum properasse, et exportatis personaliter quibusdam insigniis et pretiosioribus clenodiis, fugam versus Cremonam pavidum maturasse. Soluta autem per hunc modum obsidione Parmensium[c], Fridericus commotus[d], ad impediendum, ne per aquam Parmenses[e] victualia possent habere, munitionem suam contra Parmam[f] supra pontem de prope constructam multiplicatis custodibus pre-
